MAGISTRI ALEXANDRI DE HALES

GLOSSA
IN QUATUOR LIBROS SENTENTIARUM
PETRI LOMBARDI

NUNC DEMUM REPERTA ATQUE PRIMUM EDITA

STUDIO ET CURA

PP. COLLEGII S. BONAVENTURAE

IV

IN LIBRUM QUARTUM

BIBLIOTECA PROVINCIAL C.SS.R. PADRES REDENTORISTAS Provincia de São Paulo
ALFONSIANUM PADRES SÃO PAULO
BIBLIOTECA PROVINCIAL No 7522 SÃO PAULO REDENTORISTAS

QUARACCHI, FLORENTIAE
EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE
1957

PROLEGOMENA

Ad quartum et ultimum librum *Glossae* Alexandri de Hales super *Librum Sententiarum* lectoribus rite tradendum seu introducendum, illa recolligere prope sufficiet quae tum a nobis in prolegomenis ad librum I (pp. 76*-116*) [1], tum ab aliis [2], maxime a Damiano Van den Eynde eiusque discipulis [3], de hac parte *Glossae* iam explorata fuerunt. Ibi enim huius quarti libri traditio manuscripta iam summatim descripta, atque eius authentia simul ac aetas generatim stabilita inveniuntur. Ideoque breviter et quasi recapitulando de iis iterum agere suscipimus, passim iam notis nova quaedam addendo, rarius communiter recepta corrigendo.

Cap. 1. — De traditione manuscripta libri IV.

Codices principales.

Alios non invenimus praeter illos quinque descriptos in prolegomenis ad librum I (pp. 76*-91*), nempe signatos:

A = Assisii, Bibl. Commun., cod. 189, f. 116a-176c;
B = Assisii, Bibl. Commun., cod. 103, f. 124r-163v;
E = Erfordii, Bibl. Civit., cod. Amplon. O. 68, f. 221r-309v;
P = Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 16406, f. 153r-217v;
T = Tuderti, Bibl. Commun., cod. 121, f. 145a-182b.

Codices PT hic primum adhibentur: non enim servant nisi quartum *Glossae* librum; econtra ABE lectoribus iam notissimi erunt, cum et tres

1 Addere liceat: et iam in *Prolegomenis ad Summam Halesianam* (ap. *Alexandri de Hales Summa theologica*, tom. IV), auctore V. Doucet, Quaracchi 1948, pp. CCIV-CCXI.

2 Scilicet ab O. Lottin, *Psychologie et morale aux XIIe et XIIIe siècles*, tom. III-IV, Louvain 1949-1954; A. Vanneste, *La théologie de la pénitence chez quelques maîtres parisiens de la première moitié du XIIIe siècle*, in *Eph. Theol. Lovan.*, XXVIII, 1952, 24-58; H. Lio, *Determinatio 'superflui' in doctrina Alex. de Hales eiusque Scholae*, Romae 1953.

3 D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements pendant la première période de la théologie scolastique* (1050-1240), Rome-Louvain 1950; *The Theory of the Composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Franciscan Studies*, XI, 1951, 1-20, 117-144; XII, 1952, 1-26. — Kilianus F. Lynch, *A Terminus ante quem for the Commentary of Alex. of Hales*, in *Franciscan Studies*, X, 1950, 46-68; *The Quaestio de sacramentis in genere attributed to Alex. of*

libros priores, vel continuos (AE), vel excerptos (B) iam nobis praestaverint edendos.

Codices auxiliares.

Compilationes circa *Librum Sententiarum* maxime prae oculis habemus, in quibus, mixtim cum aliis, etiam excerpta *Glossae* Halensis plus minusve immutata recepta sunt. Huiusmodi scriptorum plura descripsimus in prolegomenis ad libros I (pp. 92*-101*) et III (p. 5*s.); at solis tribus hic constanter usi sumus, nempe signatis:

ANON. P = Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 3032, f. 1r-311r [1];
ANON. Tr = Trecis, Bibl. Civit., cod. 1862, f. 134r-217v [2];
ANON. V = Vaticanus lat. 691, f. 120v-177v [3].

Anon. P ceteros longe superat numero simul ac fidelitate excerptorum, adeo ut saepe inter codices principales locum invenire meruisset, nisi farrago lectionum variantium iam mensuram excessisset.

Alii codices tres raro tantum allegantur, videlicet Bruxellensis Reg. 1542 (f. 179r-253r: Compilatio in *IV Sent.* Pseudo O. Rigaldi [4]); Canta-

---

Hales, ib., XI, 1951, 74-95; *The Theory of Alex. of Hales on the Efficacy of the Sacrament of Matrimony*, ib., XI, 1951: Commemorative Volume, 69*-139*; *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher: William of Auxerre, Guy d'Orchelles, Alexander of Hales*, ib., XIII, 1953, 119-146. — Humbertus Betti, *Notes de littérature sacramentaire*, in *Recherches de théol. anc. et méd.*, XVIII, 1951, 211-237; *La ragione della permanenza di Cristo nell'Eucaristia: una soluzione dimenticata*, in *Studi Francescani*, XXV, 1953, 149-168.

[1] Compilatio marginalis in *IV Sent.* e textibus alienis (magna ex parte Halesianis) plerumque vocetenus excerptis, de qua primus egit H. F. Dondaine, *Les Gloses sur le IVe livre des Sentences du ms. Paris Nat. lat. 3032*, in *Recherches de théol. anc. et méd.*, XVII, 1950, 79-89; inde V. Doucet in Prolegomenis ad librum I *Glossae* Halensis, 94*; H. Betti, *Notes de littérature sacramentaire*, 233-237; K. F. Lynch, *The Theory of Alex. of Hales on... Matrimony*, 78s.; H. Lio, *Determinatio superflui*, 83s.

[2] Commentarius continuus in *IV Sent.* e diversis fontibus collectus et Odoni Rigaldi quondam falso adscriptus, de quo in prolegomenis ad librum I *Glossae*, 97*. De eiusdem fontibus optime egerunt K. F. Lynch, *The alleged fourth Book on the Sentences of O. Rigaud and related Documents*, in *Franciscan Studies*, IX, 1949, 87-145, et H. Lio, *Nuove fonti domenicane nei Commentarii dello Pseudo O. Rigaldi*, in *Franziskanische Studien*, XXXIII, 1951, 385-420.

[3] Compilatio marginalis in *Librum Sententiarum* Guerrico de S. Quintino perperam adscripta, de qua in prolegomenis ad librum I *Glossae*, 89*, 95*s. Ipse Guerricus in ea citatur. Cf. V. Doucet, *Commentaires des Sentences*, Quaracchi 1954, 36.

[4] De qua in prolegomenis ad librum I *Glossae*, 92*. Excerpta apud A. Landgraf, *Bemerkungen zum Sentenzenkommentar des cod. Vat. lat. 691*, in *Franziskanische Studien*, XXVI, 1939, 186-189; *Ein anonymes Werk aus dem Bereich des Odo Rigaud*, in *Collectanea Franciscana*, XIII, 1943, 5-12. De eiusdem fontibus K. F. Lynch, *The alleged fourth Book of O. Rigaud* (supra, nota 2).

brigensis Pembroke 27 (notae marginales ad textum *Libri Sententiarum* [1]); Patavinus Univ. 853 (f. 132b-d: solus introitus IV *Glossae* Halensis [2]). — Omnino negleximus codicem Vat. lat. 14345 [3] aliosque plures in quibus servantur huiusmodi compilationes, quoniam indagatio talium rivulorum, etsi utilissima ad influxum *Glossae* noscendum, vix aliud conferre potest ad textum critice edendum nisi novas lectiones variantes, optimas quidem saepe, nunquam tamen originales.

De statu ac indole traditionis manuscriptae.

1. Textus incompletus. In nullo codicum nostrorum opus integrum habetur. P desinit in dist. 25, n. 1: *in scena lusisse frequenter* (infra, p. 437); B in dist. 34, n. 4: *Resp.: est aliud meritum* (infra, p. 535); AET insimul cum dist. 39: *licet fides non sit communis* (infra, p. 593). Nonnisi ratione transpositionis T alibi vel aliter desinere quondam videbatur, nempe verbis: *disparitas cultus* (v. p. 587, lin. 12). Non solum ergo deest totus tractatus de novissimis (dist. 43-50), verum et ipse finis tractatus de impedimentis matrimonii (dist. 40-42). Utinam deperdita, si quidem exstiterunt, aliquando reperiantur !

2. Textus reportatus in scholis. Haud namque 'Scriptum', id est opus ab Alexandro politum atque vulgatum, immo simplicem eius 'Lecturam' scholarem reportatam in *Glossa* prae manibus haberi, putamus in prolegomenis ad librum I (pp. 107*-110*) sufficienter ostendisse. Et revera nonnisi hac indole *Glossae* admissa tot imperfectiones ac discrepantiae traditionis manuscriptae, etiam ad IV librum quod spectat, congruenter explicantur. Ceterum in hoc IV libro ipse modus dicendi, tamquam auditoribus nempe praesentibus: *habetis, supra habuistis* (pp. 171[8], 244 [23], 261 [14], 314 [28]), *bene enim scitis* (p. 111 [16]), *sic debetis distinguere* (p. 255 [2]) etc., indubitanter sapit lectiones scholares. — Neque mirum est, immo moribus scholaribus illius aetatis plane consonum, in sola reportatione scholari hanc Alexandri *Glossam* nobis servatam esse. Ex turma doctorum qui tunc legebant in scholis, quot sunt (auctoribus 'Summarum' sane exceptis) qui proprias lectiones ad formam 'scripti' redactas ediderint [4]? Ante Albertum Magnum, ni fallimur, solus Hugo de S. Caro;

---

[1] De quibus Ios. de Ghellinck, *Les notes marginales du Liber Sententiarum*, in *Revue d'Hist. Eccl.*, XIV, 1913, 531.

[2] De quo in prolegomenis ad librum I *Glossae*, 95*.

[3] De quo in prolegomenis ad librum III *Glossae*, 5*s.

[4] « Duos enim, ait Rogerus Baco in *Opere minori*, qui fecerunt scripta vidimus oculis nostris »; ed. I. S. Brewer, *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita*, I, Londini 1859, 325.

cius namque *Commentarius super Sententias* in codicibus mss. solet dici 'Scriptum fratris Hugonis'. Aliorum lectiones vel omnino perierunt, vel si quidem ad nos usque venerunt, sicut *Glossa* Halensis, nonnisi mediante reportatione plus vel minus fideli, ulterius ab amanuensibus adhuc magis vitiata, in qua proinde plura obscura, plura invicem vix cohaerentia necesse est inveniantur. Nedum ergo ficta sit illa distinctio inter 'Scriptum' et 'Lecturam', quinimmo plane historica ad remque litterariam recte tractandam omnino necessaria [1], ab illis imprimis prae oculis habenda, qui, exigentissimi critici esse affectantes, vel minimam ob discordantiam alium statim subolfacere putant auctorem !

3. Ab unica reportatione originali (a duplici fortassis quoad pp. 1-190) tres principales redactiones. Est hic notandum imprimis quam differens apparet apparatum criticum vel leviter inspicienti traditio manuscripta prioris partis operis (pp. 1-190) et illa posterioris (pp. 190-593): haec unanimis fere, illa plerumque discordans et varietate redactionis et additionibus plurimis, ita ut traditio partis posterioris una fixaque videatur, illa vero prioris multiplex et incerta.

Re autem pressius inspecta, statim elucet pene totam illam complexitatem partis prioris e solo codice P oriri, in quo duae saltem traditiones vel reportationes confuse miscentur, praesertim pp. 104-190, illa nempe communis ceteris codicibus (et ista quidem non parum mutata) et altera P propria. Econtra a pag. 190 et deinceps ipse P arcte adhaeret soli redactioni codicis T, ac inde unitas traditionis manuscriptae mire restituta derepente apparet.

Codices ABET uniformiter se habent per totum librum IV, nempe ut testes fere concordes unius reportatae Lecturae, quam quasi puram esse censemus in A, sicut res se habet quoad lib. I-III, paulo tantum differenter elaboratam in T; et ab hac redactione T ulterius dependent

[1] Etsi dissentiunt nonnulli, distinctio maxime necessaria est ad rectam intelligentiam *Scripti super Sententias* S. Alberti Magni, nec aliud praetendit nisi textum huius operis primo lectum esse in scholis, ac dein emendatum, auctum, ad maiorem unitatem redactum, editum seu vulgatum fuisse. Minime itaque agitur de duplici Commentario sancto Doctori adscribendo, sed de unius eiusdemque Commentarii duplici statu redactionis. Nec est distinctio haec propria scriptis S. Alberti, immo de omnibus scriptis valet illius aetatis e lectionibus scholaribus exortis. Cf. V. Doucet in *Archivum Fr. Hist.*, XLIV, 1951, 463; Dom. B. Geyer, *Zur neuen Gesamtausgabe der Werke des Albertus Magnus*, in *Gregorianum*, XXXVI, 1955, 277-279; O. Lottin in *Bulletin de théol. anc. et méd.*, VI, n° 1472; VII, n° 1790. Modum compositionis 'scriptorum' S. Thomae Aquinatis optime nuper illustravit A. Dondaine, *Secrétaires de S. Thomas*, Romae 1956, 130-145; vix aliter citra dubium agebant alii theologi, et ipse S. Albertus.

BE(P) et ipse corrector codicis A (= A^2). Corrector enim iste, in primis viginti foliis, ubique substituit difficilioribus lectionibus codicis A faciliores (ac proinde posteriores) lectiones codicis T, sicut observari potest in ipsa prima pagina nostrae editionis.

Hic est, ni fallimur, status traditionis manuscriptae quoad librum IV *Glossae* Halensis; ad quem illustrandum plura adduci possent exempla, sed duo sufficient, in quibus omnia praedicta quasi oculis conspiciuntur.

A	TBEP
Sed licet peccator aliquando stimuletur a sua conscientia *ut veniat ad Christum*, non tamen vult plene venire ad eum (*ad susceptionem* A^2). Duplex est huius causa: primo (*quare* A^2) non vult (*quia non vult* + A^2) venire ad eum... (p. 4).	Sed licet peccator aliquando stimuletur a sua conscientia, non tamen vult plene venire ad susceptionem penitentie. Et duplex est causa quare (*peccator ad Christum* + P) non vult (*venire* + PE), quia non vult venire ad eum...

A	TBEP	P addit
Aliquid dicitur visibile secundum se (*ut aqua quae dat ulterius characteri ut sit signum* + A^2), aliquid secundum quod est visibile sub alio (*ut character* + A^2). Sicut aqua Baptismi visibilis est sec. se et est primo signum characteris, character autem signum remissionis peccati. Est ergo remissio peccati signatum tantum; character, ut illud quod est medium, est signans et signatum; aqua tantum signum. Et ita character dicitur esse visibilis in quantum habet rationem signi ab aqua ipsa (p. 14).	Aliquid est visibile secundum se, ut aqua*, quae dat ulterius characteri ut sit signum, et ulterius ut sit remissio peccati: quae omnino signatum, character signum et signatum, aqua signum tantum. Et est visibile secundum aliud, ut character ab aqua.	* Baptismi, sub quo visibili est character, et habet ab aqua quod significet gratiam quasi medium; sic et a gratia habet quod sit signatum. Unde non est visibile ex se, sed ab alio.

Nota additionem codicis P in ultimo exemplo tertiam esse recensionem communi redactioni male insertam, sicut fit saepius in illo codice (v. pp. 16, 45, 104, 131 etc.). Etiam cum altera recensio incipit *Vel sic*, ponitur nihilominus ante redactionem communem, ubi sane *Vel sic* omni sensu caret (v. pp. 20, 25, 32, 75). Neque raro inter principium et finem

unius argumenti vel immo unius sententiae plura sic inseruntur ibi minime spectantia, tamquam amanuensis glossas marginales vel schedulas casu transcripsisset prout sibi occurrebant.

Maxime viget huiusmodi confusio in foliis 166r-173r (*ed.*, pp. 106-180, vel magis exacte pp. 104-190, quia quosdam textus ff. 166-173, exigente contextu, transposuimus pp. 104s. et 180-190). Abhinc vero, vel animadversa tandem confusione, vel alio codice reperto, totam partem *Glossae* iam descriptam ff. 166-173 iterum scripsit amanuensis (f. 173r-181r) ad fidem alius recensionis, communis nempe vel communi affinis. Absque necessitate fortassis, at omnes lectiones utriusque recensionis, respective signatae Pa (ff. 166-173) et P (ff. 173-181), quam fidelissime adnotare curavimus. Solas transpositiones Pa plerumque tacite suis locis restituimus, quia vix poterant in apparatu omnia huiusmodi notari. Quapropter ordinem illius recensionis hic breviter exhibemus, additionibus littera cursiva signatis.

bestie. Preterea caracter... caracterem creatum (ed. 106 10-107 3). *Item rebaptizare hereticum etc.* (104 21). Nota quod cum duo... in statu (108 7-24). *Dicitur sec. Io. Damascenum... sacramento* (104 21-105 21). Cum eedem persone... heresis induci (113 24-115 9). Illud etiam ignorandum non est (109 8) *etc. Hieronymus... Ephesios* (109 25). Martinus... pertinebat (109 8-13). *Unde Isidorus... damnationis* (109 26-29). Ecce videtur... virtute matris (110 1-112 8). *Sed queritur... extincta* (112 19-24). Queri etiam solet... non opinor (112 9-113 8). Preterea qo est si fiat... significationis (114 7, 115 10-13). Rationem reddit Leo... hic indicitur (116 10-19). Porro cuncti... confirmatus (117 25-118 2). Preterea... sibi facere (118 21-22). Queret aliquis... baptismatis (116 22-117 4). Item contra... licet dissideant in fide (115 15-116 9). Unde Augustinus... fidei fides (118 3-16). *Infra in eodem... ypostasis fidei* (118 22-119 23). Illa autem interrogatio... luceat lux Mt. 5 (119 18-121 23). Queritur a baptizato... cum peccato (122 25-123 9). Questio est utrum... perfectionis est (118 19-119 14). *Certissimam... catechumenos* (119 24). Item qo est utrum... in baptismo (127).

Nunc de sacramento confirmationis... de catechizato (128 2-129 10). Questio est utrum... ex hac parte (129 17-130 7). Ad robur etc. Videtur idem... in amore (129 11-16). Item omnes fideles... cum fiducia (130 8-132 7); *et ne alio... periclitantibus* (132 21-22).

Post sacramentum baptismi (132 9). *Dividitur... non ut accidens* (143 14-145 2). Item qo est utrum coniunctim... ex dilectione (145 3-26=139-141). Utilitates... Apostolos (132 10-138 14). *Per carnem... mutati* (145 28-147 5=160 15-24, 190 21-191 6). Item obicitur... dicitur equivoce hic (138 16-140 29). Videtur quod non sit... sub specie (142 21-26). Sic et caro... Spiritu sancto (143 7-11). Et sicut due... hoc facite etc. (147 7-16). Item qo est quare... crede etc. (148 14-149 2). Item Augustinus... in re (142 2-7). Item qo est... potentior (147 17-148 12). *Unde Augustinus... crimina* (151 23-152 12). Hec verba et alia... corpus meum (152 15-154 3). *Augustinus... convinctum* (154 23-26). Item qo est an sumens... hoc est peccatum (149 5-150 18). Sunt autem alii (152 14) *precedentium etc. Rabanus... commendat* (167 15-168 3). Item una persona... nature unire (154 4-156 12). Que ex eadem ratione (156 20) *etc. Nec visibiliter... ipsum in se* (168 5-22). Constare visibili... complecti (156 20-162 21). *Item Augustinus... pascat* (162 22-26). Eusebius... veritatis (164 1-10). *Hec et aliis... transmutatio* (164 22-27). Quomodo autem quod panis... muta-

tionis (165 1-26). Cyrillus... professus est (164 10-17). Si autem queritur... et materiam (168 24-169 15). Preterea qo est... post mane (165 26-166 27). Preterea qo est... corpus Christi post (167 1-12). Si vero queris... transsubstantiatur (166 9-24). Sed queritur: si panis... in alio (171 10-11). Item qo est utrum simul... opinio (170 25-171 7). *Nec oportet... incorporatio* (171 15-18). Corpus Christi dicimus... sumi (189 19-32). Magister Hugo... locis (173 5-174 3). Quidam vero... Christi (173 1-4). Alii vero putant... alius supra (174 20-31). Sub alia autem specie etc. (175 21). Io. Damascenus... supra fiamus (176 4-11). In mysterio carnem etc. Qo est quid... haberi (176 12-19).. Sed quare sub duplici etc. Io. Damascenus... beatitudinis (176 20-177 6). Magister Hugo... edificaretur (175 21-29). Super illud Ruth... delectatus est (181 14-182 25). *Paschasius... mysterio* (182 26-183 28). Nota quod... preferendum est alii (177 8-180 4). Item qo est de aqua utrum converteretur in sanguinem cum non signaretur (178 8). Ubi glossa : quod est ad discernendum (106 10).

Ultimis verbis iam incipit alia recensio, ad cuius fidem, ut diximus, repetuntur pp. 106-180, ita ut quasi duae redactiones in solo P habeantur, praeter illas communes A et T(BEP). His autem praelibatis de statu ac indole traditionis manuscriptae necnon de diversis redactionibus IV libri, valor respectivus singulorum codicum ad textum critice edendum iam secure cognosci statuique poterit.

De valore respectivo codicum ABEPT.

1. Codex A. Quemadmodum in edendis libris I-III A merito ceteris visus est praeferendus et qua basis editionis habendus, ita et in hoc IV libro edendo ipsum ducem retinemus. Si enim antiquiorem *Glossae* redactionem nobis servavit quoad tres libros priores, quare non etiam quoad quartum? Ita praesumere sane fas erat, ac ita profecto se rem habere satis ostendit status traditionis manuscriptae. Textum namque praebet difficiliorem, omni ornamento carentem, ac proinde primae reportationi facile proximiorem. Textum insuper praebet quem prae manibus habebat Guillelmus de Militona in proprio scripto *De sacramentis* ex hoc IV libro Halensis maximopere compilando [1]. Et haec, ni fallimur, plane sufficiunt ut quasi principium haberi possit, redactionem codicis A esse generaliter ceteris praeferendam, nisi manifeste corrupta vel manca passim deprehendatur.

[1] Omnis probatio huius assertionis superflua videtur, cum ipsum opus Guillelmi mox, Deo favente, in lucem prodibit. Unum tamen textum accipe: « Notatur hic totius panis, (scil. constantis ex materia panis et forma *ita* A et Guillelmus, *om.* BEPT), possibilitas ad transmutationem... Quod dicunt sic debere intelligi: Sub qua specie est panis, sub eadem potest esse corpus Christi, ita quod relatio identitatis substantie retorqueatur ad formam (accidentalem *ita* A et Guillelmus, *om.* BEPT), non ad substantiam panis » (cod. Vat. lat. 4245, f. 268d). Cf. infra, p. 165, lin. 6-17.

Bonum vero textum A generaliter offert, saltem ceteris non peiorem, satis mendose quidem scriptum omissionibusque non paucis deturpatum, quas 'per homoioteleuton' vocant, sed a manu coaeva accurate suppletum atque correctum (= A^2). Haud omnes tamen huius correctoris emendationes vel suppletiones indistincte recipiendas esse duximus: illum enim deteximus immerito saepe substituentem lectionibus originalibus A faciliores lectiones redactionis T. Omnes vero necessarias correctiones vel suppletiones tum ab A^2, tum ab aliis codicibus absque scrupulo accepimus. Continget forte lectorem de huiusmodi corrigendis vel non corrigendis a nobis quandoque dissentire; nec mirum: de rebus enim agitur saepe incertis; at textum antiquiorem codicis A studuimus exhibere quam fidelissime potuimus.

Praeter correctorem A^2 alii duo codicem additionibus perficere conati sunt, quos A^3 vocamus. Inter has additiones quaedam obelo signantur textui inserendae, aliae minime. Illas dedimus in apparatu (v. pp. 50, 79, 87, 89, 99, 108, 193 17, 225, 244); reliquas ut plurimum tacuimus, male fortassis, quia etsi omnes huiusmodi additiones certe sint spuriae, ad historiam tamen codicis et *Glossae* quodam modo spectant. Quapropter illas omnes hic exhibendas esse censemus; ob hoc etiam, ne suspicentur 'exigentissimi critici' res maximi momenti forsan ibi latere.

a) *Fol. 116v:* Passio Christi et resurrectio sunt sacramenta Nove Legis quia sacra signata et quia sacra signantia. Significat enim passio destructionem peccatorum, et resurrectio resurrectionem a culpa et a pena. Resurrectio enim Christi fuit exemplum nostre resurrectionis et signum. Unde Augustinus: Una Christi resurrectio nobis duas prestitit resurrectiones: unam in presenti, aliam differt ad exspectationem numeri electorum. Cuius est duplex ratio: ut sicut omnia corpora fuerunt facta in materia, sic simul remunerentur, et quia ad resurrectionem corporum sequitur innovatio mundi. Item ideo differt, ad innuendum quod in primo adventu venit liberare a culpa, non a pena totaliter. — Respicitur *ed.*, p. 9, lin. 5.

b) *Fol. 117r:* [Duae glossae Augustini in Num. 19,8: *Immundus erit usque ad vesperam*]. — Resp. *ed.*, p. 18, lin. 11.

c) *Fol. 117v:* Corruptio originalis comparatur ad animam, et sic dicitur *originale:* contractum scilicet ab origine, id est a parentibus; cui sic nominato respondet pena, scil. carentia visionis Dei. Dicitur etiam *infirmitas*, prout reddit animam impotentem resistere motibus nature corrupte; *feditas*, prout fedat animam; *pronitas*, prout reddit animam pronam ad malum; *vitium*, in quantum diminuit potentiam virium naturalium, et hec diminutio est magis pena quam culpa; *languor nature*, prout est infirmitas durans in anima corrupta. — Item comparatur ad corpus, et sic dicitur *lex carnis*, id est pena inflicta carni iuste post legem nature; *lex membrorum*, prout movet membra ad malum; *tyrannus*, propter violentam dominationem in generativa contra rationem; *fomes*, in quantum fovet peccata sicut ligna ignem per actum generative et nutritive. — Item comparatur ad actus,

et sic dicitur *concupiscibilitas*, id est potens concupiscere, et sic est causa delectationis in sensu; *concupiscentia*, prout actu facit concupiscere; *libido*, prout sequitur voluntarias concupiscentias in sensu delectabiles; *stimulus*, prout incitat sensualitatem ad primos motus immediate et rationem ad mortale. — Et nota quod originale comparatum ad Adam in quo est dicitur *unum;* comparatum vero ad subiecta in quibus est et ad diversos effectus quos enumeravimus, sic dicitur *plura*. Aliud enim originale est in uno quam in alio, et ita in unoquoque habet diversos effectus. Augustinus: Concupiscentia originalis cotidie minuitur in proficientibus, id est tentatio interior; sed tentatio exterior que est a diabolo crescit. — Resp. *ed.*, p. 23, lin. 2. Cf. *Glossa* II, pp. 287, 289.

d) *Fol. 118r:* Nota: plus dicit signaculum quam signum. Signaculum enim dicit quod habet similitudinem sive imaginem signate rei expressam exterius, sicut habetur 4 ad Rom., in glossa super illud: *Signum accepit circumcisionis* etc. Est autem signum quod precedit rem, ut lac partum; et concomitatur, ut pallor pavorem; et subsequitur, ut fumus ignem. In ficte accedentibus ad sacramenta subsequitur, precedit in parvulis, concomitatur in bene accedentibus. — Queritur: cum originale sit in anima et anima non transfundatur, quomodo originale transfunditur? Si dicatur quod transfunditur in semine in quo est causa originalis, contra, Anselmus: Non magis est culpa in semine quam in sanguine vel sputo. Solutio: originale non transfunditur in se sed in sua causa, que est feditas in carne. Non enim est idem originale in generante et generato. Augustinus: Simul utrumque propagatur, natura et nature vitium, quorum unum bonum, aliud malum; illud de conditoris largitate sumitur, hoc de origine tentationis trahitur. Ad illud Anselmi dicendum quod culpa potest esse in sanguine (!) dupliciter: aut causaliter, et sic est verum quod dicit; vel tamquam in subiecto, et sic est falsum. — Resp. *ed.*, p. 30, lin. 11. Cf. *Glossa* II, p. 296s.

e) *Fol. 118v:* Damascenus: Circumcisio est carnalis voluptatis superfluorum et non necessariorum depositio. Vel secundum Magistros: principium recreationis, signaculum particulare credentium discretivum. In remotione circuli notatur remotio reatus eterni; notatur etiam oppositio ad originale, quod est ab anima ad animam: unde quasi circulus est. Sicut granum nascitur cum paleis et circumcisus generat incircumcisum, et e converso avis cum plumis generat sine plumis: sic originale contrahitur a non habentibus in ratione originalis. — Resp. *ed.*, p. 33, lin. 2.

f) *Fol. 119r:* Nota: baptismus est communior circumcisione quia in toto corpore et in utroque sexu; et perfectior, quia mundat ab originali et a pena: tum scilicet debita ei et actuali, scil. a pena sensus et damni. — Resp. *ed.*, p. 38, lin. 26. Cf. p. 30, lin. 5-8.

g) *Fol. 119v:* Nota: mors Christi est causa et meritum remissionis peccatorum nostrorum et signum. Sicut enim mortuus est vita temporali, sic et nos debemus mori vita peccati. Item est causa nostre iustificationis sed non signum, quia nihil actum fuit in passione quod significaret iustificationem. Resurrectio vero Christi fuit et est causa et signum nostre iustificationis, sed causa tantum remissionis peccatorum. — Resp. *ed.*, p. 42, lin. 9.

h) *Fol. 120v-121r:* Cyprianus: Parvulus eo facilius ad remissionem peccatorum accedit quo illi peccata aliena dimittuntur, non propria. Sed iniustum est aliquem alieno peccato puniri vel damnari, ergo etc. Item nuptie bone sunt, ergo et illud quod sequitur necessario ad illas, scil. concupiscentia ad generandum; non ergo per illam transfunditur originale. Item omne agens per assimilationem facit sibi simile, ut calidum calidum et

huiusmodi. Cum ergo corpus agat in animam fedendo ipsam, et feditas illa sit tantum pena in corpore, erit tantum pena in anima. Item non fit transfusio virtutis, ergo nec vitii. — Solve ad primum secundum Augustinum: Proprium dicitur vel a quo, et sic originale est proprium Ade; vel in quo, et sic est proprium pueri. Similiter alienum: a quo, et sic est alienum a puero; vel in quo, et sic non alienum. Ad aliud dicendum quod si non fuisset peccatum, fuissent nuptie et non concupiscentia; et ideo patet quod non sequitur ad illas. Et sicut cum dico 'pedem claudicantem' duo dico: opus nature et vitium, scil. claudicare, sicut dicit Augustinus, sic cum dico 'concupiscentia nuptiarum' duo dico: bonum nuptiarum et corruptionem nature per concupiscentiam. Ad aliud dico quod omne quod recipitur, recipitur per modum recipientis, non recepti. Anima vero non potest recipere penam sine culpa, et ideo primo est culpa in ipsa a natura; ergo recipientis est culpa; quod vero recipitur est corruptio et pena. Ratio autem huius culpe est naturalis inclinatio anime ad corpus masculosum. Nota ergo quod in eodem subiecto semper ex culpa nascitur pena; in diversis vero subiectis non sic est, immo culpa sequitur penam. Ad aliud dico quod vitium est opus nostrum, virtus opus Dei. Tamen dico quod vitium non transfunditur, sed corruptio vitii. — Resp. *ed.*, p. 53, lin. 13.

i) *Fol. 121v:* Glossa super I ad Cor. 15: Si Christus non resurrexit, nec in baptismo fit peccatorum remissio. Ad hoc dicendum quod fieret remissio culpe et pene duplicis, scil. carentie que ad cognitionem pertinet, et fomitis que ad motivam diminutio per passionem Christi. Debitum vero mortalitatis perpetue et corruptionis, que est pena coniuncti, tollitur virtute resurrectionis. — Resp. *ed.*, p. 64, lin. 22. Cf. p. 86s.

k) *Fol. 122v:* Item baptismus sanguinis nulli valet nisi habeat caritatem, II Cor. 13: *Si tradidero* etc.; ergo ex vi baptismi sanguinis, id est martyrii, non confertur gratia nec peccati remissio. Sed ex vi baptismi fluminis datur utrumque; ergo plus valet iste quam ille. Concedo quod baptismus fluminis simpliciter melior est; ille autem secundum quid melior est isto. Unde ibidem Adamantius: Baptisma illud eminentius quam baptisma aque. Illud enim acceptum valde pauci immaculatum observant usque ad exitum vite; qui vero baptizati baptismo sanguinis ultra peccare non possunt. Et ibidem: Per baptisma aque peccata preterita purgantur, per baptisma sanguinis et futura perimuntur Et ideo dicitur quod puriores nos reddit, (*in marg. laterali tamquam Glossae inserenda:* quia statim facit evolare nec impeditur eius effectus. Sed in baptismo fluminis quandoque impeditur: pauci enim effectum baptismi immaculatum custodiunt). — Resp. *ed.*, p. 79; ex Hugone de S. Caro, *IV Sent.*, d. 4 (cod. Assis. 131, f. 127d-128a).

l) *Fol. 122v:* Dum patitur credit: faciens de necessitate virtutem per fidem: o felix necessitas que ad meliora compellit, dicit Glossa super illud verbum Y. 20. Sed Augustinus illud argumentum inde elicit, quod potuit esse quod passionem quam pro furto sustinebat non retulit ad Deum, sed ex fide et contritione salvatus est. Et sic latro ille exemplum est non de passione, sed de fide et contritione que supplent vicem baptismi. — De latrone, 23 Luc. Nota. Cyprianus inducit illud exemplum de latrone ad ostendendum quod passio olim tenuit vim baptismi. Ait enim: Quam cito credidit latro, cepit ex fide et caritate penam pro Christo sustinere. Pro quo infert Cyprianus quod multo fortius passio obtinet vim baptismi in illo qui a principio pro Christo sustinet passionem. Augustinus vero inducit illud exemplum ad ostendendum quod latro in passione salvatus est baptismo flaminis, id est fidei. Potuit enim esse quod passionem illam non retulit ad Christum, sed habens fidem contritus est de peccatis; et sic salvatus

est secundum Augustinum baptismo flaminis, secundum Cyprianum baptismo sanguinis. — Resp. *ed.*, p. 80; partim ex Hugone de S. Caro, *IV Sent.*, d. 4 (cod. Assis. 131, f. 128a).

m) *Fol. 123r:* Ventrem meum doleo, 4 Ier. Id est mentem, ubi cogitationes et desideria digeruntur sicut in ventre cibaria. Mulier volens filium carnalem parere, ventrem carnalem dolet; ita b. Ambrosius volens filium spiritualem generare, dolet ventrem spiritualem, quia ibi mortuus est antequam natus... ad dandum exemplum aliis convertendis. — Catechumenum. A u g u s t i n u s, XIII super Ioan.: Quantumcumque catechumenus proficiat, adhuc sarcinam sue iniquitatis secum portat, nec dimittitur nisi cum venerit ad baptismum. — Resp. *ed.*, p. 80s.; partim ex Hugone de S. Caro, *IV Sent.*, d. 4: *Ventrem meum... convertendis* (cod. Assis. 131, f. 128a).

n) *Fol. 123b:* Non facit eis iniuriam ecclesia, quia parvuli quidquid habent, habent ex sola gratia. Secus est de martyribus, qui ex gratia et merito habent quod habent. Vel dicendum. — Haec notantur inserenda *Glossae*, p. 86, lin. 7, post *Respondeo;* sunt autem verba Hugonis de S. Caro, *IV Sent.*, d. 4 (cod. Assis. 131, f. 128b).

o) *Fol. 123v:* Nota: fomes... debilitatur. — Edita infra, p. 87s.

p) *Fol. 123v:* Manet tamen pena... expedientiam. — Edita infra, p. 89.

q) *Fol. 124v:* Nota. Glossa 'visa columba' dicit se per eam didicisse quod prius nesciebat. Sciebat quod Dominus esset agnus peccata tollens... ut sint una columba nec dividantur per homines (*Glossa ord.* in Ioan. 1, 33). — Resp. *ed.*, p. 99.

r) *Fol. 125r:* Caracter est quedam passibilis qualitas... sub tertia specie. — Edita infra, p. 108; ex Hugone de S. Caro, *IV Sent.*, d. 3 (cod. Assis. 131, f. 125c).

s) *Fol. 126r:* In immersione mors Christi, in trina immersione mysterium dominice sepulture que ibi operatur, et signum mundationis cordis, oris et operis. In abstractione de aqua resurrectio; in una immersione unitas fidei, baptismi et divinitatis: unus Deus, una fides. unum baptisma, et dimissio unius originalis. — Resp. *ed.*, p. 116.

t) *Fol. 132r:* Unde angelus qui operatur in Anglia non potest simul et semel operari in Francia. — Haec notantur inserenda p. 193, lin. 17, post *alibi.*

u) *Fol. 135v:* Pluit Dominus... Nulli bis... nisi quinque. — Editae infra, p. 225s.; ambae ex Hugone de S. Caro, *IV Sent.*, d. 15 (cod. Assis. 131, f. 142d, 143b).

Etsi non omnium harum additionum fontem reperire potuimus, satis tamen liquet ex inventis quod de rebus agitur *Glossae* nostrae penitus extraneis. Quapropter miramur plus quam dici possit ultimam additionem (*'Nulli bis'*) tum ut genuinum *Glossae* textum, tum ut manifestum fontem Hugonis haberi a K. F. Lynch [1]; et ob hanc quoque rationem omnes additiones marginales codicis A hic simul exhibere voluimus.

2. C o d e x T in hoc convenit cum codice A, quod ambo textum exhibent affinem seu paulum differentem, ab unica reportatione origi-

[1] *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher*, in *Franciscan Studies*, XIII, 1953, 134s.

nali citra dubium provenientem, licet haec purior habeatur in A, in T iam paulo magis adulterata, facilioribus nempe lectionibus arbitrarie seu proprio marte substitutis ubicumque textus originalis difficilior apparebat.

3. Codex P in pluribus item convenit cum codice T: primum in hoc, quod liber IV *Glossae* solus in utroque servatur, et quidem utrobique unacum quaestionibus halesianis [1]; deinde in hoc, quod a dist. 13 et deinceps ambo penitus eamdem exhibent redactionem. Econtra vero quoad priorem partem operis: dum T communem ibi quoque praebet recensionem, P diversas ibi miscet redactiones vel immo reportationes modo supra descripto (pp. 8*-11*).

Quid ergo sentiendum de illa mixta recensione? An omnes huiusmodi textus et additiones tamquam genuina habenda sunt? Nostra sententia nec omnes additiones, nec duplex recensio pp. 104-190 sufficienter explicantur nisi duplici reportatione admissa. Plura sane tribuere fas est codicis ordinatori, maxime quae ad formam spectant politiorem, id est grammatice correctiorem, quae in primis centum paginis notatur; equidem plures *autem* et *vero* ibi recurrunt quam decursu totius operis in aliis codicibus simul. Alia plura citra dubium amanuensi tribuenda sunt, qui, non intellectis vel non observatis signis ordinatoris, omnia promiscue transcripsit. Textus autem plures, imperfecti, quasi embryonales, quales v. g. leguntur pp. 143-145, nonnisi ab alia reportatione provenire posse videntur. Censemus ideo codicis ordinatorem, duplicem IV libri reportationem prae manibus habentem, ex utraque unum textum constituere voluisse, simul completiorem atque politiorem. Sed a conatu, ob inspectam fortassis confusionem ab amanuense introductam, mox destitit, utramque reportationem inde separatim exhibens (ff. 166-173, 173-181), ac demum solam recensionem communem ad fidem redactionis T. Nihil igitur a priori obstaret quominus ipse textus Pa genuinus fuerit, in scholis videlicet Alexandri reportatus; sed ratione tum imperfectae reportationis, tum imperfectioris transcriptionis, nonnisi caute qua talis haberi potest. Adsunt equidem discrepantiae etiam doctrinales inter Pa ceterosque codices. Verbi gratia:

AEPT	Pa
Dicunt tamen quidam quod ipsa species panis et vini est materia sacramenti, corpus vero Christi forma; quod si esset verum, essent partes essentiales (p. 175, lin. 1-3). Cf. etiam p. 157.	Causa autem materialis est species panis et vini, formalis vero corpus Christi (p. 144, lin. 14-15).

[1] Cf. V. Doucet, *Prolegomena ad Summam Halesianam*, pp. CXXXV-CXXXVIII.

ABEPT	Pa
Sed quid si necessitate aliqua... (vox baptizo) dimitteretur ? Essetne rebaptizandus? Resp. quod non. Excusatur bene (*et excusatur* BEPT) per necessitatem (p. 113, lin. 6-8).	Sed quid si ob necessitatem aliquam... omitteretur? Essetne (iterum) baptizandus? Non opinor (p. 113).

Ad auctoritatem vero et antiquitatem huius redactionis Pa recte aestimandam aliud non parum confert, scilicet quod hanc ipsam redactionem *Glossae* Halensis prae manibus habuisse videtur Hugo de S. Caro, ut infra videbitur (p. 44*).

4. Codex E solus est, cum codice A, qui *Glossam* Alexandri integram nobis servaverit, et hoc totum eius meritum seu pretium est. Iudicium nostrum de eo videatur in prolegomenis ad libros I-III. Eaedem arbitrariae variationes hic inveniuntur, eaedem additiones extraneae, etsi tamen rariores (pp. 15, 21, 24, 29, 45, 70, 85); et harum una sola, sumpta ex quaestione Alexandri *De baptismo* (pp. 70-72), alicuius momenti est. Notatur in margine f. 222r: *Hic pone questiones magistri W. 2 cap.;* f. 222v: *Nota differentiam hanc in 3 cap. magistri W.*, utique Altissiodorensis (resp. *ed.*, p. 19). Item in margine f. 228v: *Usque hic corrigatur* (*ed.*, p. 62). Textus male transpositi suis locis restituuntur huiusmodi notis in textu positis, v. g. f. 300r: *Hic est quoddam quod est precedentis distinctionis* (in marg.: *Hec ordina ad tale signum precedens*); f. 300v: *Istud quod nunc dicetur preordinandum est* (*ed.*, p. 535s.).

5. Codex B, qui tantum auxiliaris nobis fuit in edendis lib. I-III, inter principales hic habetur, quoniam librum IV *Glossae* prope totum in suis vastis marginibus exhibet, et quidem optime ordinatum ad fidem redactionis T. Praeter minores omissiones omnino desunt pp. 357-399, 435-438, 439-445, 535-593 nostrae editionis. Quae ad sacramentum Extremae Unctionis spectant (pp. 385-394) hic sub forma quaestionis habentur: *Queritur de extrema unctione, et 1° quid sit sacramentum in ea... nec habet dari hoc sacramentum nisi a sacerdote* (f. 152r). Plura econtra in codice leguntur *Glossae* Alexandri extranea, sumpta plerumque ex Hugone de S. Caro, semel ex quaestione Alexandri *De poenitentia* (p. 208), semel ex anonymo Trecensi 1862 vel ex eiusdem fonte (p. 58). Haud omnes sane huiusmodi additiones in apparatu notavimus, sed illas tantummodo quae textui Alexandri magis haerere videbantur (pp. 13s., 20s., 26, 28, 33, 41, 58, 69, 74, 76, 80s., 88, 98, 103, 109, 148, 154, 187s., 208, 212, 226s., 247). At nec istarum quidem ullam ad textum *Glossae* vere pertinere censemus, praeter illam fortassis pag. 212, quam ceteri codices

per homoioteleuton omittere videntur, sicut se res habet etiam pag. 516, lin. 5-8. Et haec de traditione manuscripta IV libri sufficiant.

Cap. 2. — De aetate libri IV.

In prolegomenis ad librum I, omnibus argumentis indiciisque perspectis, ad conclusionem venimus totam *Glossam* Halensis probabiliter scriptam fuisse circa annos 1223-1227, certe post iam vulgatam *Summam* Guillelmi Altissiodorensis (c. 1220-1222) et ante dissidium Universitatis Parisiensis (1229-1231). Ad eamdem porro conclusionem ulterius nos duxit editio librorum II et III, ad eamdemque conclusionem procul dubio nos ducent nunc perlustrandi fontes ac rivuli libri IV.

Re tamen vera neque de rivulis neque de fontibus *Glossae IV* hic penitus agere proponimus, ad instar v. g. editorum *Tractatus de sacramentis* Guidonis de Orchellis, quamvis utilissimum sane foret scire quibusnam auctoritatibus maxime utatur Halensis, et an directe vel indirecte; item quot quosque theologos et canonistas ipse prae oculis habuerit in propria Lectura elaboranda, et quorumnam sint opiniones et dicta tam saepe anonyme allegata (*Quidam*, *Alii*, *Magistri*); item quot et quibus scholaribus et magistris eadem Lectura deinde innotuerit. Horum omnium nonnullos tantummodo passimque notavimus, nempe inter fontes Innocentium III, Petrum Cantorem, Praepositinum, *Glossas in Decretum et Decretales*, Guidonem de Orchellis et Guillelmum Altissiodorensem [1]; inter rivulos vero compilationes in IV librum *Sententiarum* asservatas in codicibus Paris. Nat. lat. 3032, Trecen. 1862, Vat. lat. 691 et Bruxell. 1542, *Speculum iuniorum*, *Quaestiones* codicis Duacen. 434 et *Commentarium in Sententias* Hugonis de S. Caro. Pluribus scriptis perquirendis, ut plurimum ineditis, fatemur nos impares fuisse; et adhuc pauciora hic suscipimus examinanda: illa dumtaxat Alexandro viciniora et quae ad aetatem IV libri determinandam aliquid conferre posse videntur. Sunt autem, ni fallimur, sequentia: antiquae *Decretalium* compilationes et glossae, *Tractatus de sacramentis* Guidonis de Orchellis, *Summa aurea* Guillelmi Altissiodorensis, *Quaestiones* codicis Duacensis, illae praesertim inscriptae Philippo Cancellario, et *Commentarius* Hugonis de S. Caro.

---

[1] Ipsae relationes IV libri ad *Summam auream* valde imperfecte exploratae sunt. Prope omnia v. g. quae de sacramento Confirmationis profert Alexander inde proveniunt, et vix semel ad Guillelmum remisimus (p. 128), et quidem non ubi remittendum fuisset: haud enim f. 42b prae oculis habetur, sed f. 15b.

Antiquae Decretalium compilationes [1].

Pia enconiia quondam nobis videbantur verba quibus Alexander in traditione litteraria 'iurisperitus' vel 'iuris doctor' extollitur (v. Proleg. ad lib. I, p. 63*). At iuris revera non solum peritum, immo peritissimum sese ostendit Halensis in hoc libro IV, praesertim in tractatibus de Ordine et de Matrimonio. Non solum Gratiani *Decretum*, illa fodina communis theologorum de sacramentis agentium, verum et *Decretales* earumque glossatores inter principales fontes huius libri habendi sunt. Ultra 200 canones *Decreti* et totidem fere capitula *Decretalium* hic globatim afferuntur, exponuntur, glossatorum expositionibus enodantur; quae frustra, ni fallimur, hoc gradu in alio scripto theologico illius aetatis quaererentur.

Ad rem nostram nil sane conferre possunt citationes *Decreti* nec ipse usus *Glossae in Decretum* Ioannis Teutonici scriptae paulo post annum 1217 [2]. Econtra vero *Decretalium* allegationes.

Notum est enim magnam ac generalem illam *Decretalium* collectionem, compilatam a Raymundo de Pennafort et a Gregorio IX promulgatam anno 1234, usum inhibuisse omnium praecedentium compilationum [3], videlicet Compilationis I Bernardi Papiensis (c. 1188-1192), Compilationis II Ioannis Galensis (c. 1210-1215), Compilationis III Petri Beneventani promulgatae auctoritate Innocentii III anno 1210, Compilationis IV Ioannis Teutonici (?) promulgatae auctoritate eiusdem Innocentii III anno 1217, et Compilationis V Tancredi Bononiensis (?) promulgatae auctoritate Honorii III anno 1226 [4]. Quisquis igitur scriptorum his Compilationibus uti comperitur, citra dubium scribebat non post annum 1234. Iamvero ita rem se habere quoad IV librum *Glossae* Halensis [5] iam erudite ostendit K. F. Lynch [6], cuius demonstrationes

---

[1] Ant. Augustinus, *Antiquae Decretalium collectiones commentariis et emendationibus illustratae*, Parisiis 1621 (continet Compilationes quatuor priores); Aem. Friedberg, *Quinque Compilationes Antiquae necnon Collectio canonum Lipsiensis*, Lipsiae 1882.

[2] Cf. Steph. Kuttner, *Repertorium der Kanonistik* (*Studi e Testi*, 71), Città del Vaticano 1937, 93s.

[3] Bulla promulgationis *Rex pacificus:* « Volentes igitur ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in scholis » etc.; apud Aem. Friedberg, *Corpus iuris canonici*, II, p. LXXI.

[4] Secundum Steph. Kuttner, *Repertorium der Kanonistik*, 322s., 345, 355, 372, 382.

[5] Compilatio III allegatur etiam in lib. III (pp. 78, 86); Compilatio IV in lib. I (pp. 220, 247, 253, 309), nisi potius, ut videtur, hic prae oculis habeatur ipsa constitutio Concilii Later. IV.

[6] *A terminus ante quem for the Commentary of Alexander of Hales*, in *Franciscan Studies*, X, 1950, 46-68.

repetere hic plane superflueret. Neque ceterum huius rei demonstratio tanto apparatu indigebat, nam etiam si omnia capitula ab Alexandro allegata in *Decretalibus Gregorianis* profecto invenirentur, non minus certe constaret Alexandrum solas Compilationes antiquas prae oculis habuisse. Explicite namque qua tales allegantur: *Extra*(*vagantibus*) *I, II, III*, vel saepius *in Primis, Secundis, Tertiis* etc., adiecto titulo initioque capituli, v. g. *Tertiis, De divortiis, Gaudemus.* Semel tantum, praeter titulum et capitulum, etiam liber indicatur: « sicut habetur libro IV Primarum, De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae, cap. 1 et 2 » (p. 555).

Secundum laudatum auctorem [1] citationes huiusmodi fere 700 in IV libro *Glossae* invenirentur; quod et nos post eum repetere non haesitavimus (Proleg. ad lib. I, p. 113*). Sunt autem revera non paulo pauciores, et omnes desumptae ex Compilationibus I-IV, nempe 125 ex Compil. I (85 capitula), 23 ex Compil. II (21 capitula), 60 ex Compil. III (43 capitula), 5 ex Compil. IV (4 capitula). Duo capitula Compilationis III non reperimus (pp. 439, 563) in editione qua usi sumus, id est Ant. Augustini, *Antiquae Decretalium collectiones commentariis et emendationibus illustratae*, Parisiis 1621. Compilatio V (1226) non allegatur, nec ullam, utut diligenter inquirentes, allusionem ad eam reperire potuimus [2].

Quid ergo de aetate *Glossae IV* inde concludere fas est ? Eius terminum 'ante quem' omnino certum habemus, nempe *Decretales* anni 1234, etsi fortassis adhuc remotiorem. Ex ignorantia vero Compilationis V (1226) vix arguere licet quartum *Glossae* librum iam tunc absolutum fuisse. Parvam enim diffusionem habuit illa compilatio et nonnisi pauca eiusdem capitula recepta sunt in ipsa compilatione Gregoriana [3]. Ideoque silentium *Glossae IV* de illa compilatione adhuc optime intelligeretur dicto libro paulo postea absoluto, v. g. inter annos 1227-1229. — Eius terminum 'post quem' item certum habemus, nempe *Decretales* anni 1217, sed absque dubio iterum remotiorem. Novit profecto Alexander et Ioannis Teutonici *Glossam* in dictam Compilationem [4], et

[1] *A Terminus ante quem*, 67.

[2] Nescimus quid innuere velit K. Lynch, l. c., scribens: « Caution needs also be used in identifying the references as Alexander oftentimes uses the phrase 'Argue ad hoc', and thereby anticipates a later decree found in the *Decretales* of Gregory or, perhaps, in the *Fifth Compilation* ». Expressio 'Argumentum (*vel* argue) ad hoc' constanter recurrit in *Glossis super Decretum et Decretales*, nec aliud significare videtur nisi confirmationem dictorum trahi posse 'a simili' ex tali capitulo vel canone subnotato.

[3] Cf. Steph. Kuttner, *Repertorium der Kanonistik*, 383.

[4] Exstat apud A. Augustinum, *Antiquae Decretalium collectiones*, Paris 1621, 797-843; mixtim cum aliorum glossis apud *Decretales D. Gregorii Papae IX una cum Glossis*, Romae

eiusdem *Glossam in Decretum* similiter prae manibus habebat [1]. Haec vulgata dicitur c. 1217, altera paulo postea praesumitur absoluta [2]; utcumque vix ultra annum 1220 hi fontes iuridici nos ducere possunt. Quartum igitur librum *Glossae* Halensis scriptum fuisse inter annos 1220 (circa) et 1234 hactenus reperimus. Nec ad hos terminos approximandos quoquo modo iuvat ignorantia V Compilationis; vix indicium quoddam ibi forsan habetur de absolutione eiusdem libri paulo post annum 1226. Ad theologos ideo transeamus.

Tractatus Guidonis [3].

Inter hunc Tractatum et librum IV Halensis vera affinitas passim notatur, etsi nunquam litteralis. Conferantur praesertim loci sequentes: Num. 31: *De institutione baptismi* (= Alex., p. 57); Num. 35: *De effectu baptismi in re et in voto* (= Alex., pp. 84s., 88); Num. 51: *De triplici unctione David* (= Alex., p. 128s.); Num. 52: *De effectu confirmationis et eucharistiae* (= Alex., p. 129); Num. 54: *An pleni christiani sine confirmatione* (= Alex., p. 130); Num. 127 (p. 129); *Argumentum sub cappa* (= Alex., p. 288); Num. 129: *An peccata iam dimissa post recidivum iterum confitenda* (= Alex., p. 301); Num. 198: *De simonia* (= Alex., p. 444s.); Num. 225 (p. 203): *De coitu meritorio etsi leviter peccaminoso* (= Alex., p. 504); Num. 240 (p. 211): *Definitio impotentiae* (= Alex., p. 538).

Utrum Alexander in omnibus his locis ipsum tractatum Guidonis prae oculis habuerit, vel potius eius fontem, vel eiusdem rivulum, certum facere non potuimus; at semel saltem affinitas explicatur ex fonte communi, nempe Praepositino.

Praepositinus	Guido
Circa confessionem facere solent disputatores duo generalia argumenta. Primum est: Iste ante hoc momentum non tenebatur	Item fiat tale argumentum sub cappa: Iste ante hoc instans non tenebatur ali-

1582. Inde v. g. excerpsit Alexander ea quae leguntur infra, p. 500, lin. 6-13; in ed. Augustini, p. 829: « Potius est considerandum quid fuerit factum quam quid fuerit dictum, su. de appel. ad audientiam... Item, simulatio sive dolus non impedit matrimonium spirituale, 27 dist., quod interrogasti; ergo nec carnale. Item ratione simulationis cogetur stare cum muliere si mulieri placuerit, su. de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adul. c. 1 ».

1 Usi sumus editione: *Decretum Gratiani una cum Glossis*, Romae 1582. Conferantur loci in indice notati, v. *Glossa in Decretum*.

2 Cf. Steph. Kuttner, *Repertorium der Kanonistik*, 93s., 375.

3 *Guidonis de Orchellis Tractatus de sacramentis*, editus studio et cura PP. Damiani et Odulphi Van den Eynde O.F.M., St. Bonaventure N. Y. 1953.

confiteri aliquod peccatum, nec postea factus est reus pro aliquo peccato; ergo non tenetur confiteri aliquod peccatum. Si concedatur, datur instantia: iste qui plene confessus est... at modo occurrit eius memorie aliquod peccatum quod tenetur confiteri... ergo tenetur illud specialiter confiteri (cod. Tudert. 71, f. 132c).

quod peccatum confiteri, nec in hoc instanti nec post aliquod commisit. Ergo modo non tenetur aliquod peccatum confiteri. Contra: sit *a* instans cognitionis peccati (*aliter*)... constat quod modo tenetur confiteri illa quae ad memoriam reduxit (p. 129).

Alexander: Praeterea fit talis argumentatio: Iste ante hoc instans non tenebatur confiteri aliquod peccatum, nec post factus est reus alicuius peccati: ergo adhuc non tenetur confiteri. Si concedatur, contra: iste reduxit ad memoriam mortale commissum prius et quod non est specialiter confessus... ergo tenetur (illud) confiteri (p. 288).

Praeter vocem 'instans' loco 'momentum' (simplex menda fortassis codicis Tudertini), omnia, ut patet, ex Praepositino directe hausit Halensis.

In aliis tribus locis videretur quidem ipse Guido prae oculis haberi, eo magis quod de locis agitur sese proxime subsequentibus tum in *Tractatu* (nn. 51, 52, 54), tum in Alexandro (dist. 7, nn. 2, 3, 5). At omnes et quidem iterum simul leguntur in *Summa* Guillelmi Altissiodorensis (lib. IV, tr. 4, c. 1).

Guido

Legitur David ter fuisse inunctus: primo in domo patris sui Isai a Samuele, et hoc in signum regni futuri; secundo in Hebron, mortuo Saule, et regnavit super domum Iuda... tertio inunctus fuit ibidem mortuo Isboseth... et tunc regnavit in pace super universum Israel. Prima unctio David fuit figura unctionis baptismi. Secunda fuit figura unctionis confirmationis, nam sicut David post secundam unctionem bella habuit, ita nobis ... Tertia vero unctio David, a qua in pace regnavit, signum est extremae unctionis post quam debet fieri in pace locus noster (p. 50).

Sed obicitur: Panis cor hominis confirmat. Sed panis iste est corpus Christi. Ergo panis Christi habet effectum confirmationis. Item eucharistia est sacram. dilectionis... Sed fortis est ut mors dilectio. Ergo quod est effectivum amoris, est effectivum fortitudinis... ergo alterum istorum

Guillelmus

Ter inunctus fuit David: primo in Bethleem in signum regni futuri; quod significat unctionem que fit in baptismo. Sed secundum illam unctionem non possunt baptizati adhuc imperiose regnare propter debilitatem virtutum. Secundo inunctus fuit David in Ebron tantum super duas tribus. Post hanc unctionem multos habuit adversarios; et hoc significat unctionem que fit in confirmatione, secundum quam regnamus, et tamen multos adversarios habemus et multa bella. Tertio inunctus fuit in Ebron generaliter super omnes tribus, post quam regnavit in pace; et hoc significat unctionem qua ungemur in futuro... quando in pace regnabimus (f. 15b).

Sed obicitur: dicitur in Psal.: Panis confirmat cor hominis. Ergo sacram. eucharistie est sacram. confirmationis; ergo superfluum est aliud sacram. ponere ad confirmandum. Item sacram. eucharistie est sacram. dilectionis. Sed fortis est ut mors dilectio... Ergo sacram. eucharistie est sacram.

superfluit... Ad quod dicimus quod diversi sunt effectus... Confirmatio enim est per se sacram. fortitudinis, eucharistia autem est per se sacram. amoris. Unde per se eucharistia non est sacram. fortitudinis, quamvis fortitudinem efficiat (p. 52).

Sed quaeri potest de cap. Urbani papae... Ergo sine confirmatione non est aliquis plenus christianus. *Item ex Concilio Aurelianensi: Nunquam... chrismatus. Ergo non est christianus sine confirmatione...* Ad hoc dicimus quod duplex est plenitudo: una sufficientiae, altera vero abundantiae. Plenitudo suff. est in baptismo, plenitudo autem abund. est in confirmatione (p. 53).

roborationis; ergo superfluum est ponere aliud... Ad hoc dicunt Magistri quod sacram. eucharistie non confirmat nisi per accidens et ex sequenti; sed sacram. confirmationis proprie et per se confirmat. *Sed hec solutio nulla videtur esse, quia non solvit obiectionem... Propter quod dicimus quod sacram. eucharistie quibusdam est panis, quibusdam est lac...* (f. 15c)

Sed secundum hoc videtur quod per baptismum non fiant homines pleni christiani.

Sed distinguitur duplex plenitudo, scil. plenitudo sufficientie, et hec datur in baptismo; et plenitudo copie, et hec datur in confirmatione (f. 15b).

Alexander:

Notandum quod David ter fuit unctus: primo in Bethleem, in domo patris, I Reg. 16, in signum futurae potestatis: nondum enim habuit usum regnandi; quod figurat unctionem chrismatis in baptismo, quia nondum potest liberum arbitrium regnare super sensualitatem. Secundo in Hebron super duas tribus, II Reg. 2; et significat unctionem confirmationis, per quam sumus idonei ad regnandum. Tertio in Hebron super omnes tribus fuit inunctus, II Reg. 5; quod significat unctionem gloriae, *vel illam quae proprie est in Ordine summo* (p. 128s.).

Videtur idem esse effectus Eucharistiae et Confirmationis, quia panis spiritualis cor hominis confirmat. Resp. quod duplex est robur gratiae: unum ad tolerantiam mali, aliud in constantia amoris boni. Secundum primum datur in Confirmatione, et sec. secundum datur in Eucharistia (p. 129).

Item secundum hoc videtur quod non sint pleni christiani qui non confirmantur; et ita si decedant, non habebunt plenam gloriam. Resp.: est plenitudo sufficientiae et plenitudo copiae (*Prima datur in Baptismo, secunda in Confirmatione* + Pa); *vel plenitudo in esse et plenitudo in robore...* Quod autem non sit christianus praeter hoc, videtur ex Concilio Aurelianensi, ubi dicitur quod « nunquam... chrismatus ». Respondemus (*aliter*)... (p. 130).

Ex his locis iam plures trahi possunt conclusiones. Liquet imprimis, praesertim ex secundo loco, *Tractatum* Guidonis iam notum fuisse Guillelmo Altissiodorensi quando iste occupatus erat in quarto tractatu libri IV *Summae* suae scribendo [1], nisi utique lateat fons communis ignotus. Liquet etiam librum Halensis scriptum esse post ambo *Tractatum* Or-

[1] Asserunt tamen *Tractatus* editores: « Nullum vestigium *Summae* (i. e. Tractatus) Guidonis detegere potuimus in quinque prioribus tractatibus libri quarti *Summae aureae* » (p. XLI); videat ipse lector utrum recte annon.

chellensis et *Summam* Altissiodorensis: novas enim affert solutiones vel distinctiones (de duplici robore gratiae, de plenitudine in esse et in robore) et tertiam David unctionem primus appropriat Ordini sacerdotali. Tandem non ipsum Guidonem, sed eius rivulum Altissiodorensem fontem esse Halensis, quoad primum saltem locum, manifestum est. Utrum in tertio loco ipse *Tractatus* Guidonis prae oculis habeatur, ob illam auctoritatem Concilii Aurelianensis, revera nescimus; quamvis talem dependentiam utique possibilem habeamus, quoniam illum quoque *Tractatum* alibi novisse videtur Halensis. Cuius enim auctoris, nisi Orchellensis, est opinio illa de coitu coniugali meritorio etsi leviter peccaminoso, quam recitat Alexander dist. 31, n. 20?

Guido	Alexander
Dicunt tamen quidam, quod verius credimus, quod opus illud carnale aut vix aut nunquam potest fieri sine peccato. Nihil tamen prohibet motum illum esse meritorium, cui adiunctum est veniale peccatum (p. 203).	Quidam intelligunt ad litteram omnem coitum esse cum veniali peccato, et nihilominus aliquem esse meritorium; sicut praedicatio ubi subrepit vana gloria potest esse meritoria (p. 504).

Attamen nec allegatio ista plene satisfacit, quia de praedicatione tacet Orchellensis. Exemplum praedicationis affert econtra Guillelmus Altissiodorensis, tacet autem de merito, nempe lib. IV, tr. 9, q. 2:

> Notandum quod concubitus coniugalis... tunc veniale (peccatum) est, quando aliquis vir sanctus ex caritate cognoscit uxorem suam et aliquantum placet ei delectatio que ibi est, sicut predicatio apostolorum, que erat ex caritate, aliquando fuit cum veniali peccato, scil. cum pulvere inanis glorie. Si vero aliquis vir sanctus cognoscit ex caritate uxorem suam et nullo modo placet ei delectatio que ibi est, immo odiosa sit ei, tunc ille concubitus est sine omni peccato. Sed hoc raro contingit (f. 47a).

Quid ergo? Numquid Alexander hos ambos auctores prae manibus habebat, eorum dicta miscens vel mixte referens? Ita sane videtur.

Summa Altissiodorensis.

Usus *Summae aureae* in IV libro *Glossae* Halensis adeo continuus est ut eius expositio completa librum exigeret, adeoque manifestus ut vix indigeat exponi. Ceterum prioritas illius *Summae* respectu *Glossae IV* prope satis iam liquet ex praedictis circa Guidonem de Orchellis. Causa tamen exempli, magis quam demonstrationis, nonnullos textus adhuc afferre liceat, in quibus clarius elucet dependentia Alexandri.

Guillelmus, IV, tr. 1, c. 1

Sed secundum moralitatem alia est ratio. Sacerdos enim ille... significabat sacerdotem nostrum qui conficit eucharistiam, qui postquam celebravit timere debet ne indigne contrectaverit. Unde se immundum debet reputare usque ad vesperam... Ibi enim habet locum quod dicit Gregorius: Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est (f. 2c).

Alexander, d. 1, n. 9

Aliter exponitur a Magistris, ut ostendatur quod qui sanctificat, debet se reputare indignum ad sublimitatem tanti ministerii; et si peccaverit, quod non sufficienter satisfacit usque ad finem vitae, ut illud habeat locum quod dicit Gregorius: « Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est» (p. 18).

Guillelmus, IV, tr. 6, c. 3

Confessio ad sex utilis est. Primo utilis est ad cognitionem peccati, quia *cum aliquis confitetur peccatum suum,* sacerdos, *cuius est cognoscere de peccato,* facit ipsum cognoscere *peccatum suum et* quantitatem peccati. Unde in Lev.: iudicium lepre pertinet ad sacerdotem... Secundo utilis est ad purgationem, quia erubescentia pars est penitentie, sicut dictum est supra.

Tertio utilis est ad infusionem gratie... quia sepe in ipsa confessione maxime dolet confitens de peccatis suis et infunditur ei gratia. Quarto utilis est ad augmentum gratie, quia si confitens prius habet gratiam, augmentatur gratia eius per confessionem. Quinto utilis est propter vim clavium, quia ex vi clavium aliquid de pena relaxatur. Sexto utilis est propter gloriam Dei, *quia qui confitetur peccatum suum glorificat Deum,* sicut dixit Iosue ad Achor: Da gloriam Deo, i. e. confitere peccatum (f. 28b).

Alexander, d. 17, n. 8

Est autem confessio utilis ad septem: ad cognitionem peccati, quia sacerdos facit ipsum cognoscere quantitatem sui peccati; unde Lev. 13: iudicium leprae pertinet ad sacerdotem. Est utilis etiam ad purgationem peccati, quia erubescentia est magna pars poenitentiae, ut habetur hac eadem dist. c. ult. *Est etiam utilis ad taxationem poenae: secundum quantitatem enim peccati et iudicium sacerdotis taxanda est poena poenitenti.* Est etiam utilis ad infusionem gratiae, quia quandoque conteritur in ipsa confessione qui prius non conterebatur. Si vero habet gratiam in contritione, utilis est confessio ad augmentum gratiae. Est iterum utilis ad relaxationem poenae in parte ex virtute clavium. Est iterum utilis ad gloriam (Dei), Iosue 7: Da gloriam Deo et confitere; hoc dictum est de Achor (p. 282).

Guillelmus, IV, tr. 6, c. 4

Solutio: ad hoc dicitur quod sacerdos quedam iniungit ad fundamentum satisfactionis, sc. abstinere a peccato; quedam iniungit ad expeditionem satisfactionis, sicut iniungit vitare consortia malorum: Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. Unde dictum est in Loth: Noli... regione, *sed in monte salvum te fac.* Quedam iniungit

Alexander, d. 15, n. 26

Ad hoc dicunt Magistri quod sacerdos quaedam iniungit ad fundamentum satisfactionis, sc. abstinere a peccato *et restituere ablatum;* quaedam ad satisfactionis expeditionem, ut cum iniungit vitare pravas societates, sec. illud I Cor. 15: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Et de utroque habetur Gen. 19: Noli... regione etc. Quae-

ad ipsam substantiam satisfactionis, ut iciúnare, dare eleemosinas, *peregrinationes*, *disciplinas* et huiusmodi. Quedam iniungit ad perfectionem et *plenitudinem et* securitatem satisfactionis, ut opera supererogationis (f. 31b).

dam sunt ad substantiam satisfactionis, ut ieiunare, dare eleemosynam et similia; quaedam ad perfectionem et securitatem satisfactionis iniunguntur, ut opera supererogationis (p. 250).

Vix posset clarius dependentia unius auctoris ab altero deprehendi. Nota praesertim in secundo loco quomodo Alexander excerpit, omnia inutilia demendo, ipsa tamen verba fontis ut plurimum retinendo, ac septimam demum utilitatem addendo. Huiusmodi utilitates confessionis in pluribus scriptis coaevis recurrunt [1], at sub his ipsis verbis in solis Alexandro et Guillelmo.

Porro ipsa aetas *Summae aureae* penitus excludit quominus Alexander eius fons esse possit. Ut enim firmissime probaverunt D. et O. Van den Eynde [2], *Tractatus* Guidonis de Orchellis absolutus est « non multum post annos 1216-1217 »: adhuc enim ignorat *Decretales* anni 1217 [3]; et Guillelmus Altissiodorensis iam pervenerat ad quartum vel sextum (v. supra, p. 23*) tractatum libri IV *Summae* suae scribendae cum dictus *Tractatus* sibi primum innotuit. Prope eadem igitur aetas illis scriptis competit. Si ergo recte primum absolutum habetur c. 1218-1219, alterum vix serius quam annis 1220-1221 absolutum fuerit oportet [4],

[1] Cf. D. Van den Eynde, *Nouvelles Questions de Hugues de S. Cher*, in *Mélanges Jos. de Ghellinck*, Gembloux 1951, 827s.

[2] *Guidonis de Orchellis Tractatus de Sacramentis*, p. XLI.

[3] Iuxta Steph. Kuttner, *Repertorium der Kanonistik*, 373, Compilatio IV vulgata est certe post mensem Iulium anni 1216, probabiliter anno 1217: «Man kann wohl mit 1217 als dem Erscheinungsjahr rechnen».

[4] *Summa aurea* scripta est certe post Concilium Later. IV (1215). Legitur enim ipso ab initio operis: «Merito damnatus fuit propter hoc dictum Ioachim in Concilio sub Innocentio tertio» (f. 6b); deinde lib. IV, tr. 9, q. 6: « et sic usque ad septimum (gradum consanguinitatis) secundum tempus quod fuit ante ultimum Concilium; vel usque ad quartum secundum tempus quod modo est» (f. 52c). Verba primae citationis videntur immo innuere Innocentium III e vivis iam sublatum fuisse (16 Iul. 1216). Alibi alluditur ad Petrum Corboliensem his verbis: « Ad hoc dicebat archiepiscopus Senonensis» (f. 203c); in quo praeterito duo tantum subintelligi possunt, scil. quando vivebat († 3 Iun. 1222), vel quando regebat in scholis. Primo modo intellexit V. Doucet, *Proleg. ad Summam Halesianam*, p. CXXXII; at secundus modus intelligendi aeque vel magis congruit. Hoc prope modo citatur 'Dominus Cantuariensis' adhuc vivens, sed amplius non regens, a Guidone de Orchellis (*Tractatus*, pp. 37, 257, 270). Insuper numquid vir mortuus 'archiepiscopus Senonensis' simpliciter dictus fuisset ? Illud ergo dictum nedum obstet, quinimmo favet termino compositionis *Summae* superius assignato, nempe c. 1220-1221. — Falsum est quod asserit H. Betti (*Notes de littérature sacramentaire*, 212), codicem Royal 9.B.V Musei Britannici dicere *Summam auream* scriptam seu compositam esse anno 1231. Sic enim explicit ille codex, iuxta G. F. Werner et J. P. Gilson, *Catalogue of Western Mss. in the Old Royal and King's Collections*, I, 288: *Te Deum*

quando scilicet Alexander Halensis nondum aut vix in theologia regere incipiebat [1].

Ad terminum 'post quem' *Glossae IV* proximius determinandum nil conferre potest *Summa* Godefridi Pictaviensis: compertum est enim illam scriptam fuisse ante annum 1215 [2]; neque *Glossae in Sententias* cod. Monac. lat. 22288 [3] et Neapol. Nat. VII. C. 14 [4], quibus iam utebatur Guido de Orchellis et quas ipse Alexander prae manibus habuisse facile praesumitur [5]. Utile econtra foret collationem instituere inter librum IV Halensis et *Summam de sacramentis* Heriberti Altissiodorensis, quamvis et huius aetas prorsus indeterminata sit [6]; sed eius textum nondum proh dolor ! prae manibus habemus. Annos igitur 1221-1222 ut terminum 'a quo' *Glossae IV* modo retineamus oportet, qui terminus eadem utique laborat instabilitate ac annus vulgationis *Summae aureae*.

Quoad terminum 'ante quem' iam scimus ex praedictis librum IV *Glossae* Halensis scriptum fuisse ante *Decretales* anni 1234, sed an parum vel multum ante, explorandum remanet. Ad rem vero nil conferre possunt tardiores compilationes in IV librum *Sententiarum* Ps.-Odonis Rigaldi (Bruxell. 1542, Trecen. 1862), Ps.-Guerrici (Vat. lat. 691), cod. Paris. Nat. lat. 3032 aliaeque supra descriptae (p. 6*s.); nec a fortiori quaestiones *De sacramentis* Guillelmi de Militona et IV pars *Summae Halesianae*, licet ripis plenis ibi fluat *Glossa* Halensis. Sed iam magis interest dependentiae relationes respectu *Glossae IV* repertas esse etiam in

---

laudamus. Anno Dni M°CC° trigesimo primo mense octobri; quod annum transcriptionis manifeste indicat. Nota insuper codicem hunc allegari inter codices *Abbreviationis* Heriberti Altissiodorensis apud F. Stegmüller, *Repertorium Commentariorum*, n° 344; descriptio Catalogi non sinit distinguere utrum recte annon.

[1] Cf. V. Doucet, *Le sermon de Jacques de Padoue sur S. François et son témoignage sur Alexandre de Hales*, in *Archivum Fr. Hist.*, XLIV, 1951, 474s.; Prolegomena ad lib. I *Glossae*, p. 64*s.

[2] Cf. P. Anciaux, *La date de composition de la Somme de Godefroid de Poitiers*, in *Recherches de théol. anc. et méd.*, XVI, 1949, 165s.

[3] Cf. H. Weisweiler, *Eine neue frühe Glosse zum vierten Buch der Sentenzen des P. Lombardus*, in *Aus der Geisteswelt des Mittelalters* (*Beiträge*, Supplementband III/1), Münster 1935, 360-400.

[4] Cf. A. Landgraf, *Der Sentenzenkommentar des Kard. Stephan Langton* (*Beiträge*, XXXVII/1), Münster 1952, pp. XII-XV. Secunda Glossa editur ibid. sub nomine Stephani Langton.

[5] Duo loci ex his *Glossis* recepti in *Tract. de sacramentis* Guidonis de Orchellis (p. 34, lin. 20ss.; p. 38, lin. 15ss.) pariter leguntur in libro IV Alexandri (pp. 57, 88).

[6] Cf. H. Betti, *Notes de littérature sacramentaire*, 213-216; D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements*, 169-172.

quaestione *De sacramentis in genere* Alexandro adscripta (ante 1236) [1], in quaestione *De sacramentis in genere* cod. Paris. Nat. lat. 3804A (inter 1230-1240) [2], in quaestionibus *De sacramentis* Guerrici de S. Quintino (inter 1233-1242) [3], in quaestionibus nonnullis cod. Duacensis 434 (compilati inter 1228-1236) [4], immo in ipso *Commentario super Sententias* Hugonis de S. Caro (c. 1232) [5]. Quoniam ultima duo scripta ad rem nostram maxime faciunt, illa iterum examini hic subiciamus oportet. Sed iam est notatu dignum quod omnes scriptores qui relationes *Glossae IV* ad alia scripta coaeva attentius inspicere conati sunt, agnoscere debuerunt illam antiquiorem esse quam praesumebatur et iam illius fere aetatis quam nos eidem assignaveramus, scilicet ante dissensionem universitariam annorum 1229-1231.

Quaestiones cod. Duacensis 434 [6].

Omnes huius magnae compilationis quaestiones perlegimus quae de sacramentis, de correctione fraterna, de hypocrisi, de scandalo, de eleemosyna et superfluo, de aureola et fructibus, de virginitate et voto, de excommunicationibus et relaxationibus tractant, (de his omnibus namque agitur in *Glossae* IV libro), sed cum exitu, fatemur, impari nostrae spei et labori. Maxima nostra deceptio fuit ne unum quidem excerptum libri IV in illa collectione reperire, in qua leguntur econtra excerpta librorum I-III [7]. Non paucae tamen quaestiones affinitatem vel immo de-

[1] K. F. Lynch, *The Quaestio de sacramentis in genere attributed to Alexander of Hales*, in *Franciscan Studies*, XI, 1951, 74-95. Authentiam quaestionis vix probabilem habet exigentissimus criticus.

[2] H. Betti, *Notes de littérature sacramentaire*, in *Recherches de théol. anc. et méd.*, XVIII, 1951, 218-233. Pleraeque relationes huius quaestionis ad *Glossam* Halensis auctorem mire fugerunt. De tota serie quaestionum earumque indole halesiana v. H. Betti, *Pro editione critica Quaestionum Alexandri Halensis*, in *Antonianum*, XXVI, 1951, 83-98; O. Lottin, *Psychologie et morale*, IV-1, Louvain 1954, 424-432.

[3] D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements*, 136s.

[4] D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements*, 99, 122, 136; *The Theory of the Composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Franciscan Studies*, XII, 1952, 23. Prioritatem *Glossae* agnoscit respectu Q. 268 (Hugo de S. Caro, *De sacramentis in communi*), resp. Q. 515 (Petrus de Bar, *De sacramentis in communi*) et resp. Q. 553 (anon., *De differentia materiae sacramentorum*).

[5] K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher: William of Auxerre, Guy d'Orchelles, Alexander of Hales*, in *Franciscan Studies*, XIII, 1953, 119-146.

[6] Cf. P. Glorieux, *Les 572 questions du manuscrit de Douai 434*, in *Recherches de théol. anc. et méd.*, X, 1938, 123-152, 225-267.

[7] Cf. V. Doucet, *A travers le manuscrit 434 de Douai*, in *Antonianum*, XXVII, 1952, 548s., 569-572; Proleg. ad *Glossae* lib. II (p. 17*s.) et III (p. 17*-21*). Difficultatis exortae ex sup-

pendentiam exhibent etiam respectu *Glossae IV*, et maxime quidem quaestiones Philippo inscriptae: *secundum Cancellarium*, nempe Q. 135 *De clavibus* (I, f. 79b-d), Q. 280 *De Ordine* (I, f. 117c-118b), Q. 286 *De iustificatione* (I, f. 120a-d), Q. 294 *De numero sacramentorum* (I, f. 124b-c) et Q. 442 *De charactere* (II, f. 88c-89c).

Licet plerumque desit affinitas verbalis, omnes istae quaestiones manifeste delibatae sunt ex dictis Alexandri hinc inde collectis, ordinatis ad maioremque perfectionem redactis. Huius assertionis demonstratio proh dolor ! hic adumbrari solummodo potest: integram enim exigeret illarum quaestionum editionem. Ex locis tamen citandis natura et gradus praedictae affinitatis sufficienter, ni fallimur, apparebit.

Glossa	Q. 135 *De clavibus*
Sed melius est dicendum quod iudicium est sicut materia, potestas autem ligandi et solvendi sicut forma (p. 314, lin. 6)... Resp. quod non penes hoc accipiuntur duae claves... sed penes auctoritatem iudicandi et potestatem ligandi et solvendi. Una tamen est sicut materialis ad aliam: iudicium enim discretionis est ut sit exsecutio potestatis (p. 314, lin. 17)... Ad id quod obicitur... dicendum est quod discretio dicitur clavis, quia per ipsam fit expeditio usus procedentis a clavi; et propter hoc quod unus est actus clavis et scientiae discernendi, nominatur scientia sive discretio prima clavis (p. 315, lin. 29).	Solutio: auctoritas discernendi et potestas ligandi et solvendi sunt claves. Discernere potest esse ex scientia ut habitu naturali: tunc clavis non est; sed est cum ex auctoritate... Tamen scientia discernendi in auctoritatibus plerumque clavis dicitur, quia pertinet ad esse materiale clavis et iuvat et expedit, et idem actus pertinet ad scientiam discernendi et auctoritatem discernendi, sed aliter et aliter. Est enim scientia dispositio preparativa... est quasi materialis ad auctoritatem que clavis est, et auctoritas quasi materialis ad potestatem ligandi et solvendi, et illa potestas est quasi formalis ad auctoritatem (f. 79b).
Si vero quaeratur quare non sufficiat una clavis... intelligendum est quod Ordo est signaculum perfectionis... Summa autem perfectio potestatis est in conformitate Trinitatis... Oportet ergo, cum confertur summus Ordo animae, simul conferatur potestas cum auctoritate: quod ad Patrem pertinet; potestas sive auctoritas ad discernendum: quod pertinet ad Filium; et ad solvendum, quod est misericordiae, et ligandum, quod est iustitiae: quae referuntur ad Spiritum	De numero nota quod numerus potest attendi circa diversa. Si fiat comparatio et conformitas ad Trinitatem increatam, tres possunt dici claves. Fit autem conformitas quia, cum clavis sit auctoritas et potentia discernendi, ligandi et solvendi, quod dico 'potestas et auctoritas' Patri conformatur; quod dico 'discernendi' Filio; quod dico 'ligandi et solvendi' Spiritui sancto. Solvere est misericordie, ligare iustitie.

positis relationibus inter Q. 52 et Q. 203 solutio tandem occurrit. Verba Q. 52 (*Tertio fuit quesitum a quo sit unitas ecclesie. Et procede ut notavi de eodem post Cancellarium*) minime respiciunt Q. 203, excerptam ex lib. III *Glossae* Halensis, sed quaestionem omissam in descriptione Dom. P. Glorieux, quae nempe legitur in tomo II, f. 338a-d: *Queritur de unione corporis mystici. Et 1° circa hoc quesitum est a quo sit unum corpus mysticum. Et dicebat quod... in humana natura.* Haec est quaestio notata 'post Cancellarium'.

Sanctum... Confertur autem Ordo animae: in quantum est potestas discernendi, intellectui cognitivo; in quantum autem solvendi et ligandi, parti operativae. Ratione ergo eius cui fit conformatio, sc. ad Filium et Sp. S., et eius quod perficitur, duae sunt claves. Neque potestas ligandi et solvendi in foro poenitentiae et in foro causae sunt duae claves... utrobique enim est solutio et ligatio; cum autem fit solutio, fit reconciliatio... et ita, cum unus sit finis principaliter utrobique... erunt una clavis (p. 316).

Glossa

Ordo est signaculum quoddam quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Secundum quam definitionem videtur quod... in susceptione clericae conferatur Ordo. Si enim est exterius signaculum, et exteriori respondet interius, erit signaculum interius in susceptione clericae (p. 399) ... Si vero quaeritur utrum Ordo suscipitur in receptione clericae, respondemus per hoc quod dicitur 'spiritualis potestas'. Non enim fit ibi nisi separatio... Unde est sicut quaedam dispositio ad Ordinem (p. 400).

Praeterea qo est quare definitur hoc sacramentum per... signaculum, non autem alia sacramenta (p. 399)... Si vero obr quare ponitur signaculum... resp. quod in hoc sacramento imprimitur character excellentiae (p. 400).

Videtur quod episcopatus sit Ordo. Est enim signaculum: quod patet ex ipsa unctione (p. 399)... Praeterea... non iteratur huiusmodi sacramentum. Sed si hoc, videtur hoc esse ratione characteris impressi (p. 403)... Si vero obr de episcopatu, solvendum est per hoc quod dicitur 'signaculum'. Non enim novus character imprimitur (p. 400)... Cum potestas Ordinis sacramentalis sit ad sacram. communionis, et hoc pertineat ad Ordinem sacerdotalem, in eo debet stare omnis Ordo. Dignitas vero episcopalis quae superadditur est ratione causarum (p. 401)... Aeternus enim Character se ipsum characterizavit in cruce, praeci-

In comparatione ad potentias dicuntur due, et secundum hoc sumimus numerum. Sunt enim due potentie: cognitiva, que ad auctoritatem discernendi pertinet; et operativa, que ad potentiam ligandi et solvendi refertur.

Si vero fiat comparatio ad actum finalem, qui est reconciliatio ecclesie, sicut unus actus est... tunc una clavis dici potest: ordinantur enim et referuntur ad unum auctoritas discernendi et potestas ligandi et solvendi (f. 79b).

Q. 280 *De Ordine*

Ordo est signaculum quo spiritualis potestas et officium traditur ordinato. Sed... in tonsura est signaculum exterius: de hoc non est dubium. Sed signaculo exteriori respondet signaculum interius; signaculum autem interius caracter est... ergo prima tonsura est ordo (f. 117c-d).

Solutio: prima tonsura non est ordo nec in ipsa imprimitur caracter... sed illud exterius signaculum dispositio est ad caracterem (f. 117d).

Item qr quare ponitur in definitione ordinis signaculum et non in aliis...

Solutio patet ex iam dictis, quia ordo dicitur esse signaculum ut ostendatur excellentissimum esse signum (f. 117d).

Secundo qr utrum episcopatus sit ordo. Videtur quod sic, quia... in ipso est unctio, et est initerabilitas in ipso... (f. 117d).

Episcopatus non est ordo... nec imprimit caracterem. Oportuit enim ut summus ordinum staret ibi, ubi est opus principale, quod est opus Filii Dei, immo verus Filius Dei. Ideoque omnem ordinem et omne sacramentum est excellens, ut ultra non sit ordo... neque caracter. Primo enim caracterizatus est Filius Dei caractere increato in

piens quod sacram. Eucharistiae fieret in eius commemorationem. Unde in sacerdote imprimitur character... Primam enim characterizationem fecit Character increatus cum se carni univit, ultimam cum carnem ligno affixit (p. 410).

Est enim quoddam opus principale, sc. consecrationis; sunt alia opera ministrantium ad consecrationem; sunt alia opera removentium impedimenta... Opus consecrationis pertinet ad sacerdotem; ministrare vero instrumenta ad consecrationem est diaconi et subdiaconi; removere impedimenta ... eorum qui sunt in minoribus Ordinibus. In quo significatur propinquius ministerium et remotius ad consecrationem (p. 422s.).

Ad id vero quod obr, sacram. Ordinis esse indivisibile... dicendum quod non, quia divisibilis est potestas spiritualis, et ita per consequens character... Ad unum tamen conveniunt, ratione cuius dicitur unum sacramentum (p. 424).

utero Virginis; secundo in circumcisione corporaliter; tertio in toto corpore et perfecte in passione. Ante passionem instituit illud opus excellentissimum caracterizatum plene: ideoque ultra non est caracter neque ordo (f. 118a).

Sed nota quod est opus principale, sc. consecratio eucharistie, ad quod omnes ordines respiciunt, et est hoc opus ordinis sacerdotalis. Diaconus autem et subdiaconus ministrant ad illud opus sicut proxime assistentes; alii vero ministrant ad illud ut impedimenta removentes. Sic itaque est opus principale, opus proximo ministrantium et opus impedimenta amoventium (f. 117d).

Unde diversi sunt caracteres, ideoque diversi ordines specie. Sunt tamen unum ratione sacramenti, quia omnes tendunt ad unum opus principale, quod est consecratio corporis dominici (f. 117d).

Hoc modo ex *Glossa* delibata est fere tota quaestio haec, ceterum pulcherrima, Philippi Cancellarii. En aliud eius excerptum in quo maxime deprehenditur dependentia Cancellarii, quia de rebus agitur Alexandro certe propriis. Brevitatis tamen gratia liceat, hic et deinceps, sola verba Philippi exhibere, et lectorem ad locos parallelos *Glossae* remittere.

Tertia divisio est secundum quedam que sunt in anima secundum quod ipsa tendit ad perfectionem... Tendit autem hoc ordine ad perfectionem: 1° purgatur a malo, 2° ornatur per bonum, tandem perficitur in bono... Primum in duobus consistit, quoniam due sunt tentationes in anima: ex parte sensualitatis, contra quam necessaria est exclusio que significatur per officium ostiarii, cuius est excludere indignos. Item alia est tentatio in inferiori parte rationis... contra hanc necessaria est expulsio demonum; et hec est expulsio significata in officio exorciste qui demones expellit... Sed requiritur amplius bonum opus; unde sequitur illuminatio ut operetur bonum. Prima autem illuminatio est cognitio vitandi mali. Hec autem significatur in officio lectoris: vetus namque Testamentum timorem incutiebat... Secunda illuminatio est ad faciendum bonum, et hec est triplex: prima est illuminatio boni exempli... Hec per appropriationem pertinet ad acolitum, cuius est officium cereos portare, in quibus est ignis et lumen: in lumine bonum exemplum accipe. Secunda illuminatio est ad faciendum bonum precepti, que appropriatur subdiacono, propter doctrinam apostolicam quam legit subdiaconus. Tertia est non solum ad faciendum bonum precepti, sed et bonum consilii, quod traditur in doctrina Christi sive in evangelio, et per appropriationem est diaconi. Sequitur opus consummationis, quod est caritatis et voluntatis... Hec recte appropriatur ultimo ordini, qui est sacerdotalis, cuius est corpus Domini consecrare, quod est sacram. caritatis et unionis.

Et quia hec omnia ad unum ordinata sunt, data est definitio m a g i s t r a l i s talis: Ordo est officium et potestas spiritualis ordinata ad opus ultimum... Voluerunt tamen q u i d a m dicere quod quoddam opus purgationis dignius est aliquo opere illuminationis (f. 118a-b).

Definitio magistralis illa ipsa est quam Alexander substituit definitioni Lombardi: « Potest autem assignari altera definitio... et est talis: Ordo est sacramentum spiritualis potestatis ad aliquod officium ordinatum in Ecclesia ad sacramentum communionis » (p. 401). Qui 'voluerunt dicere' iterum ipse est Alexander: « Respondemus quod, licet gratia illuminationis in genere sit dignior gratia purgationis, tamen aliqua gratia purgationis est dignior aliqua gratia illuminationis » (p. 417). Cetera omnia videantur infra in textu, p. 407, lin. 26ss.

Q. 286 *De iustificatione.*

Qr de iustificatione impii, et 1° de illis quatuor que exiguntur... Solutio: quedam iustificatio est in qua non exiguntur quatuor predicta, et est quedam in qua exiguntur. Nam aliter iustificatur parvulus, aliter adultus, et aliter adultus fidelis, aliter infidelis adultus. Sicut aliter iustificabat lex, aliter evangelium. Nam lex iustificabat quantum ad recessum a culpa: in illa erat principium timor qui facit declinare a malo; in evangelio amor qui inducit ad faciendum bonum. Unde Augustinus dicit quod tota differentia veteris et nove legis est timor et amor (f. 120a) = *Glossa*, pp. 276 lin. 11ss.; 24 lin. 15ss.

Iustificatio a iustitia generali dicitur, non a speciali... Et hec quidem iustitia est in parvulis baptizatis et in adultis iustificatis; sed in parvulis est rectitudo vite, in adultis rectitudo voluntatis (f. 120c). = *Glossa*, p. 276, lin. 31ss.

Q. 294 *De numero sacramentorum.*

Numerus vero sacramentorum prout sunt adminicula sumitur iuxta numerum virtutum... Et tunc est adaptatio moralis, et sic fit: quia sacramentum baptismi fidei adaptatur, quia in baptismo de infideli fit fidelis. Confirmationi adaptatur fortitudo secundum quosdam, quia in confirmatione datur robur gratie per quam stamus contra nociva spiritualia. Spes (*cod.* sec. alios) aptatur extreme unctioni, quia extrema unctio est ultimum sacramentum et est de hac vita transeuntium, spes vero est expectatio future beatitudinis. Eucharistia aptatur caritati, quia sicut caritas unit, ita eucharistia habilitat nos ad unionem corporis mystici. Penitentia aptatur iustitie, quia pena in penitente ex iustitia est. Ordo prudentie, quia in ordine conferuntur claves, scil. auctoritas discernendi inter lepram et lepram, discernere autem prudentie est. Matrimonium autem, quod post peccatum remedium est contra malum carnalis concupiscentie, adaptatur temperantie cuius est refrenare motus carnis illicitos (f. 124b). = *Glossa*, p. 47, lin. 12ss.

Contra originale datum est sacram. baptismi, contra actuale mortale penitentia, contra vero veniale extrema unctio. Item malum pene contraximus ex peccato primorum parentum in omnibus viribus anime: in rationabili difficultatem discernendi inter bonum et malum propter ignorantiam: contra quam difficultatem datum est sacram. ordinis, in quo datur auctoritas discernendi lepram a lepra, bonum a malo. In concupiscibili contra-

ximus difficultatem standi in bono: contra quam datum est sacram. matrimonii... In irascibili vero contraximus difficultatem resistendi malo: contra quam datum est sacram. confirmationis, in quo robur datur ad pugnam. Item contraximus difficultatem in omnibus anime viribus, ut proni simus in malum et tardi ad bonum: contra quam datum est sacram. eucharistie... omnes vires anime reficiens, iuxta illud: Panis cor hominis confirmat, et de se dicit veritas: Ego sum panis vivus. Secundum hanc rationem dicimus datum numerum sacramentorum, et in hac ratione plene resultat ratio sacramenti (f. 124c). = *Glossa*, p. 6s.

Q. 442 *De charactere.*

Qr de caractere, et circa hoc 1° qr que sacramenta imprimant caracterem et que non... Circa 1m qr utrum omnia sacramenta imprimant caracterem. Et videtur quod sic, quia caracter est forma distinguens; sed in quolibet sacramento est forma distinguens; ergo... Preterea si caracter est forma, et quedam forma separabilis est, quedam non, videtur non esse inconveniens ponere quemdam caracterem indelebilem et quemdam delebilem (f. 88d). = *Glossa*, p. 395.

Tertia distinctio, que est secundum esse sacramentale, facit in quibusdam impressionem caracteris et in quibusdam non. Et ad hoc plenius videndum, notandum quod duo sunt vires anime: cognitiva et motiva, et prior naturaliter est cognitiva quam motiva. In cognitiva autem est imago Dei: unde homo secundum imaginem distinguitur a brutis. Multiplicatur ulterius distinctio ita ut separetur populus Dei ad cultum eius a non populo Dei, et hec separatio sive distinctio primo fit per fidem... Ratio autem huius est, quoniam esse sacramentale dicit signum, et signum habet respectum ad rationem sapientie. Unde [prima] fit assimilatio secundum esse nature que creata est per sapientiam; secunda assimilatio in recreatione mediatoris, que in sacramentis susceptis est, et hoc primo per fidem. Unde bene congruit ut assimilatio per sapientiam creata per Filium Dei redemptorem recrearetur. Per fidem autem fit in hunc modum multiplicatio: 1° fides recipitur in baptismo, 2° roboratur in confirmatione, 3° multiplicatur secundum excellentiam fidei in ordinis susceptione. Et secundum hoc patet quod secundum cognitivam imprimitur caracter (f. 88d). = *Glossa*, pp. 107s., 396-398.

Definitur autem a Magistris sic: Caracter est figura intelligibilis discretiva imaginis secundum gradum fidei in membris indelebiliter... Item natura non est imago nisi secundum superiorem partem rationis; sed caracter inest secundum imaginem, quoniam imaginis est discretivus. Quod concedimus. Et dicimus quod non inest caracter anime quemadmodum virtus vel gratia, nam virtus est ad agendum... caracter est ad distinguendum. Unde inest secundum cognitivam et est communis bonis et malis (f. 88d-89a). = *Glossa*, pp. 108, 396-398.

Invocatur Trinitas cum fit consignatio Trinitatis in baptismo, quoniam secundum eam debet respondere in anima trinitas creata: fides, spes, caritas; fides veritati, spes eternitati, caritas bonitati... Fiunt autem duo in anima: impressio caracteris secundum cognitivam, infusio gratie secundum motivam. Primum operatur Pater per Filium; secundum Pater et Filius operantur per Spiritum sanctum (f. 89b). = *Glossa*, pp. 109, 108.

Ex his itaque patet quod non imprimitur caracter in omni sacramento. Matrimonium enim totum consistit in consensu et nihil in cognitione : quare ibi non imprimitur ca-

racter. Item penitentia secundum quod est de actuali mortali in affectione tantum... et ita de extrema unctione et eucharistia (f. 89b). = *Glossa*, p. 397s.

Cancellarii dependentiam, maxime in quaestionibus *De ordine* et *De charactere*, nos adeo manifestam habemus, ut in ea demonstranda vel paulisper immorari nos pigeat. Sicut ergo auctorem hunc iam alibi reperimus, videlicet in eius *Summa de bono*, Alexandri *Glossam* expilantem (v. Proleg. ad lib. I-III), ita et in suis quaestionibus *De sacramentis* eum egisse hic deprehendimus, et tali quidem constantia, ut merito quis suspicaretur Philippum quondam Alexandri etiam discipulum fuisse. Cancellarii sane scripta nedum minoris, quinimmo maioris inde facimus; nec alia ratione citra dubium explicatur eorum influxus in Scholam franciscanam ab O. Lottin saepissime meritoque notatus. At simul fatendum est quondam elatam huius auctoris originalitatem non parum iam exsufflatam fuisse [1].

In aliis etiam quaestionibus codicis Duacensis dependentiae relationes notantur respectu *Glossae IV*, maxime in Q. 282 *De continentia virginali* (I, f. 118c-119b), in Q. 524 *De quantitate contritionis* (II, f. 335c-336b), et in Q. 553 *De differentia materiae sacramentorum* (II, f. 382a-383b). Brevem saltem textum ex singulis afferamus oportet.

Glossa

Per iam dicta patet propter quid aureola virginum non debetur parvulis mortuis in innocentia... Vincenti enim debetur corona, secundum illud: Nemo coronabitur nisi legitime certaverit, II ad Tim. 2 (p. 528).

Q. 282 *De continentia*

De parvulis volunt q u i d a m dicere quod non sufficit status cum virtute ad habendam aureolam, nisi et assit opus meritorium. Et inducunt pro se illud: Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit, II Tim. (f. 118d).

Glossa

Qr etiam penes quid attenditur quantitas contritionis... Cum enim in contritione sint duo, sc. gratia et dolor, utrum penes intensionem gratiae aut doloris... Effectus autem gratiae secundum se est delere culpam. Secundum quod adiungitur ei voluntas habitualis vel actualis detestandi peccatum, delet reatum poenae aeternae. Secundum quod adiungitur ei dolor sensibilis, delet poenam purgatoriam... Secundum quod coniungitur operibus misericordiae et satisfactionis... delet poenam temporalem (p. 309s.).

Q. 524 *De contritione*

Circa 1m sic proceditur: in contritione duo sunt: dolor et gratia; aut ergo sumitur quantitas contritionis penes quantitatem gratie, aut penes quantitatem doloris (f. 335c)... Qr etiam ad quid valeat potestas gratie cum detestatione peccati. Resp.: potestas gratie... cum voluntate detestationis potest in culpam et penam eternam. Potestas autem gratie cum voluntate detestationis et dolore potest in penam purgatorii. Item potestas gratie cum voluntate detestationis et dolore et amplius cum operatione exteriori potest in omnem penam (f. 336b).

[1] Cf. O. Lottin, in *Bulletin de théol. anc. et méd.*, VII, n° 1052.

Glossa

Praeter haec, ita est in aliis sacramentis quod ad esse sacramenti requiritur determinata materia ex qua fit sacramentum. Propter quid similiter non est in poenitentia et coniugio ?... Resp. quod aliter est in his duobus sacramentis et in aliis quinque. Haec enim duo instituta sunt in paradiso... (p. 451).

Praeterea, sola aqua praestat materiam sacramento inter elementa; aut si aër... nonnisi in illis in quibus verba cedunt in rationem materiae (p. 451)... Si vero quaeratur quare verba cedunt in omnem materiam sacramentalem aliquo modo, resp. quod verba tenent similitudinem Verbi increati, verbum autem in voce tenet similitudinem Verbi in carne. Cum ergo omnia sacramenta per Verbum in carne ad nos descenderint, recte per verbum in voce administrantur (p. 454s.).

Q. 553 *De materia sacramentorum*

Qr quare quedam sacramenta habent materiam, ut patet in bapt. et in euch., in confirm. et ordine et extr. unctione; quedam non habent, ut matrimonium et penitentia...

Solutio: sicut supra diximus, matrimonium et penitentia in paradiso instituta sunt... (f. 382a) [1].

Ad illud dicimus quod baptismus fit in aqua, nec in alio elemento [fit sacramentum], nisi in aëre, qui communis est omni sacramento, quia in eo verba formantur... et verbum in eo est figura Verbi increati... Et est duplex verbum creatum: mentis et oris... Pertinet autem verbum oris magis ad Verbum incarnatum, et verbum mentis ad Verbum increatum. Sicut enim Verbum increatum induit carnem, ita verbum mentis induit verbum vocis (f. 383a).

Dependentiam huius ultimae quaestionis (aliarumque duarum) respectu *Glossae* Halensis iam ultro agnovit D. Van den Eynde [2]; et quisquis, ut putamus, non unum alterumve textum, sed omnes locos superius allatos ex septem aliis quaestionibus attente consideraverit, tum allusiones ad *Glossam* (*Quidam*), tum progressum expositionis qui in quaestionibus respectu *Glossae* notatur prae oculis habendo, nobiscum sane conveniet quod ipse liber IV *Glossae* Halensis iam exsistebat quando inter annos 1228-1236 codex Duacensis 434 compilabatur ab ignoto G. de Suessione [3]. Utrum omnes praedictae quaestiones non solum transcriptae, sed etiam disputatae fuerint inter annos 1228-1236, sicut constat de quaestionibus Hugonis de S. Caro ibidem receptis [4], difficile est dictu, quamvis ultima hypothesis verisimilior nobis videatur. Quomodocumque res se habet, inde statui nequit utrum *Glossa* Alexandri Halensis ortum habuerit ante vel post dissensionem universitariam annorum 1229-1231. Hoc, ni fallimur, unum tantummodo scriptum nos docere potest, scili-

[1] Integrum textum exhibet D. Van den Eynde, *The Theory of the Composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Franciscan Studies*, XII, 1952, 23s.

[2] Cf. supra, p. 28*, nota 4.

[3] Cf. V. Doucet, *A travers le manuscrit 434 de Douai*, in *Antonianum*, XXVII, 1952, 532-550.

[4] Cf. D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements*, 99, nota 1; *Nouvelles Questions de Hugues de S. Cher*, in *Mélanges Jos. de Ghellinck*, Gembloux 1951, 820-822.

cet *Commentarius super Sententias* Hugonis de S. Caro, vulgatus ut dicitur circa 1230-1232 [1].

Commentarius Hugonis de S. Caro.

Secundum Damianum Van den Eynde (anno 1950) [2] Commentarii Hugonis et Alexandri sese proderent 'stricte eiusdem aetatis', ambo in re sacramentaria innovantes, ambo sese invicem ignorantes. In prolegomenis ad libros I-III prioritatem *Glossae* Halensis nos probabiliorem asseruimus, sed ex criteriis maxime externis, quia pauciores in dictis libris reperiuntur relationes et pleraeque incertae. Recentius K. F. Lynch [3], ex professo inquirens fontes *Commentarii* Hugonis in librum IV *Sententiarum*, qua talem agnoscebat et *Glossam* Halensis; et ad hoc adstruendum tres locos parallelos afferebat, nempe ex dist. 24: *De sacerdotio Vet. et N. Legis* (Alex., p. 429s. = Hugo, cod. Assis. 131, f. 158b-c), ex dist. 15: *De poenitentia in caritate agenda* (Alex., p. 226 = Hugo, ib., f. 142d) et ex dist. 25: *De simonia* (Alex., p. 443ss. = Hugo, ib., f. 159b-c). Tota vis demonstrationis in eo est, ut Hugo compilator ostendatur hinc inde colligens, modo ex Altissiodorensi, modo ex Orchellensi, modo ex Stephano Langton [4]; ac proinde etiam cum occurrunt loci Alexandro et Hugoni communes, dependentiam Hugonis praesumere fas est. Primus locus et ultimus vi probativa revera non carent; medius vero, qui melius ceteris ad rem faciebat, non pertinet proh dolor ! ad *Glossam*

---

[1] Circa 1230 iuxta D. Van den Eynde, *The Theory of the Composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Franciscan Studies*, XII, 1952, 12; circa 1232 secundum O. Lottin, *Psychologie et morale*, IV-2, Louvain 1954, 848. Cf. etiam K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher*, 145s., ubi, adductis citationibus nominalibus Guillelmi Altissiodorensis repertis in *Commentario* Hugonis, auctor quaestionem ponit an inde concludi possit Hugonem scripsisse post mortem Altissiodorensis, quam ceterum silentio velatam esse asserit. Prope certum est econtra Guillelmum mortuum esse anno 1231, et quidem Romae, ubi pro rebus Universitatis aderat ab initio anni 1230. Cf. P. Mandonnet, *La date de la mort de Guillaume d'Auxerre (3 nov. 1231)*, in *Archives d'hist. doctr. et litt.*, VII, 1932, 39-46. Si quid ergo probant huiusmodi citationes nominales (de quibus supra, p. 26*, nota 4), inde haberemus *Commentarium* Hugonis v u l g a t u m (non dicimus: *lectum*) esse post annum 1231; 'scriptum' namque est, non 'lectura' reportata (v. supra, p. 7*s.). Nota Guillelmum allegari in ipso lib. I Hugonis, v. g. dist. 10: *Magister Guillelmus Altissiod. aliter dicit* (cod. Assis. 131, f. 10d); dist. 15: *magister W. Altissiod. dicit quod hec est falsa* (ib., f. 13b) etc.

[2] *Les définitions des sacrements*, 99, nota 1.

[3] *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher: William of Auxerre, Guy d'Orchelles, Alexander of Hales*, in *Franciscan Studies*, XIII, 1953, 119-146.

[4] Eius *Quaestiones* fontem esse Hugonis ostendit D. Van den Eynde, *Stephen Langton and Hugh of S. Cher on the Causality of the Sacraments*, in *Franciscan Studies*, XI, 1951: Commemorative Volume, 141*-155*.

Alexandri. Agitur enim de nota marginali solius codicis A, et quidem sumpta ab ipso Commentario Hugonis. Vide supra, p. 15*. Demonstrationem auctoris utcumque supplere seu confirmare, si quidem vera est, facile satis erit, cum loci communes fere quinquaginta in hoc IV libro recurrant, nec omnes fortasse exsistentes in apparatu nostro notavimus. Sed prius videndum est utrum verum sit quod Hugo rivulus sit Halensis annon potius e converso, aut immo sese invicem ignorent, ut visum est Damiano Van den Eynde.

Non facile profecto determinantur relationes currentes inter *Glossam* Alexandri et *Commentarium* Hugonis. Dum loci quamplures maximam exhibent affinitatem, etiam verbalem, in aliis, ubi quaedam relatio saltem exspectaretur, haec scripta perfecte sese ignorare videntur. Nil novit Hugo de innovationibus Alexandri circa definitiones et causalitatem sacramentorum (Van den Eynde), nec de novis eiusdem definitionibus Ordinis et characteris, quas Philippus Cancellarius econtra extollit (v. supra, p. 32*s.). Nil novit Alexander de innovationibus Hugonis circa hylemorphicam compositionem omnium sacramentorum. In locis nonnullis ipse Alexander, non Hugo, rivulus esse videretur, aut saltem posterioris aetatis, v. g. in sequentibus:

Alexander, d. 4	Hugo, ib.
Tantum eis valet... Contra, in Iudic. 6 (*Cum ascendisset Israel etc.* + A^2), de Gedeone: Tollesque taurum, ibi dicit Beda (*vel Adamancius* + A^2): Baptismus in sanguine puriores facit quam bapt. aquae (*ergo melius purgat animam a peccato* + A^2); ergo melior est. Praeterea, bonum acquisitum... Contra: baptismus aquae universalior... Praeterea, virtute baptismi confertur gratia, virtute martyrii non... (*Item bapt. sanguinis nulli valet nisi habeat caritatem... ergo plus valet* A^2). Praeterea, baptismo aquae imprimitur character, non bapt. sanguinis. Resp. quod baptismus iste et ille excedentes sunt et excessi quoad plura. In genere magis valet bapt. aquae. Magis tamen valet (simpliciter) bapt. sanguinis (*quia statim facit evolare... custodiunt* + A^2) (p. 78s.). *Seq. auctoritas Damasceni.*	Tantum eis valet etc. Sed etiam videtur quod plus, quia super illud Iudic. 5: Cum ascendisset Israel etc. dicit Adamancius: Baptismus sanguinis puriores nos reddit quam aqua baptismi; ergo melius purgat animam a peccato; ergo plus valet. Contra: nulli valet bapt. sanguinis nisi habeat caritatem... ergo ex vi bapt. sanguinis, id est martyrii, non (confertur) gratia nec peccati remissio; sed ex vi bapt. fluminis datur utrumque; ergo plus valet... Ad hoc dicimus quod bapt. fluminis simpliciter melior est; sed de bapt. sanguinis dicitur quod puriores nos reddit quia statim facit evolare... custodiunt (cod. Assis. 131, f. 127d-128a). *Seq. auctoritates Origenis.*
Alexander, d. 21	Hugo, ib.
Qr utrum pro veniali... iniungenda sit poenitentia... Quod concedunt a l i q u i, di-	Qr utrum pro peccato veniali... sit iniungenda penitentia... Quod concedimus,

centes quod non imponitur vel indicitur poenitentia nisi ad cautelam (p. 372).

nisi forte aliquando iniungatur ad cautelam (cod. cit., f. 155b).

In ultimo textu nonne ipsum Hugonem prae oculis habet Halensis? et nonne in primo textu maior numerus argumentorum 'pro et contra' Alexandrum quodam modo prodit posteriorem? Ad citationem quod spectat, aeque prae oculis ibi haberi potest Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, II, tr. 28, q. 4:

> Qr utrum pena sit iniungenda pro veniali... Solutio: hec est falsa... Unde nulla [pena] exterior debet iniungi nisi ad cautelam (f. 101c).

Quoad primum locum nulla relatio inter hos textus manifeste exsistit, nisi illa introducta ab amanuense A2. Omnia dicta Hugonis proveniunt ex Glossa Origenis, quam forte novit mediante *Summa* Praepositini; ibi enim hoc dubium breviter proponitur:

> Quod obicitur de aqua, quod sit necessaria, videtur contrarium, quia dicit Origenes quod baptismus sanguinis pretiosior est baptismo aque... Quod autem dicit Origenes... propter hoc dicit, quia in baptismo sanguinis fomes peccati ex toto tollitur, in baptismo aque tollitur non ut non sit, sed ut non imputetur (cod. Tudert. 71, f. 128c).

Nil ceterum obstaret quominus Hugo noverit ipsum Halensem, ac detecta auctoritate ibi Bedae falso adscripta, Origenem adierit, ubi non solum dictam auctoritatem invenit, sed et alia plura ad rem optime facientia, quibus, ceteris Alexandri relictis, proprium dubium composuit. Quomodocumque res se habuerit, certum est *Commentarium* Hugonis, in quo auctoritas Libri Iudicum recte Origeni restituitur ac vocetenus recitatur, non esse fontem imperfectioris textus Halensis, quem non immerito ope Hugonis A2 corrigere atque perficere studuit.

En alii duo loci in quibus econtra maxima affinitas notatur, quin tamen facile dici possit quis alterum expilaverit.

Alexander, d. 31

Qr quando dicetur illa delectatio immoderata. Videtur enim quod nunquam vel a principio: illa enim est naturalis: ergo eius extensio bona.

Item, illa delectatio est in vi brutali, in qua non est peccatum; ergo non est immoderata.

Respondemus: tunc dicitur delectatio immoderata quando vis brutalis trahit rationem aut voluntatem ad appeten-

Hugo, ib.

Sed qr quando illa delectatio debet dici immoderata. Et vid. quod nunquam: delectatio enim illa secundum se bonum quid est; ergo intensio eius... bona est; ergo nunquam est immoderata. Item, illa delectatio est in vi brutali sive naturali, in qua non est peccatum; ergo, sive sit moderata sive immoderata, nunquam est peccatum.

Solutio: ad hoc dicimus quod tunc dicitur delectatio immoderata quando vis brutalis sive naturalis trahit rationem vel voluntа-

dum illud in quo delectatur. Hoc autem potest esse sub Deo aut non. Si sub Deo, propter nuptias accipit veniam. Nec sequitur, si est naturalis, quod non cadat in culpam: est enim a natura corrupta... Unde dum manet intra fines suos naturales et non sequitur corruptionem, vel rationalis non inclinatur in sensualitatem, non est peccatum. Sunt enim divisae aquae superiores ab inferioribus per firmamentum medium: quo remoto fit confusio (p. 502s.).

Alexander, d. 30

Nota, ad hoc quod error personae dirimat matrimonium, quis sit error. Necessarium est quod aliquam notitiam habeat personae illius absentis per visum vel per auditum vel per famam, quam credit esse istam praesentem. Unde, cum consentit in illam absentem quam putat praesentem, non consentit in praesentem; et sic non est matrimonium... Si vero mulier non habet notitiam de persona absente, non errat in ea, sed decipitur. Ut si aliquis Anglicus, veniens ad aliquam nobilem, dicat se esse de regio sanguine, si contrahit illa cum illo, non impeditur matrimonium. Decipitur enim in qualitate, non autem errat in persona. In penitus enim ignotum non potest esse consensus, ut (vult) Augustinus in lib. De Trinitate: Non visos diligere possumus, non autem incognitos (p. 483).

Nota: ingenua si contrahit cum servo scienter vel e converso, non evacuatur matrimonium; si vero ignoranter, evacuatur, si credit liberum, ut XXIX, q. 2: Si quis ingenuus. Sed adhuc distinguitur: si enim post contractum cognoscit conditionem et consenserit verbo vel facto, tenet, ut Extra I, De coniugio serv., Proposuit et Extra III, Ad nostram noveris. Et nota quod error servilis conditionis impedit contrahendum tem humanam ad appetendum id in quo delectatur, et tunc illa delectatio est peccatum. Vis enim superior non debet delectari, i. e. delectationem appetere, nisi in divinis. Ad id quod obicitur, dicimus quod illa delectatio naturalis quamdiu manet infra fines suos, id est in vi brutali sive naturali, non permixta rationi sive voluntati humane, nunquam est peccatum, quantumcumque intensa sit et quantumcumque induraverit (!). Aque superiores dimisse (!) ab inferioribus per firmamentum virtutum quasi in medio collocatum, quo remoto fit aquarum commixtio et peccati confusio (f. 176c-d).

Hugo, ib.

Sed notandum quod ad hoc quod aliquis erret in personam oportet quod aliquam notitiam istius habeat, vel per visum vel per auditum, quam credit illam esse personam presentem.

Unde, cum consentiat in aliam absentem personam quam credit istam esse presentem, cum qua loquitur, constat quod non consentit in presentem; et ideo nullum est matrimonium. Si vero mulier nullam habet notitiam de persona absente cum qua credit contrahere, non est ibi error persone. Verbi gratia aliquis rusticus venit ad nobilem mulierem et dicit se esse filium regis Anglie... et contrahit cum illo, credens ei, hoc quidem non impedit matrimonium, quia non erravit in persona, sed fuit decepta... fuit error qualitatis, que non impedit matrimonium. In penitus vero ignotum *nec amorem nec consensum dirigere possumus*, ut vult Augustinus super Ioannem (f. 164c).

Si libera contrahit cum servo scienter vel etiam liber cum ancilla, tenet matrimonium et validum est. Si vero ignoranter, nullum est matrimonium, XXX, q. 2: Si quis ingenuus... Et hoc intelligitur, nisi forte postquam cognovit illam vel illum esse talis conditionis, consensit in illam vel verbo vel facto... vel alio certo signo, Extra I de coniugio serv., Proposuit; Extra III, e. t. Ad nostram. Et notandum quod non quili-

et dirimit contractum, sed non paris vel melioris conditionis,

(ut si servus) contrahit cum ancilla quam credit liberam, quia non habet quid ei obiciat, ut XXXII, q. 6, per totum et Extra I, De divortiis, Significasti; vel si liber contrahit cum libera quam credit ancillam (p. 483s.).

bet error conditionis impedit matr. contrahendum vel dirimit iam contractum, sed tantum error deterioris conditionis. Error enim melioris vel paris conditionis non impedit nec dirimit, ut si servus ignoranter contrahat cum ancilla quam credit liberam, quia non habet quod ei obiciat, Extra I, de divortiis, Significasti. Item si liber contrahit cum libera quam credit esse ancillam (f. 164c).

Quoad textum primum, de immoderata delectatione, fontem communem ignoramus. Quoad alterum suspicamur Hugucionem esse fontem mediante *Glossa in Decretum* Ioannis Teutonici, C. XXIX, qq. 1-2 [1]. Legitur enim ibi:

> Et no. quod secundum H. et L. nunquam erratur in persona nisi prius habita notitia aliqua de eo cuius nomine alius se representet; unde si aliquis offert se sub nomine regis Franciae alicui puellae... nec aliquam notitiam habet de eo per famam vel alio modo, et putat hunc esse regem Franciae, non errat in persona sed in fortuna vel qualitate vel nomine... Nam in penitus ignotum *nec amorem nec consensum dirigere possumus.* Unde Augustinus: *Non visos diligere possumus... incognitos autem diligere nequimus.*
>
> Hic qr an servili conditione reperta, libera possit recedere. Et quidem sic, si ignoravit eum esse servum quando contraxit cum eo, ut infra, ea. si quis ingenuus. Et no. Hu. quod non omnis error conditionis impedit matr., sed tantum error servilis conditionis; nec etiam semper talis error impedit. Unde si libera vult contrahere cum servo et contrahit cum libero, non dirimitur matrimonium... Similiter dic quod si servus credit contrahere cum libera et contrahit cum ancilla, non dirimitur matrimonium... quia neuter potest aliquid alii obicere.

Verba quaedam huius fontis vocetenus refert Alexander (*Non visos diligere* etc.), alia vocetenus Hugo (*nec amorem nec consensum* etc.): ambo ergo fontem directe prae oculis habuerunt. Sed eorum maior affinitas inde non explicatur, nisi et alter alterum directe expilaverit. Quis autem sit expilator, vix discerni potest ex solis textibus collatis; sed est notatu dignum in omnibus his locis innumera verba inutilia passim ab Hugone intexi: nonne ad proprium furtum aliquo modo tegendum? Ex sequentibus forsan apparebit.

Ut iam ostendit K. F. Lynch, quaestiones quamplures *Commentarii* Hugonis compilatae sunt partim ex *Summa* Guillelmi Altissiodorensis, partim ex *Tractatu de sacramentis* Guidonis de Orchellis; et quidquid deest in his fontibus, vel minus ad verbum ibi reperitur, legitur in *Glossa* Halensis. Primum exemplum huiusmodi compilationis sumit auctor ex

[1] *Decretum Gratiani una cum glossis*, Romae 1582, col. 2044, 2047s.

quaestione de sacerdotio Veteris et Novae Legis; unum argumentum Hugonis deest in dictis fontibus, et solutio quoad sensum tantum convenit. Haec autem ita leguntur apud Halensem:

Alexander, d. 24	Hugo, ib.
Praeterea, ibidem dicitur quod ex tribu Iuda natus est Christus, in qua nihil de sacerdotibus locutus est Moyses.	Item, Hebr. 7: Manifestum est quod Iudas (!) sit ortus Domini, in qua tribu nihil locutus est Moyses de sacerdotibus...
Quod concedimus. Unde si aliquis legalium sacerdotum veniret ad fidem, antequam fungeretur sacerdotio ordinandus esset a principio: nullum enim habet Ordinem Christi (p. 429).	Quod concedimus. Unde si aliquis de sacerdotibus Iudeorum fieret christianus, antequam posset officio fungi ordinandus esset a capite: nullum enim ordinem habet (cod. Assis. 131, f. 158b).

Guido: Quod concedimus, dicentes quod virtus sacerdotii Veteris Testamenti consistebat in significando, virtus autem Novi consistit in efficiendo (p. 179).

Guillelmus: Quod concedimus. Unde si modo esset christianus aliquis sacerdos V. Legis, reordinandus esset ad hoc ut esset sacerdos N. Legis (f. 43d).

Aliud exemplum sumit laudatus auctor ex quaestione de simonia, in qua plura iterum excerpsit Hugo ex Guidone et Guillelmo, quae tamen passim magis conveniunt cum Alexandro; et quidquid insuper non reperitur in dictis fontibus, iterum legitur in *Glossa* Halensis.

Alexander, d. 25	Hugo, ib.
Respondemus: tribus modis potest licite accipere Ecclesia: pro maleficiorum correctione, pro ministrorum sustentatione, pro offerentium devotione (p. 443).	Solutio: tribus de causis accipit ecclesia pecuniam: pro correptione, pro ministrorum sustentatione, pro offerentium devotione (cod. cit., f. 160a).

Guillelmus: Solutio: tribus de causis accipit pecuniam ecclesia: prima est propter devotionem, secunda est propter sustentationem et stipendium ministrorum ecclesie, tertia est propter correctionem (f. 249b).

Alexander	Hugo
Distinguitur quod spirituale dicitur quatuor modis. Primo modo virtus vel effectus virtutis; haec nec de facto nec de iure vendi possunt, ut I, q. 1, Iudices, ubi dicitur quod... Item, spirituale *dicitur sacramentum Ecclesiae; quod de iure vendi non potest, licet de facto saepe vendatur*, ut I, q. 1, Gregorius... Tertio modo dicitur spirituale ius percipiendi spiritualia, ut decimas. *Et hoc iterum de iure vendi non potest*, ut I, q. 3, Si quis, ubi dicitur... Quarto modo dicitur	Notandum quod spirituale quatuor modis dicitur. Primo virtus vel effectus virtutis spirituale dicitur; hec nec de facto nec de iure vendi possunt, ut legitur C. I, q. 1, c. Iudices. Item, spirituale *dicitur sacramentum ecclesie; quod de iure vendi non potest, licet de facto sepe vendatur*, ut legitur I Cau. fere per totum. Item dicitur spirituale ius percipiendi dona. *Et hoc similiter de iure vendi non potest*, licet de facto sepe vendatur, ut legitur C. I q. 3 c. Si quis obiecerit. Item spirituale di-

spirituale vasa ecclesiae, *ut cruces, calices et huiusmodi.* Et *haec vendi possunt* pro piis causis, ut alimonia pauperum, redemptione captivorum et *reparatione ecclesiae*, ut XII, q. 2, Aurum habet Ecclesia (p. 444).

citur vasa ecclesie, *ut sunt calices, cruces et huiusmodi. Hec vendi possunt* pro piis causis, ut pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum, *pro reparatione ecclesie* et aliis multis de causis, ut legitur XII q. 2 c. Aurum habet ecclesia non ut servet sed ut pauperibus eroget (cod. cit., f. 159b-c).

Guido: Notandum est quod spirituale quatuor modis accipitur. Dicitur enim spirituale virtus vel effectus virtutis, et sic nec de facto nec de iure possunt vendi, ut habetur in canone, q. 1, c. Iudices. Item spirituale *dicuntur sacramenta Ecclesiae, quae de facto, non de iure possunt vendi*, ut habetur C. I, q. 1 per totum. Item spirituale dicitur ius percipiendi bona Ecclesiae, *quae de facto vendi possunt, non de iure*, ut habetur C. I, q. III, c. Si quis obiecerit. Item spirituale dicuntur vasa ecclesiae, quae propriis (*lege:* pro piis) causis possunt vendi, ut pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum, ut habetur C. XII, q. II, c. Habet Ecclesia non ut servet, sed ut eroget (p. 186).

Sequentia non leguntur nisi in Hugone et Alexandro, vel si etiam in dictis fontibus, sub forma prorsus diversa.

Alexander

Nihil enim magis spirituale est quam regnum caelorum; sed illud emitur, ut Mt. 13... Et Augustinus dicit in homilia:

Nihil vilius est cum emitur, nihil carius cum habetur. Emitur autem operibus caritate informatis: paupertate regnum, vilitate gloria, fame satietas, morte vita. Si hoc, numquid possunt similiter opera spiritualia fieri pro beneficio spirituali habendo? Resp. quod non... Et nota quod bona Ecclesiae aliter sunt Dei et aliter praelati. Nam Deus, ut dominus, potest facere de iis quod libuerit, ut dare vel vendere vel commutare. Praelati vero, ut dispensatores, tantum possunt... (p. 442).

Sed potest quaeri de sententia iudicis, utrum si vendatur simoniacus sit. Resp. quod non, quia exsecutio non est res spiritualis; sed peccat ex avaritia, quia constitutus est iudex ut libere faciat iustitiam pro unitate pacis servanda (p. 442).

Si vero miles vendit feudum carius ratione iuris patronatus, simoniam committit. Unde Abraham non emit sepulcrum,

Hugo

Item, nihil est magis spirituale quam regnum celorum; sed regnum cc. venale est, ut dicit Augustinus; ergo... Ad 2m dicimus quod revera regnum cc. venale est sicut dicit Augustinus: quo nihil vilius est cum emitur, nihil carius cum habetur. Emitur autem... operibus caritate informatis... paupertate regnum, vilitate gloria, fame satietas, *labore requies*, morte vita. Sed si hec fiant pro regno celorum habendo, numquid fieri possunt pro prebenda obtinenda? Solutio: nota quod... bona spiritualia ecclesie aliter sunt Dei, aliter prelati. Dei sunt ut domini; unde de hiis facere potest quidquid ei placuerit, vel dare, vel vendere, vel commutare... Prelati sunt ut dispensatoris tantum; unde... (f. 159b-c).

Ad 3m dicimus quod iustitia quam facit iudex secularis non est res spiritualis... unde nec simonie reus est...

sed peccat ex avaritia, quia ad hoc constitutus est iudex, ut omnibus libere iustitiam faciat pro pacis unitate servanda (f. 159c).

Ad 4m dicimus quod miles... si carius vendat propter ius patronatus, simoniam committit... Unde recta mercatio fuit quan-

sed agrum, in quo erat spelunca duplex... Sed quantum ad Ephron fuit simonia, quia carius vendidit.

Similiter Iacob non emit ius primogeniturae, ut in Gen. 25, quia iure divinae electionis illud habuit: quod figurabatur cum tenuit plantam fratris sui (p. 443).

Si vero quaeratur de iniuste suspenso, utrum possit pecunia redimere exsecutionem sui officii: quod videtur per hoc quod dictum est de Iacob, qui emit primogenita; et praeter hoc Ecclesia non peccat redimendo decimas, respondemus: Sententia pastoris, sive iusta sive iniusta, timenda est; et... non potest redimere. Iacob autem proprie ius suum non redemit, sed quietam sui iuris possessionem (p. 443).

tum ad Abraham, qui non emit sepulcrum, sed agrum, in cuius parte erat... spelunca duplex... Sed quantum ad Ephron simonia fuit, quia carius vendidit... Ad 6m dicimus quod Iacob non emit ab Esau primogenita, sed redemit. Sibi enim iure divine electionis debebantur: quod figuravit ipse Iacob nascendo in hoc quod tenebat plantam pedis Esau (f. 159c-d).

Sed ex hoc quod modo dictum est qr utrum iniuste excommunicatus vel suspensus pecunia possit redimere exsecutionem sui officii. Et vid. quod sic per hoc quod dictum est de Iacob. Item ecclesia non peccat decimas redimendo. Solutio: ad hoc dicimus quod... sententia pastoris, sive iusta sive iniusta, tenenda est, ut dicit canon; ideo... simoniam facit. Quod obicitur de Iacob, dicimus quod... non tam ius suum redemit quam quietam iuris sui possessionem (f. 159d).

Tota quaestio ista Hugonis hic edenda foret, adiectis locis parallelis Guidonis de Orchellis, Guillelmi Altissiodorensis et Alexandri Halensis. Sed iam probata nobis apparet assertio K. F. Lynch, ipsam scilicet *Glossam* Halensis adnumerandam esse inter fontes *Commentarii* Hugonis de S. Caro. Adhuc unum locum nihilominus hic afferamus oportet, in quo tum modus compositionis Hugonis, tum eius dependentia respectu Alexandri maxime deprehenditur. Ceterum sufficiet textum Hugonis afferre, quia textus correspondentes Guidonis, Guillelmi et Alexandri superius iam allegavimus (p. 22*s.). Verba typis inclinatis impressa vel tantum in Alexandro recurrunt, vel magis ad verbum ibidem leguntur.

Nota quod David ter fuit inunctus: primo in Bethleem in domo patris, Reg. I, 16, in signum futuri regni: nondum enim regnavit; et significat inunctionem baptismi, per quam nondum regnare meruimus propter defectum usus liberi arbitrii. Secundo fuit inunctus in Ebron super duas tribus tantum, *II Reg. 2;* et *significat unctionem confirmationis, per quam* iam *sumus idonei ad regnandum.* Unde David post secundam unctionem multos habuit adversarios, et post confirmationem incipiunt graves tentationes. Tertio unctus fuit David *in Ebron super omnes tribus, Reg. II, 5;* et *significat unctionem glorie,* que erit in patria quando erimus in plenitudine pacis (f. 133a).

Item, *videtur quod idem sit effectus eucharistie et confirmationis.* Dicit Psalmus: Panis cor hominis confirmet, id est corpus Christi cor hominis. Cum ergo confirmatio cordis est effectus eucharistie et similiter confirmationis, et ita idem est effectus duorum sacramentorum... Item, secundum hoc videtur quod confirmatio superfluat, cum eucharistia idem efficiat. Ad hoc dicunt Magistri (*Guido mediante Altissiodorensi*) quod confirmatio

cordis proprie et per se est effectus sacram. confirmationis, per accidens vero et quasi ex consequente eucharistie. Sed videtur quod hec solutio non sufficiat... Propter hoc dicunt q u i d a m (*Altissiodorensis*) quod eucharistia quibusdam est lac, quibusdam panis... Sed adhuc non solvunt quod obicitur... Ideo dicunt a l i i (*ignoti*) quod duplex est confirmatio sive robur, scil. robur intellectus et robur affectus... Vel potest dici (*ut dicit Alexander*) quod sacram. confirmationis dat robur *ad tolerantiam mali*, eucharistia roborat in amorem Dei; et hec solutio magis probabilis est (f. 132b).

Sed secundum hoc videtur quod in baptismo non fiant pleni christiani, *et ita videtur quod si decedant ante confirmationem, quod non habeant plenam absolutionem.* Sed sciendum quod duplex est plenitudo, scil. sufficientie et effluentie sive copie. *Prima datur in baptismo, secunda in confirmatione* (f. 132b).

Quisquis haec verba Hugonis attente contulerit locis Guidonis, Altissiodorensis et Halensis superius relatis, omnia reperiet inde collecta fuisse; et quidem ad *Glossam* Halensis quod spectat, ex redactione codicis P: quod est maximi momenti pro determinanda aetate illius redactionis. Ex eodem fonte, ni fallimur, hausit Hugo et sequentia:

Codex P	Hugo
Apostolis etc. Vel eorum vicariis, quia dicitur quod B. Marcus tempore Apostolorum confirmabat, et tamen non erat apostolus; erat autem vicarius, sicut episcopi modo (p. 128, lin. 20).	Contra: dicitur quod B. Marcus tempore apostolorum confirmabat, et Marcus apostolus non erat, sed tantum evangelista. Solutio: etsi Marcus non erat apostolus, tamen erat eorum vicarius, sicut episcopi modo (f. 133a).

Fructum igitur huius longioris collationis tandem colligentes, concludimus quartum librum *Glossae* Halensis certe scriptum esse intra decennium 1222-1232, scilicet post *Summam auream* Guillelmi Altissiodorensis et ante *Scriptum in Sententias* Hugonis de S. Caro. Et cum aliunde constet Alexandri scholas vacasse annis 1229-1232: namque Andegavi, Romae et in Anglia illum invenimus tunc successive commorantem (v. Proleg. ad lib. I, pp. 66*-68*), absque scrupulo erroris eius lecturam *Sententiarum* assignare fas est annis 1222-1229, intra illos videlicet annos. Nec igitur immerito 'prima' huiusmodi 'lectura' salutatur simul a Rogero Bacone et ab auctore *Chronicon de Lanercost* (v. Proleg. ad lib. I, pp. 25*, 33*). Utrum crisis universitaria anni 1229 ratio esse possit annon status incompleti libri IV, nescimus; at coincidentia saltem notari potest.

Cap. 3. — De authentia libri IV.

Authentia totius *Glossae* ac proinde ipsius quarti libri manifestioribus nititur testimoniis (v. Proleg. ad lib. I, p. 107*), ut rationabiliter in dubium verti possit. Equidem nec quartus liber hoc sub respectu impar

est ceteris. Sicut tres libri priores Alexandro inscribuntur a testibus coaevis, ita et quartus, scilicet ab Henrico Merseburgensi et ab auctore ignoto *Speculi iuniorum* (v. Proleg. ad lib. I, pp. 98*-101*). Ex tribus codicibus in quibus simul inveniuntur tres libri priores (AEL), duo etiam quartum exhibent (AE); in aliis duobus solus quartus habetur, at sociatus Alexandri *Quaestionibus* (PT). Idem insuper usus omnium quatuor librorum notatur in compilationibus codicis Assis. 103 et codicis Vat. lat. 691, in *Summa Halesiana* et in *Commentario* S. Bonaventurae (praesertim in *Dubiis*); et mox edendae *Quaestiones de sacramentis* Guillelmi de Militona ostendent quo gradu quartum *Glossae* librum ipse usu adhibuerit. Saltem externa, ut patet, criteria et unitatem operis et authentiam omnium quatuor librorum indubitanter ostendunt. Neque casu fortassis in quodam textu supra relato (p. 39*s.) exemplum 'regis Franciae', quod legitur in fonte, mutatum est in 'aliquis Anglicus de regio sanguine'.

Iis porro accedit quod omnes quatuor libri, in se considerati, eamdem prae se ferunt aetatem, eamdem indolem reportatae lecturae scholaris, eamdem quoque mentem ac informationem. Idem enim utrobique usus S. Scripturae et Glossae; idem circulus auctorum praedilectorum, quorum nonnulli antea vix allegati (Anselmus, Damascenus, Nemesius); idem usus tacitus Aristotelis et Euclidis, Praepositini et Altissiodorensis. Methodus quoque expositionis prope eadem est utrobique, glossis nempe constans litteralibus ac brevibus dubiis circa litteram, quae ad formam quaestionis passim accedunt. Huiusmodi quaestiones frequentiores quidem adsunt in hoc IV libro simulque longiores, at differentia, ni fallimur, non excedit naturalem quamdam evolutionem.

Alia quaedam unitas paulo magis desideratur, scilicet unitas colligantiae librorum mediantibus mutuis allegationibus. Praeter enim allusionem ad librum III futurum quae legitur in libro I (p. 152), et appellationes ad librum II occurrentes in libro III (pp. 27, 125, 138, 483): omnes ceterum incertae, utpote propriae solis redactionibus E et L, tres libri priores sese invicem ignorant. Tamen reales, ni fallimur, allusiones in hoc IV libro reperiuntur tum ad librum II (pp. 229, 306, 402, 505, 578), tum ad librum III (p. 235).

Unitas etiam redactionalis non parum desideratur. Non solum in quatuor libris invicem comparatis, sed nec in uno eodemque libro semper uniformitas habetur. Liber I primum utitur formulis *Item, Contra, Respondeo* (pp. 1-240), deinde *Praeterea, Contra, Respondeo* (pp. 243-314), demum *Adhuc, Contra, Dicendum* (pp. 319-484). Adhuc maior varietas notatur in solutione obiectorum: communiter *Ad aliud dicendum*, at saepe etiam *Ad id vero quod obr... dicendum* (*respondeo, dico*); rarius *Ad*

tertium (*quartum*, *ultimum*) *dicendum*, *Quod obr... respondeo* (vel *dicimus*), *Ad hoc autem quod obr... respondeo*. — Similiter liber II primum utitur formulis *Item*, *Contra*, *Respondeo* (pp. 1-110), deinde constanter *Adhuc*, *Contra*, *Dicendum* (pp. 112-420). — Liber III econtra fidelissime utitur formulis *Adhuc*, *Contra*, *Dicendum*. — In libro IV redit varietas et inconstantia: primum *Item*, *Contra*, *Respondemus*, sed a pag. 114 et deinceps pro *Item* ubique *Praeterea*. In solutione obiectorum: *Ad aliud dicimus* (rarius *dicendum*); aliquoties *Ad secundum* (*tertium* etc.) *dicimus* (v. pp. 174s., 195s.), saepe *Ad id vero quod obr... dicendum*. Ceterum neque codices in formulis conveniunt: in codice P, saltem in priori parte operis, pro *Respondemus... dicimus* constanter habetur *Dicendum*. In aliis codicibus ipsa vox *Respondemus* saepius incerta est, quia simplex *R.* habetur, quae sane rectius *Respondeo* vel *Responsio* legeretur; sed quia in solutione obiectorum plurale *dicimus* habetur, et plurale *Respondemus* ubique visum est praeferendum.

Mira, ut patet, varietas redactionis in *Glossa* notatur et nonnisi parva quatuor librorum ad invicem colligantia. Sed quis, prae oculis habens ex una parte indolem reportationis totius operis, et ex altera tot eiusdem unitatis externa internaque testimonia, huiusmodi defectus contra authentiam unius alteriusve libri rationabiliter invocare posset? Nullus certe qui naturam reportationis et usus scholares illius aetatis vel parum cognoverit. Authentiam totius *Glossae* nos itaque certam habemus, neque dubitamus quin procedentibus studiis litterariis de sacramentis, tum authentia libri IV, tum eius momentum pro re sacramentaria semper notiora fient simulque certiora.

Etiam de momento doctrinali totius *Glossae* Halensis hic parumper disserere placuisset; quod non tantum in eo consistit, quod unicus fere testis est hactenus repertus theologiae florentis Parisiis in decennio 1222-1232, sed in hoc etiam, in hoc immo praesertim, quod 'et continentur ibidem optima', ut iam olim notabat peritus collector amatorque librorum Amplonius Ratinck, nostrum codicem describens Erfordiensem O. 68 (v. Proleg. ad lib. I, p. 80*). Optima profecto in singulis libris occurrunt: de Dei natura et operationibus, de angelis bonis et malis, de moralitate ac merito, de Christo et redemptione, de praeceptis et consiliis, de virtutibus et vitiis, de aureolis et fructibus, de sacramentis in genere et in specie, de Ecclesia et de corpore mystico. Sed haec aliis historice consideranda exponendaque relinquimus, et nobis satis sit talem testem theologiae mediaevalis reperisse in lucemque produxisse.

PP. Editores

GLOSSA

IN LIBRUM QUARTUM

SIGLA ADHIBITA

A	=	cod. Assis 189 (Glossa Alexandri).
B	=	cod. Assis. 103 (Glossa Alexandri).
E	=	cod. Erford. Amplon. O. 68 (Glossa Alexandri).
Fl	=	cod. Laurent. (Florentiae) Plut 13 dext. 8 (Ioan. Damasceni *De fide Orth.* versio Burgundionis).
P	=	cod. Paris. Nat. lat. 16406 (Glossa Alexandri).
T	=	cod. Tudert. 121 (Glossa Alexandri).
ANON. P	=	cod. Paris. Nat. lat. 3032 (Compilatio in IV Sent.).
ANON. Tr	=	cod. Trecen. 1862 (Ps.-O. Rigaldi in IV Sent.).
ANON. V	=	cod. Vat. lat. 691 (Ps.-Guerricus in IV Sent.).

[INTROITUS]

1. Legitur IV Reg. 5, 10 : Dixit Eliseus ad Naaman : *Vade et lavare septies in Iordane* etc. Tangitur hic historia [1]. Legitur enim primo quod *venit cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei, misitque ad eum Eliseus nuntium* suum *dicens: Vade et lavare septies in Iordane, et recipiet sanitatem caro tua atque mundaberis*. Hic agitur de sacramentis, et de gratia suscepta per sacramenta, et de beatitudine consequente omnes gratias. A 116 a B 124 r E 221 r P 153 r T 145 a

2. In primo libro agitur de iis quae pertinent ad Creatorem quoad unitatem essentiae et trinitatem personarum, et de scientia, voluntate et potentia, quae respectu creaturae dicuntur. — In secundo autem libro dicitur de creatura triplici, videlicet corporali, spirituali et composita ex utraque, quarum unaquaeque ex nihilo; et de eo quod procedit ex creatura duplici, spirituali simpliciter vel in parte, in quantum nihil est. Et est similiter triplex differentia illius, id est peccati, quae similiter tangitur ibi [2]. Est enim peccatum quod corrumpit personam, et est peccatum quod corrumpit naturam; tertium quod personam corrumpit ratione naturae. Primum dicitur actuale; secundum dicitur peccatum primorum parentum; tertium originale. — In tertio vero libro agitur de reparatore corruptionis

Cod. P, *humore laesus, vix legi potest quoad nn. 1-3.* 2 Naaman] syrum *add.* EP. 3 etc· A, et recipiet... mundaberis (*ut lin. 6-7*) BEPT, in hoc primo tangitur materia huius... (?) sacramentorum *add.* P. || hic historia A (*corr. in* hoc in historiis A²), etiam hoc in historiis BP, in historia E, hoc in hester T. 4 enim A (*corr. in* autem A²), autem BEPT. 5 domus *om.* T. || suum *om.* BE. 6 in Iordane *om.* BEP. 6-7 et²... mundaberis A, etc. BEPT. 7 Hic agitur] agitur in hoc libro P. 7-8 sacramenta] si digne recipiuntur *add.* P. 8 gratias] et de penis consequentibus si digne recipiuntur *add.* P. 10-11 scientia] et *add.* BE. 11 et *om.* T. || respectu] vere E. || dicuntur A, sunt *et trp. p.* quae BEP, *om.* T. 12 autem *om.* E. || dicitur A, agitur BEPT. || videlicet] scilicet EP. 13-14 et... spirituali *mg.* (*hom.*) A². 15-16 similiter] simpliciter E. 16 id est] scilicet T. 18 et e. peccatum *om.* T, *om.* et E. 20 dicitur... tertium *om.* E. 20-21 tertium originale *om.* T. 21 vero l. agitur *om.* A, *om.* vero B, *om.* agitur T. 21-1 (p. 2) reparatore... compositae] reparatione illius que reparabilis fuit, corruptionis scilicet, et illa est corruptio compositionis E.

[1] Cf. Fl. Iosephus, *Antiquitates Iudaicae*, IX, c. 4 (ed. Paris. 1845, I, 338ss.) ; P. Comestor, *Historia scholastica*, IV Reg., c. 8 (PL 198, 1391 C-D). [2] Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 21, n. 3 (p. 183s.).

Introitus: verbotenus, paucis tantum omissis, in cod. Patav. Univ. 853, f. 132b-d, ante *Comm. in IVm Sent.* Hugonis de S. Caro; contracte in anon. V, f. 121r: « Vade lavare septies... mundaberis, IV Reg. 5. Verba sunt Helisei ad Naaman. Nota est historia, quomodo venit... scilicet de beatitudine ».

illius creaturae quae reparabilis, scilicet compositae: pure enim spiritualis non fuit reparabilis; et de gratiis et praeceptis.

3. In hoc quarto libro, quia nondum est in iis sufficientia ad salutem, agit de sacramentis et gratiis sacramentorum: quae gratiae sacramentorum non respiciunt solum quod immediate influit a Deo, sed quod per Mediatorem; et de beatitudine et poena opposita. Tangitur primum per hoc quod dicitur in principio auctoritatis, per hoc quod dicit: *Vade et lavare septies in Iordane;* secundum autem tangitur per hoc quod dicitur: *Recipiet sanitatem caro tua* etc.

4. *Misit Eliseus nuntium* etc. Quis est Eliseus nisi Christus? Quod patet ex interpretatione: Eliseus enim dicitur 'Dei mei salvator sive salutare' [1]. Quod bene competit Christo, de quo dicitur in Gen. 49, 18: *Salutare tuum exspectabo, Domine;* et in Matth. 1, 21: *Ipse salvum faciet* etc. Et bene dicitur 'Dei mei salvator': hoc enim attribuit Deo Patri; et non solum hoc, immo omnia quae habet. Unde in Ioan. 6, 38: *Descendi non ut faciam voluntatem meam* etc.; et in 5, 19: *Non potest quidquam Filius a se facere* etc.

5. Iste Eliseus mittit *nuntium*, id est sacerdotem, dispensatorem sacramentorum. Qui dicitur 'nuntius' quia debet nuntiare divina mysteria. Unde et 'angelus', in Malach. 2, 7: *Labia sacerdotis* etc., *quia angelus Domini exercituum est* etc. Mittitur autem hic nuntius ad Naaman syrum leprosum. In quo tria: Naaman, syrus, leprosus. *Naaman* interpretatur 'decorus', et *syrus* 'sublimis' [2]; per hoc quod *leprosus*, intelligitur peccator totaliter infectus. In quo intelligitur genus humanum corruptum

1 creaturae *mg.* A², *om.* BEPT. || quae] est *add.* P. 2 praeceptis] agitur ibidem *add.* E. 3 hoc *om.* E. || nondum *corr. ex* non A². || est] fuit E, *om.* BPT. || iis] ea B, istis E. 4 et gratiis sacr. E, *om.* ABPT. 5 solum] bonum E. 6 influit] fluit EP. || Deo] sicut tres virtutes *add.* P. || et¹] agitur ibi *add.* E. 7 Tangitur] autem *add.* BEPT, *add. mg.* A². || primum] aut principium *add. mg.* A², principium BP. 7-9 in... dicitur *mg.* (*hom.*) A². 8 per... dicit *om.* E, scilicet *praem.* P. 8-9 septies in Iordane AT, sept. etc. BE, etc. P. 9-10 secundum... etc.] secunda autem pars... etc. P, *om.* (*hom.*) E. 11 Misit] ergo *add.* E.|| Quis... Christus] Eliseus autem Chr. est P, *add.* iste *p.* est E. 12 ex interpr.] per interpretationem E. || enim *om.* E. || dicitur] interpretatur PT, *om.* B. 13-16 sive... salvator *om.* (*hom.*) E. 13 competit Chr. de] Christo (convenit de *mg.*) A. 14 et in] etc. A. 15 dicitur *om.* BT. 16 enim] quod est salvator *add.* P. 17 Unde in *om.* E. 18 meam *om.* A. || etc.] de quo et Gen.: Salvatorem tuum exspectabo Domine, et Mt. 3: Ipse salvum faciet etc. que omnia attribuit Patri *add.* (*v. lin. 13-16*) E. || et in 5] Ioan. 5 E, et in ew. P. || in *om.* A. 19 se] ipso *add.* P. 20 mittit] misit E. || nuntium] etc. *add.* A, suum *add.* P. 22 et] dicitur *add.* E, *add. mg.* A². || in *om.* E. 23 quia] idem *add.* P. || est *om.* P. 24 tria] notantur *add.* BE. 25-26 et syrus] syrus vero P. 26 hoc quod *om.* E, dicitur *add.* BP.

1 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 821). 2 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 785, 811, 826).

per peccatum primi parentis, quod processit ex adipe, id est ex consideratione sui decoris. Unde in Psalmo [1] : *Ex adipe prodiit iniquitas*. Et hoc exponitur etiam de peccato primi parentis [2]. Dixit enim serpens, Gen. 3, 4-5: *Eritis sicut dii* etc.; et iterum: *Non moriemini* etc.; et ex conceptione huius scientiae et immortalitatis inclinatur Eva ad esum pomi. Fuit ergo peccatum in conceptione decoris et sublimitatis. In hoc autem primi parentes et filii omnes facti sunt filii irae, ut ad Eph. 2, 3: *Eramus filii irae;* facti etiam sunt filii diaboli per imitationem, in Ezech. 28, 17: *Elevatur cor tuum in decore tuo.*

6. Unde decorus et sublimis accedit Naaman ad Eliseum, instinctu puellae parvulae Israelitae captivatae a latrunculis Syriae [3]. Quae est synderesis sive conscientia recta in omni homine, de qua Basilius [4] dicit quod est 'naturale iudicatorium'. Quae non est corrupta, *puella* est, quia remurmurat semper peccato; diminutive tamen puella, quia coniuncta est libero arbitrio. *Parvula* est ratione effectus generalis. Unus enim effectus generalis est, remurmurare peccato; unus autem est specialis, non exsistens in quolibet, scilicet excitare liberum arbitrium ad bonum operandum: non enim in illis in quibus est exstincta. *Israelita:* aspirat enim semper ad aeterna videnda [5]. *Captivata a latrunculis Syriae:* qui sunt motus sensuales, qui aliquando procedunt ex stimulo carnis, || aliquando ex suggestione carnis et A 116 b a *Syria*, quia ex superbia processerunt. Per hos captivatur quantum ad effectum: licet enim remurmuret, tamen non excitat

2 in *om.* ET. 3 iniquitas] etc. *add.* P. || hoc *om.* E. || etiam *om.* ET. 4 etc. *om.* ET. 5 etc. *om.* BET. || et ex A, *om.* et EPT, *om.* ex B. 5-7 huius... conceptione *mg.* (*hom.*) A². 6 inclinatur] cogebatur E. || pomi *om.* BET. 7 decoris] decorus BP. || sublimitatis] sublimitate A (*corr. in* quod sublimis A²), quod sublimis BPT, sublimis E. || et²] eorum *add.* E. 8 omnes] eius A. || facti sunt *om.* BEPT. || ut... irae *om.* (*hom.*) E. 9 etiam sunt] sunt et ET. || in] unde E, *om.* P. 10 decore tuo] decorem tuum BP. 12 captivatae] capte A. 13 Quae] puella *add.* E. 15 Quae A² (*corr. ex* quod), quod BET, quia P. || est² *om.* ET. 16 diminutive] dimittere PT, *quod corr.* A², *lacuna* E. 17 est] dicitur P, *om.* E. || generalis *om.* BEPT. 17-19 Unus... quolibet *om.* E. 17 enim *om.* B, eius *add.* BP. 18 est¹] scilicet *add.* P. || peccato] vel contra malum *add.* P. 18-19 unus... non] alius vero specialis non est P. 19 excitare] exigere P. 20 ad b. operandum *om.* BEPT. || illis] effectibus *add.* P. || est] vel hiis effectibus *add.* P. 21 Israelita] est *add.* E, dicitur *add.* P. || enim *om.* A. || Captivata] captiva ducitur P. 23 ex¹] a BPT. || ex²] a BPT, autem *praem.* P. || carnis² *ita* (*forte pro* diaboli) ABET, eius P, diabolica *add.* E. || et *om.* T. 24 ex] a BEPT. || hos] scil. motus *add.* P. || captivatur] puella *add.* P. 25 effectum] suum *add.* P. || enim *om.* E.

1 Ps. 72, 7. 2 Dicit 'etiam', quia de angelis malis hoc solet exponi. Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 6, n. 3 (p. 50). 3 IV Reg. 5, 2-3: *Porro de Syria egressi fuerant latrunculi et captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam* etc. 4 *Hom. 12 super principium Prov.*, n. 9 (PG 31, 406 C, 1772 B). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 40, n. 1 (p. 381). 5 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 788).

liberum arbitrium. De quibus in Osee 7, 1: *Fur ingressus est spolians, latrunculus foris.* Per 'latrunculum' intelligitur veniale; per 'furem' mortale, quia spoliat.

7. Sed licet peccator aliquando stimuletur a sua conscientia ut veniat ad Christum, non tamen vult plene venire ad eum. Duplex est huius causa. Primo, non vult venire ad eum a quo est aversus; unde Ier. 2 cap., 27: *Verterunt ad me tergum, et non faciem.* Quos alloquitur Dominus in 3, 14: *Convertimini ad me, filii* etc. — Praeterea, causa est in historia dicta tacta. Prima est propter humilitatem nuntii; altera propter humilitatem sacramentorum. Exemplum: si aliqui credunt regem locuturum,
P 153 v omnes currunt; sed quando per servientem || loquitur, a multis contemnitur; Dominus autem per nuntios loquitur. Error tamen est: licet enim exterius loquatur per servientem, tamen interius operatur et loquitur, gratiam infundendo et culpam remittendo; sed non respiciunt nisi ad exterius. — Secunda causa: humilitas sacramentorum, quia dantur per aquam, per oleum, per panem, quae nullam videntur habere vim. Unde Naaman indignatus recessit dicens [1]: *Credebam quod ad me accederet.*

8. Dixit etiam [2]: *Numquid non meliores fluvii Damasci, Abana et Pharphar,* fluviis israeliticis ? *Damascus* interpretatur 'potus sanguinis', vel 'saccus' sive 'sanguis cilicii' [3]. Secundum primum intelligitur peccatum. Unde in Osee 4, 2: *Sanguis sanguinem tetigit.* Gregorius similiter in *Moralibus* [4]: « Sanguis sanguinem tangit, cum culpa culpis exaggeratur ». Ille potat sanguinem, qui

1 quibus] quo E. || est *om.* E. 2 veniale] peccatum *add.* EP. 3 furem] vero *add.* P. 4 aliquando] quandoque E. 5 ut... Christum *om.* BEPT. 5-6 ad eum... venire A (*corr. in* ad susceptionem. duplex est huius causa quare non vult, quia non vult venire A²), ad susceptionem penitentie (ad penitentiam E). Et duplex est causa quare (peccator ad Christum *add.* P) non vult (venire *add.* EP), quia non vult venire (*om.* quia... venire P, non enim vult redire *pro* quia... venire E) BEPT. 6 est² *om.* BPT. 7 unde *om.* E. || 2 cap. AB, *om.* P, *om.* cap. ET. 8 Dominus] dicens *add.* E. 9 filii] revertentes *add.* BEPT. || Praeterea] prima ABET, *om.* P. || dicta *om.* P. || Prima] etiam *add.* E. 10 altera] alia E, vero *add.* P. 11-12 credunt... currunt AT, audiant... currunt B, crederent... currerent (concurrerent E) EP (loqui *pro* locuturum E). 12 servientem loquitur] servum idem dicitur E. 13-14 tamen... enim] enim est hic, quia licet E, *om.* enim P. 15 culpam] peccata T. 16 causa] est *add.* EP. 17-18 per²... per] et... et E. 18 Unde *om.* E. 19 dicens] dicendo A. || accederet] accedens P, crederet T, etc. *add.* EP. 20 Numquid *mg.* A², *om.* E. || non *om.* ABET. || meliores] maiores P. 21 et... israeliticis *lacuna* E. 22 saccus sive *om.* P. || Secundum] per P. 23 Unde in *om.* B, *om.* in E. 24 similiter A, sic PT, *om.* BE. || in Moral. *om.* E, tangit *add.* APT. || Sanguis *om.* T. 25 tangit] tetigit *exp.* A. 25-2 (p. 5) cum... per *om.* P. 25 culpis... potat] culpe... bibit BET.

1 IV Reg. 5, 11: *Putabam quod egrederetur ad me.* 2 IV Reg. 5, 12. 3 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 777, 820, 847, 853, 1182). 4 Lib. XIII, c. 17, n. 20: « Sanguis ergo sanguinem tangit, cum culpa culpam cumulaverit » (PL 75, 1027 B).

cum delectatione peccat. — *Abana:* idem quod 'colligens lapides' [1]; per quod intelligitur obstinatio peccati. Qui bene dicitur 'fluvius Damasci', quia ex delectatione peccati generatur obstinatio. Sed potest Deus *de his lapidibus suscitare filios Abrahae,* ut in Matth. 3, 9. — *Pharphar:* talpae sive suffossiones [2]; per quod intelligitur occultatio peccati. Talpa fodit terram, metuens venire ad lucem; ita induratus non vult venire ad lucem confessionis, et peccator moritur si diu est in luce, morte scilicet peccati.

9. In his autem fluviis vult potius peccator lavari quam in Iordane, scilicet in his sacramentis sive in gratiis procedentibus ab humilitate Christi. *Iordanis* enim interpretatur 'humilis descensus' [3]; quod bene Christo aptatur, qui primo in carnem, deinde in crucem [descendit]. Unde ad Philip. 2, 8: *Humiliavit se, obediens* etc. — Considerandum quod illi fluvii non mundant, sed sordidant animam; immo omne peccatum: ergo multo fortius ista. Unde in Ier. 2, 22: *Maculata es in iniquitate tua;* et in Thren. 1, 9: *Sordes eius in pedibus.* Sed flumina sacramentorum mundant per gratiam, ut Glossa [dicit] ibidem [4]: *Vade, lavare septies;* et in Zach. 13, 1: *Erit fons* || *patens domui* T 145 b *David* etc. Quid intelligitur per fontem nisi virtus passionis, a quo procedunt rivuli sacramentorum ad abluendum peccatum et sequelam eius ?

10. Recedentem autem peccatorem propter humilitatem ministerii et propter huiusmodi humilitates, quae sunt vasa medicinalia, monent servi ne salutem suam contemnat. Dixerunt enim [5]: *Si etiam rem grandem* etc. Servi sunt motus rationis rectae, qui servi sunt, quia vinculis peccati tenentur; sed cum a Domino liberantur, boni servi sunt. Unde Eccli. 33, 31:

---

1 peccat] peccati procedit E. || idem] est *add.* BE. 3 delectatione] vel dilectione *add.* E. 4 potest Deus] D. potens est P. || suscitare] facere E. 5 ut... 3 *om.* B, unde Mt. 3 E. || Pharphar] interpretatur *add.* P. || suffossiones] suffocationes ABE. 6 fodit] transfodit E. 7 induratus] obduratus in malo E. || non vult] metuit P. 9 autem *om.* BEPT. 10 his] ipsis BEPT. || in[2] *om.* BEPT. || gratiis] sacramentalibus *add.* P. 11 humilitate] humanitate E. 12-13 quod.... descendit *om.* BEPT. 13 Philip.] Eph. BT. || se] ipsum *add.* E. 14 mundant] vel abluunt *add.* P. 15-16 immo... ista *om.* E. 16 ista] ita A, illius T. || in[1] *om.* BEPT. 17 et in *om.* P, *om.* et BT, *om.* in E. || pedibus] eius *add.* E. 18-19 ut... septies *om.* E, etc. *add.* B, in Iordane *add.* T. 18 Glossa] G. AT(*corr. in* dicitur A[2]), scilicet B, *om.* P. 19 et in] unde in E, *om.* T, *om.* in P. || domui *om.* P. 20 etc. *om.* E. || Quid] enim *add.* E. || Quid... passionis] per fontem intell. v. p. Christi P. 21 quo] qua ET. 23 Recedentem... peccatorem] recedente... peccatore E. 23-24 humilitatem ministerii et propter P, *om.* (*hom.*) ABET. 24 huiusmodi] istas BEPT. 28 liberantur] et exercentur *add.* P.

---

1 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 823). 2 Hieronymus, ib. (PL 23, 825). 3 Hieronymus, ib. (PL 23, 781, 844). 4 *Glossa ordin.* in IV Reg. 5, 10, et in Zach. 13, 1, ap. Lyranum (II, 166r; IV, 419v). 5 IV Reg. 5, 13.

Si est tibi servus fidelis etc. Hi monent ipsum peccatorem accedere ad Iordanem ut septies lavetur, ut praecepit Propheta.

11. *Iordanis:* humilitas crucis. Per fluvium Iordanis intelligitur principaliter Baptismus, qui principaliter abluit. Sed quia dixit 'septies lavetur', ut notetur humanum genus infectum [esse] septem infectionibus, quae abluuntur in adulto in Baptismo, nota: Septem infectiones quibus infectum est sunt hae:
A 116c prima est originalis peccati; || secunda actualis; tertia, quae minima est, venialis peccati; quarta, difficultatis discernendi inter bonum et bonum, et malum et malum, malum et bonum; quinta, difficultatis proficiendi in bono; sexta, resistendi contra concupiscentias carnis; septima, difficultatis standi in bono contra tentationes. — Tres primae ad tria peccata, quatuor sequentes ad poenas peccati pertinent. Sed tres illarum ad tres poenas in tribus motivis viribus. Nam in rationabili est difficultas discernendi; in concupiscibili difficultas resistendi, nam illa potentia
E 221v corrupta est et infecta [1]; || in irascibili difficultas proficiendi in bono. Motus enim ab anima est irascibilis, ad animam autem concupiscibilis. Et est locutio de concupiscibili et irascibili rationali, non brutali sive communi. Quarta vero poena, scilicet difficultas standi in bono, pertinet ad tres vires.

12. Contra has septem infectiones sunt data nobis septem sacramenta in adiutorium [2]. Contra originale peccatum principaliter est Baptismus, qui successit circumcisioni, cuius effectus specialis fuit contra originale. Sed amplior gratia exhibetur in Baptismo. Delet enim originale et actuale quoad culpam et

---

2 septies *om.* E, ibi *add.* EP. || praecepit] monet B, precipitur a T. 3 Iordanis... crucis *om.* BEPT. || fluvium Iordanis] Iordanem BEPT. 4 principaliter[1] *om.* P. 5 lavetur *om.* BEPT. || ut notetur A (*corr. in* oportet intelligere A[2]), oportet intelligere (intelligi E) BEPT. 7 nota] vel AT, *om.* BEP, de septem infectionibus generis humani *add.* P. || Septem] autem *add.* P. || quibus inf. est *om.* P. 8 orig. peccati] originale peccatum BE, *om.* peccati T. || secunda] est *add.* P. || actualis] actuale BE, mortale *add.* E. 8-9 quae... peccati] veniale peccatum E. 9 difficultatis] difficultas BEP, vero est *praem.* P. 10 bonum[2]... bonum] malum E. || et[2] *om.* BT. || malum[2]] et *add.* P. || malum[3] *om.* T. 11 difficultatis] difficultas BEPT. || sexta] difficultas *add.* E. 11-12 contra concup.] concupiscentiis E. 12 septima] que est *add.* T. || difficultatis AT, difficultas BE, *om.* P. 13 primae *om.* T. || peccata] pertinent *add.* E. 14 poenas] sequelas E. 15 rationabili] rationali BEPT. 16 difficultas *om.* P. || nam illa] illa enim P. 17 difficultas *om.* P. 17-18 ab... concupiscilibis] irasc. est ab anima, concup. vero ad animam P. 19 est locutio] ideo E. || et *om.* BE. 20 rationali *om.* E. || non] autem *add.* P. 20-21 scilicet... bono *om.* BEPT. 22 has] autem *add.* P. || sunt... nobis] dantur nobis P, sunt septem refectiones, scilicet E. 23 in adiutorium *om.* E. 23-25 peccatum... originale *om.* (*hom.*) T. 25 exhibetur] est BEPT.

---

[1] Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 31, n. 4 (p. 297). [2] Cf. infra, d. 3, n. 2.

Num. 11-12: cf. anon. Tr, f. 140a-b; anon. V, f. 121v, 123b, et hic infra, d. 3, n. 2.

poenam, si digne suscipiatur. Contra actuale est Poenitentia in adiutorium : est enim « secunda tabula post naufragium » [1]; et quia multoties recidivat homo in actuale, repetitur hoc sacramentum. Ratione vero venialis peccati datur Extrema Unctio. Ratione vero difficultatis discernendi datur Ordo. Ut [enim] dicit Dionysius in *Ecclesiastica Hierarchia* [2], ad Ordinem pertinet illuminare et purgare. Quod etiam patet in clavibus quae in summo Ordine conferuntur, scilicet potestas ligandi atque solvendi, et auctoritas discernendi *inter lepram et lepram* [3]. Ratione difficultatis proficiendi in bono datur Confirmatio in adiutorium, ut sit signatus firmus athleta in certamine Domini. Ratione difficultatis resistendi concupiscentiis carnis datur Matrimonium. Matrimonium enim datur « in remedium contra carnalis concupiscentiae corruptelam », ut in II distinctione, 2 cap.: *Si vero quaeritur* [752, 10]. Ratione difficultatis standi contra tentationes datur sacramentum Eucharistiae. Nam ille qui est signatus sub sacramento est panis vivus qui *cor hominis confirmat*, ut in Psalmo [4] || et in Ioan. 6, 51: *Ego sum* B 124 v *panis vivus* etc.

13. Quorumdam autem fit simpliciter ablutio, quorumdam in parte. Deletur enim simpliciter originale in Baptismo quantum ad culpam || et poenam quae est carentia [visionis]; P 154 r quantum ad poenam aliam non deletur. Tollitur enim reatus originalis et diminuitur fomes. Similiter in Poenitentia remittitur culpa actualis peccati, sed non semper poena, nisi post satisfactionem. Sed difficultas quae est poena peccati non ex toto tollitur, sed diminuitur.

1-2 in adiutorium *om.* EP. 2 enim] penitentia *add.* E. 3 in actuale] actuali peccato E. 3-4 sacramentum] sepe *add.* E. 4 venialis] actualis E. || peccati *om.* P. 5-6 Ut... dicit] unde E. 6 in Eccl. Hier. *om.* E. 7 etiam *om.* E. 9 atque] et BEPT. || et[1] *om.* BP. || lepram et lepram BE, le. et le. A, legem et legem PT, legem et legem *add.* E. 10-11 in adiutorium *om.* BEPT. 11 signatus] homo signatus et E. 12 datur] est BET. 13 Matr. enim datur] datur enim BEPT. 14 carnalis... corruptelam] carnalem concupiscentiam et carnis corruptionem E. 14-15 ut... quaeritur *om.* E, ut .ii. dist. ii. P. 15 quaeritur] etc. *add.* A^2. 16 datur] est E, *om.* PT. 17 signatus *om.* BEPT. 18 ut... 6] unde E. 19 vivus] qui de celo *add.* E. || etc. *om.* T. 20 autem *om.* BEP. || quorumdam] vero *add.* P, autem *add.* T. 21 parte] abluitur quod abluendum est *add.* E. 21-24 in[2]... originalis *mg.* (*hom.*) A^2. 22-23 et... deletur] licet non quoad penam BEPT. 24-25 remittitur culpa] dimittitur reatus E. 25 sed non] non autem P. 26 satisfactionem] plenam *add.* P.

---

[1] Hieronymus, *Epist. 130* (*ad Demetriadem*), n. 9 (PL 22, 1115); in litt., d. 14, c. 1 (p. 819). [2] Cap. 5, § 3; c. 6, § 5 (PG 3, 503, 535; PL 122, 1096, 1103); ap. *Dionysiaca*, II, 1325s., 1400. [3] Deut. 17, 8. [4] Ps. 103, 15: *Et panis cor hominis confirmet.*

14. Quid autem sequitur hanc ablutionem ? Quod *caro recipiet sanitatem*, et quod ipse *mundabitur*. Per quae duo notantur: receptio gratuitorum et redintegratio naturalium, ut habetur in Luc. 10, 30: *Homo quidam descendebat* etc. [1]; fuit vulneratus et spoliatus: quae spoliatio a gratuitis, vulneratio a naturalibus. Contra vulnerationem dicitur hic sanatio; contra spoliationem vestitio gratiae, ad quam sequitur mundatio a peccato. Quod autem gratiae sint vestimenta, in Apoc. 16, 15: *Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus* etc. — Haec autem sanatio facta est per *samaritanum transeuntem*. Qui non est nisi Eliseus, propheta in Samaria, qui 'samaritanus' dicitur, id est custos [2]; vineae, id est Ecclesiae sive fidelis animae; in Hab. 2, 1: *Super custodiam meam stabo* etc. Sanat autem samaritanus infundendo *oleum*, id est gratiam sacramentorum, quae mitigat dolorem vulneris; et *vinum*, id est correctionem disciplinae. Et hoc habetur in 1 cap. huius IV libri [745, 11-13]. Haec autem sanatio in via imperfecta, sed perfecta erit, recepta duplici stola. Sanatio pertinet ad corpus, aut ad animam ut pene carnalis; mundatio autem ad animam. De perfecta autem sanatione in patria dicitur in Apoc. 21, 4: *Absterget Deus* etc.; in quo significatur illud de quo ultimo agitur, scilicet de beatitudine. — Sic ergo per illud quod
A 116 d dicitur in || dicta auctoritate, habetur de quibus agitur in hoc quarto libro.

1 Quid... hanc] post hanc enim P. || ablutionem] scilicet *add.* E. 2 notantur] scilicet *add.* EP. 3 redintegratio] receptio T. || habetur *om.* P. || in] super P, *om.* E. 4 descendebat] descendit AE, *om.* T, ab Ierusalem *add.* B. || fuit] enim *add.* E. 5 spoliatio] fuit *add.* E. 7 vestitio] restitutio E. || ad *om.* E. 9 ne nudus *om.* BP, ambulet *add.* E. 10-11 in Samaria *mg.* A^2. 11 qui] quia T. 12 sive fidelis] sue vel similitudinis E. || in *om.* BET. 12-13 meam... etc. *om.* E, *om.* meam P. 13 samaritanus] hic *praem.* P, illum *add.* E. 14-15 et... disciplinae *om.* BEPT. 16 imperfecta *om.* BPT, est *add.* E. 17 stola] in patria *add.* B. || Sanatio] autem *add.* P. 18 aut ad animam *om.* P, vel *pro* aut BET. || pene] penitentie (peie) A, *om.* BEPT. || carnalis] est *add.* P. || autem] quantum *add.* B. || animam] ut spiritualis *add.* E. 19 autem *om.* BEPT, stola vel *add.* E. || in patria *om.* E. || in^2 *om.* E. 20 etc.] omnem lacrimam etc. B, omnem lacrimam ab oculis eorum E. 23 libro *om.* A.

1 Non legitur in *Glossis* super h. l., sed in litt., lib. II, d. 25, c. 7 (p. 432) et ap. Petrum Pictav., *Sententiae*, II, c. 20 et IV, prol. (PL 211, 1024 D, 1137 A); item apud Ps.-Bernardum, *Instructio sacerdotis*, c. 1, n. 2: « Qui vulneratum eum in naturalibus spoliaverunt in gratuitis » (PL 184, 775 A). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 19, n. 5 (p. 170).
2 Hieronymus, *De nomin. hebraicis* (PL 23, 845); *Glossa ordin.* in Luc. 10, 30, ap. Lyranum (V, 153r).

[EXPOSITIO LIBRI QUARTI]

DISTINCTIO I.

1. || **Samaritanus** [745, 11]; **Sacramentorum** etc. [745, 11-12]. B 125 v
Dicitur sacramentum multipliciter: large, stricte, strictissime. Large mors Christi et resurrectio sacramenta dicuntur, ut ad Rom. 6, 4: *Consepulti in Baptismo* etc. [1]. Et dicuntur propter hoc sacramenta, quia 'sacra signata sive secreta' [745, 20]; vel effective dicuntur sacramenta, quia ex virtute mortis et resurrectionis habent sacramenta virtutem. — Stricte dicuntur quae fuerunt Veteris Legis, ut agnus paschalis [2] et sanguis vitulae rufae [3] et alia. Et dicuntur 'signa futurorum' et transeunt; unde minus proprie. Sunt enim prognostica et imperfecta; et non efficiebant quod figurabant. — Strictissime, sacramenta Novae Legis, quae efficiunt quod figurant; quae sunt signa et causae gratiae invisibilis.

2. **Contra peccati originalis** etc. [745, 12]. *a.* C o n t r a: non omnia sunt contra originale aut actuale. — Praeterea, possunt omnia haberi, in quantum signa, ab eo qui in mortali est; non

---

3 Samaritanus] etc. *add.* BE. 4 large] scilicet *praem.* P, et *add.* E. || stricte] et *add.* BEPT. 7 quia *om.* A, que P, sunt *add.* E. || sive... vel] vel... ut P. 9 virtutem] vim suam E. || dicuntur] sacramenta *add.* E. 11 Et] etiam B, *om.* T. || et] quia E. || transeunt] transeuntium T. || minus] in hiis P. 12 proprie] dicitur signum huiusmodi *add.* BPT (*mg.* A^2), dicuntur sacramenta *add.* E. || prognostica] terminabilia E. || et[2]] quia *add.* P. || efficiebant] ostendebant ET. 13 figurabant] significabant P. || sacramenta *om.* T, dicuntur *praem.* E. 14-15 invisibilis *om.* E, ut habeatur *add.* BEPT. 16 Contra[2]] sed *mg.* T. 17 sunt *om.* BET. || aut] et P. || actuale] et *add.* E. 18 omnia *om.* B, hec *add.* BEPT. || signa *om.* E. || ab eo] apud eum BEPT.

---

[1] *Glossa* Lombardi in h. l.: «Mors enim Christi et resurrectio non tantum res, sed etiam sacramenta sunt» (PL 191, 1403 B); ex August., *Enchiridion*, c. 53 (PL 40, 257). [2] Ex. 12, 3; Levit. 23, 12; Num. 28, 19. [3] Num. 19, 2-5.

Num. 1-6: plura eadem in anon. V, f. 121c-122b; in anon. Tr, f. 134a, 136b-137a; in anon. *Glossa* cod. Cantabrig. Pembroke 27, f. 160r (de qua I. de Ghellinck in *Revue d'hist. eccl.*, XIV, 1913, 531). Cf. etiam anon. quaestio *De sacramento et primo de definitionibus eius* cod. Paris. Nat. lat. 15652, f. 23b-d (de qua V. Doucet in *Summa Hales.*, III-1, p. cccxlviii, n° 51); Bonav., hic, p. 1, dub. 1-2 (IV, 28s.). Alia plura ap. D. Van den Eynde, *Les définitions des Sacrements pendant la première période de la théologie scolastique* (1050-1240), Rome-Louvain 1950.

ergo sunt 'contra', ut dicit M a g i s t e r; quia sic, illis habitis, non maneret peccatum vel e converso.

b. Item, suntne omnia contra unum vulnus, vel singula contra singula ? Quod videtur, quia sacramentum est ut medicina sive vas medicinale, et omnium vulnerum non est medicina una.

c. R e s p o n d e m u s: duobus modis vulnerant originalia et actualia. Est enim vulnus quod est in deformatione imaginis; aliud est in hoc quod impedit habilitatem ad bonum. Quantum ad primum sunt quaedam, et quaedam contra secundum. Sunt enim contra peccata et contra impedimenta peccati.

d. Ad aliud dicimus quod [sacramentum] duplicem habet rationem: signi et causae. Secundum quod signum, potest stare cum peccatis; secundum autem quod causa, non. Ratio enim signi ad distinguendum tantum est vel cognoscendum. — Ad aliud dicimus quod contra diversa sunt, non contra idem omnia.

3. Sacramentum est sacrae rei signum [745, 19]. In hac prima parte agitur de sacramentis communiter. Dictum est de causa efficiente [1]. Hic agitur de forma, scilicet quid sit; et tres ponit definitiones. Deinde ponit finem, scilicet propter quid; et hic ponit tres utilitates, scilicet humilitatem quantum ad Deum, et eruditionem quantum ad intellectum speculativum, et exercitationem quantum ad practicum. Postea materiam, scilicet ex quibus vel in quibus sint sacramenta. Ultimo de divisione sacramenti agit.

T 145 c **4. Dicitur tamen sacramentum** etc. [745-19-20]. || Nota quod signum proprie est sacramentum, signatum improprie [a]. — **Visi-**

a (27) Et haec est data passive, prima vero active [2] (+ B).

1-2 quia... converso *om.* BEPT. 3 omnia] sacramenta *add.* P. 4 quia sacr.] sacr. enim P. 5 sive v. medicinale *om.* BEPT. || et] sed P. || una *om.* T, ergo etc. *add.* P. 6 Resp.] dicendum quod P. 8 aliud] vero *add.* P. || habilitatem] habilitationem P. 8-9 Quantum ad] contra EP. 9 et *om.* P. 10 impedimenta] penam E. 11 dicimus] dicendum P. 11-12 duplicem... causae *om.* BEPT. 12 signum] caracteris *add.* BT, est caracteris *add.* E, caritatis *add.* P. 13 causa] gratie *add.* P. 13-14 Ratio... cognoscendum *om.* BEPT. 15 dicimus] dicendum P. || non] autem *add.* P. 17 signum] etc. *add.* BT. || prima *om.* E. 18 agitur] agit E. || Dictum est] deinde T. 19 Hic] autem *add.* BEPT. || agitur] agit ET, *om.* P. || forma] formali E. || sit] sacramentum *add.* E. 20-23 et... practicum *trp. p.* agit (25) *codd.* 21 utilitates] sacramenti *add.* E. || et *om.* P. 23 Postea] et *praem.* BT, vero *add.* P, deinde ponit E. 23-24 ex... in *trp.* ET. 24 vel... quibus *om.* B, et *pro* vel E. || sint] sunt BEPT. || Ultimo] autem *add.* P. 25 agit] agitur A. 26 Nota quod *om.* BEPT. 27 signatum improprie *om.* P.

[1] In Introitu, nn. 4, 9, vel in lib. III. [2] Cf. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 60.

bilis forma [746, 3]: id est foris manens [1], ut species panis in Sacramento altaris. Unde sacramentum est forma foris manens respectu rei, dans cognitionem illius. Et non accipitur 'forma' hic pro [natura, sed pro] specie aut accidente aliquo [2]. Et accipitur 'visibilis' pro sensibili et disciplinali, ut est visus et auditus [a 3]. — **Signum vero** etc. [746, 4]. Notificat 'signum', quia prius positum erat in definitione sacramenti [745, 19]. — **Alia data** [746, 7]: id est instituta.

5. Sacramentum enim etc. [746, 12-13]: scilicet Novae Legis. Quidam non dicerent hic tres definitiones, sed unam ex multis collectam. Nos autem dicimus tres. « Sacramentum est sacrae rei signum » [745, 19] communis est omnibus signis rem sacram significantibus. Unde tabernaculum et vasa sacra significantia Ecclesiam hoc modo sacramenta erant; sed proprie sacramenta Veteris Legis quae nostra significabant sacramenta, ut de agno et sanguine vitulae et huiusmodi. Haec: « Sacramentum est invisibilis gratiae » etc. [746, 3] convenit sacramentis Novae Legis et Veteris, sed illis mediate, istis autem immediate. Accipe 'formam' secundum quod est ad cognoscendum, non ad causandum. Tertia [4] vero tantum nostris sacramentis. Unde prima communissima, || secunda communis, tertia propria nostro sacramento, quod est signum et causa. P 154 v

6. Obicitur contra secundam definitionem. — *a.* Dicunt quod Spiritus Sanctus apparuit || in igneis linguis et in specie E 222 r

a (6) Et sic cadit quaestio de sacramento Poenitentiae et de quibusdam aliis, in quibus non est aliqua visibilis forma, sed sonus audibilis (+ B).

1 id est *om.* T. || foris] foras BE. 1-2 ut... manens *om.* (*hom.*) E. 3 illius] scil. rei *add.* E. || non *delevit* B, *om.* E. 5 et disciplinali *om.* E. 7 erat] fuit E. 10 dicerent] dixerunt E. 11 multis] tribus B. || dicimus] esse *add.* E. 12 signum] hec *add.* E. || communis] commune A. 14 hoc modo] huiusmodi T. || sacram. erant *trp.* P. 14-15 sed... sacramenta[2] *om.* (*hom.*) P, sed proprie dicuntur... figurabant sacramenta E. 16 de... vitulae] agnus et sanguis vitule E, rufe *add.* ET. || Haec] sed hec definitio BEP, sed hec T (*ita etiam corr.* A[2]). 17 etc.] visibilis forma E, *om.* PT. 18 et] non *add.* P. || illis... istis] illa... ista PT. || autem] vero P, *om.* E. 18-19 Accipe... causandum *om.* BEPT. 20 vero tantum] definitio tantum convenit E. 21 propria] est *add.* E. 23 Obicitur] autem *add.* P. || defin.] sic *add.* P. 23-24 Dicunt quod *om.* E. 24 in[1] *om.* ABPT.

1 Cf. Alex., *In I Sent.*, d. 5, n. 14 (p. 86); Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 29, nota 6). 2 Aristot., *Categoriae*, c. 6: « Quartum genus qualitatis sunt figura et quae circa unumquodque est forma » (Bekker, 10a 11-12; Didot, I, 15 7-8). 3 Cf. hic infra, n. 14. 4 Scilicet haec: « Sacramentum proprie dicitur, quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa exsistat » (p. 746, lin. 12-15).

columbae [a] [1]. Fuit enim 'visibilis forma invisibilis gratiae'; nec tamen sacramenta fuerunt. — Respondemus: cum dicitur 'sacramentum est invisibilis gratiae' etc., gratia accipitur quandoque pro gratia creata, quandoque pro gratia increata. || In definitione tantum accipitur pro creata; linguae autem et columba repraesentabant gratiam increatam. — Item, Hugo de S. Victore in *Sententiis* [2]: « Sacramentum est corporale sive materiale elementum, extrinsecus oculis suppositum, ex similitudine repraesentans, ex institutione significans, ex sanctificatione aliquam invisibilem gratiam conferens ». Tria ergo notat. Ex hac definitione intelligitur quod tertia ponit, scilicet quod 'causa exsistat'; sed duo tantum notantur in secunda definitione. Unde oportet quod sit institutum ad hoc; sic autem non fuit in illa linguarum et columbae apparitione et huiusmodi.

A 117 a

b. Item, obicitur de aqua benedicta, in qua significatur aliqua gratia ablutionis vel huiusmodi; et est significata et causata, et [aqua] causa; unde videtur esse sacramentum ultimo modo. — Respondemus: non est ex institutione significans; non enim ad hoc est instituta. Quamvis enim per eam comprehendi possit, non fuit instituta a Domino; omnia enim sacramenta ab eo sunt.

c. Item, de agno paschali et huiusmodi quaeritur quare non sunt sacramenta secundum secundam definitionem [3]. —

a (1) Sic ergo igneis linguis et speciei columbae haec definitio bene convenit (+ P).

1 enim] ibi *add.* EP. || forma] et *add.* P. || gratiae] increate *add.* BPT. 2 sacr. fuerunt] sacramentum fuit T, nec ergo est sacramentum etc. *add.* P. || Resp.] dicendum quod P. 3 gratiae *om.* AP. 3-4 gratia... quandoque[2]] dupliciter accipitur hoc nomen gratia: aliquando enim... aliquando vero P. 4 gratia[2] *om.* EP. 4-5 definitione] ergo dicta *add.* E, autem *add.* BP. 5 tantum *om.* E. || pro] gratia *add.* P. || autem *om.* P. || columba] columbe BT, species columbe E. 6 Item] magister *add.* BEPT. 7 in Sent. *om.* E, suis *add.* B. 9-14 ex[2]... apparitione *om.* P. 11 ponit] tertia dico definitio predicta *add.* E. || scilicet *om.* BT. 12 sed *mg.* A[2] || duo... notantur] hoc non est E, *om.* notantur BT. || Unde] item E. 14 apparitione *om.* BT. || et huiusmodi *om.* E. 15 Item, obicitur] obi. autem P. 16 gratia] scilicet *add.* E. || vel] tollit enim venialia et P. 16-17 est... causa A, est significata et causata (creata B) hec causa BP, hec causa (causata E) est significata et causata (creata E) ET. 17 unde] ergo a definitione P. || ult. modo *om.* P. 18 Resp.] dicendum quod P. 19 hoc] significandum *add.* E. || est] fuit EP. 19-20 Quamvis enim... instituta *om.* (*hom.*) E, *om.* enim BPT, licet *pro* Quamvis P. 20-21 omnia enim... sunt] ab eo enim s. o. sacramenta P, autem *pro* enim ET. 22 de... quare] obicitur quare agnus paschalis et huiusmodi P, *om.* quaeritur BET. 23 sacramenta] secundo modo scilicet *add.* E, videntur enim *add.* P.

1 Act. 2, 3; Matth. 3, 16; Luc. 3, 22. 2 *De sacram. christ. fidei*, I, p. 9, c. 2 (PL 176, 317 D). 3 Cf. tamen supra, p. 11, lin. 17.

Respondemus: dupliciter potest intelligi haec definitio: «Invisibilis» etc., quia forma habet in se quod 'continet' et quod 'significat'. Dicendum igitur quod uno modo intellecta 'visibilis forma', scilicet ut continens, sic non est sacramentum. Si vero secundum quod est signum, ut foris manens, sic est sacramentum.

d. Item similiter in Num. 19, 21, de aqua expiationis: fuitne 'invisibilis gratiae' etc. ? — Respondemus quod, quia repraesentabat aquam benedictam, quae modo non est sacramentum, non fuit in Veteri Lege sacramentum. Non enim fuit institutum ad significandum aliquam gratiam, sed ad expiandum irregularitatem.

e. Item, super illud ad Rom. 13, 11: *Nunc autem propior est nostra salus* etc., Glossa [1]: «Bona vita est signum et causa salutis nostrae»; ergo est sacramentum, quia est signum et causa secundum ultimam definitionem. — Responsio est per hoc, quod dicitur 'causa' aequivoce hic et in sacramento [a]. Bona enim vita est causa meritoria salutis, sive causa in subiecto disponens, secundum aliam Facultatem, et est salus praemium. Sacramenta autem non sunt causa meritoria, sed tantum est per gratiam meritum; sed sunt causa materialis in qua, ut vasa medicinalia, gratia ut medicina [2]. Unde est sicut locus et signum. Item, causa praemii est vita bona, sacramentum vero gratiae [b].

---

a (17) cum dicitur: vita est causa, sacramentum est causa (+ P).
b (23) Sacramentum non est efficiens causa gratiae, sed Deus. Non enim est causa in quantum exit a Deo, sed est concausa. Non enim efficit gratiam simpliciter, sed efficit eam in subiecto; sicut litterae dicuntur causa

---

1 Resp.] dicendum P, quod *add.* BEPT. 1-3 dupliciter... quod[2] A, forma visibilis dupliciter potest intelligi P, *om.* BET. 4 visibilis forma *om.* P. || ut *om.* ABPT. || continens] condecens P, *lacuna* E. 5 Si v. secundum AT, secundum vero B, si vero sumatur secundum E, intellecta vero secundum P. || est[1] *om.* T. || signum AE (sive signans *add. mg.* A[2]), signans BPT. || ut *om.* E. 7 similiter... fuitne] de aqua in Num. 19, de cinere vitule rufe que significat aquam benedictam. Obicitur de aqua expiationis an fuerit P, obicitur *pro* similiter E. 8 Resp.] dicendum P. 10 fuit[1]] et ipsa *add.* E. 10-12 Non... irregularitatem *om.* BEPT. 13 Item] obicitur: dicitur enim *add.* P. || super illud *om.* T. 14 salus] quam *add.* P. 15-16 ergo... definitionem] est signum et causa: ergo a definitione ultima est sacramentum P, *om.* quia... causa E. 16 Responsio... hoc] respondeo E, dicendum P. 19 aliam] aliquam AET. 19-20 Sacramenta... sunt] sed sacramentum non est P. 20 tantum est *om.* PT, *interl.* B, cum est *et exp.* A, *om.* tantum E. 21 sed] immo P, in hoc T. || sunt E, est APT, *om.* B. 22 gratia] autem *add.* E. || est] sunt E. 23 est *om.* E. || sacramentum] salus E.

---

1 Lombardi in h. l.: «Bona enim vita signum est et causa salutis futurae» (PL 191, 1510 B). 2 Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, I, p. 9, c. 4 (PL 176, 324 B).

f. Item, obicitur de ultima definitione et de charactere in Baptismo vel in Ordine vel in Confirmatione. Est enim signum gratiae conferendae, et tamen non est 'visibilis forma', et tamen est sacramentum. — R e s p o n d e m u s: aliquid dicitur visibile secundum se, aliquid [a] secundum quod est visibile sub alio. Sicut aqua Baptismi visibilis est secundum se, et est primo signum characteris, character autem signum remissionis peccati. Est ergo remissio peccati signatum tantum; character, ut illud quod est medium, est signans et signatum; aqua tantum signum. Et ita [character] dicitur esse visibilis in quantum habet rationem signi ab aqua ipsa [b]. — Eadem obiectio de Corpore Christi: ibi panis, et corpus Christi, et corpus mysticum. Panis enim et corpus Christi sacramentum est.

7. Sed sanctificandi [746, 16]. Quaeritur: sacramentum est causa sanctificandi, et Deus, et gratia: quae est differentia inter

---

praebendae quando alicui per litteras confertur aliqua praebenda [1]. In tantum ergo dicuntur sacramenta vasa gratiae, quia continent vim gratiae collativam (+ B). *a* (5-11) ut aqua (Baptismi, sub quo visibili est character, et habet ab aqua quod significet gratiam, quasi medium; sic et a gratia habet quod sit signatum. Unde non est visibile ex se, sed ab alio *add.* P), quae dat ulterius characteri ut sit signum, et ulterius ut sit remissio peccati: quae omnino signatum; character signum et signatum; aqua signum tantum. Et est visibile secundum aliud, ut character ab aqua (BEPT). *b* (11) Est enim actio sensus praeter actionem intellectus, ut in brutis; et est cum actione intellectus, ut in nobis. Tinctio aquae, quae visibilis est sensui, facit characterem visibilem intellectui (+ B).

1 de ult. defin.] contra ult. definitionem P. || et *om.* BEPT. 2 in² *om.* A. 3 est *om.* B. 4 Resp.] dicendum P, quod *add.* BEPT. || dicitur] est BEPT. 5 sec. se *om.* P, ut aqua que dat ulterius caracteri ut sit signum *add. mg.* A². || alio] ut caracter *add. mg.* A². 11 Eadem] est *add.* ET. || ibi A, ubi BEP, ut T, est forma *add.* E. 12 et corpus² *om.* P. 12-13 Panis... est] forma enim panis et c. Ch. sacramenta sunt (sed aliter et aliter *interl.*) E. 14-15 Quaeritur... sanctificandi *mg.* (*hom.*) A², *add.* sic *p.* Quaeritur E. 18-24 ut... aqua *ita loco* aliquid... ipsa (5-11) BEPT. 21-22 ut sit T, est E, *om.* BP. 22 signatum] signatur ET, est *add.* B. || character] dicitur *add.* B, || signum] est *add.* E. 23 aqua] vero *add.* P. || est] aliquid *praem.* B, quoddam *add.* E. 24 ab aqua] per aquam E.

[1] Cf. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 112, nota 4.

Num. 7: anon. P, f. 5r; anon. Tr, f. 137a; anon. V, f. 122b. Cf. etiam Praepositinus, *Summa*, IV (cod. Tudert. 71, f. 127d); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 6 (ed. D. et O. Van den Eynde, St. Bonaventure N. Y. 1953); anon. quaestio *De sacramento* (cod. Paris. Nat. lat. 15652, f. 23v). Alia plura ap. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 110-113; *Stephen Langton and Hugh of St. Cher on the causality of the Sacraments*, in *Fr. Studies*, XI, 1951, 141-155.

haec? — Respondemus: Deus sanctificat ut causa efficiens prima; gratia ut causa efficiens proxima et necessaria, quia semper est coniuncta haec causa cum causato; sacramentum ut causa materialis in qua gratia, et non necessaria [a].

8. Quae nunquam poterant iustos facere etc. [746, 19-20]. *a.* Quod sacramenta Veteris Legis iustificarent, videtur secundum Bedam [1]: «Iustitia Legis, suo tempore custodita, non tantum conferebat bona temporalia, sed aeterna». Sed non posset conferre aeterna nisi iustificaret; ergo sacramenta illa et praecepta iustificabant.

b. || Item, ad Gal. 3, 12: *Qui fecerit ea, vivet in illis.* Sed vita A 117b non est nisi per gratiam; ergo gratia in illis conferebatur; ergo iustificabant.

c. Item, in Canone missae dicitur: «Placeat tibi, Domine, sacrificium nostrum sicut placuit tibi sacrificium Abel». Sed [petitur] ita placere nostrum ut iustificatio inde accidat; ergo placuit illud ita quod iustificabat. Et diminutum etiam erat a sacrificio Veteris Legis; ergo et illa quae Veteris Legis fuerunt, quia perfectiora fuerunt.

---

a (4) Item Deus iustificat, iustificat et gratia, et mandatum iustificat: quae est inter ista differentia? — Respondeo: Deus iustificat ut primum efficiens, gratia ut proximum; mandatum sanat sicut diaeta, sicut instrumentum quoddam aut regula coniuncta operi; sacerdos autem ministerio; sacramentum autem sicut illud in quo gratia continetur (+ E).

---

1 Resp.] dicendum quod P. 2 gratia] vero *add.* P. 3 quia... causa] hec enim causa s. coniuncta est P. 3-4 quia... necessaria *mg.* (*hom.*) A[2]. || sacramentum ut] sacr. autem ut E, *om.* P. 4 qua] est (ut in vase *interl.*) *add.* E. 6-7 Quod... Bedam] obicitur: videtur enim sec. Bedam quod... iustificarent P, dicentem *add.* E. 7 tantum] solum E. 8 bona *om.* E. || Sed] iustus *add.* P. 9 praecepta] illa *add.* T. 11 in illis] in eis B, *om.* T. 12 non *et* nisi *om.* P. || conferebatur] confertur AP. 14 Domine] hoc *add.* BET. 15 nostrum *om.* A. || tibi *mg.* A[2], *om.* BP. 15-17 Sed... iustificabat] sed nota placere... inde accidat (esset per illud *mg.* A[2])... iustificabat A, si ergo petitur sic, ergo placuit ita q. iustificabat BPT, ergo sacrificium Abel Deo placuit, ergo iustificavit E. 17-18 Et... sacrificio] sed illud diminutum fuit a sacramentis E. 18-19 Veteris[2]... fuerunt] in vet. lege f. quia p. f. multo fortius iustificabant E, perfectiora enim *pro* quia p. P.

---

[1] *Glossa ordin.* in Matth. 19, 17, ap. Lyranum (V, 59v); ex Beda in Marc. 10, 18, vel in Luc. 18, 20 (PL 92, 231 C, 554 B).

Num. 8: in anon. P, f. 4r; anon. Tr, f. 137a-b; anon. V, f. 122r. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 7; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 1 (f. 2r); Alex., *In III Sent.*, d. 37, n. 7 (p. 469ss.); *Summa Hales.*, III-2, n. 274; Alb. Magnus, hic, a. 8 (XXIX, 19ss.); Bonav., *In III Sent.*, d. 40, q. 2 (III, 887ss.). Alia ap. H. Lio, *Nuove fonti domenicane nei Commentarii dello Pseudo-O. Rigaldi*, in *Fr. Studien*, XXXIII, 1951, 413-416.

d. Contra, super illud Is. 1, 11: *Holocausta et victimas arietum nolui*, ubi dicit Glossa [1]: « Ostendit se nunquam Iudaeorum sacrificia amasse ». Sed si iustificabant, amabat ea; ergo, a destructione consequentis, non iustificabant.

e. Item, in Ier. 7, 22: *Non praecepi vobis de verbo* etc. [2]. Unde arguitur quod non iustificabant, quia ea quae iustificabant, in praecepto erant.

f. Item, ad Rom. 3, 20: *Non iustificabitur ex operibus Legis;* Glossa [3] etiam dicit: « Opera Legis dicuntur quae cum Lege
P 155r instituta et terminata sunt, || ut erant caerimonialia et figura-
tiva, quae nunquam valuerunt conscientiam mundare, etiam si cum caritate et devotione fierent ». Et ad Gal. 2, 16: *Non iusti-*
T 145d *ficabitur homo* etc., || Glossa [4]: « Id est per opera legalia, quae sunt de sacrificiis et aliis figurativis ».

g. Respondemus: opus aliquando dicitur quod est operatum, aliquando operatio ipsa. Unde dicendum quod operata non [a] iustificabant, id est ipsa res operata. Operatio autem est dividenda: quia poterat fieri ex caritate et devotione vel non. Primo modo facta, iustificabat operatio, scilicet ex caritate; alio modo non. Sed iustificare dicitur dupliciter: vel quoad 'declinare a malo', vel quoad hoc 'et facere bonum'; et idem est ac si dicatur: iustificare dicitur quoad plenam iustitiam [b] vel non plenam. Primo modo non iustificabant, sed secundo modo. Si enim primo modo, evolarent, et non essent in limbo inferni.

a (17) etiam cum caritate facta, non iustificabant (sicut Corpus Christi et Baptismus iustificant *add.* P); sed sacramenta nostra iustificant (BEPT). *b* (22) quae est in apertione paradisi (+ P).

2 ubi] etc. ibi E. 4 consequentis] si non amabat (amavit P) ea *add.* EP. 5 in *om.* EP. || verbo] holocaustum *add.* E. 5-8 praecepi... Non *om.* (*hom.*) P. 5-6 Unde... iustificabant[1]] sed si iustificassent, precepisset, ergo etc. E. 7 praecepto] non *add.* T. 8 ex op. Legis] aliquis ex op. etc. P. 9 etiam] ibi E, *om.* P. || cum] in B (*Glossa*). 11 valuerunt B (*Glossa*), valent AEPT. 12 Et] Item P. 13 Id est] ibi BEPT. 14 et] in A. 15-16 Resp. ... ipsa] dicendum quod opus dicitur dupliciter, scil. aliquando pro re operata, aliq. pro actione operante P. 16 aliquando] dicitur opus *add.* E. || Unde dicendum] unde dicitur B, est *add.* E, dicendum ergo generaliter P. 17 id est] non E, *om.* B. || est[2] *om.* BPT. 18 quia poterat] q. potuit E, poterat enim P. 19 iustificabant operationes E. || scilicet A, si BE, sed PT. || caritate] essent *add.* E. 20 Sed iustif.] iustif. autem P, *om.* Sed A, *add.* etiam E. 20-22 dupliciter... dicitur *om.* (*hom.*) BET, dupliciter scilicet P. 23 Primo... modo] etsi illa iustificabant, non tamen plene; quoad plenam solum iustificant opera evangelica E, *add.* autem *p.* Primo P. 23-24 Si... inferni *om.* E, evolarent enim et (sed B, ut T) non... inferni BPT. 25 etiam] etsi P. 25-26 etiam... iustificant *ita loco* non iustificabant (17) BEPT, *ita in mg. ipse* A[2].

[1] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 1234 C); ex Hieron. in h. l. (PL 24, 33 B). [2] *Non praecepi eis... de verbo holocautomatum et victimarum.* [3] *Ordin.* in h. l. (PL 114, 479 C). [4] Lombardi in h. l. (PL 192, 114 D).

h. Unde auctoritati B e d a e dicendum quod 'custodita iustitia' dabat vitam in futuro, post passionem Christi; passionis virtute mediante, non ex se.

i. Ad aliud dicimus quod duplex est effectus gratiae quoad timendum Deum, vel serviliter, vel initialiter; et hoc et quoad gratiam gratis datam, [ex] servili timore; et gratum facientem, ex initiali. Primo vita temporalis, secundo aeterna.

k. Ad aliud dicimus quod intelligendum est de operatione Abel, et quod fit comparatio quoad genus, id est 'placeat sicut placuit', non || tamen quod plus non placeat. E 222 v

9. Quem qui tetigerat, immundus [746, 25-26]. *a.* Quaeritur quare ille qui aspergebatur mundus factus erat et aspergens immundus, et abstinebat ad ingressu templi usque ad vesperam [1]. — Item, quare usque ad vesperam ?

b. Item, aut ex aspersione fuit immundus, et aspersio sic faciebat immundum, et ita duo faciebat opposita; aut non [immundus] erat. — Item, si sacerdos immundus erat ex hoc, quomodo hoc fuit ei praeceptum ?

c. S o l u t i o: in Num. 19, 8: *Immundus erit usque ad vesperam*, G l o s s a A u g u s t i n i [2]: Quomodo 'lavabit vestimenta et immundus erit usque ad vesperam' ? In quo mystice significatur quod, licet synagoga in parte laverit vestimenta, tamen

1 Unde... dicendum] dicendum igitur P, *om.* auctor. Bedae BEPT. 1-2 iustitia] vita P, illa *add.* E. 2 futuro] tamen *add.* E. 2-3 passionis... se A, cuius pass. med. virtute BPT, med. virt. ipsius pass. Christi E. 4 dicimus] dicendum EP. || gratiae] scilicet *add.* P. 5 timendum Deum] misericordiam Domini E. || vel[1]... hoc *om.* BEPT, *exp.* A[2]. 7 Primo] modo *add.* BT, autem modo *add.* P. || secundo] modo vita *add.* E, vero *add.* P. 8 dicimus] dicendum P. || est *om.* P. || operatione] opere E. 9 et *om.* A. || quod *om.* BEPT. 11 immundus] erat. vii. diebus *add. interl.* E. 12 ille q. aspergebatur] aspersus P. || erat] est *codd.* || aspergens] ille qui aspergebat E. 14 Item... vesperam *om.* (*hom.*) E, *add.* queritur *p.* Item B. 15 aut... et] si ex asp. fiebat immundus E. || aspersio *om.* BEPT. 16 ita] sic EP. 16-17 aut... erat[1] *om.* E, fuit *pro* erat P. 17 erat[2]] fiebat E, esset P. 18 ei *om.* T. 19 Solutio A, responsio BET, dicendum P. 20 vestimenta] sua *add.* E. 21 erit] est A. 21-22 significatur] figuratur E, significabatur P. 22 vestimenta] sua *add.* T.

1 Num. 19, 7-22. 2 *Ordin.* in h. l.: « Potest intelligi quod iste sacerdos et lotus sit vestibus et tamen usque ad vesperam immundus, quia iudaicus populus ex parte eorum qui crediderunt mundus, ex parte eorum qui non crediderunt immundus »; *Interlin.* in h. l.: « *Usque ad vesperam:* finem mundi; tunc vero reliquiae salvae fient »; ap. Lyranum (I, 296r-v). Cf. Augustinus, *Quaest. in Heptat.*, IV, q. 33 (PL 34, 735).

Num. 9: anon. P, f. 4v; anon. Tr, f. 137b-c; anon. V, f. 122r. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 1 (f. 2c); Alb. Magnus, hic, a. 12: « Hic est duplex solutio bona, et aliae sunt trufae » (XXIX, 25); Bonav., hic, p. 1, dub. 4-5 (IV, 29s.).

usque ad finem mundi remanebit secundum partem immunda, donec *reliquiae Israel salvae fiant*, ut ad Rom. 9, 27.

d. Ad aliud dicimus quod in hoc significatur quod, licet passio Christi profuerit gentibus, Iudaei tamen interficientes immundi remanerent *usque ad vesperam*, id est finem mundi. Per *aquam* enim *expiationis* significatur Baptismus, virtutem habens ex passione Christi; per *sacerdotem*, Iudaeus [1]. — Alia moralis ratio accipitur ex marginali [2], quae dicit ibi: « Nescio quid intelligitur, nisi quod omnis homo post remissionem peccatorum plenissimam, permanendo in vita, contrahit aliquid unde
A 117 c fit immundus usque ad finem vitae ». Haec dicit || Augustinus. — Aliter exponitur a Magistris, ut ostendatur quod qui sanctificat, debet se reputare indignum ad sublimitatem tanti ministerii; et si peccaverit, quod non sufficienter satisfacit usque ad finem vitae, ut illud habeat locum quod dicit Gregorius [3]: « Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est ».

e. Ad aliud dicendum quod fuit immunditia secundum litteram irregularitatis ab ingressu templi.

f. Ad aliud dicimus quod in aqua expiationis duo intelligebantur: spirituale, quod iam determinatum est [4]; et litterale, scilicet aqua mixta cum cineribus vitulae rufae [a]. Unde ex con-

a (22) Quantum est de cinere tangebat eum (+ BEPT).

1 remanebit] remanebat A. 2 Israel... fiant *lacuna* P, fient *pro* fiant BT. 3 dicimus] dicendum P. || in hoc] hic T. 5 remanerent] erunt E. || est] usque ad *add.* BE. 5-6 Per aquam] aqua E. 6 sign. Baptismus] significat baptismum BEPT. || habens] habentem *codd.*, purgationis *praem.* E. 7 Christi *om.* BP. || per... Iudaeus A (*corr.* iudaeus *in* iudei A²), per... fundens T, *om.* BEP. || Alia] est *add.* E. 8 ex marg., quae AB (*corr.* marginali *in* glosa Augustini A²), *post lacunam* qui E, ex mar. aug. qui P, ex mar(gina)li qui T. || ibi *om.* E, per huiusmodi immunditiam usque ad vesperam *add. mg.* A². 9 remissionem] omnium *add.* E. 10 contrahit] semper habet B. 11 vitae] mundi T. 12 exponitur] autem exp. hoc P. || Magistris P, ma. AT, magistro BE. 13 sanctificat AE (*corr. in* sacrificat A²), sacrificat BPT, et etiam consecrat corpus Christi *add.* E. 14 satisfacit] satisfecit BPT. 15 vitae *om.* T. 16 Bonarum] enim *add.* P. 16-17 est... est] etc. E. 18 aliud] illud A. || dicendum] dicimus B. || quod] non *add.* T (*mg.* A²). 18-19 litteram] regulam E. 20 dicimus] dicendum EP. 20-21 intelligebantur] intelliguntur *et add.* scilicet P. 21 spirituale] scilicet *add.* ET. || est *om.* T. 22 Unde *om.* P. 23 Quantum... eum *ita in mg. ipse* A².

1 Cf. supra, p. 17, nota 2; August., *Quaest. in Heptat.*, IV, q. 33: « Quid aliud ostendit nisi baptismum Christi, quem significabat aqua aspersionis ? » (PL 34, 735). 2 *Glossa ordin.* in Num. 19, 10, ap. Lyranum (I, 296v); ex August., l. c.: « Ubi nescio utrum aliquid aliud possit intelligi, nisi quod omnis homo... usque ad eiusdem vitae finem, ubi ei dies iste quodam modo clauditur, quod significat vespera » (PL 34, 735). 3 *Registrum epistolarum*, XI, ep. 64 (PL 77, 1195 B). 4 Hic supra, § *d.*

tactu cineris contrahebat materialem immunditiam; unde non contraxit ex aqua, sed cinere.

10. Non in iustificationem etc. [747, 3]: quantum ad operandum [bonum], etsi quantum ad declinandum a malo [1]. — **Volens ea** etc. [747, 4]: voluntate permissionis, non beneplaciti.

11. Quae tantum significandi gratia, in onus instituta [747, 7-8]. *a.* In Act. 15, 28: *Hoc est onus* etc. De onere et iugo Novae Legis in Matth. 11, 30: *Iugum meum suave* etc. Unde sumitur quod difficilius erat onus Veteris Legis quam Novae.

b. Contra: Nova et manum et animum, Vetus tantum cohibet manum [2]; ergo difficilior est observatio Novae Legis quam Veteris. — Item, Vetus infirmis data est, Nova autem fortibus.

c. Quod autem aeque difficilis una Lex et alia, in Ezech. 1, 16: *Rota in rota*, videtur [3]. Si ergo omnia quae in Nova erant in Veteri, ergo aequalis utrobique observatio.

d. Respondemus: duplex est status observantium in Veteri Lege. Quidam servabant spiritualiter et ex amore, quidam carnaliter et ex timore. Quantum ad observantes ad litteram ex timore, fuit onus difficile ad portandum. Unde

---

1 contrahebat m. immunditiam] ratione reverentie sacramentorum BEPT. || unde] illud E. 2 sed] ex ipso *add.* E, ex *add.* P. 3-5 Non... beneplaciti *trp. p. n. 6* AEPT. 4 etsi] sed E. || malo] hic pone questiones magistri W. 2 cap. *nota mg.* E. 5 non] autem *add.* P. 6 instituta] sunt *add.* BE, questio de differentia vet. et nove legis. Nota differentiam hanc in 3 cap. magistri W. *nota mg.* E. 8 Iugum] enim *add.* E. || etc.] est et onus leve E, est etc. P. || sumitur A (*corr. in* videtur A^2), videtur BEPT. 9 erat] sit E, fuerit T. || Novae] erat enim importabilis *add.* P. 10-11 et^1... cohibet] cohibet m. et a., vetus autem tantum B, lex et m. prohibet et animam, vetus tantum prohibet E, cohibebant animam, vetus autem tantum P. 10 et^2] ad A. || animum] animam T. 11 observatio] observantia E. 12 autem] vero P. 13 fortibus] fortioribus ET, ergo etc. *add.* E. 14-15 Quod... $rota^2$] sed videtur quod sint eque difficiles: in Ez. legitur quod rota in medio rote E. 14 aeque *om.* P. || et alia] ut alia B, ut altera P, habetur *add.* B. 15 in rota *om.* A. || videtur] super illud Ex. 20: non concupiscet *add.* P. || quae] sunt *add.* EP. 16 erant] fuerunt E. || ergo... observatio] equalis erit utr. observantia E, *om.* aequalis P. 17 Resp.] dicendum quod P. 18 in... Lege] ex... lege BPT, veterem legem E. || Quidam] eam *add.* E, enim *add.* P. 19 quidam] vero *add.* P. || et *om.* A. 20 litteram] et *add.* EPT. || fuit] fuerunt in BPT, fuit illud E.

---

1 Cf. supra, n. 8, § *g*. 2 *Glossa* Lombardi in Ps. 18, 8: « Vetus Lex manum maxime, non animum cohibebat » (PL 191, 210 D); in litt., III, d. 40, c. 1 (p. 733). Cf. Petrus Pictav., *Sententiae*, IV, c. 3 (PL 211, 1147 A-B); Alex., *In III Sent.*, d. 40, n. 7 (p. 469). 3 *Glossa ordin.* in h. l.: *Quasi rota in medio rotae*: « Novum Testamentum in Veteri »; ap. Lyranum (IV, 211v).

Num. 11: anon. P, f. 4v; anon. Tr, f. 137d; anon. V, f. 122c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 2 (f. 2d-3b); Alex., *In III Sent.*, d. 40, n. 4 (p. 547); Alb. Magnus, hic, a. 16 (XXIX, 30); Bonav., *In III Sent.*, d. 40, q. 3 (III, 890ss.).

illud Actuum: *Hoc est onus* etc. non intelligitur generaliter, sed de illis qui litteraliter observabant et ex timore.

e. Ad aliud dicimus quod est levitas quaedam ex ratione rei, altera ratione dispositionis [in observan]te, ut fortitudo sustinentis. Iugum ergo Evangelii in se non est leve, sed ratione amoris. Unde Augustinus in libro *De laude caritatis* [1]: « Omnia facilia vel prope nulla facit amor ».

P 155 v *f.* Ad aliud dicimus quod || dupliciter intelligitur difficultas: vel quoad numerum praeceptorum, vel quoad perfectionem vel magnitudinem. Quantum ad perfectionem, difficilius est iugum Evangelii; quantum ad numerum, difficilius iugum Veteris Legis, in qua plura praecepta sunt.

g. Ad aliud dicimus quod aeque difficilis est Vetus spiritualiter intelligenti Veterem, in qua implicita Nova erat, et observanti utramque ex caritate.

12. Triplici autem etc. [747, 11]; **sine medio** [747, 21]. Contra, 33 Ex., 20: *Non videbit me homo.* Praeterea, si sine medio videbat, facie ad faciem videbat. — Respondemus: sine medio, id est non nube peccati interposita [a]; non tamen minus videbat per creaturas, et non per speciem [b].

a (19) Vel sic: non removetur autem quin creaturis mediis (+ P). *b* (20) Item, praeter medium creaturarum, est iterum duplex medium, et hoc dico ex parte visivi, non ex parte visibilis, scilicet moles corporis et etiam defectus ipsius intellectus quia ex nihilo; et etiam nubes peccati quae postea interposita fuit inter videntem et visum (+ B).

1-2 illud... sed A (*corr.* sed *in* nisi A²), hoc non intell.: hoc e. o. etc. nisi BT, hoc e. o. quod neque nos etc. E, illud: hoc e. o. etc. non intell. nisi P. || non... timore *om.* E, *om.* observabant... timore BPT. 2 observabant] observant A. 3 dicimus... quaedam] dicendum quod duplex est levitas: una quidem P. || ex *om.* BEPT. 4 altera] alia E, alia vero P. || dispositionis... fortitudo] fortis BPT, fortitudinis E. 5 ergo] enim ET. 6 amoris] et fortitudinis *add. interl.* E. || in... caritatis *om.* E. 7 facilia] facillima ET. 8 aliud] quod A. 9 vel... vel] aut enim... aut P. 10 vel magn.] sive magn. BEPT, eorumdem *add.* P. || Quantum] ergo *add.* P. || perfectionem] sive magnitudinem *add.* E. 11 quantum] vero *add.* P. || difficilius *om.* T. || iugum] est *add.* EP. 13 dicimus] dicendum P. || Vetus] ut nova *add.* P. 14 Veterem] eam E. || in... erat *om.* P. || et] vel spiritualiter T. 14-15 observanti] servanti E. 16 medio] etc. *add* P. 17 Ex.] Deut. *codd.* || homo] et vivet *add.* E, etc. *add.* P. 18 videbat¹] ergo *add.* E, me. ergo specie, scilicet *add.* P. || videbat² *om.* A. 19 id] hoc E. || non... interposita AP (*corr.* non *in* sine A²), sine... interposita BT, sine n. p., non interposita ipsa nube E. || non t. minus] nihilominus E, sed non minus T. 20 speciem] immo per speculum *add.* E.

[1] *Sermo 69*, c. 3, n. 3: « Omnia enim saeva et immania prorsus facilia et prope nulla efficit amor » (PL 38, 444).

Num. 12: anon. P, f. 5r; anon. Tr, f. 137c; anon. V, f. 122c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 9 (IV, 30s.).

13. Sunt autem etc. [747, 28]; || **quibus non alligavit** etc. [748, 1]. B 126r Contrarium dicit supra: « Sacramentorum alligamenta adhibuit » [745, 12]. — Respondemus: non vult dicere quod gratia non sit in sacramentis, sed dicit quod gratia potuit aliter conferri [a].

14. Duo autem sunt etc. [748, 4]. 'Duo' dicit res et verba; et verba ad auditum, res ad visum pertinent, cum haec duo ideo exiguntur, quia « sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma » [746, 3], id est signum perceptibile visui vel auditui. Hi enim sensus disciplinae sunt. Quod autem oportet signum sacramenti terminari ad auditum sicut ad visum, patet, quia si quis baptizaret et non esset ibi advocatio Trinitatis, non sufficeret, et ita de aliis.

15. Verba et res [748, 5]. Contra, magister Hugo [1]: « Sunt quaedam sacramenta in Ecclesia, in quibus etsi principaliter salus non constat, tamen salus ex eis augetur, in quantum devotio exercetur. Alia autem huiusmodi constant in rebus, qualia sunt aqua aspersionis, susceptio cineris, benedictio cereorum et ramorum. Alia constant in factis, qualia sunt crucis signaculum, exsufflatio exorcizationis, expansio manuum. Alia in dictis, sicut est invocatio Trinitatis. Haec autem omnia per verbum Dei sanctificantur, || sive per locutionem verborum T 146a divina virtute invocata, || sive sola fide exhibita per eamdem A 117d divinam virtutem; quia ubi est fides, verbum [Dei] deesse non potest, quod fide concipitur » [b]. Ex hoc sumitur quod in tribus

a (5) Alligari enim est extra illud potentiam non habere (+ B).
b (25) Nullum autem sacramentum sine fide sanctificatur, quae omnem sanctificationem operatur (+ E).

2-3 Contrarium... adhibuit] ergo sacramenta non iustificabant B, contra dixit supra ET, contrarium dixit supra quod (sacr. allig. adhibuit 1 cap. *mg.*) P. 3 Resp. *om.* A, dicendum quod P. || vult] intelligit T. 4 dicit *om.* P. 5 conferri] in creatura *add.* BEPT (*mg.* A²). 6-13 Duo²... aliis *om.* BEP. 6 Duo dicit *om.* T. 7 et *om.* T. 7-8 cum... ideo] tamen... non T. 10 sensus... sunt] sunt discipuli T. 14 Contra] dicit *add.* P. 15 etsi] si T. 17 Alia autem] aliqua E. 18 aqua aspersionis] aq. expiationis E, aspersio aque P. 19 ramorum] etc. *add.* P. 21 est *om.* T. 22 locutionem verb.] prolationem verb. BEPT, pro locutione dico *add.* E. 23 invocata A (*corr. in* involuta A²), involuta BEPT. 24 quia ubi] ubi enim P. 25 quod¹] ex *add.* PT. || concipitur] percipitur T. || hoc] hiis P.

1 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 9, c. 1 (PL 176, 471s.).

— Num. 13: anon. V, f. 122c. — Num. 14-15: anon. P, f. 5v; anon. Tr, f. 137c-d. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 14 (XXIX, 28); Bonav., hic, p. 1, dub. 11 (IV, 31). Alia plura ap. D. Van den Eynde, *The theory of the composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Fr. Studies*, XI, 1951, 1-20, 117-144; XII, 1952, 1-26.

consistunt sacramenta, scilicet in rebus, dictis et factis. Ipse autem solum duo membra ponit, scilicet res et dicta. — Respondemus: loquitur magister Hugo de aliis generibus sacramentorum quam hic: quia hic agitur de sacramentis prout sunt commune Veteris aut Novae Legis, ibi vero de sacramentis prout significant res sacras, sive sint sacramenta Novae Legis et Veteris sive non, [et quodcumque sit sacrum signatum], ut gratia sive aliud.

16. Et significabant etc. [748, 13]. Contra videtur Hugo[1] dicere, sic: « Sunt quaedam sacramenta || ante Legem, alia sub Lege, alia sub gratia: diversa in specie, eumdem tamen habentia effectum ». Ex quo sic arguitur: sed quae sunt sub gratia conferunt salutem; ergo et illa quae sunt sub Lege similiter. — Respondemus quod duplex est effectus sacramenti. Unus effectus sacramenti est quoad [gratiae operationem, alius quoad] cognitionem; et de hoc intelligit Hugo, non de effectu quoad gratiae operationem. Sicut enim significabant gratiam ferendam per Christum, et sic illa spiritualiter intelligentibus.

E 223 r

17. Idem conferens remedium [748, 18]. Contra, ad Rom. 5: *In remissionem peccatorum*, Glossa ibi[2]: « Peccata solum dimittebantur ». Et haec auctoritas consequenter habetur in illo cap. *Hic dicendum* [750, 23]. Ex quo habetur quod non idem est effectus Baptismi et circumcisionis praeter apertionem ianuae.

2 solum] solus A. || ponit] posuit B. || scilicet... dicta *om.* BEPT. 3 Resp.] dicendum quod P. || Hugo] ibi *add.* E. 4 quia hic] hic enim P. 4-5 hic... Legis *om.* B. 5 prout... commune A, prout sunt EP, item (!) T. || vero] loquitur *add.* P, loquitur vel agitur *add.* B. 6 significant] sunt significantia BP. 7 et] aut E. || sive] aut P. 8 ut... aliud *om.* BEP. 9 Contra *om.* A. 10 sic *om.* B. || Sunt] enim *add.* E. || alia] quedam EP. 11 alia] quedam P. || sub gr.: diversa] sunt gratie, que diversa sunt E. 12 sed quae] si que B, quedam P. 13 et *om.* E. || similiter *trp. p.* ergo E, id est ante gratiam *add.* P. 14 Resp.] dicendum P. || duplex... sacramenti *om.* BET. 15 eff. sacramenti] eff. sacramentorum BT, quidem P. || est *om.* A. 16 et *om.* T. 16-17 non... operationem] alius vero quoad gratie operationem, et de hoc non intelligit P. 17-19 Sicut... intelligentibus *om.* BEPT. 20 remedium] etc. *add.* P. || ad *om.* ET. 21-22 dimittebantur] ut infra eadem dist., c. fiebat autem etc. *add.* P. 24 praeter ap. ianuae *om.* BEPT.

[1] *De sacram. christ. fidei*, I, p. 8, c. 12 (PL 176, 313 D). [2] Respici videtur Rom. 3, 25: *Propter remissionem praecedentium delictorum;* sed *Glossa* est Lombardi in Rom. 4, 9-12: « In circumcisione namque tantum peccata remittebantur » (PL 191, 1372 C).

Num. 16-18: anon. P, f. 5v-6r; anon. Tr, f. 138b; anon. V, f. 122c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 11; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. I, c. 5, q. 2 (f. 5a-b); Bonav., hic, p. 2, q. 3 et dub. 2 (IV, 42ss.).

— Respondemus: dicit 'idem remedium' effectus contra peccatum; non simpliciter, sed quantum ad remissionem peccati originalis quoad culpam, licet non quoad totalem poenam, quia plus deletur sive minuitur fomes in Baptismo quam in circumcisione. Item, poena originalis peccati est carentia visionis Dei, quae non delebatur per circumcisionem, quae tamen deletur per Baptismum.

18. Idem salutiferae etc. [748, 25]. Ex hoc videtur Beda [1] dicere quod omnem eumdem effectum habuit circumcisio quem Baptismus, excepta apertione ianuae, vel ex propria virtute, vel ex passione Christi.

a. Hic quaeritur utrum in circumcisione dabatur gratia. Quod videtur, quia nihil expellit tenebras corporales nisi lux corporalis; ergo tenebras spirituales non expellit nisi lux spiritualis. Cum ergo peccatum sit tenebra spiritualis, ut dicit Damascenus [2]: «Malitia est recessus luminis»; ergo si expellitur peccatum per circumcisionem, videtur quod in circumcisione dabatur gratia, quae est lux, ut dicit Dionysius [3].

b. Contra: haec est differentia inter sacramenta Novae Legis et Veteris, quod haec significant et efficiunt, illa vero non. Cum ergo circumcisio fuerit legale sacramentum, non efficiebat gratiam quam figurabat.

c. Item, in praedicta auctoritate [4] ad Rom. 5 dicitur quod non conferebatur gratia, sed tollebatur culpa; unde patet quod in illo sacramento non dabatur gratia.

---

1 remedium] quod est *add.* B, id est *add. interl.* E. 2 peccatum] sed *add.* P. || sed] immo idem P. 3 quoad[2]] ad PT. 4 deletur sive *om.* E. || minuitur] diminuitur EPT. 8 etc. *om.* E. 8-9 Beda dicere *om.* E. 9 omnem *om.* P. || quem] nunc *add.* BT, nunc habet *add.* E, et nunc *add.* P. 10-11 vel... Christi *om.* BEP. 12-14 Hic... corporalis *om.* P. 13 quia] quod A. 14 ergo] a simili *add.* P. || non] nihil EP. 15-16 Cum... Damascenus *lacuna* P. 16 Malitia... luminis *om.* BEPT. 17-18 in circumc.] per circumcisionem T. 18 dabatur] dabitur E, debeatur P. 20 quod] quia B, *om.* T. || efficiunt] quod figurant *add.* E. 23 praedicta] precedenti B. 24 gratia] in ipsa *add.* E, ad operationem *add.* P. || unde... quod] et sic E, ergo P. 25 sacramento] circumcisionis scilicet *add.* E.

---

1 *Homiliae*, I, hom. 10: «Idem salutiferae curationis auxilium circumcisio..., agebat quod baptismus..., excepto quod regni caelestis ianuam nondum intrare poterant» (PL 94, 54 B). 2 *De fide orth.*, II, c. 4 (PG 94, 875 B); versio Burgundionis: «Nil enim aliud est malum nisi privatio boni, sicut et tenebrae luminis sunt discessio vel privatio. Bonum enim lumen est intelligibile, similiter et malum tenebrae est intelligibiles» (Fl, f. 6c). 3 *De div. nomin.*, c. 4, § 5 (PG 3, 699s.; PL 122, 1131s.); *De eccl. hierarchia*, c. 2, § 3 (PG 3, 398s.; PL 122, 1077 B-C); ap. *Dionysiaca*, I, 172ss.; II, 1134ss. 4 Hic supra, n. 17.

d. Item videtur ex similitudine eius ad rem: quia consistit circumcisio tantum in ablatione pelliculae et nihil dabatur; sacramentum autem 'gerit similitudinem' eius quod significat [1]; ergo positio gratiae non est res illius sacramenti; ergo gratia non conferebatur in illa.

e. Ad hoc dicunt aliqui [2] quod conferebatur gratia in circumcisione, sed non ex virtute circumcisionis; sed Deus ex gratia sua increata conferebat gratiam circumciso [a].

f. Respondemus: gratia duplicem habet effectum. Unus effectus est gratiae quoad remissionem culpae, alius quoad non faciendum malum: uterque est respectu mali. Quoad bonum est unus effectus conferre vitam spiritualem animae; alius est habilitare potentiam ad opus; tertius, bonum opus elicere a potentia. Dicimus ergo quod in circumcisione spirituali, quae fuit sacramenti in Veteri Lege, conferebatur gratia quae est in remissione culpae et ad non faciendum malum; sed nullus de aliis
P 156 r
A 118 a
tribus || [effectibus] sequentibus. || Quod patet ex hoc quod dicit Augustinus in libro *Contra Adimantum* [3], quod haec est differentia inter Veterem et Novam Legem, quod in illa fuit

a (8) Contra hoc est hoc quod dicitur: « Idem conferens remedium » [748, 18]. Si enim circumcisio fit in corpore, non potest conferre circumcisionem spiritualem nisi per gratiam; ergo ex vi eius confertur gratia ad bene operandum vel qua iuvatur parvulus. Remissio enim non est aliqua positio. Si ergo fit per gratiam, necesse est quod virtute circumcisionis (+ E).

1 eius *om.* E. 1-2 quia... tantum] circumc. enim t. cons. P. 2 dabatur] ibi dab. aliud exterius E. 2-3 sacram. autem] sed sacram. P. 4 ergo[1]] et E. || positio] vel prestatio *add.* B. || sacramenti] res *add.* T. 5 conferebatur] confertur APT. 6 aliqui] quidam E. || conferebatur] ferebatur A. 7 sed[2]] immo P. 7-8 ex[2]... circumciso] ipso (!) circumciso conferebat gratiam sine sacramento E. 9 Resp.] dicimus autem quod P. || gratia... habet] gratiam... habere B. 9-10 Unus... gratiae] unus eius eff. est E, unum quidem P. 10 alius quoad] alium vero ad P. 11 malum] et *add.* EP. || respectu A (*corr. in* a parte A[2]), a parte BEPT. || bonum] autem *add.* E. 11-12 Quoad... effectus] unus autem effectus gratie quoad bonum est P. 12 vitam spir.] gratiam sive vitam E. || alius] vero *add.* P. 13 habilitare... opus] humiliatio potentie quoad corpus P, bonum *add.* E. || tertius] est *add.* B, vero est *add.* P. 13-14 a potentia *om.* T. 14 quae] quod PT. 15 sacramenti... Lege] sacramentum vet. legis BEPT. || quae] non *add.* A. 16 et] gratia *add.* P. || sed nullus] sed non BT, sed non illa gratia que est E, non autem P. 17 sequentibus *om.* E. 18 in... Adimantum *om.* E. 19 illa] veteri *add.* P.

1 Ut dicitur hic in litt., c. 4: « Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est » (p. 746, lin. 10). 2 Secundum Guil. Altissiodorensem, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 5, q. 2: « Dicunt multi et fere omnes quod in circumcisione conferebatur gratia, sed non ex vi circumcisionis » (f. 5a). 3 Cap. 17, n. 2: « Haec est brevissima... differentia duorum testamentorum: timor et amor » (PL 42, 159).

timor, in ista vero fuit amor principium [a]. Quia ergo ex amore est conferre vitam et habilitare potentiam et opus meritorium elicere, non facere vero malum provenit ex timore, gratia prima tollit culpam, gratia cum timore facit cessare a malo, ex parte amoris primo confert vitam. Inde gratia cum timore dat gratiam quoad primos effectus, non quoad alios sequentes.

19. In sinu Abrahae [749, 2-3]. Hic quaeritur quid appellatur hic 'sinus Abrahae'. De hoc in Luc. 16, 22: *Portaretur ab angelis in sinum Abrahae*, Glossa [1]: « Sinus Abrahae requies est Patris, in quo recumbunt venientes *ab Oriente et Occidente* », Matth. 8, 11. Et Interlinearis ibidem [2]: « Sinus Abrahae est requies beatorum pauperum », de quibus Matth. 5, 3: *Beati pauperes* [b]. Secundum istam Glossam videtur quod fuerint in regno caelorum. Quod est falsum, quia hoc fuit ante passionem. — Respondemus: hic dicitur 'sinus Abrahae' protectio Patris ab afflictione exteriori et interiori, scilicet ab igne et verme conscientiae, ut dicit Glossa [3] super illum Psalmum: *Noli aemulari in malignantibus*, super illum versum: *Et adhuc pusillum* etc., ubi quaerit Glossa « quomodo Lazarus esset » in sinu Abrahae, id est « in requie, cum nondum missa esset ho-

a (1) Vel sic: circumcisio ergo sacramentum timoris; gratia ergo cum timore valet ad illos duos effectus; gratia autem cum amore valet ad ultimos tres effectus. Baptismus vero est sacramentum amoris (+ P).
b (13) Vel sic: si hic sinus Abrahae, hoc autem regnum caelorum, ubi non erant ante passionem nisi spe (+ P).

1 ista] nova *add.* P. || vero *om.* BE. || fuit *om.* P. || principium *trp. p.* timor P. 3 non... timore] sed ex tim. prov. non f. m. P. 3-5 gratia... vitam *om.* BEP. 5 Inde gratia] sic patet quod circumcisio BEPT. || dat] dabat E. 6 primos effectus] primum effectum A, pr. duos effectus B, tantum *add.* E. || non] autem *add.* P. || alios] tres B. 7 Abrahae] etc. *add.* P. 7-8 appellatur... sinus] appellant... sinum P. 8 hic] ibi EPT, *om.* B. || in *om.* E. 10 quo] qua EPT. || Occidente] cum Abraham Isaac et Iacob *add. mg.* A², cum Abraham etc. *add.* BE, cum Abr. patre *add.* T, et tangit quod cum Abr. pa. *add.* P. 11 Et] item P. || ibidem] eiusdem A. 12 beatorum] bonorum EP, bonorum vel *praem.* T. || pauperum] quorum est regnum celorum quo post hanc vitam recipiuntur *add. mg.* A². 13 fuerint] aliqui fuerint tunc E, *om.* BPT. 14 caelorum] de hominibus vel ipse Abraham *add.* E. 15 Resp.: hic] dicendum quod hic P, *om.* T. 16 scilicet *om.* T. 16-17 ab²... verme] a verme BP, corporis et anime et E. 18-19 super... etc. *om.* P. 18 illum] hunc T. || Et *om.* T. 19 ubi] ibi BEP. 20 id est] et ET, *om.* BP. || cum] etc. A.

1 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 167v). 2 Immo *Ordinaria* ib.; ex Beda in h. l. (PL 92, 535 A). 3 Lombardi in Ps. 36, 10 (PL 191, 370 B).

Num. 19: anon. P, f. 6r; anon. Tr, f. 139a; anon. V, f. 122c-d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 3 (IV, 45).

stia ». Respondet Glossa: « In spe ex toto, in re ex parte, quia neque ignem exteriorem sentiebat neque vermem conscientiae » [a].

20. Post mortem beata requie [749, 3]. Qualiter potest hoc esse ? cum essent in poena, ut habetur ad Rom. 3, 25: *Propter remissionem delictorum*, Glossa [1]: « Deum non videbant, quod erat eis poena ». — Respondemus: 'requies beata' dicitur quoad ignem materialem, quem non sentiebant, et quoad vermem conscientiae non remordentem.

21. Remissionem peccati originalis et actualis [749, 6]. *a.* Contra: actuale non tollitur nisi per contritionem: quod patet in ficte accedente ad Baptismum. Praeterea, quoad poenam actualis peccati non potest hoc dici, quia non tollit circumcisio poenam originalis peccati principalem, scilicet carentiam visionis Dei: ergo multo fortius non tollit poenam actualis.

b. Praeterea, si circumcisio tollit originale quoad culpam, et reatus necessario adiunctus est culpae: ergo tollit reatum. Sed si tollitur reatus, non sunt obligati ad poenam; non ergo iuste infertur eis poena, et sic iniuste tenebantur antiqui patres in limbo.

a (3) Hieronymus [2] tamen super illud Isaiae: *Retribuam in sinu eorum iniquitates vestras:* « Intelligitur sinus in quemlibet affectus et dilectio, [ut] quando ad maritum sermo dirigitur: *Quae est in sinu tuo* [3]; et ad parentem: Adducent filios in sinum. Unde et omnes qui patrem habent Abraham et virtutum eius similes esse meruerunt, requiescunt in sinu eius ». Et post: « Intelligimus vel in bonam partem vel in contrariam eos accipiendos patres, quibus unusquisque apponitur cum ex hac vita excesserit » (+ B).

1 Resp. Glossa] dicendum secundum glossam P, et *praem.* E. 2 sentiebat *om.* T. 4 Qualiter] sed *praem.* P. 5 esse] scil. quod erant in beata requie *add.* P. || habetur] super illud P. 6 delictorum] in sanguine Iesu Christi *add.* P. 7 eis] illis P. || Resp.] dicendum quod P. 8 et] cum *exp.* A, *om.* T. 9 non remordentem] mordentem P. 11 non t. nisi] solum tollitur P. 12 accedente] accedentibus E. || Praeterea] item P. 13 quia... circumcisio] circ. enim n. t. P. 14 principalem *om.* B. 15 tollit] tollet P. 16 Praeterea *om.* A. || originale] peccatum *add.* P. 18 Sed] ergo T. || tollitur reatus] tollit reatum PT, ergo *add.* P. 18-19 non²... eis] ergo iniuste confertur eis (circumcisis E) ET. 19 et sic] ergo P.

1 Lombardi in h. l. (PL 191, 1363 A). 2 *In Isaiam* 65, 6 (PL 24, 635 B-C). 3 Deut. 13, 6.

Num. 20: anon. P, f. 6r; anon. V, f. 122d. — Num. 21: anon. P, f. 6v; anon. Tr, f. 138b-c; anon. V, f. 122c-d.

c. Respondemus: est reatus quoad carentiam aeternam visionis Dei, aut quoad temporalem carentiam visionis Dei. Cum ergo remittitur originale peccatum, dimittitur reatus aeternae carentiae, non temporalis. Et est exemplum in contritione de poena aeterna et temporali.

d. Quod obicitur de actuali, quod remittitur virtute circumcisionis, dicimus quod non remittitur [virtute circumcisionis], quia si culpa est actualis, ex actu liberi arbitrii, oportet quod poena contraria sit ex virtute liberi arbitrii. Haec autem est contritio. Si ergo sola contritio est huiusmodi poena, haec sola est remedium actualis peccati. Dicitur tamen quod circumcisio fuit || remedium culpae actualis, quia Dominus non remittit T 146b culpam in parte, sed totaliter [a]; ideoque quia dimittebat culpam originalem, ideo simul et actualem culpam. Ideo, cum adulti dolebant et erant contriti, in illis dimittebatur actualis cum originali.

22. || **Quaeritur autem de viris** etc. [749, 11]; **mulieres per** E 223v **fidem et operationem bonam** [749, 16-17]. *a.* Videtur autem quod quoddam praeceptum vel circumcisio aliqua debuit dari mulieribus quod non viris, propter hoc quod dicitur I ad Tim. 2, 14: *Adam non est seductus, sed mulier.*

b. Praeterea, || prius peccavit: ergo prius infligenda est ei A 118b poena medicinalis quam viro. Quam ergo poenam suscipient mulieres ? Quod enim dicitur: 'per fidem' etc., non est poenale.

a (13) Unde in adulto circumciso sumitur quod culpa actualis remissa sit (+ P).

1 Resp.: est reatus] tollitur *add.* A, dicendum quod duplex est reatus: unus quidem P. 1-2 carentiam aet. visionis] eternam visionem T. 2 aut] et BE, alius vero P. 2-3 carentiam... Dei *om.* B, ipsius *pro* Dei P. 4 carentiae] visionis Dei *add.* T. || non] autem *add.* P. || in] de B. 6 Quod obicitur] queritur autem P. || de] pena *add.* A. || quod] non *add.* T. 7 dicimus... remittitur *mg.* (*hom.*) A^2. 8 actualis] que est *add. interl.* A^2, id est *add.* B, id est que est *add.* EPT. 8-9 oportet... arbitrii *om.* (*hom.*) P, etiam *pro* contraria T. 10 ergo] autem P. || poena E, pene ABPT. || haec sola] contritio E. 11-12 actualis... remedium *mg.* (*hom.*) A^2, *om.* B, *add.* in *ante* remedium EPT. 12 actualis] sed ideo est *add.* B. || quia Dominus] Deus enim E. 13 ideoque] unde B, ideo EPT. || quia *om.* A. 14 originalem... actualem] originalis... actualis BPT, originalis, ideo dicunt remittebat simul actualis E. || culpam *om.* P. 14-16 Ideo... originali *om.* BEPT. 15 dolebant] debebant A. 17 mulieres] autem *add.* ET. 18 autem *om.* BEPT. 19 quoddam] aliquod P. || aliqua] vel aliud BEPT. 19-20 mulieribus] in remissionem originalis *add.* P. 20 propter] per BEPT. || dicitur *om.* T. 22 Praeterea] mulier *add.* BEPT. 23 medicinalis *om.* BEPT. 24 enim] non P. || poenale] penalis A, *lacuna* T. 25 circumciso] circumcisio P.

Num. 22: anon. P, f. 6v; anon. Tr, f. 138c; anon. V, f. 122d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 14, et hic infra, n. 33.

c. Respondemus: cum dicitur: *Adam non est seductus* etc., verum est: non est seductus in eo in quo mulier. Adam enim bene scivit illud prohibitum, sed non credidit verum esse omne illud quod dicebat diabolus sicut mulier. Sed in hoc fuit seductus, quia, nolens contristare suas delicias [1], credidit veniale quod erat mortale. Dicimus ergo quod ratio prima propagationis non est in muliere, sed in viro; cum propagatione autem transfunditur concupiscentia sive libido, ex qua est originale peccatum in nobis; et ideo in signum huius est instituta circumcisio viris, non autem poena aliqua data mulieribus. Oportuit autem, si esset conveniens signum, ut circumcisio fieret per caesionem circularem. Per caesionem enim circularem aeternalis reatus remotio designatur: circulus || enim aeternitatem designat [a]. Praeterea, ratione generis peccati in cuius remissionem datum est. Nam originale peccatum hoc modo contrahitur: primo fuit actuale peccatum in primis parentibus, et ab illo transivit poena in carnem eorum, a qua transivit in carnem puerorum, a qua poena originale peccatum in anima; et ita a peccato fit reditus in peccatum [b].

P 156 v

a (13) Et si hoc fieret, deflorarentur virgines (+ B). *b* (19) Et ita hic est quasi circulus [2] (+ P). — Item, quaeritur quare, eadem de causa, non est datus Baptismus in tali signo. Respondeo: Baptismus datus est in refrigerium; et ideo per aquam, quae vim refrigerandi habet, convenit dari. Vel dicatur quod est causa transitionis omnis poenae et collationis gratiae stantis; unde debuit signum eius in parte transire, scilicet aqua exterior; et in parte manere, scilicet character interior (+B).

1-2 seductus] sed mulier *add.* A. 2 in quo] quod P. 3 credidit] credebat P. 5 quia] quod T, *om.* P. || credidit] hoc quod credidit esse P. 6 erat] fuit EP. || prima] pene E. 8 qua] enim *add.* P. 9 et *om.* A. || signum huius] singulis P. || huius est] est huiusmodi A. 10 non... mulieribus] mulieribus autem non inflicta aliqua pena vel penalis medicina P. || data] est *add.* BET. 10-11 Oportuit a., si] oporteret enim si E, si autem *et trp.* Oportuit *p.* signum (11) P. 11 ut c. fieret] circumcisionem fieri BEPT. || caesionem] incisionem BE, cissionem T. 12 circularem... caesionem *om.* (*hom.*) A. || Per... circularem *om.* (*hom.*) PT, per quam B. || aeternalis] eterni E. 14 peccati] originalis *add.* P. 15 peccatum *om.* E. || contrahitur] contractum est E. 16 primis *om.* BEPT. || ab illo] ex illis B. || poena] peccatum E. 18 poena *om.* P. || orig. peccatum] peccati originalis E.

[1] Augustinus, *De Gen. ad litt.*, XI, c. 42, n. 59: « Ne suas... delicias contristaret » (PL 34, 453); *De civit. Dei*, XIV, c. 11: « In eo falli potuit, ut veniale crederet esse commissum. Ac per hoc in eo quidem quo mulier seducta est, non est ille seductus » (PL 41, 420).

[2] Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 28, n. 1, § *c*; d. 30, n. 12, § *b* (pp. 265, 290).

23. Sola fides pro parvulis [749, 22]. *a*. Ex hoc videtur quod maior effectus fidei esset in patribus quam modo. Nam tunc sufficiebat sola fides ad salutem parvulorum, sed non modo, immo exigitur Baptismus [a].

b. Item, si fides sola sufficiebat, aut ratione cuiuslibet articuli, aut respectu alicuius determinate.

c. Ad quod d i c i m u s quod non sequitur quod ibi fuerit maior efficacia quam nunc. Est autem duplex causa salutis: una ex parte parentum, scilicet fides, et haec tunc et nunc: [alia ex parte suscipientis, et haec diversa tunc et nunc]. Ex parte ergo suscipientis requiritur Baptismus nunc, in Lege vero circumcisio. — Quare autem ante Legem fides sola sufficiebat, deinde fides cum circumcisione, deinde fides cum Baptismo ? Ad quod dicendum quod morbus tunc erat recens, et oportuit leviorem adhiberi medicinam, ne aegrotus respueret. Et propter hoc in Lege naturali sufficiebat fides; in Lege Veteri requirebatur fides cum circumcisione, quae habet poenam; sed in Nova Lege, quia fuit lex suavitatis [b], adicitur fidei sacramentum sine poena, scilicet Baptismus.

d. Ad aliud dicimus quod in Lege naturali oportuit quod implicite intelligerentur omnes articuli; principaliter vero oportuit intelligi articulum de circumcisione spirituali fienda per Christum.

24. Hic dicendum [749, 27]; **[in carne praeputii,** 750, 11]. Quare in hac parte magis corruptio est ? Quia propagatione

a (4) Item, quaeritur quare Baptismus non fuit ab initio institutus ut esset remedium contra originale (+ E). *b* (18) ut Matth. 11, 30: *Iugum meum suave est* (+ P).

2 patribus] antiquis *praem.* P, tunc *add.* BEPT (*mg.* A²). || Nam] quia E. 3-4 sed... exigitur] non autem... requiritur P. 5 aut] ergo indifferenter *add.* P. 6 respectu] ratione E. 7 quod¹] primum E. || dicimus] dicendum BEPT. 8 efficacia A (*corr. in* fides A²), fides BEPT, tunc *add.* P. || nunc] sit *add.* E. || autem] enim EP. || una] quidem *add.* P. 9 scilicet] quoad primam scilicet eque valet P. || haec *om.* BEPT. || nunc] non quoad secundam *add.* P. 11 ergo] vero BET, autem P. || suscipientis] suscipientum *et add.* alia P. || in Lege] tunc B, et *praem.* A. || vero] autem P. 11-12 circumcisio] tunc *add.* P. 12 autem *om.* ET. 12-13 deinde... deinde] in lege... nunc E. 13 Ad quod] ad aliud E, *om.* P. 16 naturali... Lege *om.* (*hom.*) T, autem *add.* P. 17 Lege] scilicet gratie *add.* P. 18 quia] que E. || fuit] est E. || adicitur] additur ET. 20 dicimus] dicendum EP. || in L. naturali *om.* E. 21 vero] autem E. 25 Quare] ratio *praem.* BPT (*mg.* A²), responsum *praem.* E. || corruptio est] corruptus sit homo E, *om.* B, *om.* est PT. || propagatione] per propagationem BPT.

Num. 23: anon. P, f. 7r; anon. Tr, f. 139b; anon. V, f. 122d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 14; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 5 (f. 4d); Bonav., hic, p. 2, q. 2 (IV, 33s.).

transfunditur peccatum in posteros; hoc autem est instrumentum generationis. — **Signum obedientiae** [750, 15]: id est circumcisionem. — **Octava die** [750, 19]. Et currit octava aetas cum hac septima aetate [1]. Incepit enim octava in passione Christi, aperta ianua. — **Communius** [750, 22]: quantum ad utrumque sexum et ad gentes et ad Iudaeos. — **Et perfectius** [750, 22]: quantum ad gratiam pleniorem, quantum ad actualis et originalis deletionem, et quantum ad omnia membra; circumcisio autem fuit tantum in praeputio. — **Gratia ad bene operandum** [750, 24]. Hic ponit triplicem Baptismi effectum. — **Possessio virtutum** [750, 24]. Possidet qui agit quando vult. — **Signaculum tantum** [751, 1-2]: scilicet res circumcisa.

25. In praecedenti capitulo : **Vel pro maioribus virtus sacrificii** [749, 22-23]. Quaeritur cuius sacrificii virtus per se valuit ad remissionem originalis peccati apud maiores in Lege naturali; item, quid dicatur sacrificium.

A 118 c *a.* Cuius ratio habetur infra, XIII distinctione: || *Solet quaeri* etc.: « Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur » [2] [816, 5-6]. Ita habetur ibi. Unde differt a sacramento, quod est signum rei sacrae et causa [3]. Sacrificium autem institutionem respicit; sacramentum vero significationem et causationem eius respicit ad quod ordinatum est.

b. Unde ad hoc quod prius quaeritur, solvitur, quod 'virtus sacrificii', scilicet decimationis. Decimatio enim fuit in remissionem peccati, ut dicit H u g o [4]. Et dicit hanc rationem [5]: « Quam-

1 peccatum] corruptio E, originale *add.* B. 3 currit] etiam *add.* BEPT. 4 aetate *om.* E. 5 ianua] per passionem *add.* E. 5-7 utrumque... ad[1] *om.* (*hom.*) E. 8 et] etiam *add.* E. || autem] enim EPT, *om.* B. 10 triplicem *om.* E. || effectum *om.* EP. 11 tantum] etc. A, *om.* E. 13 In *et* cap. *om.* E. 13-14 sacrificii *om.* A. 15 remissionem] remedium BEPT. || peccati] per se *add.* P. 17 Cuius... infra A, R[0] infra enim in BEPT (*om.* R[0] BET, *om.* in E). 18 Sacrificium] solum *add.* P. || prece] potestate E. 20 et causa *om.* BEPT. 20-21 Sacrif. autem] unde sacrificium BEPT. 21 respicit *om.* BEPT. 22 causationem] causam AB (*corr. in* causationem A[2]). || eius] rei sacre P, *om.* BET. || respicit] ad id *add.* E. 23 ad] et BEPT. || quaeritur] obiciebatur BP, obicitur ET. 23-24 quod v. sacrificii A, item sacrificium est virtus sacri facti BEPT (*mg.* A[2]). 24 scilicet] sicut E, id est P. || fuit] instituta *add.* P. 25 peccati] peccatorum ET. || ut dicit] unde d. A, magister *add.* P.

1 *Glossa* Lombardi in Rom. 4, 9-12: « Fiebat autem octava die... quia post septenarium vitae huius, in octava aetate... abscidetur corruptio carnis et spiritus » (PL 191, 1372 A). Cf. infra, n. 34. 2 Isidorus, *Etymologiae*, VI, c. 19, n. 38 (PL 82, 255 B); in *Decreto* Gratiani. C. 1, q. 1, c. 84, § 2 (I, 388). 3 Cf. hic supra, nn. 1, 5. 4 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 3 (PL 176, 448 D). 5 Ib., I, p. 8, c. 12 (PL 176, 313 D).

Num. 25: anon. P, f. 7r; anon. Tr, f. 139a-b. Cf. Bonav., hic, p. 2, q. 3 (IV, 35s.).

diu est morbus, est tempus medicinae »; ergo, cum morbus in omni Lege fuit, in omni Lege opus est sacrificio. Unde Hugo [1]: « Oportuit ut per processum temporum spiritualium gratiarum signa magis ac magis evidentia ad eam declarandam formarentur, ut cum effectu salutis cresceret cognitio veritatis. Sub Lege autem naturali primum data sunt sacramenta decimationes, sacrificia et oblationes, ut in decimatione remissio peccatorum, in sacrificiis carnis mortificatio, in oblatione boni operis exhibitio significaretur ». Instituta autem fuit decimatio in signum transgressionis factae ab homine, qui per novenarium significatur deficientem a denario [2]. Decimam vero tribuit in signum liberationis fiendae per Christum, qui per denarium significatur, ut Levit. 5, 11, super illud: *Partem ephi decimam* [3] - ephi est tres mensuras continens, unde significat Trinitatem, sicut dicit Glossa super illud [4] - ut decima drachma perdita inventa novem drachmis iungeretur, ut Luc. 15, 8-10.

26. Sed semini eius, id est omnibus Hebraeis [750, 2-3]. Quaeritur cui semini praeceptum fuit, utrum omnibus descendentibus ab Abraham, aut tantum per Isaac descendentibus.

a. Quod ultimo modo sit, videtur innuere ibi Glossa super Genesim [5]; [et hoc tenet Hugo de S. Victore], qui dicit [6]: « Quatenus discreta et singularis maneret generatio de qua Christus nasceretur ». « Nam Iob de Esau legitur secundum quosdam, nec legitur circumcisus », et tamen salvatur.

1 est[1] *om.* T. 2 fuit] sit BEPT, et *add.* E. || in o. Lege *om.* BPT. || Hugo] magister H. dicit P. 3 per processum] secundum successum BEPT, temporis vel *add.* B. 4 declarandam] viderentur vel *add.* E. 5 cum *om.* E. 10 qui] que AE. 11 denario *corr. in* Christo A[2]. 13 super illud *om.* E. 14 est... continens] tres m. continet BEPT. || unde *om.* P. 14-15 sicut... illud] et BEPT. 15 perdita *om.* E, et *add.* T. 16 novem] decem BT, *om.* A. 18 Quaeritur] a magistro Hugone *add.* P. || praeceptum fuit] f. precepta P, *om.* BE. || utrum] universaliter *add.* P. 19 ab Abraham] de genere Abrahe P. 20 Quod] autem *add.* P. || sit *om.* E. 20-22 Glossa... dicit] G. super G. qui dicit A, glossa BET, Glo. Gen. 16 P. 23 nasceretur] intelligeretur T. || Iob de Esau] beatus Iob de Esau genitus E, Iob de stirpe fuisse Esau P. 24 nec] unde non BEPT. || et t. salvatur *om.* BEPT.

1 Ib., II, p. 6, c. 3 (PL 176, 448 D). 2 Hugo, l. c.: « Novenarius signum imperfectionis est, a denario perfecto deficiens » (PL 176, 449 A). 3 *Glossa ordin.* in h. l.: « Christus ergo est ephi... Denarius perfectus est »; ap. Lyranum (I, 222r); ex Hesichio in h. l. (PG 93, 838 A). 4 *Ordin.* in h. l.: « Mensura est trium mensurarum, id est tres modios continens... Trinitatem innuit »; ap. Lyranum, l. c. 5 *Ordin.* in Gen. 17, 19; ap. Lyranum (I, 68v). 6 *De sacram. christ. fidei*, I, p. 12, c. 2: « Quatenus singularis maneret et discreta generatio de qua Christus nasceretur... Nam et Iob, secundum quosdam, de Esau stirpe fuisse creditur, qui tamen circumcisus fuisse non legitur » (PL 176, 351 A-B).

Num. 26: anon. P, f. 7r; anon. Tr, f. 138d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 4 (IV, 45s.).

b. Sed videtur littera Gen. 17, 12 contraire dicens [a]: *Circumcidetur in vobis omnis masculus in generationibus vestris, tam vernaculus quam emptitius, et quicumque* [*non*] *fuerit de stirpe vestra.* Unde sequitur [1]: *Tulit Abraham Ismaelem filium suum et servos suos, et circumcidit.* Probabile ergo est quod melius intelligeret praeceptum Domini quam posteri. Unde videtur quod omnes [b] circumcidendi erant. Cum ergo circumcidit Ismaelem et alios,
T 146 c omnes descendentes erant obligati ; || ergo peccabant mortaliter ex contemptu praecepti.

c. Quid ergo dicendum est de Iob secundum illam opinionem ? Nam primogenitus Nachor fuit Hus [2], qui alio nomine dictus est Iob, princeps terrae Hus [3]. Secundum Gregorium autem fuit de stirpe Esau, ut in prologo Iob [4], quia dicitur ibi: « Legitur in Gen. 36, 32-34, Iobab de Esau exivisse, et Belae filio Beor successisse », de quo require in Num. 22.

d. Respondere videtur Ambrosius huic quaestioni in *Epistolis* suis, libro VII [5], dicens: « Non possumus dicere circumcisionem debere servari ab alienigena et proselito, nisi fuerint
E 224 r in domo eius nati, aut pecunia empti, || aut de semine eius. Et ita omnifariam claret secundum litteram Legis ad circumcisionem non teneri nationum populos ». Si ergo Iob non fuit de semine Isaac, in quo facta fuit promissio [6], non tenebatur. Quod autem non fuerit, videtur, secundum Hieronymum [7] dicentem ipsum descendisse de Nachor; Abraham tamen ut per-

P 157 r *a* (1) Vel sic: *Quicumque fuerit* || *de stirpe vestra circumcidetur* (+ P). *b* (6) ex Ismaele descendentes (+ P).

1 contraire] huic *add.* P. 4 suum *om.* BPT. 5 circumcidit] omnes *add.* E. || Probabile ergo] et probabile B. 7 alios *mg.* A², *om.* E, *trp. p.* omnes (8) P. 8 descendentes... ergo] sequentes videntur fuisse obl., ergo sequentes E. 12-13 Secundum Gr. autem] sed sec. Gr. P. 13 ut] unde P. || quia dicitur] videtur quia legitur E, dicitur enim P. 14 de] stirpe *add.* B. || exivisse] descendisse P. || Belae] Balae *Vulg.* 15 require A, *om,* BEPT. || in Num. 22 *mg.* A². 16 Respondere] autem *add.* B. 16-17 in... VII *om.* E, *om.* suis BT. 17 dicere *om.* E. 18 debere servari] habere servari P, derivari *Ambr.* || ab... proselito] ad alienigenam et proselitum PT(*Ambr.*). 19 aut de semine] vel seminis BEPT, etiam *add.* E. 20 Legis] illos *add.* E. 21 nationum *om.* P. || populos] scilicet *add.* E. || de] ex BP. 22 facta] tantum E. || tenebatur] ad circumcisionem *add.* E. 23 fuerit] de eius semine *add.* E. || sec. Hieron. *om.* E. 24 tamen] vero P.

1 Gen. 17, 23. 2 Gen. 22, 20-21. 3 Iob 1, 1. 4 *Moral.*, praefatio, n. 1: « In libro Gen. Iobab de stirpe Esau descendisse et Bale filio Beor in regnum successisse describitur » (PL 75, 515s.). 5 *Epist.* 72, nn. 25-26 (PL 16, 1250 C-D). 6 Gen. 26, 2-5. 7 *Liber hebr. quaest. in Genesim*, 22, 20: « Primogenitus Nachor, fratris Abraham... natus est Us; de cuius stirpe Iob descendit, sicut scriptum est in exordio voluminis eius: *Vir fuit in terra Us, nomine Iob.* Male igitur quidam aestimant Iob de genere esse Esau» (PL 23, 971 B).

fectam servaret obedientiam circumcidit Ismaelem. — Secundum ergo unam opinionem, dicendum est quod Iob fuit de stirpe Esau, et non tenebantur nisi illi qui descendebant per Isaac et Iacob. Secundum aliam opinionem, quae dicit quod omnes descendentes ab Abraham tenebantur, dicendum est quod descendit Iob de semine Nachor [a].

27. Ut per obedientiam etc. [750, 5-6]. Ad Rom. 4, 11: *Signum accepit circumcisionis;* ibi Glossa [1] istas tres causas hic positas tangit, et addit duas, scilicet « ut circumcisio || facta in A 118d virili membro, per quod generatur creatura mortalium et in quo libido solet dominari, castitatem mentis et corporis servandam et impudicitiam recidendam indicet»; et « quia non potuit melius significari per Baptismum tolli originale peccatum. Cum praeputio enim nascitur omnis homo quemadmodum cum originali peccato, et circumcisus praeputiatum gignit, traiciens in ipsum quo ipse iam caruit; sic baptizatus in filium quem carne generat, reatum traicit originis, a quo ipse iam liber erat ». Item, additur ratio sexta: datur in signum circumcisionis « ab omni corruptione in futuro ».

28. A ceteris nationibus discerneretur [750, 9-10]. Super hoc Ioannes Damascenus [2]: « Circumcisio est signum

a (6) Vel potest dici quod hoc quod dicitur: *Circumcidetur in vobis omne masculinum de semine vestro*, praeceptum fuit; quod autem dicit: *tam vernaculus quam emptitius*, dispensatio fuit, et servatur de semine cui facta est promissio. Alii dicunt quod ex principali intentione dabatur illis per quos Christus erat descensurus, sed communicatione etiam aliis, ne esset dispar cultus in domo eadem. Et hoc confirmant praedicta auctoritate Ambrosii: « Non possumus » etc., « Et ita omnifariam » etc. (+ B).

2 ergo] autem E. 3 tenebantur] circumcidi *add.* E, ad circumcisionem *add.* P. || illi *om.* P || qui descendebant] qui descenderant E, descendentes P, qui BT. 4 aliam] autem *add.* P. 5 est *om.* T. 6 Iob *om.* BEPT. 9 tangit] ponit BE, dicit P, *om.* T, *trp. p.* ibi (8) BEP. 14 enim E, *om.* ABPT. 14-15 quemadmodum... peccato] sicut... peccato P, quantum ad orig. peccatum E. 15 circumcisus] etiam *add.* ET. 16 sic] sicut T. 17 originis PT(*Glossa*), originalis AE. || iam *om.* A. 18-19 Item... futuro *om.* E. 18 additur] adicitur PT, iam *add.* T. 21 hoc] illud E. || Damasc.] .iii. *add.* T, dicens *add.* B.

1 Lombardi in h. l. (PL 191, 1371s.). 2 *De fide orth.*, IV, c. 25 (PG 94, 1211 B, 1214 C); versio Burgundionis (Fl, f. 25c).

Num. 27: anon. Tr, f. 139c; anon. V, f. 123a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 5, q. 1 (f. 4d). — Num. 28: anon. Tr, f. 139b-c.

distinguens ipsum », scilicet Abraham, « et eos qui ex ipso et qui in domo eius generabantur, a gentibus cum quibus conversabantur. Typus Baptismatis. Sicut enim circumcisio non membrum abscidebat corporis, sed superfluitatem inutilem, ita per Baptismum sanctum peccatum circumcidimus, quod est superfluitas concupiscentiae ». Unde peccatum est superfluitas concupiscentiae: excedit enim naturalem concupiscentiam.

29. In carne vero praeputii [750, 11]. *a.* Utrum character imprimebatur in circumcisione. Quod videtur, eo quod iussa fuit fieri ad discretionem israelitici populi; sed discretio sacramentalis proprie fit per characterem; ergo character imprimebatur.

b. Item, per impossibile: si non ibi imprimebatur character, quare non potuit iterari, sicut nec Baptismus ? Hoc enim signum est characteris.

c. C o n t r a, in fine huius capituli hic ubi dicit: « Abrahae iam iustificato per fidem signaculum tantum fuit », scilicet circumcisionis; « nihil ei contulit intus » [751, 1-2]. Ergo non imprimitur character in circumcisione.

d. Item, ad idem: si in circumcisione imprimeretur character spiritualis, circumcisi non post baptizarentur. Quid enim facit character spiritualis, nisi quod populum Dei distinguit ab aliis ? Hoc autem facit character in baptizato: distinguit enim fidelem ab infideli.

e. Item, ad idem: circumcisio consistit in ablatione, in positione character; ergo in circumcisione non imprimitur character.

f. R e s p o n d e m u s: non imprimitur in circumcisione character spiritualis, sed carnalis. Unde sic potest definiri: Cir-

1 distinguens] discernens E. || ipsum, scilicet *om.* EP. 3 Baptismatis] baptismi est B, enim baptismalis E. || circumcisio] in circumcisione P. 3-4 non membrum *corr. in* membrorum A², membrorum T. 4 abscidebat] abscindebatur P. || sed *om.* T. || inutilem] non utilem P, sive non utilem *add.* BT. 5 sanctum *Damasc.*, factum ABPT, *om.* E. 6-7 Unde... concupiscentiae *om.* (*hom.*) E. 7 excedit enim] quod excedit E. 8 praeputii] et *add.* A, etc. queritur *add.* BE, etc. questio est *add.* P. 9 imprimebatur E, imprimetur A, imprimatur T, imprimeretur BP. || Quod] sic *add.* BP. || eo q. iussa] iussa enim P. 11 character] ibi *add.* ET. 13 per impossibile *om.* E. || ibi *om.* BEPT. 14 quare] igitur P. || sicut... Baptismus *om.* E. 15 characteris] scil. non iteratio ut patet in baptismo *add.* E. 16 in fine] finem A. || hic... dicit *om.* BEPT. 17 per fidem *om.* A. 17-18 scilicet... intus] etc. B, *om.* EP. 18-19 imprimitur] imprimebatur E. 22 populum] populos P. || aliis] scil. non populis Dei *add.* P. 23 Hoc autem] sed hoc P. || baptizato] baptismo ET. 24 infideli] item ab infideli *add.* A. 25-26 positione] appositione E. 26 in circumcisione] ex vi circumcisionis BP (*om.* ex B). 28 Resp.] dicendum quod P.

Num. 29: anon. P, f. 7v; anon. Tr, f. 139d-139a; anon. V, f. 122d.

cumcisio est sacramentum primum populi secundum carnalem characterem discretivum. Competebat enim ut populo carnali daretur character carnalis, spirituali vero spiritualis 'character.

g. Ad illud quod obicitur, quod discretio sacramentalis fit per characterem, dicendum quod verum est: per carnalem vel spiritualem.

h. Ad illud quod obicitur, quod non iteratur, dicendum est quod causa non est eo quod imprimatur character, sed eo quod in circumcisione fiebat remotio originalis peccati, quae semel fit. Ut enim ipsum peccatum semel factum est, ita in uno sacramento semel fit ipsius remotio vel remissio.

30. Mutata fuit circumcisio etc. [750, 21]. *a*. Obicitur sic: || Si circumcisio habuit eamdem vim, secundum Bedam [1], P 157 v quam nunc Baptismus, excepta apertione ianuae, videtur tunc quod adveniente passione Christi, per quam facta fuit apertio, sufficeret circumcisio; aut oportuit quod aliquid novum daretur ex virtute Baptismi. — Item, quaeritur qualiter per passionem Christi aperta fuit ianua et liberati sunt qui descendebant ad limbum inferni.

b. Huic quaestioni primae respondet Hugo [2] dicens: « Quia obscurum fuit signum decimationis, subsecuta est circumcisio, ut iustificationis virtutem evidentius demonstraret » [a]: « quando dictum est homini ut portionem carnis suae, non superfluam, sed illius quod superfluum erat, in hoc signum auferret, ut per

a (22) Etsi enim remittebatur [peccatum], aliquibus non erat manifestum (+ BEPT).

1 populi] et *add.* T. 2-3 Competebat... daretur] oportebat... daretur T, quod bene competebat, ut sicut pop. carn. datur P. 3 spirituali... character *mg.* (*hom.*?) A^2, *om.* character P. 4-7 quod²... obicitur *om.* (*hom.*) A. 4 sacramentalis] spiritualis E. 5 per characterem] caractere BP. || per²... vel] tam per carn. quam per P. 7 illud] hoc E, id T. || est *om.* ET. 8 causa] hoc E. || imprimatur] imprimeretur B, ibi imprimebatur E, imprimitur PT. 9 remotio] remissio BEPT. || quae] quod P. 10 Ut] unde sicut E. || enim *om.* BEPT. 11 ipsius] eius E. || remotio vel *om.* BEPT. 12 etc. *om.* E. 13 habuit... sec. Bedam] habebat... ut dicit Beda E. 14 nunc] habet *add.* E. || tunc *om.* E. 15 apertio] ianue *add.* EP. 16 sufficeret] sufficere debuit E. 17 virtute Bapt.] parte bapt. vel ex eius virtute E. || quaeritur *om.* T. || qualiter] quare BE. 18 sunt] illi *add.* E. 19 inferni] et qualiter hoc fuit *add.* E. 20 Huic *om.* P. || respondet] magister *add.* P. || dicens] quod *add.* E. 21 est] fuit E. 22 quando] quoniam T 23 suae *om.* BEPT. 23-24 non... illius] superflue id est B. 24 hoc T, homine ABEP (*Hugo*), in *add.* B. 25-26 Etsi... manifestum *mg.* A^2 ; *add.* tantum *p.* enim T, nisi *p.* manifestum B.

[1] *Homiliae*, I, hom. 10 (PL 94, 54 B). Cf. supra, p. 23, nota 1. [2] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 3 (PL 176, 449 A-B).

Num. 30: anon. P, f. 7r (sola § *c*); anon. V, f. 123a.

hoc cognosceret homo quia culpam, quam natura per illam partem traxit, gratia per sacramentum circumcisionis emundaret». Sed quia circumcisio fuit particularis et laboriosa: quod bene populo sub timore Legis servienti competebat, consecutum est sacramentum universale quoad totum corpus, non laboriosum, suavem habens purificationem, competens populo ex amore ser-
A 119a vienti. || Et propter hoc sacramentum Baptismi circumcisioni est consecutum.

c. Sed propter hoc mota est quaestio, propter quid, sicut decimarum sacrificium mansit cum circumcisione, similiter circumcisio non mansit cum Baptismo et manet. — Respondemus: cum venit iugum suave gratiae, non competebat sacramentum laboriosum, doloris plenum, maxime ingredientibus. Et propter hoc, cum illud sacramentum Baptismi sit intrantium, mutata est circumcisio; non autem decimatio per adventum circumcisionis vel Baptismi. Decimatio enim, etsi alicui dolorem inferret, ut avaro, non tamen illi qui purgari debebat, scilicet parvulo. Praeterea, in hoc significatur differentia Legis gratiae, ad Legem naturae aliter se habentis quam ad Legem timoris: nam Lex naturae communiter dictat homini ad timorem et amorem, et magis inclinat ad amorem Dei. Propter hoc ergo, quod Lex naturae conveniebat cum Lege Veteri et cum Nova, decimatio quae ei competebat utrobique servatur. *Perfecta* autem *caritas foras mittit timorem*, I Ioan. 4, 18; quare sacramentum ei proprium evacuari debebat per sacramentum amoris, scilicet circumcisio per Baptismum.

d. Ad illud quod quaeritur de apertione [ianuae] et liberatione patrum, dicimus quod Anselmus dicit in libro
T 146d *Cur Deus homo* [1]: || «Non potest satisfactionem pro originali

1 cognosceret AT, agnosceret BEP (*Hugo*). || quia] quod T. 3 particularis] particulariter BEPT. 4 Legis *om.* BE. || est] fuit BP. 5 universale *corr. in* simile A², simile T. || corpus] eos mundans *add.* E. 7 Baptismi] baptismatis E. || circumcisioni] circumcisionis A, circumcisio B, circumcisionem P. 9 Sed] et T. || est *om.* A. 10 circumcisione] propter quid *add.* A, quare *add.* EP. || similiter *om.* ABP. 11 mansit] manet BT. || et manet] adveniente P, *om.* BET. 11-12 Resp.] dicendum P. 12 iugum *om.* BPT. 12-13 sacramentum] sacrificium BP. 14 illud *om.* E. 15 est *om.* T. 16 Decimatio... etsi] licet... decimatio P. 18 differentia Legis] legem vel lex B, conditio legis E, leg. T. 19 habentis *corr. in* habentem B. 20 dictat homini] devetat hominem P. || ad] et E. 22 quod] quia E. 23 cum] lege *add.* T. 24 foras] foris BP. || timorem] ut *add.* BEPT. 25 ci A (*corr. in* timoris A²), timoris BEPT. || debebat] debet BEPT. 27-28 illud... patrum] aliud BEPT. 28 dicimus] dicendum P. || quod Ans. dicit] secundum Anselmum BEPT. 28-29 in... homo *om.* E, *om.* in libro P, dicentem *add.* BPT, quod *add.* E.

1 Lib. II, c. 6: «Si ergo... nisi fiat praedicta satisfactio, quam nec potest facere nisi Deus, nec debet nisi homo, necesse est ut eam faciat Deus homo» (PL 158, 404 A-B).

peccato facere nisi Deus, nec debet nisi homo; necesse est ergo ut satisfaciat Christus, qui est Deus et homo ». Cum enim corrupta tota humana natura esset per peccatum primi parentis, non competebat satisfactio nisi per eum qui esset principium eorum qui erant || in corruptione, et ipse quidem homo, sed principium E 224v incorruptum. Nam si aliorum principium esset, non satisfaceret. Nec Adam potuit satisfacere, quia de suo non potuit Deo dare aliquid maius omni eo quod sub Deo est [1]. Satisfactio autem illa est maius omni rationali creatura corrupta. Necesse est ergo ut sit satisfactor ille principium illorum hominum ut Deus, et quod solvat poenam in quantum homo. Licet ergo Dominus ex sua misericordia in circumcisione abstulerit originale peccatum quoad culpam et quoad reatum aeternae carentiae visionis Dei, qui necessario consequitur, non tamen ab illo reatu quoad temporalem poenam absolvit. Propter quod necesse fuit, cum homo corruptus vel purus non corruptus non posset satisfacere, ut Christus Deus et homo satisfaceret, ut sic rumphaea ianuae paradisi tolleretur.

e. Ad illud quod obiciebatur, utrum Baptismus conferret effectum gratiae specialem, praeter hoc quod circumcisio confert et passio Christi, dicendum est quod confert specialem gratiam « ad bene operandum », ut habetur in littera [750, 19-20], quam etiam habuit ante passionem Christi; iste autem effectus non habebatur ex virtute circumcisionis.

31. Duae sunt res illius sacramenti etc. [750, 20]. Potest esse quaestio, si duae sunt res huius sacramenti, scilicet circumcisio

1 peccato] aliquis *add.* E. || est] fuit A. 4 eum] hominem BEPT. 5-6 et... incorruptum A (*sed* qui est *pro* quidem), *om.* BEPT. 6 aliorum] hominum *add.* P. || satisfaceret] posset satisfacere E. 8 omni] enim A, cum T. 9 est[1]] fuit BEPT. 10 ut[1]] quod BEPT. || sit] esset A. || satisfactor *om.* BET. || ille *om.* BEPT. || et *om.* AT. 11 solvat] illam *add.* P. || Licet ergo] neque enim E. || Dominus] Deus ET. 12 abstulerit] abstulit E. 14-15 quoad... poenam] ad... penam APT, a temporali pena B, quantum ad triplicem penam E. 16-17 ut... satisfaceret *om.* (*hom.*) E, *om.* Deus et homo BPT. 17 rumph. ianuae] ianua E. 18 tolleretur A (*corr. in* rumperetur A[2]), rumperetur BEPT. 19 illud] id B, hoc E, aliud T. || obiciebatur] obicitur BP. 20 effectum gratiae] gratiam E. || specialem] spiritualem E, spiritualis P. || praeter] propter BEPT. 21 est *om.* BT. || confert] contulit P. || specialem] spiritualem EPT. 22 bene] bonum A. 23 etiam] non BE. 24 habebatur] habetur E. 25 etc.] scil. circumcisionis *add. interl.* E. 26 res *om.* PT. || sacramenti] signate *add.* P. || scilicet *om.* T.

[1] Anselmus, *Cur Deus homo*, II, c. 6: « Illum quoque qui de suo poterit Deo dare aliquid quod superet omne quod sub Deo est, maiorem esse necesse est quam omne quod non est Deus » (PL 158, 404 A).

Num. 31-32: anon. P, f. 7v-8r.

ab originali et circumcisio plena ab omni corruptione, et hoc sacramentum quoad quid convenit cum sacramento Novae Legis, in hoc quod efficit quod figurat: propter quid respectu unius rei significatae, scilicet circumcisionis ab originali, est signum et causa; respectu vero sequentis est signum tantum. — Respondemus: circumcisio secunda, ab omni corruptione, est effectus universalis gratiae proprie. Universalis enim circumcisio universali gratiae competit. Sed omnis gratia sacramentalis est data secundum partem quoad causandum; unde, re adveniente, omne sacramentum evacuabitur in circumcisione ultima. Et propter hoc neque ex virtute circumcisionis neque ex virtute Baptismi convenit universalem incorruptionem dari. Sed circumcisio ab originali peccato est quidam effectus gratiae particularis, quem ex virtute sacramenti convenit effici. Soli autem Christo convenit, qui habet plenitudinem gratiarum, universalem incorruptionem dare.

32. Ibi enim solum peccata dimittebantur [750, 23]. Contra, ad Rom. 2, 25: *Circumcisio quidem prodest* etc., Glossa[1]: « Si spiritualiter custodias, si credas Christo quem Lex promisit ». Ex hoc videtur quod circumcisio non valebat nisi cum fide
A 119 b Christi promissi; et || ita videtur quod circumcisio ex se non remittebat originale peccatum, sed ex virtute fidei. — Respon-
P 158 r demus: verum est in adultis, || de quibus loquitur Apostolus; in parvulis vero in circumcisione remittebatur originale, licet non esset fides ipsorum vel parentum, dummodo esset fides Ecclesiae.
B 126 v **33.** || **Signaculum tantum fuit** etc. [751, 1-2]. Quaestio fuit prius[2] quare non fuit signum datum mulieribus. — Respondemus ex dicto Ioannis Damasceni[3]: Si convenienter

2 Legis] scilicet *add.* E. 3 quid] non *add.* B, tunc *add.* EPT. 4 significatae] figurate E, signate P. 5 vero *om.* E. || est *om.* B. 5-6 Resp.] dicendum quod P, quia *add.* B. 6 secunda] que est *add.* P. 7 gratiae pr. Univ.] p. g. U. *mg.* (*hom.*) A^2. || enim *om.* A. 9 data] tantum *add.* E. || partem] hic *add.* T. || causandum] credendum B, mundum unum E. || adveniente] eveniente A, scilicet circumcisione ultima *add.* P. 10 circumcisione] resurrectione E. 11 propter *mg. et om.* hoc A. || neque[1]] valet *add.* A. 12 convenit *mg.* A^2. 13 peccato *om.* E. 13-14 particularis] particulariter A, 14 quem] qui A, unde BEPT. 14-16 Soli... dare *om.* BEP. 17-18 Contra, ad *om.* BEPT. 18-20 quidem... circumcisio *mg.* (*hom.*) A^2. 19 Si... promisit] *st* spir. cust. lex promisit. Et A^2, si firmiter credas Christo, si spir. cust. quod lex promiserit E. 20 circumcisio] proprie *add.* B. 20-21 non... circumcisio *om.* (*hom.*) E. 22-23 Resp.] dicendum quod P. 24 in circumcisione *om.* E. || remittebatur] dimittebatur E. 25 ipsorum E, ipsius ABPT. || dummodo] dum tamen E. 26 etc. *om.* E. 27 prius] superius E. 27-28 Resp. *om.* BET. 28 convenienter] conveniens B.

1 Lombardi in h. l. (PL 191, 1348 B). 2 Hic supra, n. 22. 3 *De fide orth.*, IV, c. 25 (PG 94, 1211 B); supra, n. 28.

Num. 33: anon. Tr, f. 138d.

daretur, oporteret quod in eadem parte, et quod per remotionem remotio significaretur, et quod per non necessarium remotum et in quo dominabatur concupiscentia significaretur remotio superfluitatis concupiscentiae. Sed hoc non potuit fieri in muliere [in illa parte] in qua concupiscentia dominatur: interius enim illud est. Propter quod congruum signum huius remissionis non congruebat mulieribus. — Alia ratio: vir a suo sexu contrahit hanc concupiscentiam, mulier vero ab alieno sexu; et propter hoc competebat ut mulier parvula tantum per alium satisfaceret quoad fidem circumcisionis, vir vero per se quoad circumcisionem, et per alium quoad fidem illius.

34. Ante octavum diem etc. [751, 15-16]. *a.* Quaeritur, si puer nasceretur in sabbato, utrum circumcidendus esset in sabbato. [Et videtur quod in sabbato], quia *in octavo die* nativitatis circumcidendus est puer [1]. — C o n t r a, in Ex. 20, 8: *Memento ut diem sabbati sanctifices* [a].

b. Et ratione huius quaeritur utrum illud quod dicitur 'in die octavo' esset de substantia praecepti. Et videtur quod non, per hoc quod in Ex. 4, 25, Sephora circumcidit filium suum statim, non exspectando diem octavum.

c. R e s p o n d e m u s: illud 'in octavo die' non est de substantia praecepti simpliciter, sed dicitur in significationem plenae circumcisionis in octava aetate faciendae, vel spiritualis circumcisionis in resurrectione, quae facta fuit in octavo die. Sed quod circumcideretur fuit de necessitate, quia hoc fuit sacramentum

a (16) Videtur enim tunc transgredi praeceptum hoc, si circumcideretur; [et si non], quod transgrederetur praeceptum aliud (+ P).

1 et quod *om.* E. 2 quod] etiam E. || non *om.* BPT. 2-3 remotum] est *add.* T. 3-4 et... concupiscentiae AP (*om.* et P), etc. ut supra BET, etc. ut supra *add.* P. 6 enim *om.* E. || est *om.* ET. || Propter *om.* T. 7 congruebat] competebat B, conveniebat E. || mulieribus] in membro mulieris P. || ratio] est hec *add.* P. 8 contrahit] trahit T, primo *add.* P. || hanc *om.* E. || alieno] alio T, alio vel *praem.* E. 9 competebat] oportebat E. 10-11 fidem... quoad *mg.* (*hom.*) A^2, autem et *p.* vero P. 12 etc. *om.* E. 13 circ. esset] circ. est A, circumcideretur T. 14 Et... sabbato *om.* (*hom.*?) ABT, videtur quod sic E, quod videtur P. || quia *om.* P. || die nativitatis *om.* BP. 14-15 nativitatis... puer *om.* E. 17 Et *om.* BEPT. 18 Et... non] quod videtur P. 18-22 Et... praecepti *mg.* (*hom.*) A^2. 19 in Ex. 4] legitur Ex. 4 quod E. || suum *om.* BP. 21 Resp.] dicendum quod P. 22 significationem] signum P. 23 faciendae] fiende P. 24 in[1]... die] que fiebat in oct. die resurrectionis BEPT. 25 necessitate] precepti *add.* P. || hoc] sacramentum *add.* BEPT.

[1] Levit. 12, 3: *Et die octavo circumcidetur infantulus.*

Num. 34: anon. P, f. 8r; anon. Tr, f. 139d-140a; anon. V, f. 123a. Cf. Guido de Orchellis *Tract. de sacramentis*, n. 15; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, c. 5, q. 3 (f. 5b); Bonav., hic, p. 2, dub. 5 (IV, 46).

necessitatis. — Si accideret quod octavus dies esset sabbatum, potuit praeveniri vel differri, nam maius fuit praeceptum de sabbato, quia in maioris rei significationem. Sabbatum enim significativum fuit spiritualis requiei in gloria; circumcisio vero remotionis a corruptione peccati.

DISTINCTIO II.

1. Iam ad sacramenta Novae [751, 21]. II distinctio. **Quorum alia** etc. [751, 23]. Ita distinguunt Magistri [1]: Primum sacramentum est intrantium, scilicet Baptismus; secundum pugnantium: Confirmatio; tertium itinerantium: viaticum scilicet sive Eucharistia; quartum redeuntium: Poenitentia; quintum exeuntium: Unctio Extrema; sextum tuentium sive pro aliis pugnantium: Ordo; septimum infirmorum: Coniugium. — Sed potius aliter distinguuntur [2], quia sacramentum est sicut medicina: Baptismus est medicina curatoria, sed totaliter et simul, quia et a culpa et a poena purgat; non successive et paulatim, ut Poenitentia: ut in contritione, satisfactione. Quod significatur per caecum illuminatum, qui vidit homines velut arbores ambulantes, et post coepit videre, ut in Marc. 8, 23-25. Medicina conservativa est Confirmatio: dat enim robur spirituale. Medicina vero meliorativa, Ordo, in quo augetur gratia in digne suscipiente. Praeservativa, Coniugium, quod in praeservantiam lapsus carnis

1 Si... sabbatum *om.* BEP. 2 potuit] tamen *add.* E. || nam] quia E. || de] die P, die *add.* B. 3 significationem] signum T. 4 requiei] rei A. || vero] est significativum *add.* P. 5 remotionis] remissionis AE. 7 Novae *om.* BPT, legis *add.* E. || II dist. *om.* BPT. 8 alia *om.* E. || Magistri] tria A. 9 est *om.* T. 9-10 pugnantium] scilicet *add.* BEP. 10 tertium] est *add.* BPT. || scilicet *om.* BT. 10-11 sive Euch. *om.* BEPT. 11 redeuntium] scilicet *add.* EP. 11-12 exeuntium] scilicet *add.* EP. 12 tuentium sive *om.* E. 12-13 pugnantium] scilicet *add.* EP. 13 infirmorum] scilicet *add.* EP. || Coniugium] vel matrimonium *add.* P. 13-14 potius] adhuc E. 14 disting.] scilicet sic *add.* E. 15 curatoria] curativa BT. || sed *om.* E. || et[2] *om.* P. 16 purgat... paulatim A, paulatim purgat B, purgat. medicina paulatim curatoria E, purgat paulatim PT. || ut *om.* E. 17 contritione] et in *add.* E. 18 caecum] natum *add.* B. || vidit] videt A. 18-19 ambulantes *om.* A. 19 coepit] clare *add.* P. || in *om.* BEPT. 20 est] scilicet *add.* E. || dat enim] datur enim ad E. || vero *om.* BEPT. 21 in d. suscipiente *om.* BEPT. 22 Praeservativa *om.* A. || praeservantiam] remedium BEPT.

1 Verbi gratia Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 3 (PL 211, 1229 C-D). Cf. etiam Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 174. 2 Ita Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3 (f. 7c-d).

Num. 1: anon. P, f. 8v; anon. Tr, 140b; anon. V, f. 121v. Cf. Bonav., hic, dub 1 (IV, 59).

est institutum. Mitigativa vero, Extrema Unctio. Conservativa autem et meliorativa et confortativa, Eucharistia, vel potius cibus animae: conservativa propter diminutionem venialium; meliorativa quia augetur gratia; confortativa ut cibus animae.

2. Non ante etc. [752, 3]. Videtur contrarium dicere magister H u g o [1], dicens quod sacramenta inceperunt statim. Dicit enim: Propter remedium mortalis peccati « quaedam a principio ipsius suoque tempore cucurrerunt et ad sanitatem, quantum in ipsis erat, restituendum valuerunt. Istis suo || tempore expletis, A 119c alia ad eamdem perfectionem successerunt; et post illa, alia novissime adiuncta quae morbum ipsum consumerent et perfectam sanitatem plene restaurarent ». Unde videtur || quod sacra- T 147a menta instituta fuerunt mox post lapsum hominis. — R e s p o n d e m u s quod non loquitur nisi de istis sacramentis, scilicet hic enumeratis, quae dicuntur sacramenta proprie, quibus convenit haec definitio : « Sacramentum est quod imaginem gerit et causa exsistit » [2]. Ista autem non fuerunt instituta || ante adven- E 225r tum Christi, ut tunc esset plena consumptio morbi *a*.

3. Gratiae sacramenta fuisse etc. [752, 3-4]. [C o n t r a]: Videtur enim quod non tantum ex eius morte, sed ex ipsius re-

a (18) Sed contra solutionem istam videtur dicere magister H u g o. Dicit enim quod « quantum in ipsis erat ad restituendam sanitatem valuerunt ». Propter hoc d i c e n d u m quod est quaedam curatio secundum satisfactionem personalem, vel secundum satisfactionem naturae. Primo modo erant illa curativa, quantum in fide tamen; secundo modo sola sacramenta Novae Legis, quae virtutem sortiuntur ab ipsa morte Christi (+ B).

1 Mitigativa] munitiva B. || vero] est E. || Unctio *om.* A. || Cons.] conservatio A. 2 autem] anime B, vero P, *om.* T. || et confortativa *om.* BEPT. || potius] ipse *add.* P. 3 conservativa] consummativa P. || diminutionem] dimissionem BT, remissionem P. 4 animae] etc. *add.* T. 5 ante] adventum Christi *add.* BEPT. 5-6 Videtur... Hugo] sed mag. H. vid. c. d. P. 7 enim] quod *add.* BP. 8 suoque] suo quoque B, quae suo *Hugo.* 9 erat restituendum A (*Hugo*), restituendam BEPT. || valuerunt] manserunt T. || expletis] completis E. 10 post] primo A. 10-11 novissime] novissima B. 11 adiuncta *om.* BET. 12 Unde] ex hoc P. 13-14 Resp.] dicendum P. 14 loquitur] ibi *add.* ET. 14-15 scilicet... proprie *om.* BEPT. 16 Sacramentum] enim *add.* E. 17 exsistit] illius cuius est sacramentum *add.* E. 18 tunc] in adventu Christi BEPT. 19 fuisse] que ex eius morte et passione *add. mg.* T. 20 enim *om.* BP || tantum *om.* E. || sed] etiam *add.* B. || ipsius] eius EP.

1 *De sacram. christ. fidei*, I, p. 8, c. 12 (PL 176, 313s.). 2 Cf. supra, d. 1, n. 5.

Num. 2: anon. P, f. 9r. — Num. 3: anon. P, f. 9r; anon. V, f. 123r. Cf. Bonav., hic, dub. 2 (IV, 59s.).

surrectione, ut dicit Leo papa[1]: «Iesus Christus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum praesules docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi, dicens: *Euntes* etc., Marci in fine. De quo utique ante passionem potuisset instruere, nisi proprie intelligi vellet quod regenerationis sacramentum ex sua resurrectione gratiam acceperit». Et ita videtur quod Baptismus primum assumat gratiam ex eius resurrectione. — Respondetur ad Rom. 4, 25: *Mortuus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem;* in quo datur intelligi quod passio in remissionem peccatorum fuit, et resurrectio propter introitum gloriae. Baptismus autem virtutem habet a passione quantum ad remissionem poenae originalis peccati et actualis; et virtutem habet a resurrectione quoad effectum introitus ianuae paradisi. Et ideo puer immergitur et extrahitur in significationem passionis et resurrectionis.

P 158 v **4.** || **Quae ex ipsius morte et passione** [752, 4]. Quaeritur de hoc quod dicit 'a passione'. Quod autem a passione virtutem habeat Baptismus, ad Rom. 6, 3: *In morte ipsius baptizati sumus*, Glossa[2]: «Mors eius est causa huius purificationis». — Contra: videtur quod ante passionem multi erant baptizati Baptismo Christi, in quibus Baptismus habuit effectum gratiae. — Respondemus: est effectus conferendi gratiam et dimittendi culpam et poenam materialem; et est effectus tollendi carentiam visionis Dei. Quantum ergo ad prima potuit habere effectum ante passionem, non autem quantum ad ultimum. — Cum ergo dicitur in Glossa quod 'mors est causa huius purificationis', intelligendum est de plena, a poena ca-

2 omnes] omnium P, *om.* B. 4 dicens *om.* E. || Euntes] baptizate *add.* P. 5 instruere] instituere A, instruxisse EP. 6 gratiam] virtutem P. 6-7 acceperit] acciperet E, accepisset P. 7 ita] sic P. || primum E, primus BPT, *om.* A. 8 Resp.] per illud *add.* P. 9 et *om.* BPT. 9-10 iustif.] nostram *add.* E. 11 peccatorum] peccati BEPT. || fuit] est P, *om.* BET. || propter] in BT, *om.* EP. || gloriae] operatur *add.* E. 12 habet *om.* BT, operatur vel *praem.* E. 13 habet *om.* BEPT. 14 Et *om.* T. 15 signif.] signum BEP. 17 passione] etc. *add.* BEPT. 20 eius] enim T. || huius *om.* EP. 21 passionem] mortem B. 22 habuit effectum] fuit effectivus E. 23 Respondemus... effectus] dicendum quod duplex est eff., scilicet effectus P. 25 prima] precedentia BEPT. || habere] hunc A. 26 ultimum] ultimam P. 27 ergo] autem P. || Glossa] ad Rom. *add.* P. || mors] eius *add.* E. || huius *om.* E. 28 est *om.* PT. || de... a] de plena A, purificationis plene (id est *add.* E) a BET, de effectu purificationis plene a P.

[1] *Epist. 16*, c. 3 (PL 54, 699 A). [2] Lombardi in h. l. (PL 191, 1402 D).

Num. 4: anon. V, f. 123b.

rentiae visionis Dei. Praeterea, omnis purificatio habet virtutem ex fide mortis Christi.

5. Nunc vero etc. [752, 14]; **in poenitentiam** etc. [752, 20]. Id est ut moveret ad poenitentiam, et hoc ex parte poenitentis; remissio vero ex parte Dei per gratiam.

6. Sed in Ioannis baptismo non dabatur etc. [752, 24-25]. *a*. Baptismus Ioannis non contulit remissionem peccati, Petri vero baptismus contulit: ergo potius 'Petri baptismus' quam 'Ioannis' dici debet. — Respondemus: quia Ioannes primus baptizavit, et non ex vi sui baptismi conferebatur remissio peccati, sed fiebat habilitatio ad baptisma Christi, ideo dictus est discretive 'baptismus Ioannis' et 'Ioannes Baptista', ad differentiam baptismi Christi et discipulorum. Unde ab institutione nominatio, quia Ioannes et Christus instituerunt. Unde ministrantes non dicuntur baptistae.

b. Item, obicitur: videtur enim falsum quod in baptismo Ioannis non dabatur remissio peccatorum. Medius enim fuit inter circumcisionem et baptismum Christi. Cum ergo sacramentum posterius sit perfectius priore [1], in circumcisione vero fuit aliquis effectus gratiae: ergo videtur quod in Ioannis baptismo sit ille effectus ad minus. — Contra: in proximo dicetur capitulo quod « visibilis erat operatio Ioannis tantum exterius lavantis » [753, 6-7]. — Respondemus quod non fuit medium secundum naturam. Cuius signum est, quod circumcisio tempore Ioannis habuit || virtutem remittendi originale peccatum usque ad baptismum Christi. Sed propter hoc est medius, quia expressius erat signum baptismi Christi: quantum ad formam, in parte, et quantum ad materiam, quia ille 'in nomine A 119 d

2 Christi *om.* BEPT. 3 in... etc. *om.* P, *om.* etc. E. 4 et] unde BEPT. 8 baptismus[1] *om.* E, et aliorum *add.* P. 8-9 Petri... Ioannis AP (baptisma *pro* baptismus P), Petrus baptista quam Ioannes BET. 9 quia] quod BET. || primus] prius E. 11 baptisma] baptismum E. 12 et] de A. 13 discipulorum] quia illum instituit *add.* P. 14 nominatio] fit denominatio E, non autem a ministrante fit ibi *add.* P. || quia] quod BPT. 16 Item, obicitur] obic. etiam P. || enim *om.* E, esse *add.* P. 17 Medius] melius A. || fuit] ille baptismus *add.* P. 18 Christi *om.* T. 20 quod] etiam *add.* E. 21 sit] fuit P. || ille] idem *add.* E. 21-22 proximo.. capitulo A, pr. c. dicitur BP, pr. dicebatur E, textu dicitur T. 23 lavantis] latentis A, ergo etc. *add.* E. || Resp.] dicendum P. 23-24 medium *ita* (*pro* medius?) *codd.* 24 quod] quia B. 26 est] dicitur P. 27 quantum] enim *add.* P. 28 materiam] conveniebat cum ipso *add.* P.

[1] Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, I, p. 11, c. 1: « Quae tempore posteriora fuerunt, effectu gratiae spiritualis digniora inveniuntur » (PL 176, 343 B).

Num. 6-7: anon. P, f. 9v; anon. Tr, f. 140d-141b; anon. V, f. 123b. Cf. Bonav., hic, dub. 4 (IV, 60).

venturi' [1], hic autem 'in nomine Christi' [2]. Quantum ergo ad rationem significandi fuit perfectius, non quantum ad rationem causandi; nam in circumcisione remittebatur peccatum, non autem in baptismo Ioannis.

7. Baptismus ille erat a Deo etc. [753, 8-9]. Quaeritur quare dicitur 'evangelium Pauli' [3] potius quam 'baptismus', cum interius operetur Deus in utroque, hic nebulam mentis fugando, ibi culpam remittendo. — Respondemus: aliter imponitur hoc nomen 'evangelium', et aliter hoc nomen 'baptismus'. Baptismus enim dicitur ab ablutione, quae principaliter est in ablu-
P 159r tione interiori *. || Evangelium dicitur quasi bonum nuntium. Nuntiare vero pertinet ad ministrum; abluere vero ad auctorem, propter hoc quod, cum dicitur 'baptismus Christi', respicitur plus quod est interius.

8. Ex eo sensu quo legalia etc. [753, 14]. *a.* Quaeritur utrum baptismus Ioannis esset sacramentum Novae Legis aut Veteris.
E 225v || Et videtur quod non Novae, quia non efficiebat quod figurabat [4]; figurabat enim remissionem peccatorum.

b. Quod autem non sit sacramentum Veteris Legis, patet ex sua forma, quoniam in nomine venturi fiebat [5]; quod non invenitur in sacramentis Veteris Legis. — Praeterea, baptizati illo baptismate per impositionem manuum recipiebant Spiritum Sanctum, ut dicitur Act. 8, 17: quod non erat in aliis.

c. Respondemus quod transitus a sacramento Veteris Legis simpliciter in sacramentum Novae simpliciter fit per me-

1 venturi] fiebat *add.* P. || hic] ista (!) E. 2 non] autem *add.* EP. 3 causandi] curandi E. 4 autem *om.* B. 6 dicitur *om.* A. || baptismus] eius *add.* P. 7 hic *om.* P. || nebulam] nebulas EPT. 8 ibi] illinc P. || Resp.] dicendum quod P, *om.* E. 9 et *om.* E. 10-11 ablutione... ablutione] absolutione... absolutione A. 11 interiori] Hic... aqua *add.* (*infra, n. 10*) P. || Evangelium] enim *add.* B, autem *add.* E, vero *add.* PT. 12 ministrum] ministerium AT. || abluere] absolvere A. || vero] autem ET, interius *add.* P. 13 hoc] ergo B, ergo *add.* ET. || respicitur] recipitur A. 17 Et... quia] quod autem non Nove videtur: non enim P. || non[2] *om.* A. 18 peccatorum] peccati BEPT. 19-21 patet... Legis *om.* (*hom.*) A. 20 quoniam... quod] sic nullum sacramentum tunc fiebat: fiebat enim in nom. venturi P. 21-22 illo baptismate] illo BT, illi P. 23 ut... 8 *trp. p.* Praeterea (21) *et add.*: ut dicitur: tunc imponebant manus super P. 24 Resp.] dicendum P. 25 Novae] legis *add.* ET. || simpliciter[2] *om.* A.

1 Act. 19, 4: *Ioannes baptizavit baptismo poenitentiae populum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum.* 2 Act. 8, 12; 19, 5. 3 Rom. 2, 16: *Secundum evangelium meum;* Rom. 16, 25: *Iuxta evangelium meum* etc. 4 Cf. hic supra, n. 6 et d. 1, n. 5. 5 Act. 19, 4.

Num. 8: anon. P, f. 9v; anon. Tr, f. 140d-141a; anon. V, f. 123b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 3, c. 1 (f. 7d-8a).

dium sacramentum habens aliquam convenientiam cum utroque. Baptismus enim Ioannis quoad rationem significandi conveniebat cum sacramento Veteris Legis, et quoad terminationem etiam. Sicut enim cessavit circumcisio, et baptismus Ioannis. Conveniebat autem in materia, et in forma in parte, cum sacramento Novae Legis, quia in aqua et in nomine venturi, qui est Christus. De hoc in Luc. 3, 16, super illud: *Ego in aqua baptizo*, Glossa[1]: « Sicut nativitatem Christi, ita et baptismum eius suo praecurrit: imitatione sacramenti, non virtute » [a].

9. [**Sine Spiritu Sancto,** 754, 10]. *Effundam de Spiritu Sancto* etc., Ioel 2, 28, dicit Glossa[2]: « Quia sine Spiritu Sancto et mysterio Trinitatis, quidquid in unam et alteram personam accipitur, imperfectum est ».

ADDITIO CODICIS P.

Post interiori (*p. 44, lin. 11*):

10. Hic considerandum etc. [753, 19]; **in nomine venturi** etc. [753, 23]. *a.* Si Ioannes baptizavit in nomine venturi, venturus autem sit idem qui Christus, quare non erant baptizati qui a Ioanne erant baptizati sicut qui ab aliis ?

b. Item, quaeritur an in baptismo Ioannis imprimebatur character, cum ipse baptizaret in nomine venturi, id est Christi, in quo « intelligitur tota Trinitatis » [756, 7]; ex verbo autem ipso sanctificante aquam imprimitur character. Si ergo imprimebatur, non licebat rebaptizare baptizatos a Ioanne. — Contra quod est, quod Paulus, Act. 19, 5, praecepit tales baptizari.

---

a (9) Et ita nec est Novae Legis nec Veteris, nisi secundum quid (+ E).

---

4 et] sic B, ita et E. 5 autem] enim P, *om.* E. || in[2] *om.* ET. || forma] etiam *add.* E. 6-7 qui... Christus] id est Christi T. 7 hoc] hac E, signatur illud *add.* P. || in aq. baptizo] baptizo te T. 8 Glossa *om.* T. 8-11 Sicut... Glossa *om.* (*hom.*) A. 8 et *om.* E. || eius *om.* E. 9 suo *Glossa*, sui B, sua ET, *om.* P. || non] autem *add.* P. 10 etc. *om.* E. 11 Ioel 2] ultimo PT, *lacuna* E. || sine] sicut A. 12 quidquid] cadit *add.* P. 13 est] esse A.

---

1 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 134v). 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 355v).

Num. 10: cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 18; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 1 (f. 8r); Bonav., hic, a. 2, q. 3 (IV, 57s.).

c. Praeterea, videtur quod non liceret, per hoc Act. 8, 17: *Tunc imponebant* etc., ubi Glossa[1]: « Ecce exemplum Confirmationis ». Et iterum ibi dicit Glossa[2] de Philippo, baptizato discipulo, [et] baptizatis quibusdam, ad quos missi sunt Petrus et Ioannes ut imponerent super illos manus: « Quod convenit episcopis », scilicet Confirmatio, quae per manuum impositionem convenit solum baptizatis; ergo illi baptizati sunt.

d. Quod in baptismo Ioannis non imprimebatur character, habetur, quia nec in circumcisione, quae est maioris efficaciae quam baptismus Ioannis.

e. Respondeo quod non erant baptizati, quia iste baptismus fuit tantum in aqua in nomine venturi; nec voce ipsa nec intellectu exprimitur Trinitas; sed in nomine Christi exprimitur. Item, nec adhuc collata est per contactum corporis dominici aquae vis abluendi animam; nec hic fuit forma aliqua instituta ab Ecclesia, sicut et reliqua constituta 'in nomine Christi', Act. 8, 12. De baptizatis in nomine venturi, Act. 19, 2: dicebant: *Sed nec si Spiritus Sanctus est audivimus.*

f. Contra hoc tamen videtur Glossa[3] Act. 8, 16, dicens illos baptizatos in aqua. — Respondeo: 'baptizatus in aqua' dicitur vel ad differentiam baptismi Christi, vel ad differentiam baptismi flaminis, quo baptizati sunt super quos in signo visibili descendit Spiritus Sanctus[4]. Sic erant illi baptizati in aqua.

DISTINCTIO III.

B 127 r **1.** || **Post haec** etc. [754, 22]. Sic procedit tractatus de Baptismo simpliciter, ut primo dicat de Baptismo in se; postea de Baptismo tum ex parte baptizantium, tum ex parte baptizatorum.

3-4 bapt. quibusdam] baptizati quidam P. 4 missi sunt] missus P. 5 episcopis] temporis P. 24 haec] autem *add.* P. 24-6 (p. 47) Sic... theologicarum *om.* BEPT.

---

[1] *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (VI, 179v). [2] *Ordin.* in h. l.: « Philippus... unus de septem fuit. Si enim apostolus esset, manus imponere posset: quod solis episcopis licet »; ap. Lyranum (VI, 179v). [3] *Interlin.* in h. l.: « Tincti enim erant in aqua tantum, non autem in Spiritu Sancto »; ap. Lyranum (VI, 179v). [4] Act. 2, 1-4.

2. Septimembris autem sacramentorum divisio in parte patet in principio huius libri quarti [1], ratione peccati originalis, actualis mortalis et venialis, et ratione poenarum, sicut hic patet. — Item, accipi potest divisio sacramentorum secundum quod quaedam sacramenta habilitant ad usus virtutum, tum cardinalium, tum theologicarum. Baptismus habilitat ad usum fidei; Confirmatio ad usum fortitudinis; sacramentum Eucharistiae ad usum caritatis; Poenitentia ad usum iustitiae; Matrimonium ad usum temperantiae; Ordo ad usum prudentiae; Unctio Extrema ad usum spei. Septem ergo usus ad septem virtutes referuntur.

3. *a.* Haec est ratio huius appropriationis. Baptismo appropriatur usus fidei, quia baptizatum necesse est in fide christianitatis baptizari, quoad Ecclesiam triumphantem ad minus [2]. Et large tunc accipitur fides, ut ad Rom. 1, 17: *Iustitia revelatur de fide in fidem*, ut ibi [3]: « De fide ecclesiae militantis in fidem ecclesiae triumphantis ». Si ergo fides est ad Baptismum quasi radix, ut profectus veniat ex sacramento, necesse est ut Baptismus habilitet ad usum illius virtutis. Item, ad idem: fides est prima virtutum, Baptismus primum sacramentorum; et sicut per fidem fit mundatio, ita per Baptismum, vel e converso, ut Act. 15, 9: || *Fide purificans corda.* A 120a T 147b

b. Item, Confirmationi adaptatur usus fortitudinis, quia corroborat baptizatum; et ita relinquitur quod habilitat ad usum fortitudinis, cuius usus est aggredi difficilia.

c. Tertium Eucharistia, cui competit caritas, quae unit nos Deo et proximo. Unde Augustinus in libro *De anima et spiritu* [4]: « Fides subicit, puritas iungit, caritas unit ». Ita est in

1 Septimembris autem] vii autem mem. A. 6 Baptismus] enim *add.* P. 10 ergo T, vero ABEP. 12 Haec] et *praem.* E. || appr.] propriationis A. 13 quia... est] neces. est enim bapt. P, quare T. 13-14 christianitatis] trinitatis BEPT. 16 de] ex T. || in] ad A. || ut ibi] glossa E. 16-17 in... triumphantis *om.* (*hom.*?) A, *om.* ecclesiae EP. 17 ad Baptismum *om.* BEPT. 18 profectus] perfectus PT. 19 idem] sicut *add.* P. 20 virtutum] ita *add.* P. || sacram.] item *add.* P. 21 mundatio] mundificatio cordium P. || ita] et T. || Baptismum] ab originali et actuali *add.* P. 22 corda] eorum *add.* B. 23-24 quia corroborat] corroborat enim hoc sacramentum P. 23-25 quia... fortitudinis *om.* (*hom.*) B. 24 habilitat] habilitatur A. 26 Tertium] est *add.* BET. 27 et proximo *om.* BEPT. || Unde] ut BEPT, ait *add.* E.

1 In introitu, n. 12. 2 Cf. infra, p. 76, lin. 10. 3 *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 1323 D). 4 Cap. 20 et 36 (inter opp. August., PL 40, 794, 807).

Num. 2-4: anon. P, f. 8v; anon. Tr, f. 140a-d; anon. V, f. 121v. Cf. Phil. Cancellarius, *Qo de numero sacramentorum* (cod. Duacen. 434 I, f. 124b-c); anon. quaestio *De sacramento* (cod. Paris. Nat. lat. 15652, f. 23d- 24c); Bonav., hic, d. 2, dub. 1 (IV, 59).

sacramentis, quia habilitat nos Eucharistia ad unionem Ecclesiae vel corpori Christi mystico, vel ut iam uniti magis uniamur. Est enim quiddam in illo quod est signum tantum, ut panis; signatum, ut corpus mysticum; res et signum, ut corpus Christi. Ad unionem ergo maiorem habilitat nos si digne suscipiatur.

d. Item, sacramento Poenitentiae habilitatur homo ad usum iustitiae, quia, cum poenitere nihil aliud est quam 'poenam tenere' voluntarie, ut in tractatu poenitentiae [823, 15], usus iustitiae est ut delinquens puniatur et voluntarie.

e. Item, Ordo habilitat ad usum prudentiae, ut in supremo Ordine magis manifestatur, cuius est consecrare: quod est maximus usus prudentiae; in quo etiam conferuntur claves, scilicet auctoritas discernendi *inter lepram et lepram* [1]; et ita illa habilitat ad rectam discretionem. Unde habilitat ad usum prudentiae, cuius est discernere recte.

f. Item Matrimonium, quod post peccatum institutum est contra stimulum carnis in remedium, - ut [habetur] supra, II distinctione, quod illud sacramentum primo fuit institutum ante peccatum ad officium et post in remedium contra originale peccatum [752, 8-11], - habilitat ad usum temperantiae. Usus suus est refrenare motus illicitos carnis, scilicet temperantiae; et hoc idem facit Matrimonium; unde ei bene appropriatur.

g. Item, Unctio Extrema appropriatur spei. Est autem ultimum sacramentum et est transeuntium, et ideo appropriatur ei usus spei beatitudinis aeternae. Est enim ex meritis, [et] cum iam deletum sit originale per Baptismum, et actuale mortale per Poenitentiam, et veniale per hoc, tunc habilitatur homo ad

---

1 quia... Euch.] Euch. enim n. h. P. 2 corpori... mystico] corporis... mystici EP, corpori Chr. in pristino tempore T. || vel ut iam] vel iam AB, ut iam ET, vel ut simus P. 3 quiddam... quod] quedam res... que BEPT. || signum tantum] sacramentum E. 4 Christi] verum *add.* E. 5 suscipiatur] suscipimus E. 6 sacramento... homo] sacramentum penit. habilitat nos ET, *om.* homo BP. 6-8 ad... tenere] ad penitentiam quia... tenere A, ad usum iustitie nam penitentia est penam sustinere E, iustitia (penitentia PT) que est penam tenere BPT. 8 ut] unde B, habetur *add.* E. || poenitentiae] de penitentia E. 8-9 usus... est] et iste est usus iustitie E, est enim iustitie P. 10 ut E, unde ABPT. 12 prudentiae *om.* BEPT. || quo] eo EPT. || etiam B, *om.* AEPT. 13 lepram[2]] et potestas alligandi et absolvendi *add.* P. || ita] cum *add.* BEPT. || habilitat] habilitet E. 14 Unde A, bene BPT, *om.* E. 16-17 quod... remedium *om.* BEPT. 18 quod] quia E. || fuit *om.* P. 19 ad officium E, *om.* ABPT. 20 peccatum] fuit institutum *add.* P. || habilitat... temperantiae *trp. a.* ut (17) *codd.* || Usus suus] usus enim temperantie E. 21 scil. temperantiae *om.* E. 22 ei *om.* T. 24 est *om.* P. 25 spei] spes enim est expectatio *add.* P. || Est enim] future BEPT. 26 originale] peccatum *add.* P. || et actuale] act. vero P. || mortale *om.* BEPT. 27 et... hoc *om.* BEPT.

---

1 Deut. 17, 8.

spem vitae aeternae, secundum quod « spes est exspectatio vitae aeternae sive futurae beatitudinis || veniens ex meritis » [1]. E 226 r

4. Est autem ratio huius ordinis [a]. Primo oportet conferre vitam spiritualem, sicut primum in natura ut vivat vita naturali: quod fit per Baptismum digne susceptum. — Secundo, ut cum vivit per gratiam, conservetur in gratia, a qua gratia est vita: quod fit per Confirmationem. — Tertium est quod augmentetur in eo gratia, sicut generativa vis primo aptat ad vitam nutritivam [et] conservat, augmentativa vero aptat ad debitam quantitatem. Sicut igitur in naturalibus viribus, sic in spiritualibus: || quod fit per Eucharistiam, quae auget gratiam, ut in tractatu de sacramento Altaris. — Item, sequuntur alia sacramenta quatuor: scilicet quia gratia collata adhuc est delebilis, ideo exigitur sacramentum reparativum gratiae, scilicet [b] Poenitentia, quae respondet sacramento Baptismi: reparat enim gratiam datam in Baptismo per peccatum deletam. — Sic [Unctio Extrema] respondet Confirmationi: per venialia enim, quae Unctio delet, fit debilitatio et inclinatio ad casum; et ideo Unctio, quae est reparativa roboris, dat robur contra illa. — Item, Eucharistiae respondet Ordo et Matrimonium, quae muniunt contra adversarium et tentantem, tum per se, [tum per] suggestiones carnis. Contra hunc datur Ordo in adiutorium et ad augmentum gratiae. Unde datur Ordo ad muniendum hominem contra occultas machinationes ipsius adversarii; sicut Panis caelestis intus reficit, ita Ordo extra reparat ad pugnam. Est autem duplex P 159 v

a (3) scilicet sacramentorum quae in hoc libro sunt. Quia primum necessarium homini ut vivat vita spirituali (+ P). *b* (14-23) quod fit per sacramentum Unctionis, quod reparat quod debilitatum est per peccatum. Item sequitur sextum sacramentum quod respondet tertio, scilicet Eucharistiae, quod munit contra adversarium, et (BEPT).

1 exspectatio *om.* A. 2 veniens ex meritis] ex gratia et meritis veniens E. 3 conferre] homini *add.* P. 4 sicut... naturali *om.* BEPT. 5 digne susceptum P, digne A, *om.* BET. 5-7 Secundo... fit *om.* A, secundo (oportet *add.* E) ut (quod P) cum (iam *add.* B) vivit... fit BEPT. 7 Tertium est] tertio P. || quod augmentetur] quo augmentatur A, quod augeatur BEPT. 8-10 sicut... spiritualibus] ut per sacramentum confirmationis P, *om.* BET. 11 ut] habetur *add.* E. 11-12 ut... Altaris *om.* B. 13 delebilis B, debilis AEPT. 14 exigitur] sequitur E, post *add.* P. || reparativum] vel reparatorium *add.* B. 15 quae] quod A. 16 Sic] sicut A. 20-21 contra] habet A. 22 datur] etc. *add.* A. 24 ipsius *om.* E. 24-25 intus] interius T. 25 ita] sic E. 27-30 quod... et *ita loco* scilicet... Unde (14-23) BEPT. 28 reparat] illud *add.* E. 29 sequitur *om.* E. 29-30 tertio, scilicet *om.* P, proprie *praem.* B. 30 quod B, que EPT.

[1] In litt., III, d. 26, c. 1 (p. 670s.).

tentatio: spiritus et carnis. Contra illam quae carnis est datur remedium, scilicet Matrimonium [a], quod infirmis datur in adiutorium.

5. Post haec videndum est [754, 22] ; **dicitur tinctio** [754, 24].

a. Unde Dionysius, de Baptismo, in *Ecclesiastica hierar-*
A 120b *chia* [1]: « Baptismus est regenerationis sacramentum || sive traditio, secundum quod primitus subsistit anima spiritualiter, formans animales motus - intellectum et affectum - ad opportunitatem divinorum eloquiorum et actionum, et ad caelestis quietis anagogen iter faciens ». Hic tria ponuntur: primo, quod anima vivat vita spirituali; secundo, quod ipsa vivens habilitetur quoad suas vires ad recte intelligendum et operandum; tertium est, ut per rectum intellectum et operationem sursum ducatur anima ad caelestem quietem. Quod colligitur ex ipsa definitione.

b. Aliter datur ista definitio [b] quae hic dicitur [2], quae data est secundum substantiam, non tangendo finem, sed tantum formam et materiam. — Altera vero definitio magistri Hugonis [c] [3] tangit, cum forma et materia, finem, in eo quod dicit 'diluendis criminibus'. Sed est duplex finis: unus qui est respectu mali, qui est in diluendis criminibus; alius respectu boni.

a (2) contra tentationem spiritus Ordo. Matrimonium (+ T). *b* (16) « Baptismus est tinctio » etc. (+ *mg.* A2). *c* (19) de S. Victore, quae est: « Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei » (+ *mg.* A2).

1 spiritus et *om.* A, spir scilicet et P. || Contra... est] contra quod BPT, qua contra E. 2 quod *om.* BPT. || infirmis *om.* P. 4 est *om.* ET. || dicitur] baptismus *praem.* BE. 5 Eccles. *om.* E. 6 est *om.* P. 7 subsistit] consistit in T. 8 intell. et affectum *om.* BEPT (*Dionys.*). || ad *om.* T. 10 Hic] in hac P. || primo] scilicet P, *om.* BT. 11 secundo *om.* P. 12 quoad... vires *om.* BET. 12-13 tertium... ut] quod P. 13 per *interl.* AP. || rectum *om.* E. || et] rectam *add. interl.* A2. 14 Quod] et hoc P. 18 vero] autem E, enim T. 19 materia] et *add.* T. 20 qui est *om.* T. 21 respectu *om.* BT.

1 Cap. 2 (PG 3, 391 A; PL 122, 1074 C); versio Scoti Eriug., pluribus tamen mutatis; ap. *Dionysiaca*, II, 1106s. Cf. H. Dondaine, *Les Scolastiques citent-ils les Pères de première main?* in *Revue des sciences phil. et théol.*, XXXII, 1952, 238s. 2 In litt.: « Baptismus dicitur tinctio, id est ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum praescripta » (p. 754). 3 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 2: « Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei » (PL 176, 443 A).

Num. 5: anon. P, f. 11r (aliter); anon. Tr, f. 141d; anon. V, f. 123d. Cf. Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 1 (IV, 66).

Finis in deletione mali tangitur in definitione Hugonis; alius tangitur in definitione beati Dionysii, et praeter hoc assignatur genus sacramenti.

6. Accedente verbo etc. [754, 26]. *a.* Quaestio est: cum ad esse sacramenti exigantur elementum, forma verborum et intentio, videtur ipsum sacramentum habere partes, cum dicat Ambrosius in libro *De sacramentis* [1] quod omne sacramentum simplex est.

b. Item, cum dicit 'accedente verbo' etc., quid supponitur per hoc quod dicitur 'sacramentum': utrum ipsa aqua sanctificata per verbum, an character impressus per sanctificationem, an ipsa gratia consequens, per quam deletur culpa et poena ? Sunt enim in ipso haec tria: unum significans et non manens, scilicet aqua sanctificata; aliud significans et manens, scilicet character, qui est indelebilis; tertium significatum et non manens necessario, scilicet gratia, per quam deletur culpa et poena.

c. Quod autem aqua sanctificata non dicatur sacramentum, videtur per hoc, quod baptismus recipit quasdam differentias, ut ad Hebr. 6, 2 [2]: Est baptismus [sanguinis], flaminis et fluminis aut gratiae. Sed constat quod baptismus sanguinis aut poenitentiae non salvatur in aqua sed alio modo, et est ibi baptismus.

---

1 Finis... Hugonis *om.* BEPT. 2 alius] secundum quod BEPT. || praeter] propter BP. 3 assignatur] in illa *praem.* A², hoc *add.* P. 5 sacramenti] tria *add.* T. 6 sacramentum] baptismi *add. mg.* P. 6-8 cum... est A, cum (tamen *add.* E) dicat beatus Ambrosius... est BET, contra: omne sacramentum simplex est, ut dicit beatus Ambr. in lib. de s. P. 9 cum] quando T || dicit] dicitur BP. || etc.] queritur *add.* BEPT. 10 dicitur] dicit ET. || utrum] an P. 10-11 sanctificata] sacramenta A. 11 an] aut ET. || sanctif.] et intentionem *add.* P. 12 an] aut E. || per] secundum ABT. 13 poena] in sacramento baptismi *add.* P. || in ipso] in baptismo E, *om.* P. || haec tria *lacuna* A, *om.* haec P. 14 sanctif.] et *add.* E. 15 scilicet] sicut P. || tertium] aliud E. 19 per hoc *om.* A. 20 ad *om.* E. 20-21 flaminis... gratiae A, gratie (aut *add.* B) flaminis aut flu. BPT, gratie fla. (sanguinis *interl.*) et flu. E. 21 constat quod *om.* P. 22 et *om.* A.

---

1 Non invenimus. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 3 (IV, 75). 2 *Glossa* Lombardi in h. l.: *Baptismatum:* « Pluraliter dicit, quia est baptismus in aqua, in poenitentia, in sanguine » (PL 192, 440 C). Cf. ipsa litt. infra, d. 4, c. 4 (p. 767).

Num. 6: anon. P, f. 11v (aliter); anon. Tr, f. 141c-d; anon. V, f. 123c-d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 19 (ex Praepositino); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 2 (f. 8c-9b); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 1, ad 4 (IV, 66). Plura ap. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 89-91, 124-126.

d. Praeterea, quod character non sit Baptismus, habetur per definitionem: « Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma» [746, 3]. Sed character non est visibilis forma, sed invisibilis ; ergo non est sacramentum. — Item, ad idem: «Sacramentum est quod imaginem gerit eius cuius est sacramentum et causa exsistit» [746, 10-14]; quod non habet character; ergo non est sacramentum.

e. Item, quod gratia ipsa non sit sacramentum, patet per id quod dicitur, quod quidam recipiunt sacramentum, non tamen rem ipsius sacramenti, quae est gratia, ut infra, IV distinctione, de ficte accedente [762, 23]. — Item[a], gratia est signatum tantum, sacramentum vero signum; ergo etc.

f. Respondet Ioannes Damascenus[1]: «Per Baptisma primitias Sancti Spiritus accipimus, et principium alterius vitae: fit enim nobis regeneratio, sigillum, custodia et illuminatio». Et intellige ita, ut 'regeneratio' ad aquam habentem vim regenerativam ex verbo et carnis tactu referatur, 'sigillum' ad characterem, 'illuminatio' et 'custodia' ad gratiam. Gratia enim habet effectum illuminandi in bono et custodiendi a malo. Ex hoc accipitur quod Baptismus aliquando sumitur aqua ipsa sanctificata per verbum, aliquando character, aliquando gratia. Cum autem dicitur quod aqua est
T 147c Baptismus, propter hoc dicitur, quod in || ea confertur sigillum quo discernitur homo fidelis ab infideli. Quod autem dicitur, quod nullus potest amittere Baptismum, sumitur ibi Baptismus character. Cum autem dicitur Ioan. 1, 33: *Super quem videris*

a (11-12) Item, ad idem: sacramentum est signum; gratia non est signum, sed signatum; ergo gratia non est sacramentum (P).

1 character... Baptismus] baptisma... caracter BEPT. || habetur A, patet BT, videtur E, manifestum est P. 2 definitionem] que est *add.* BET, sacramenti, que est hec *add.* P. 4 ergo] ita *add.* P. || sacramentum] ex alia ratione sacramentum ratum *add.* P. 5 est[1] *om.* P. 6-7 quod... sacramentum] sed caracter non habet hoc, scil. similitudinem gratie (*lacuna*) per gratiam, ergo ut prius P. 8-9 patet... sacramentum *om.* (*hom.*) A. 9 id] hoc E. || dicitur] infra iv dist. *add.* P. || recipiunt] suscipiunt BP. 11-12 signatum tantum] sacramentum E. 13 Resp. Ioan. Damasc.] respondet Dam., Ioannes scilicet E. 15 vitae] sigillum *add.* A. || enim *om.* BEPT. || nobis *om.* P. 16 intellige] intelligendum (est *add.* E) EPT. || ita] sigillum A. 17 verbo et *om.* P. || carnis] Christi *add.* B. 18 sigillum *om.* A, vero *add.* P. || illuminatio] vero *add.* P. 19 illuminandi *om.* A. || bono] intellectum *add.* E. 20 malo] affectum *add.* EPT. || Baptismus] baptisma EPT. 21 sumitur] pro *add.* P. || verbum BP, baptismum AET. || aliquando] est *add.* P. 22 aliquando] vero *add.* P. 23 Baptismus] hoc *add.* P. || sigillum] signaculum BEPT. 24 Quod] cum BEP. 25 Baptismum] baptisma PT. 26 character] pro caractere BEPT. 27-28 Item... sacramentum *ita loco* Item... etc. (11-12) P.

1 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 C); versio Burgundionis (Fl, f. 20b).

Spiritum descendentem et manentem, hic est qui baptizat, intellige de baptismo || gratiae, secundum quod gratia abluit a culpa et E 226 v
poena. Sed licet extendatur nomen baptismatis, proprie tamen character dicitur Baptismus; non character simpliciter, sed secundum quod recipit rationem signi ab aqua sanctificata per verbum. Est ergo aqua sanctificata per verbum sacramentum, secundum quod dicitur 'invisibilis gratiae visibilis forma'; sed [a] character in quantum recipit rationem signi, sed non in quantum recipit rationem causandi si digne suscipiatur. Quod autem indigne accedens non recipit gratiam, non est ex parte characteris, sed || propter defectum suscipientis, qui proponit A 120 c
abicere eius gratiam.

7. Sed quia creditur [755, 7]. Ex hoc videtur quod ad esse Baptismi sufficiat fides Trinitatis sine expressione || verborum. P 160 r
— Respondemus: est ibi duplex effectus: unus ut tingat corpus, alius ut abluat cor. Secundum hoc intelligitur illud: « Non quia dicitur, sed quia creditur » [755, 6-7]. Iste autem effectus consequitur. Eo enim quod fit Baptismus in fide Ecclesiae, eo abluit cor: sicut dispositio adaptans, non sicut efficiens; solus enim Deus per gratiam hoc efficit.

8. In duobus ergo [755, 9]. Unde Act. 1, 5: *Baptizavit,* Beda [1]: « Baptisma datur in duabus naturis, corporali et spirituali, quia homo qui baptizatur constat ex duobus, scilicet anima et corpore; tamen unum est Baptisma, sicut unus homo ». Ad Eph. 4, 5: *Unum Baptisma.* Ioannes Damascenus [2]:

a (7-12) Character autem est sacramentum non in quantum accedens non recipit gratiam (P).

1 intellige] intelligitur BET, intelligendum P. 3 tamen] cum A. 4 character... Baptismus] dicitur baptisma ipse caracter E. 5 secundum *om.* P. 7 dicitur *om.* E. 8 character] non *add. interl.* B. || sed non ET, sed B, *om.* A. 9 causandi] curandi ET. || suscipiatur] accipiatur T. 11 proponit] potest BET. 13 quod *om.* A. 15 Resp.] dicendum quod P. || unus] quidem *add.* P. 16 alius] vero *add.* P. || cor] corpus ET, et *add.* P. || illud] aliud T. 18 enim *om.* BEPT. || Ecclesiae] vel habet virtutem abluendi *add.* P. 20 per gratiam *om.* T. 21 ergo] etc. *add.* P. 22 naturis] scilicet *add.* BEPT. 23 scilicet] ex *add.* B. 24 unus] est *add.* BP. 25 Baptisma] et *add.* EPT. 26-27 Character... gratiam *ita loco* sed... gratiam (7-12) P. 27 accedens] cadens P.

1 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 114, 427 A); sub nomine Bedae ap. Lyranum (VI, 164r), sed non invenimus ap. Bedam nisi quoad sensum (PL 92, 941 A). 2 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 A); versio Burgundionis (Fl, f. 20a).

Num. 7: anon. P, f. 11v; anon. Tr, f. 141d. — Num. 8: anon. Tr, f. 141d-142a.

« Quoniam duplex homo, ex anima et corpore, duplicem dedit nobis purgationem: per aquam et Spiritum: Spiritu quidem quod secundum imaginem et similitudinem est renovante, aqua autem per Spiritus gratiam corpus a peccato purgante et a corruptione liberante; et mortis imaginem explente aqua, vitae vero arrham tribuente Spiritu ».

9. Sed quod est illud [755, 19]; **in nomine Christi** etc. [756, 6]. Prius autem ipse dicit talem esse formam Baptismi: *Ite, baptizate* etc. Quaeritur quid dicitur ibi 'nomen': aut vox ipsa, aut ipsum nomen interius, aut notitia, aut fides, aut fidei confessio [1].

a. Quod non est una aliqua vox, quae Patri et Filio et Spiritui Sancto attribuitur, in qua fiat Baptismus, videtur: quia non exprimitur ibi haec vox 'Deus', nec aliqua alia quae ad substantiam pertineat. Si enim ita esset, tunc si diceretur 'in nomine Dei' aut 'Omnipotentis', esset Baptismus: quod falsum est, quia non fit ibi confessio Trinitatis nec [est] forma a Domino instituta.

b. Nec est aliquod nomen interius: tunc enim non requireretur expressio vocalis ad esse Baptismi, cum dicat Apostolus ad Rom. 10, 10: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

c. Videtur autem, per hoc quod dicitur ad Eph. 4, 5: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*, quod nomen Domini est illud in quo consistit unitas Baptismi. Et Act. 4, 12, de hoc nomine 'Iesus': *Non est aliud nomen sub caelo in quo oporteat*

---

1 anima] constat *add.* AEPT. 2 Spiritum] sanctum *add.* T. 2-3 quidem quod] qui A, quidem illud q. P, quidem secundum quod T. 3 est *om.* T. || renovante] innovante ET. 4 autem] vero P. 5 explente] expellente BET (vel explente *add. mg.* B), complente P. 6 vero] non A. 7 etc. *om.* ET. 8 Prius autem *om.* BEPT, ipsum nomen *add. et exp.* A. || ipse *om.* P, cum *praem.* B. 9 etc.] magister Hugo querit: cum dicitur in nomine Patris et Filii etc. *add.* P. || nomen *om.* P. 10 fidei] fidelis A. 11 Quod non] quia non B, non enim P, videtur quod non vox quia non ET. || aliqua] alia A. 12 fiat] fiet T. || videtur *om.* ET, ut *praem.* P. 12-13 quia... ibi] ibi enim non exp. P, *om.* ibi E. 13 alia] communis Trinitati *add.* P. 15 aut] in nomine *add.* P. || esset] fieret BEPT. 15-16 falsum est *om.* B, *om.* est P. 16 quia non] non enim P, quoniam non T. || confessio] invocatio P. || nec] nisi A. || Domino] Deo E. 18 interius] virtus A. || non *om.* T. 18-19 requireretur] exigeretur P, aliqua *add.* E. 22 autem] tamen BEPT. 22-23 Unus Dominus *om.* BT. 23 quod n. Domini] et n. dictum A. 24-25 de... Iesus *om.* BEPT.

---

1 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 2 (PL 176, 443ss.).

Num. 9: anon. P, f. 11r-v (= §§ *a-g*), f. 13r (= §§ *h-i*); anon. Tr, f. 142a-c; anon. V, f. 123c-d (= §§ *e-g*). Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 128d), quoad §§ *f-g*; Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 2 et a. 2, q. 2 (IV, 67, 71s.).

nos salvos fieri. Et Matth. 6, 9: *Sanctificetur nomen tuum;* quomodo a nobis sanctificatur quod ignoratur ?

d. Si vero nomen dicitur 'notitia', ut in Psalmo [1]: *In Israel magnum nomen eius*, notitia illa est fides. Tunc, si quis in fide Trinitatis baptizatur sine expressione vocali, baptizatus est. Ergo non est rebaptizandus qui in Trinitatis fide baptizatur; de quibus Act. 10, 48 et 19, 5. Item, secundum hoc, sacerdos tacens baptizaret et sufficeret fides patrinorum; exigitur ergo fidei professio.

e. Sed quae est forma profitendi ? Aut enim requiritur ibi Trinitas sub propriis nominibus suis expressa, aut Trinitas sub alia voce intellecta, sicut cum dicitur 'in nomine Trinitatis'. Si primo modo, qui erant baptizati 'in nomine Christi', non erant baptizati [2]: non enim exprimitur Trinitas suis propriis nominibus. Si vero secundo modo, tunc, si aliquis baptizaret aliquem in nomine Christi, baptizatus esset, nec in hoc peccaret, quia in nomine Christi « tota Trinitas intelligitur » [3] [756, 7].

f. R e s p o n d e m u s: est dicere formam essentialem simpliciter, et est ut nunc. Forma simpliciter est invocatio Trinitatis expressa propriis nominibus; non dico huius idiomatis vel illius. Forma vero essentialis ut nunc est ipsa Trinitas intellecta cum incarnatione. Et haec fuit forma in primitiva ecclesia, eo quod nomen Christi erat odiosum incredulis et erubescibile infirmis; et ideo statuerunt Apostoli ut in nomine Christi baptizaretur, ut increduli, videntes ad invocationem nominis Christi vel Iesu Spiritum Sanctum visibiliter descendere super bapti-

---

1 nos... fieri] salvos fieri credentes E. 3 vero] autem P. 4 magnum *om.* BEPT. || illa] in via BEPT. 5 sine... est *om.* P. 5-6 Ergo... est] quod falsum est, quia tunc talis non esset E, non est enim P. 6 qui... baptizatur *om.* EP. || in *om.* A. 7 et *om.* P. 7-10 Item... forma] una P. 8 suffic.] sufficienter A. 9 professio] ad hoc quod forma baptismi servetur *add.* E. 10 Sed] queritur *add.* E. || profitendi] servanda in professione fidei *add.* E. 11 Trinitas[1]] ipsa *add.* P. || sub[2]] aliqua *add.* BEPT. 12 cum dicitur] si dicatur *et add.* baptizo te E. 13 qui erant] tunc E. 14 erant] recte *add.* E. 15 vero] autem P, *om.* E. 15-16 aliquem... peccaret *om.* A. 16-17 baptizatus... Christi *om.* (*hom.*) T. 17 intelligitur] scilicet unctus et qui unxit et per quem unctus est, Spiritus sanctus scilicet *add.* E. 18 Resp.] dicendum quod dupliciter P, *om.* E. || essentialem] ecclesie A, essentialiter BET, scilicet *add.* P. 19 est[1] *om.* P, dicere formam essentialiter *add.* BET. || Forma] essentialis *add.* E, vero essentialis *add.* P. 21 vero *om.* E. || essentialis] essentialiter BPT. 22 Et *om.* P. || forma *om.* P. 23 erat] fuit E. 23-24 infirmis A, multis B, multum EPT. 24-25 baptizaretur] baptizatur A, baptizarentur PT. 25-26 nominis... Iesu] Iesu Christi E, Christi *add.* T.

---

1 Ps. 75, 2. 2 Act. 10, 48; 19, 5. 3 Ex Ambrosio, *De Spiritu Sancto*, I, c. 3, n. 44: « Si Christum dicas, et Patrem a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est Filium, et Spiritum Sanctum quo unctus est, designasti » (PL 16, 715 A).

A 120 d E 227 r zatos, ad amorem || nominis Christi converterentur; quo facto, redirent ad formam || sibi traditam a Domino. Est ergo forma quaedam inspirata a Domino, constituta ab Apostolis ad tempus ob necessitatem; altera vero constituta ab ipso Domino. Conveniebat autem ut forma constituta a ministris praeambula esset formae constitutae ab auctore.

g. Sed quaestio est qualiter ministri ausi sunt non servare formam statutam ab auctore, cum [hoc] praeceptum sit eis sine aliqua determinatione. — Et dicendum est ad hoc quod est forma intelligibilis, et est forma sensibilis. Servabant ergo formam intelligibilem constitutam ab auctore, nam in eo quod dicitur 'Christus', intelligitur Trinitas cum incarnatione, non autem sensibilem. Sensibilis autem forma ex alia necessitate potiori facta est mutabilis, inspiratione facta.

h. Sed dicit Ioannes Damascenus in principio IV libri [1]: « Quicumque baptizati sunt in sancta Trinitate, baptizati sunt; quicumque vero non in sancta Trinitate baptizati sunt, omnes oportet rebaptizari. Etsi enim dicat Apostolus quoniam in Christum et eius mortem baptizati sumus, ad Rom. 6, 3, non tamen ita oportet fieri invocationem Baptismatis, sed quoniam typus mortis Christi Baptisma est ». — Respondemus quod pro diversis temporibus loquuntur beatus Ambrosius et Ioannes Damascenus; quia Ambrosius [2] loquitur de forma in primitiva Ecclesia, et quae fortasse ob eamdem necessitatem poterat manere ad tempus in aliquibus partibus; Ioannes vero Damascenus loquitur P 160 v secundum statum praesentem || Ecclesiae vel formam.

2-3 forma quaedam] duplex forma: una quidem P. 4-5 ab... constituta *om.* (*hom.*) A. 4 ipso *om.* BP. 5 autem] ergo B. || constituta] assimilata B, assignata ET, instituta P. || praeambula] preambulativa P. 6 constitutae] institute E. 7-8 Sed... auctore *om.* (*hom.*) T. 7 non servare] non sonare A, non dictare B, non donare P, mutare E. 8 statutam] constitutam E. || praeceptum... sine] precepta... absque E. 9-10 Et... forma[1]] dicendum quod duplex est forma, scilicet P. 9 est[1] *om.* E. 10 est *om.* P. || ergo] enim A. 11 nam... eo] in eo enim ET. 12 intelligitur] tota *add.* E. || non autem] sed non E, servabat *add.* P. 13 autem] enim BEPT. || forma *om.* BEPT. || ex] cum A. || alia] aliqua BP. 17 vero] ergo T. || non *om.* EP. 18 omnes oportet] op. eos P, omnes debent B. || Etsi] licet P. || enim *om.* A. 18-19 quoniam... mortem] quia in Christo et in eius morte E. 20-21 quoniam typus] quando tempore ET. 21 Baptisma] baptizatum E, baptismum PT. 21-22 Resp.] dicendum P. 22 beatus *om.* ET. 23 quia Ambr.] Ambr. enim P. 24 et] ut T, *om.* E. 26 vero] autem P, *om.* E. 27 secundum *et* praesentem *om.* A.

---

[1] *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1119 A); versio Burgundionis (Fl, f. 20a).
[2] *De Spiritu Sancto*, I, c. 3, n. 44 (PL 16, 714s.); hic supra, p. 55, nota 3.

i. Sed adhuc videtur quod non sit verum quod dicit Ambrosius in illo cap.: *Hic quaeritur an baptismus esset verus* [756, 18], ubi dicit [1]: « Si unum in sermone comprehendas, vel Patrem vel Filium » etc. Dicit enim Fulgentius [2] « mysterium redemptionis humanae nullo modo haberi, si vel Patris vel Filii vel Spiritus Sancti nomen subtrahatur ». — Respondemus: Fulgentius loquitur secundum statum praesentem Ecclesiae.

10. || **De institutione** etc. [758, 13]. Baptismus est institutus primo officialiter quando Christus misit binos et || binos, Matth. 10, 5 [3]; materialiter, quando baptizatus est a Ioanne, Matth. 3, 13-17; formaliter, quando dixit: *Ite, baptizate* etc., Marci ultimo, 15 [4]; effective vel significative, Ioan. 19, 34, ubi, aperto latere, *exivit sanguis et aqua.* Effective ratione passionis; significative ratione aquae effluentis et sanguinis, quae erant signa principalium sacramentorum, scilicet Baptismi et Eucharistiae. Quoad finem, Ioan. 3, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto* etc. Quoad effectum, Marci ultimo, 16: *Qui crediderit et baptizatus fuerit* etc. Et per hoc solvuntur contrarietates circa institutionem Baptismi. B 127v T 147d

11. Si vero [758, 24]; **contactu carnis suae** etc. [759, 3-4]. Unde Ioannes Chrysostomus [5]: « Numquam aquae baptismi purgare peccata credentium possent, nisi contactu corporis dominici sanctificatae essent ».

---

1 non] tunc T. 2 cap.] sequente *add.* ET. || an] si E. 3 ubi dicit] ibi d. E, u. dicitur T. 4 Filium] vel Spiritum sanctum *add.* B. || etc.] contra *add.* P. || Fulgentius] quod *add.* E- 5 haberi] potest *praem.* P, poterat *add.* E. 9 etc.] notandum quod *add.* P. || est] fuit E. 10 officialiter] essentialiter T. || Christus... binos²] missi sunt discipuli bini et bini E. 11 quando] institutus est quando ipse Christus E. 12 Matth. 3 *om.* E. || baptizate] baptizantes B, docete P. 13 effective] plenarie *add.* B. 14 latere] Christi *add.* E. 14-15 Effective... sanguinis *om.* E 15 ratione *om.* A. 16-17 Euchar.] item *add.* B. 17 finem] fuit institutus quando dixit *add.* E. || Ioan. 3 *om.* E. 18 Sancto *om.* T. || Quoad] item quoad ultimum B. || effectum] finem A. 19 etc. *om.*T. 19-20 contrarietates *om.* A. 20 circa inst.] contra inst. ABPT, de institutione E. 21 etc. *om.* BEPT. 22-23 aquae... possent] aqua... posset AE. 23 contactu] tactu P. 23-24 corp. dominici] dominice carnis E. 24 sanctif. essent A, santif. fuissent BPT, sanctificata fuisset E.

---

1 L. c., n. 42 (PL 16, 714 A). 2 *Epist. 8* (*ad Donatum*), c. 9, n. 18 (PL 65, 369 B). 3 Potius Marc. 6, 7 vel Luc. 10, 1: *Et misit illos binos.* 4 Immo Matth. 28, 19. 5 Immo Chromatius ep. Aquileiensis, *In Matth.*, tr. 1, n. 1 (PL 20, 329 B); sub nomine Chrysostomi in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 10 (I, 1364).

Num. 10: anon. P, f. 15r (aliter); anon. Tr, f. 142d; anon. V, f. 123d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 31; Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1, ad 4 (IV, 77a). — Num. 11: anon. P, f. 15v (aliter); anon. Tr, f. 144d, ubi et secunda additio cod. B. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 19; Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2 (IV, 78)

a. Obicitur: quia secundum hanc rationem videtur quod statim quando fuit circumcisus, quod ferrum tangens carnem eius haberet vim regenerativam per tactum; similiter et lignum crucis. — Dicendum est quod non sequitur; et est argumentatio a positione consequentis: si enim regeneratio non est nisi tactu, ergo si tactus est, regeneratio est. Non enim sufficit tactus, sed ipsa voluntas Dei instituentis, cuius intingebatur ipsa caro. Non autem dicitur regenerativa vis in aqua eo quod ipsa regeneret, sed quia disponit hominem ut ei gratia conferatur regenerationis qui digne subicitur sacramento [a].

b. Sed quaestio est utrumne illa vis regenerativa esset ipsi naturae aquae statim collata ex ipso contactu, aut tunc cum iam sanctificatur per verbum. — Respondemus quod non est potestas virtutis regenerativae, nisi tunc primum cum per verbum sanctificatur. Unde sic est collata vis regenerativa ex contactu carnis, ut qui mergitur, postea invocato nomine Trinitatis purgetur [b].

A 121 a **12. Celebratur** etc.; **non || in alio liquore** [759, 10-11]. In quibus fuit Baptisma praefiguratum. Nota quod dicit Ioannes Damascenus [1]: «Primum baptisma est quod est diluvii [2]

a (10) Est ergo collata ei ex parte carnis unitae ad Verbum, ita quod ubi est, ibi sunt Pater in voce, Spiritus in columba, Filius in carne (+ B). *b* (17) Vel potest dici quod est causa particularis, quae non movet nisi mota ab universali; et haec etiam ante invocationem collata est Baptismo. Universalis autem, quae per se movet, non est ei collata nisi in ipsa invocatione (+ B).

1 Obicitur] hic *praem.* E. || hanc rationem] beatum Ioannem A, hoc E. 2-3 quod... eius *om.* BEPT. 3 tactum] contactum P. 3-4 similiter... crucis *om.* BEPT, et etiam sepe fuit lotus aqua etiam antequam baptizaretur a Ioanne *add.* B. 6 nisi] sine BEPT. || tactu] contactu E. 6 enim] ergo BPT. 7 cuius intingebatur] cui uniebatur BEPT. 8 caro] erit *add.* T. 9 quia] ipsa E. 10 qui... subicitur] a digne sufficienti A. 11 est *om.* T. || utrumne B, utrumque A, utrum EPT. 12 statim *om.* BEPT. || contactu] Domini *add.* P. 13 iam *om.* BEPT. 14 regenerativae] in aqua *add.* P. 15 sanctificatur] signatur A. || Unde] tamen ET. 16 carnis] corporis Christi P. || mergitur] inmergitur E. 16-17 Trinitatis] a peccato *add.* BET, a pecc. et *add.* P. 17 purgetur] et baptizetur *add.* P. 18-19 In... dicit *om.* BEPT. 20 Damascenus] ponit ix genera baptismatum *add.* E.

1 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1123s.); versio Burgundionis (Fl, f. 20b), tamen pluribus omissis vel mutatis. 2 Gen. 7.

Num. 12: cf. anon. P, f. 11r (aliter); anon. Tr, f. 147a-b (ex Alexandri quaestione *De baptismo*, de qua hic infra, n. 25); Hugo de S. Caro, *Qo de baptismo* (cod. Duacen. 434 I, f. 111c); Bonav., hic, d. 4, p. 2, a. 1, q. 3, ad ult. (IV, 111).

ad incisionem peccati. Secundum est quod est per mare et nubem, Ex. 14, 19-29; symbolum enim, id est nota, est nebula ipsius Spiritus; mare autem est aquae. Tertium, quod legale est: omne enim immundum abluebatur aqua. Lavabat enim vestimenta sua sacerdos, et sic intrabat castra, ut Num. 19, 20, ubi dicitur: *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus* etc. Quartum, quod est Ioannis, introductivum exsistens et in poenitentiam ducens baptizatos ut in Christum crederent [1]. Praepurgat igitur Ioannes ad Spiritum per aquam. Quintum baptisma est Domini, quo baptizatus est [2]. Baptizatus autem est non ut indigens purgatione, sed nostram propriam sibi faciens purgationem, ut *conterat capita draconum in aqua* [3], ut diluat peccatum et omnem veterem Adam aqua sepeliat, ut sanctificet baptisma, ut impleat Legem, ut Trinitatis revelet mysterium, ut typus et subscriptio sit nobis ad baptizandum. [Sextum est baptisma flaminis, quo ipse Christus baptizat]. Baptizare autem dicitur Christus, eo quod in specie ignearum linguarum super Apostolos gratiam effudit, in Actibus [4]. Septimum est quod per poenitentiam et lacrimas veraciter est laboriosum, scilicet baptismus poenitentiae. || Octavum est per sanguinem et martyrium, quo ipse Christus in passione pro nobis baptizatus est ut valde beato, [eo] quod secundis sordibus non inquinatur. Nonum, quod est ultimum, quod non tantum est salubre, sed malitiae omnis destructivum, scilicet baptismus in aqua et Spiritu ». E 227 v

1 quod est *om.* E. 2 id... nebula] est nebula vel nota E. 3 ipsius *om.* BEPT. || Spiritus] symbolum .i. nota est *add.* B, id est nota *add.* T. || autem *om.* BT. || est[1] *om.* BP. || aquae] symbolum *add.* E. || Tertium] est baptisma *add.* E. 4 aqua] et *add.* ET. || enim *om.* BEPT. 5 sua *om.* BEPT. || sacerdos *om.* BET. || ut] in *add.* P. 5-6 ubi dicitur *om.* T. 6 Quartum *om.* T. 6-7 quod est] fuit baptisma E. 7 introductivum] introductorium A, enim *add.* P. || et *om.* E. || ducens] introducens E. 8 crederent *om.* E. || Praepurgat igitur] purgat enim A. 9 baptisma *om.* P. 10 est[1]] ipse, de quo Ioan. Dam. *add.* E. 11-12 conterat] contereret P. 12 aqua] aquis EP, Gen. iii. *add.* BEP. 15-16 Sextum... baptizat] sextum est baptisma flaminis E, *om.* ABPT. 16 Baptizare... Christus *om.* E, scilicet baptismo Spiritus *add.* T. || eo *om.* BE. 17 Apost. gr. effudit] discipulos effusum est E. 18 in Act.] Matth. A, 1 Act.: Vos autem baptizabimini Sp. S. non post multos hos dies E, *om.* BPT. || est *om.* BPT, baptisma penitentie de quo dicitur *add.* E. 19 est] dicitur B. || poenitentiae] 34 Eccli.: Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit mortuum etc., quid prodest lavatio eius *add.* E. 20 per... martyrium] baptisma sanguinis E. 21 est] 10 Mc.: Potestis baptizari baptismo quo ego baptizor ? hoc dicit Dionysius *add.* E. || ut... beato] est v. beatum E. || eo quod] quod ABP, quia ET. 22 Nonum] est quod fit in aqua et Spiritu *add.* E. 22-23 est... quod *om.* EP. 24 scilicet... Spiritu] sicut... spiritu ABPT, ultimo Mt.: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine P. et F. (et) Sp. S. E.

1 Marc. 1, 4-5. 2 Matth. 3, 13-17; Marc. 1, 9-11. 3 Ps. 73, 13. Cf. Gen. 3, 15: *Ipsa conteret caput tuum.* 4 Act. 2, 3-4.

13. Ideo uniformiter etc. [759, 12]. Quare in aqua fit Baptismus. Ratio est quare in aqua, ratione suarum dispositionum, fiat huiusmodi sacramentum. Habet enim vim mundificativam ratione humidi aquei; et ratione frigiditatis vim repressivam caloris; et ratione transparentiae, ut per ipsam transeat lumen. Habet etiam vim vivificativam ratione perspicui, quae est communis natura cum corpore supercaelesti. Omnes autem istae proprietates [1] congruunt Baptismati. Nam, cum habeat vim mundificativam, convenit ut per tactum carnis Christi, in qua omnis munditia a transfusione peccati fuit et quae fuit unita principio tollendi sordes culpae, conferatur [ei], cum iam sanctificatur, ratio mundificandi a sordibus culpae *a*. Item, ratione frigiditatis convenit, ut per tactum carnis Christi, in qua non erat concupiscentia peccati, adveniente spirituali vi verbi, refrigeraret carnem a concupiscentia peccati. Ratione vero transpa-
P 161 r rentiae, ut per ipsam, virtute verbi Dei efficiente, || transeat lux gratiae ad animas. Ratione vero virtutis vivificativae communis, ut ex virtute verbi vitae conferatur per gratiam vita spiritualis baptizato, si digne suscipiat *b*.

B 128 r **14.** || **De immersione** [759, 22]; **singularitas designari** [760, 5]. Ambrosius, in libro *De sacramentis* [2]: « Interrogatus es: Cre-

a (12) Virtus mundificativa est a duobus: scilicet ex contactu et ex verbo sacramentali sanctificante (+ P). *b* (19) Et ita receptio gratiae ad animam fuit ex duobus: ex natura transparentiae et a verbo. Item, vita spiritualis per gratiam est ex duobus, scilicet a virtute vivificativa, quae communis etiam est supercaelesti, et ex verbo (+ P).

1-2 Quare... aqua] quod in aq. fiat bapt. ratio est quia E, *om.* fit P. || fit Baptismus] sit baptizatus A. 3 fiat... sacramentum] fiat sacr. scilicet baptismus *et trp. p.* aqua (2) P. || Habet enim] aqua enim habet P. 4 et ratione] ratione autem P. || repressivam] repulsivam P. 5 transparentiae] habet *add.* P. 6-7 Habet... corpore *om.* E. 6 etiam] enim A. 7 supercaelesti] superceleste E. || istae] huiusmodi ET. 8 Baptismati] baptismo BE, ut habeantur isti effectus in baptizatis *add.* E. || Nam, cum] baptismus *add.* E, cum enim aqua P. 9 ut *om.* A. || Christi] dominice P, *om.* BET. 10 munditia] scilicet *add.* P. 11 conferatur] confertur A, conferretur BET. 11-12 sanctificatur] sanctificaretur *et add.* hoc est E, aqua *add. interl.* P. 13 Christi *om.* BEPT. || erat] fuit P. 14 verbi] Dei *add.* BP. 15 a concup.] et concupiscentiam T. 15-16 transparentiae] habet *add.* P. 16 ipsam] eam P. || virtute] virtutem A. 17 lux] vis T. || animas] animam P. || vero] autem T. 17-18 communis] habet *add.* P. 18 ut *om.* A. 19 si... suscipiat] si... suscipit BPT, *om.* E. 26 quae communis] quando P.

[1] Collectae ex diversis locis Aristotelis, quos videsis ap. Bonav., *Opp. omnia*, t. IV, p. 77, nota 5. [2] Lib. II, c. 7, n. 20 (PL 16, 429 B-C).

Num. 13: anon. P, f. 16r; anon. Tr, f. 144d-145a; anon. V, f. 124b. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 77). — Num. 14: anon. Tr, f. 145a.

dis in Deum Patrem omnipotentem ? Et dixisti: Credo, et mersus es, id est sepultus es peccato. Interrogatus [es] iterum: Credis in Dominum Iesum Christum et in crucem eius ? Et dixisti: Credo; iterum mersus es, et sic Christo consepultus. Qui enim Christo consepelitur, cum Christo resurget ». Intellige: quantum est ex parte sacramenti. « [Tertio] interrogatus es: Credis in Spiritum Sanctum ? Et dixisti: Credo; tertio mersus es, ut multiplicem culpam multiplex Spiritus Sancti gratia in trina confessione absolvat ».

15. Nunc quaeritur, si puer moritur ante trinam immersionem, utrum sit baptizatus; et etiam ante secundam, quia non in nomine Trinitatis est baptizatus. Aut si est etiam baptizatus ante, quando potest dici quod primo est baptizatus ? Nam si ante, ergo supervacuum est ad esse Baptismi quod sequitur. — Respondent Magistri[1] quod in tali necessitate summus sacerdos supplet et baptizatus est. « Nescit enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia »[2]. Potest etiam dici quod in prima immersione recipit characterem cum gratia: indivisa enim sunt opera Trinitatis[3]. Quod autem post fit immersio, hoc || fit ut A 121 b manifestetur character impressus per Trinitatis confessionem.

16. Tertio debere immergi [760, 28]. Ioannes Damascenus[4]: « Typus mortis Christi est Baptisma. Per tres enim immersiones tres dies dominicae sepulturae exprimuntur ». Magister Hugo ita dicit[5]: « Trina immersio [trina] est cogitationis, locutionis et operis emundatio », vel triplicis concupiscentiae *.

---

2 es[2] *om.* ET. || iterum] utrum A. 3 Dom. I. Christum] I. Chr. filium Dei P, *om.* Christum E. || in[2] *om.* BEP. 4 Credo] et *add.* E. || sic] iterum *add.* P. || consepultus] es *add.* P. || enim] cum T. 6 ex] de E. 7 Sanctum *om.* T. 10-11 Nunc... non] dubitatur an si p. moriatur ante tr. im. vel etiam ante secundam, an sit bapt. Quod non videtur, non enim P. 11 et] vel BEPT. 12 Aut] et E. || etiam *om.* T. 13-14 potest... sequitur] possint dici tres persone et fieri tres immersiones, tunc superfluum est q. seq. ad esse baptismi non pertinet ut videtur E. 13 est] sit T. || Nam si] si enim P. 14 ergo] illud *add.* P. 16 supplet] defectum *add.* E. || est] puer *add.* P. 17 Potest... quod] ad hoc dicendum quod opera trinitatis P. 19 post fit B, possit A, poscit P, trina fit E, tertia sit T. 21 immergi] mergi E, etc. *add.* T. 25 concupiscentiae] superius... eneo *add.* (*infra, n. 25*) E.

---

1 Ita Praepositinus, *Summa*, IV: « Credendum est quod summus sacerdos suppleat quod defuit verbis ministri » (Tudert. 71, f. 129a); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 25 (p. 29, lin. 12). 2 Ambrosius, *In Lucam*, II, n. 19 (PL 15, 1560 A). 3 Alanus ab Insulis, *Regulae theol.*, reg. 61 (PL 210, 650). 4 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1119 B); versio Burgundionis (Fl, f. 20a). 5 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 11 (PL 176, 457 D).

Num. 15: anon. P, f. 16v; anon. Tr, f. 145a; anon. V, f. 124c. — Num. 16: anon. V, f. 124d.

17. Solet quaeri si circumcisio etc. [761, 5]; **in Christi morte terminata sunt** etc. [761, 7]: scilicet quoad effectum, non [quoad] usum.

a. Ad Gal. 5, 2: *Si circumcidamini* etc., Glossa[1]: «Hieronymus dicit ista legalia post Christi passionem, sive in eis ipsis spes ponatur sive non, observantibus esse noxia, nisi dispensatorie custodiantur». — Ad Col. 2, 14: *Tulit de medio,*
T 148a *configens*, Glossa[2]: «Ut iam cesset, cum omnia sacrificia || Legis carnalia in oblatione veri Agni sint adimpleta». — Et in Luc. 22, 18: *Quod non bibam de generatione hac* etc. Glossa[3]: «Horum duorum immutatione sacramentorum cetera Legis sacramenta vel iussa ad spiritualem observantiam docet transferenda». Ex iis colligitur quod in morte Christi sunt omnia legalia terminata.

b. Quod autem non sit sic, videtur per illud Luc. 5, 14: *Offer pro emundatione*, Interlinearis[4]: «Non debent auferri signa priusquam veniant signata». Unde videtur quod, adveniente baptismo Christi, cessavit circumcisio quoad effectum: est enim typus Baptismi; ergo non fuit circumcisio terminata in morte Christi, immo in institutione Baptismi, quando misit binos et binos, ut Matth. 10, 5[5]. Tunc institutum erat quoad effectum; quoad consilium, quando consilium datum est, ut in 3 Ioan., 5: *Nisi quis renatus fuerit* etc.

c. Quod etiam sacrificia non debebant terminari in morte Christi sed post, habetur a Beda, *Super Marcum*[6]; de oblatione

2-3 scilicet... usum *om.* BEPT. 5 Christi *om.* E. 6 ipsis *om.* BEPT. || noxia] obnoxia P, innoxia T. 8 configens] affigens illud cruci B, illud *add.* EPT. || iam] questio *add.* P. 9 Legis] legalia BEP. || veri *om.* A. || in[2] *om.* EP. 11 immut.] mutatione A. 11-12 Legis sacram.] sacram. legalia P. 12 observantiam] intelligentiam E. 13 iis] auctoritatibus *add.* P. || sunt] fuerunt P. || omnia] omnino E. 15 Quod] contra *praem.* P. || autem *om.* A. || sic] ita P. 16-17 auferri... veniant BEPT(*Glossa*), offerri s. posquam venerunt A. 18 cessavit] cessat B, cesset T. 19 est enim] cum enim fuit E, fuit T, circumcisio *add.* P. || typus Bapt.] quod post baptismum A. 20 Christi *om.* PT. || immo] sed in eius baptismo vel E, sed ante P. 21-22 Tunc... consilium[1] A, et BEPT. 24 etiam] autem ET, *om.* A. || debebant] debeant BP. 25 post] mortem *add.* P.

[1] Lombardi in h. l. (PL 192, 153 B); *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (VI, 86v). Cf. Hieronymus in h. l. (PL 26, 395s.); *Epist. 112* (*ad August.*), n. 14 (PL 22, 924s.). [2] Lombardi in h. l. (PL 192, 275 A). [3] *Ordin.* in h. l. (PL 114, 338 A); ap. Lyranum (V, 177r). [4] In h. l., ap. Lyranum (V, 139r). [5] Potius Luc. 10, 1. Cf. supra, n. 10. [6] Lib. I, c. 1: «Non autem oportebat auferri significantia sacrificia priusquam

Num. 17-23: anon. P, f. 17v; anon. Tr, f. 139c-d, 145a-c; anon. V, f. 123a-b, 124c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 1, cc. 3-5 (f. 3b-d, 5b-6b); *Summa Hales.*, III-2, nn. 538-540; Bonav., hic, p. 2, a. 3, qq. 1-2 (IV, 82ss.).

leprosi dicit: « Non ante sacrificium significans cessare debuit, quam cum significatum confirmatum esset contestatione Apostolorum et fide credentium ». — Et ad Gal. 5, 2: *Si circumcidamini;* ibi Augustinus, *Ad Hieronymum* [1], dicit: « Dico circumcisionem praeputii et cetera huiusmodi sacramenta priori populo per Testamentum Vetus divinitus data in significationem futurorum quae per Christum oportebat impleri, quibus advenientibus, remansisse illa christianis legenda ad intelligentiam praemissae prophetiae ». Et ita sunt quaedam terminata ante, quaedam post.

d. Respondet Magister Hugo de S. Victore [2]: « Videntur tria tempora distinguenda: primum, quando circumcisio sola suscipiebatur ad iustificationem sine Baptismo ; novissime, cum solus Baptismus celebratur ad salutem; et medium tempus in quo simul currerunt: circumcisio ut finiretur, et Baptismus ut confirmaretur. Oportuit enim ut sacramenta finienda cum reverentia dimitterentur, ut bona suo tempore fuisse ostenderentur ; et quae incipienda erant non sine gravitate in auctoritatem assumerentur. Quamvis ergo in passione Christi, per quam *omnia consummata sunt* [3], veteris figurae status finem acceperit, et novi constitutio sacramenti exordium », scilicet quantum ad plenum officium, « tamen nova sunt aliquamdiu ad consuetudinem inchoata, et vetera aliquamdiu tolerata ad dispensationem. Sicut enim ante passionem ipsa circumcisio in statu suo ad remedium suscipiebatur, et tamen Baptismus sine periculo salutis non contemnebatur ab iis quibus praedicabatur; ita post passionem Baptismus quasi in statu suo percipiebatur ad

1 dicit] enim Beda *add.* EPT, enim sic *add.* B. 2 quam... esset A, cum nondum s. c. erat BEPT (*Glossa*). || contestatione AEPT (*Beda*), attestatione B, constitutione *Glossa.* 3 Et *om.* A. 3-4 circumcidamini] etc. *add.* BP. 5 cetera *om.* A. 7 oportebat impleri] aperte datur adimpleri T. 9 sunt... ante] non fuerunt quedam term. nisi ante BEPT. 10 quaedam] vero *add.* P. 11 de S. Vict. *om.* BEPT. 12 tempora] ista A. 13 iustificationem] institutionem P. 14 celebratur] celebrabatur EPT. 15 currerunt A, concurrerunt B, currerent EPT. 16 et *om.* T. || ut[2] quod T. 17 reverentia] quadam *add.* P (*Hugo*). 18 et] ut A. 18-19 gravitate] gravedine E. 20 per *Hugo*, post *codd.* || veteris] legis *add.* T. 22 quantum *om.* T. || officium] effectum BEPT. 23 aliquamdiu] aliquando P. 24 disp.] dispendium A. || enim E (*Hugo*), autem ABPT. 25 suscipiebatur] accipiebatur E. || tamen] tunc *add.* BEPT. 27 percipiebatur] precipiebatur T. || ad] in A.

illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apostolorum et fide credentium » (PL 92, 145 A); *Glossa ordin.* in Marc. 1, 44: « Non ante sacrificium significans cessare debebat, cum nondum significatum confirmatum erat constitutione Apostolorum et fide credentium »; ap. Lyranum (V, 93r). [1] *Epist. 82*, c. 2, n. 15 (PL 33, 281). [2] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 4 (PL 176, 449s.). [3] Ioan. 19, 28.

salutem, et tamen circumcisio sine periculo salutis non contemnebatur ab iis qui prius erant obligati, quibus finis eius nondum manifestabatur ». — Et Augustinus, *Ad Hieronymum* [1]:
P 161 v « Remanserunt sacramenta legalia non necessario || facienda post passionem, quasi adhuc exspectandum fuisset quod veniret fidei revelatio quae iis significabatur esse ventura. Sed quamvis gen-
A 121 c
E 229 r tibus || imponenda non || essent, non tamen sic debere auferri a consuetudine Iudaeorum tamquam detestanda sacrilegia, sed permittenda eis paululum qui ex illo populo fuerant; post vero cum honore a christianis sepulta, ab omnibus irreparabiliter deserenda, ut sic mater cum honore ad tumulum deduceretur ». Ex quibus colligitur quod non habuerunt sacramenta legalia post passionem effectum quoad mundationem a peccato, et quod circumcisio mansit quoad effectum suum usque ad passionem Christi; post vero mansit ad intelligentiam praemissae prophetiae. Et similiter intelligendum de aliis sacramentis, quod non manserunt post passionem Christi.

e. Ad illud vero quod obicitur, quod circumcisio debuit amittere vim suam Baptismo instituto, ante passionem, dicendum quod non. Circumcisio enim duplex habet significatum: unum est deletio culpae originalis; alterum est deletio poenae. Est autem poena duplex: fomes et carentia visionis Dei. Circumcisio vero, quantum ad rem illam quae est diminutio fomitis, impleta est in Baptismo; non autem quantum ad ablationem carentiae visionis Dei. Haec est autem impleta in passione; et propter hoc circumcisio quoad illam rem totam impleta est in morte Christi. Praeterea, est alia res circumcisionis, scilicet ablatio ab omni corruptione; et haec iterum non est impleta in Baptismo, sed in ipsa resurrectione Christi. Debuit ergo circumcisio quoad omnem suam rem cessare post passionem et resurrectionem Christi.

3 Et *om.* BEP. 5 fuisset] esset BEPT. || veniret] adveniret T. 6 ventura] futura E. 8 sacrilegia BP, sacrilega AET. 9 ex] de B. || fuerant] erant T. || post] primo A. 11 ad tumulum] ad sepulcrum E, *om.* A. || deduceretur] ducceretur PT. 12 quibus] hiis T, hiis quibus P. || habuerunt] habent E. 13 passionem] Christi *add.* BEP. 14 quoad] ad T. 14-15 quoad... mansit *om.* (*hom.*) B. 15 vero] non A. 16 intelligendum] est *add.* T. 17-19 Christi... passionem *om.* (*hom.*) A. 18 vero] autem P. || obicitur] respondeo *add.* P. 19 suam] in P. 20 significatum] id est duplicem rem significatam *add.* P. 21 culpae orig.] orig. peccati T. || deletio[2]] culpe vel *add.* A. || poenae] f. *add.* A, duplicis *add.* P. 22 duplex] scilicet *add.* P. 23 vero] enim E. || diminutio] dimissio A. 24 in *om.* A. || Baptismo] Christi *add.* P. 25 autem] enim BEPT. 26 totam *om.* E. 28 ab... corruptione] omnis corruptionis E. 29 ipsa *om.* E. 31 Christi *om.* E.

[1] *Epist. 82*, c. 2, nn. 15 et 20 (PL 33, 281, 285), contracte.

18. *a.* Sed obicitur: si aliqua res circumcisionis fuit impleta adveniente Baptismo, propter quid non cessavit circumcisio quantum ad illam rem exsistente Baptismo ? Adveniente enim veritate, cedit umbra. Legalia autem erant umbra respectu nostrorum sacramentorum [1].

b. Praeterea, circumcisio significat rem quamdam quae semper facienda est: semper enim circumcidere debemus cor a vitiis. Unde Ier. 4, 4: *Circumcidite praeputia cordium vestrorum.* Thurificatio autem est signum rei semper faciendae, scilicet devotionis orationis. Cum ergo thurificatio remansit propter hoc, quare non remansit similiter circumcisio ?

c. R e s p o n d e m u s: ad primum dicendum est quod circumcisio non amisit vim suam primo adveniente Baptismo. Dabatur enim Baptismus primo in consilium, postea in praeceptum, in Matthaei ultimo, 19: *Ite, docete omnes gentes* etc. Cucurrit ergo circumcisio exsistens in praecepto cum Baptismo manente in consilio. Principalis ergo res circumcisionis est illa quae completa fuit in Christo moriente et resurgente.

d. Ad aliud dicendum quod aliud est de thurificatione et circumcisione. Licet enim quoad aliud significatum circumcisionis significet circumcisio rem semper faciendam, non tamen quoad principale significatum eius. Principale autem significatum eius est circumcisio ab originali poena, cuius veritas patuit in Christo moriente et resurgente. Et propter hoc circumcisio velut signum cessavit. Erat enim signum rei futurae. Qua re exsistente praesenti, conveniebat signum ut rei praesentis vel praeteritae, ut permaneret. Et propter hoc Baptismus, qui fuit signum rei praesentis, plenum habuit effectum in passione.

19. Item, quaeritur quare, cum agno typico successit immediate verus Agnus, non similiter adveniente Baptismo cessit cir-

1 aliqua] alia A. 3 quantum ad] quoad BEPT. || rem] vel quoad effectum ipsius rei *add.* P. || enim *om.* P. 4 Legalia autem T, leg. enim ABE, hec legalia P. 6 Praeterea] prima A. 7 cor] nostrum *add.* P. 8 Unde] in *add.* BET. 9 autem] enim A. 11 quare... remansit] videtur ut remanserit T. 12 Respondemus... est A, responsio ad pr. est BE, dicendum ad pr. P, resp. ad primum T. 13 non *om.* A. || primo] post E. 14 postea] vero *add.* P. 15 in] item A, *om.* E. || etc. *om.* T. 15-16 Cucurrit] concurrit A, currit P. 17 manente] existente BEPT. 19 aliud est de] aliter e. in BPT. 20 aliud] aliquod EPT. 22 quoad] quantum ad BE, ad T. || autem] enim E. 23 eius *om.* A. || est] plena *add.* BEPT. || poena *om.* BEPT. 26-27 signum ut... ut permaneret AT, signum aliud ut rei pres. vel pret. B, ut baptismus signum r. p. vel pr. permaneret P, signum r. p. vel pr. quod non remaneret E. 28 effectum] re. *add.* ET. 30 Agnus] quare *add.* EP. || Baptismo] non *add.* BPT. || cessit] immediate *add.* E.

1 Hebr. 10, 1: *Umbram enim habens Lex futurorum bonorum.*

cumcisio. — Respondemus quod agnus typicus tantum dabatur in significationem, non in remedium culpae vel poenae
T 148 b vel in effectum || salutis. Adveniente ergo veritate, cuius tantum erat signum, typicus agnus cessit a ratione sacramenti. Sed circumcisio non tantum fuit signum Baptismi, sed in parte habuit eumdem effectum cum Baptismo; et propter hoc non successit Baptismus circumcisioni antequam omnes obligarentur ad Baptismum.

20. Item, quaeritur propter quid sacramentum circumcisio-
E 229 v nis || aliquo tempore permissum est, licet non quoad salutis
A 121 d profectum post passionem; non sic autem fuit de aliis. — || Respondemus quod istud inter omnia legalia solum datum fuit ob necessitatem in remedium originalis peccati. Propter honorem ergo huius sacramenti, ad quod homines magis inclinabantur ratione utilitatis prius habitae, permittebatur ad tempus observari ab illis qui prius obligabantur, ita quod in eo non poneretur spes salutis post passionem.

21. Sed adhuc quaeritur quare Paulus circumcidit Timothaeum, ut Act. 16, 3, non autem Titum, ut ad Gal. 2, 3. — Secundum Augustinum, *Ad Hieronymum* [1], et similiter ad Galatas in Glossa [2], « Timothaeum propterea circumcidit, ne Iudaeis, et maxime maternae [eius] cognationi, viderentur qui ex gentibus in Christum crediderant, detestari circumcisionem ut idolatriam, cum illam Deus fieri praecepit, hanc satanas persuasit. Et Titum ideo non circumcidit, ne occasio daretur illis qui sine illa circumcisione dicebant credentes salvos esse non posse ». Haeretici Cerinthus et Ebion dicebant debere observari legalia cum evangelicis, et « ad gentium deceptionem hoc Paulum sentire iactabant ». Est ergo summa responsionis, quod hoc fecit pro scandalo vitando et ne Baptismum, quem intendebat et fidem paulatim introducere, exstirparet per subitam circum-

---

2 non] ut T, autem *add.* P. 3 in *om.* AET. 5-6 habuit *om.* A. 7 antequam] ante A. 11 aliis] sacramentis *add.* BEPT. 12 solum *om.* T. 13 ob... in] ad... et A. 14 ergo *om.* T. 15 permittebatur] debuit T. 16 ita] tamen *add.* EPT. 18 adhuc *om.* P. 19 ut[1]] in *add.* BEPT. 19-20 Secundum Aug. A, resp. Aug. BEPT. 20 similiter] super E. 21 in] .i. A. 22 viderentur] videntur A. videantur ET. 23 ut] sicut P. 24-25 persuasit] idolatriam scilicet *add.* E. 25 ideo] propterea P, *om.* BET. || occasio daretur A, occasionem daret BEPT (*Aug.*). 27 Haeretici] ut dicebant heretici scilicet P. 28 et *om.* B. 29 iactabant] iactarent A. || responsionis] rationis AB, *quod corr.* P.

---

[1] *Epist. 82*, c. 2, n. 12 (PL 33, 280). [2] Lombardi in Gal. 2, 5 (PL 192, 105 C).

cisionis abiectionem, et ne || videretur velle Legem Moysi in P 162r
se esse malam.

22. Item, quaeritur quando homines coeperunt primo obligari ad percipiendum Baptismum. — De hoc magister H u g o [1]: « Dico ex eo quo post institutionem praeceptum, vel ante institutionem consilium a Domino vel suis perceperunt Baptismi. Non ergo culpandus est aliquis, nisi ex culpa sua sit ignorans consilii aut praecepti. Cum autem dictum fuit Nicodemo [2]: *Nisi quis renatus fuerit* etc., revelatum est tamquam consilium amico. Cum autem dictum est [3]: *Ite* etc., omnibus informandis expositum est praeceptum ». — H u g o [4]: « Unusquisque autem ex eo tempore est debitor, quo ad ipsum per praedicationem institutio pervenit. Qui autem interim longe positi, aut prope in occulto constituti, nondum divina institutione cognita mortui sunt, hoc de ipsis videtur dicendum, quod de illis ante institutionem; quia quod illis fecerunt tempora, hoc istis operata est absentia sine culpa. Si quis autem modo mandatum non susceperit, cum dicatur [5]: *In omnem terram* etc., aut sicut contemptor iudicabitur, aut ignorans ignorabitur ».

23. Item, quaeritur ratio eius quod dicitur: **Omnia legalia sunt terminata** etc. [761, 7]: tenet enim adhuc legale de purificatione mulierum, de qua in Levit. 12, 1-8. — R e s p o n d e m u s: istud est institutum non ad significandum aliquam gratiam conferendam sacramento Novae Legis, sed ad emundationem faciendam ex parte corporis a sorde contracta ex originali. Quia ergo est communis necessitas hinc inde ex parte corporis, adhuc purificatio servatur; non tamen secundum tem-

1 velle] innuere P. 3 primo] prius A. 4 percipiendum] participandum T. || hoc] respondet *add.* P. 5 Dico] quod *add.* T. || quo post] quod prius P. || institutionem[1]] est *add.* P. 5-6 institutionem] constitutionem P. 7 ergo] dico *add.* P. || est *om.* E. 8 consilii... praecepti] consilium... preceptum E. || fuit] est T. 8-9 Nisi... etc. E, *om.* ABPT. 10 Ite] docete *add.* P 11 est *om.* A. || Hugo *om.* BEPT. 12 est debitor *om.* BEPT. || praedicationem] preceptum P. 14 institutione A (*Hugo*), constitutione BEPT. || cognita *om.* P. 15 ipsis] eis E. 15-16 institutionem] constitutionem P. 17 est *om.* P. || autem E, vero BP, *om.* AT. || modo *om.* AP. || mandatum] divinum *add.* P(*Hugo*). 18 susceperit] suscepit BEP, suscipit T. || cum dicatur] ita dicatur A, eius predicatur T, in scriptura *add.* P. || terram] exivit sonus eorum *add.* B, vox *add.* T. || aut] aliud A. 20 ratio] ratione BEPT. || dicitur] quod *add.* B. 21 sunt terminata *om.* P. || etc. *om.* E. || tenet] manet BEPT. 22-23 Resp. *om.* T, quia *add.* P. 23 aliquam] aliam A. 24 conferendam] in *add.*. BEPT. || Novae] veteris T. 25 ex[2] *om.* T. 27 purificatio serv.] serv. purgatio P, purif. observatur T.

1 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 5 (PL 176, 450 D-451 A). 2 Ioan. 3, 5. 3 Matth. 28, 19; Marc. 16, 15-16. 4 L. c. 5 Ps. 18, 5; Rom. 10, 18.

pus statutum in Lege. Statutum enim erat in Lege [1] pro masculo *triginta tribus diebus* manere *in sanguine purificationis suae;* pro femina duplo tempore. Quod non nunc observatur, ne ut legale observetur.

24. Si quaeritur utrum aperuerit [761, 22]; **quia nec baptismus nec circumcisio** [761, 23]. *a.* Contra, supra, I distinctione, cap. *Fuit tamen inter illa* [748, 17], ubi dicitur: « Excepto quod baptismus aperuit ianuam » [749, 1-2]. Ergo habuit Baptismus hunc effectum, ut aperiret ianuam. — Item, in Luc. 3, 21: *Baptizato Iesu et orante, apertum est caelum*, ibi Glossa Bedae[2]: « Dum aquas Iordanis subiit, nobis ianuam caeli pandit; dum caro innoxia frigentibus aquis tingitur, opposita quondam noxiis
A 122a rumphaea [ignea] || exstinguitur ». Ex hoc videtur etiam quod Baptismus aperuit ianuam.

b. Quod autem ipsa passio aperuit, habetis ad Col. 1, 20 [3]: Pacificata sunt caelestia et terrestria; Haymo in originali [4] dicit: « Qua hora sanguis redemptionis de latere Christi pendentis exivit, dimissum est peccatum Adae humano generi et pacificata sunt caelestia et terrestria, quia tunc patuit introitus in regnum caelorum ». — Et Marc. 15, 33: *Et facta hora sexta,* Beda dicit [5]: « Rationis ergo, immo divinae pietatis ordo poscebat, ut eodem temporis articulo quo Adae praevaricanti obcluserat, latroni poenitenti ianuam reseraret paradisi; et qua

1 Statutum... Lege *trp.* (*om.* enim) *p.* suae (2) E. || pro masculo] post partum masculi P. 2 triginta... diebus] 33 dies AT. 3 tempore *om.* BEPT. 3-4 ut... observetur] legaliter observari videatur E. 7 illa] etc. *add.* P. 8-9 Ergo... ianuam *om.* (*hom.*) E. 12 tingitur B (*Beda*), tangitur AEPT. || opposita] apposita B. 13 exstinguitur BEPT, extingitur A, restringitur *Beda.* || etiam *om.* E. 15 autem] ex se contra *add.* P. || passio] sive hostia salvatoris (salutaris B) *add. ex Lomb.* BEPT. || habetis] habetur EP, super illud *add.* P. 16 Haymo BP, August. ET, *lacuna* A. 17 redempt.] Christi *add.* EPT, *add. sed exp.* B. 18 exivit] exiret P. || est E, *om.* ABPT. 19 caelestia et terrestria *Glossa*, celum et terra A, cel. et ter. BEPT. 21 Rationis] rationes A. || ergo *Beda*, prima A, primo T, ita E, ideo P, *om.* B. || immo *om.* BEPT. 22 praevaricanti] peccanti T. 23 poenitenti] pendenti ET, et *add.* A.

1 Levit. 12, 4-5. 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 135r); ex Beda in h. l. (PL 92, 358 C). 3 *Pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt.* 4 Non invenimus apud Haymonem vel Remigium Altissiodorensem (PL 117, 753), nec apud Augustinum, cui hoc dictum adscribitur ab anon. Tr (f. 145c) et ab Alb. Magno (XXIX, 78a); tantum ex parte in *Glossa ordin.* in h. l. (PL 114, 610s.) et in *Glossa* Lombardi: « Id est caelestia et terrestria, quia patuit homini introitus in caelum » (PL 192, 265 A). 5 *In Marcum*, IV, c. 15, 33 (PL 92, 290 C).

Num. 24: anon. P, f. 18r; anon. Tr, f. 145c-d; anon. V, f. 124d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 30; *Summa Hales.*, III-2, n. 161; Alb. Magnus, hic, a. 7 (XXIX, 77s.); Bonav., hic, p. 2, dub. 3 (IV, 89s.).

hora primus Adam peccando mundo mortem intulit, eadem hora secundus Adam mundi mortem moriendo destrueret».

c. Quod autem in ipsa resurrectione fuit aperta ianua, videtur per illud quod dicitur in oratione paschali [1]: «Deus, qui hodierna die aeternitatis nobis aditum devicta morte reserasti».

d. Praeterea, quod Baptismus non aperuit ianuam, videtur, quia omnes ante passionem descenderunt ad limbum inferni, etiam Ioannes Baptista. Sed constat aliquos esse baptizatos baptismo aquae ante hoc; non ergo virtute Baptismi aquae fuit apertio ianuae.

e. Respondemus [a]: Baptismus aperuit ianuam quantum ad causam || ex parte baptizati; passio quoad pretium et deletionem poenae originalis peccati, quae fuit carentia visionis Dei; sed resurrectio quoad perfectionem gloriae in secunda stola. E 230r

f. Ad aliud quod obicitur, utrum Baptismus habeat hunc effectum ex se vel ex passione, respondemus quod Baptismus erat typus mortis Christi; sed causalitatem non suscepit nisi ex passione iam exsistente. Unde, si aliqui essent baptizati ante passionem, ad limbum descenderent. Ex his auctoritatibus collige quo tempore fuerunt sacramenta Veteris Legis evacuata quoad effectum.

a (11-12) Praeterea, quaeritur quid appellatur 'ianua paradisi'. Non potest dici quod originale peccatum, quia sic circumcisio aperuisset. Item, quaeritur si dicatur esse 'ianua' aliquis effectus originalis. — Respondeo: dicimus quod obligatio solutionis pretii est 'ianua'. Unde sola passio proprie aperuit per solutionem illam et pretium passionis Patri collatum. Et quod Baptismus dicitur 'aperire ianuam', hoc est quoad causam baptizati; quia Baptismus conformat nos illi hostiae quae per se aperuit ut intrare possimus (B).

1 hora *om.* P. || mundo *om.* BT. 3 fuit] sit BEPT. 3-4 videtur... dicitur] patet BEPT. 5 aeternitatis... reserasti] etc. P. 6 videtur *om.* B. 7 passionem] Christi *add.* P. || ad] in T. 8 aliquos esse] alios A. 9 virtute] virtus BEPT. 10 apertio] causa aperitionis E. 11 Resp.] solutio P. 11-12 quantum ad] quoad EPT. 12 baptizati BEP, baptizantis AT. || passio] vero *add.* B, aperuit *add.* E. || et] ad T. 14 perfectionem *corr. ex* receptionem A^2. 15 aliud] illud BEPT, autem *add.* P. || obicitur] queritur P. 17 erat] fuit BEP. || Christi *om.* E. 19 limbum] inferni *add.* BEPT. 22-29 Praeterea... possimus *ita loco* Respondemus... baptizati (11-12) B.

1 *Missale Rom.*, in die Paschae; ex *Sacramentario gregoriano* (PL 78, 92).

ADDITIO CODICIS E.

Post concupiscentiae (*p. 61, lin. 25*):

25. Superius distincta sunt novem baptismata [1]. Hic quaeritur utrum unumquodque eorum debeat dici sacramentum, et quod eorum dicatur sacramentum et quod non. Post quaeretur utrum plura sint baptismata vel pauciora. Quarto quaeretur de praeeminentia illorum quae sunt in Veteri Testamento in significando, et eorum quae sunt in Novo in causando.

I. Circa primum quaeritur quare tot sunt et quae convenientia eorum ad nonum Baptisma, quod solum perfectum est. — Respondeo: ad evidentiam autem horum notandum quod in baptismate ex aqua et Spiritu plurima concurrunt. Ibi enim est aqua mundificans; et praeter hoc Spiritus Sanctus, per quem est prima deletio culpae. Est ibi praeter hoc poenae deletio, tam actualis quam originalis. Item, est ibi fomitis diminutio, qui scilicet fomes est corruptio quaedam abundans in parte generativa. Praeter hoc est ibi invocatio Trinitatis, secundum quam est impressio characteris. Insuper est ibi ablutio exterior per aquam. Haec
E 228r omnia concurrunt in perfecto Baptismate || quod est in aqua et Spiritu, vel quoad significationem vel quoad causalitatem. Necesse est ergo omnes species baptismatum in iis cum perfecto Baptismate convenire vel in causando vel in significando. — Baptisma enim diluvii significat virtutem mundificativam quae est in vero Baptismate. Baptisma Maris Rubri significat Spiritum per quem fit culpae dimissio in perfecto Baptismate. Nebula enim, ut dicit Ioannes Damascenus [2], fuit symbolum Spiritus. Aqua lustrationis significat virtutem passionis ex qua fit poenae dimissio originalis et actualis. Haec tria ergo conveniunt cum vero Baptismate nostro in significando. — Tria vero alia, quae sunt in Novo Testamento, conveniunt cum eo in causando, scilicet baptisma flaminis et poenitentiae et sanguinis. In perfecto enim Baptismate confertur gratia ad illuminandum intellectum et roborandum affectum; et eadem gratia dabatur in baptismo flaminis quo baptizati erant Apostoli [3], quia Spiritus Sanctus in die Pentecostes non fuit datus Apostolis ad delendum in eis culpam vel poenam culpae annexam, sed ad delendam quamdam infirmitatem propter quam non ante [audebant] loqui verbum Chri-

[1] Hic supra, n. 12. [2] Cf. hic supra, n. 12. [3] Act. 2, 1-4.

Num. 25: ex quaestione Alexandri *De Baptismo* (v. *Summa Hales.*, III-1, p. clv), pluribus tamen mutatis.

sti coram tyrannis. — Item, in perfecto Baptismate deletur poena actualis culpae; et in hoc convenit secum baptisma poenitentiae. Sed deletio omnis poenae simpliciter [fit] in baptismo sanguinis, scilicet in martyrio. Unde dicit Damascenus[1] quod illud « valde reverendum est, quia secundis non inquinatur sordibus ». Perfectum autem baptisma, quod fit ex aqua et Spiritu, habet deletionem omnium horum. — Praeterea, in perfecto Baptismate est expressa invocatio Trinitatis, et haec significata fuit in baptismate Christi[2]. Ibi enim significata fuit distinctio personarum: Pater scilicet in voce, Filius in carne, Spiritus Sanctus in columbae specie. Unde Damascenus[3]: « Christus fuit baptizatus ut sanctificet baptismum, ut impleat Legem, ut Trinitatis revelet mysterium, ut typus et mysterium sit nobis baptizandi ». — Item, in nono Baptismate fit ablutio exterior per aquam; et in hoc habuit cum eo convenientiam baptisma Ioannis. Patet ergo quomodo tria baptismata quae fuerunt in Veteri testamento conveniunt cum perfecto Baptismate in significando, et tria quae sunt in Novo conveniunt cum eo in causando. — Sed quoad alia duo, scilicet ad formam et materiam, conveniunt cum eo baptisma Christi et baptisma Ioannis. Patet ergo convenientia octo baptismatum ad nonum, quod est perfectum, et quomodo singula ipsorum octo diminuta sunt respectu ipsius vel in significando vel in causando.

II. Post quaeritur utrum unumquodque horum sit sacramentum. Et videtur quod sic, quia « sacramentum est sacrae rei signum »[4]; sed quodlibet horum est sacrae rei signum; ergo quodlibet horum est sacramentum. — Item, cum omnia sint signa, quare sunt quaedam sacramenta, quaedam non? — Responsio: dicit Hugo de S. Victore[5] quod sacramentum tria importat, scilicet quod sit « repraesentans aliquod spirituale ex similitudine », et quod sit « significans ex institutione », et quod « conferat gratiam ex sanctificatione ». Quoad hanc ultimam conditionem proprie dicuntur sacramenta illa quae sunt in Nova Lege, quia [conferunt gratiam] ex sanctificatione. Quoad alteram conditionem, scilicet quod instituta ad significandum, dicuntur sacramenta Veteris Legis, scilicet baptisma lustrationis et circumcisio. Sed baptisma Maris Rubri et diluvii non dicuntur sacramenta nisi secundum primum modum, scilicet quia ex similitudine repraesentant aliquod spirituale; sed sic improprie dicuntur sacramenta. Unde si alicubi inveniatur quod haec dicuntur sacramenta, hoc est improprie et secundum primam conditionem tantum.

---

[1] Cf. hic supra, n. 12. [2] Matth. 3, 13-17. [3] Cf. hic supra, n. 12.
[4] Cf. supra, d. 1, n. 5. [5] *De sacram. christ. fidei*, I, p. 9, c. 2 (PL 176, 317 D).

III. Post quaeritur utrum sint plura baptismata quam ista novem. — *a.* Et videtur quod sic, quia Baptismus est ianua vitae, sicut transitus Iordanis fuit ianua et ingressus in terram promissionis; unde maior est convenientia transitus Iordanis ad Baptisma quam Maris Rubri.

b. Item, videtur quod mare aeneum debeat dici baptismus sicut aliquod horum; de quo mari aeneo 30 Ex., 17-20, et 38, 8; quia illi qui accessuri erant ad offerendum thymiama debebant in hoc lavari; unde
E 228 v recte significat || Baptismum qui antecedit sacramentum Eucharistiae. — Item, dicit Beda[1] etiam quod mare aeneum significat Baptismum; videtur ergo quod competenter possit dici baptismus sicut aqua diluvii.

c. Respondeo: Baptisma non dicitur principaliter eo quod sit ianua vitae; sed ex hoc dicitur principaliter, quia ibi fit peccatorum remissio. Unde Damascenus[2]: «Peccatorum omnium datur remissio in Baptismo». Sordes ergo quas delet principaliter respicit Baptisma. Unde transitus Maris Rubri, in quo hostes sunt submersi sed Israel salvatus, proprie significat Baptisma; et non transitus Iordanis, quia ibi non legitur de submersione hostium; et propter hoc non proprie dicetur baptisma. Sic dicendum de mari aeneo.

DISTINCTIO IV.

B 128 v **1. Hic dicendum est** [762, 5]. IV distinctio. || **Sacramenta in solis electis** etc. [762, 10]. *a.* Videtur quod accidentale sit sacramento Novae Legis efficere quod figurat, et ita non essentialiter differunt sacramenta Novae Legis et Veteris. Nam in eo
T 148 c qui suscipit sacramentum tantum, || non efficit sacramentum quod figurat: non enim efficit remissionem peccati quam figurat.

---

20 est *om.* T. || IV dist. *om.* EP. 21 sit] fuit T. 22 Novae] veteris T. || ita *om.* E. 23 Veteris] legis *add.* B. 24 sacramentum[1]] in suscipiente (!) P. 25 enim *om.* B. || peccati] peccatorum E. 25-26 quam figurat] que figuratur B, quod figurat EP.

---

[1] *Glossa ordin.* in Ex. 30, 17, ap. Lyranum (I, 196r); ex Beda, *De tabernaculo*, III, c. 14: «Potest quidem hoc labio sive labro... principaliter aqua Baptismatis intelligi, cuius lavacro necesse est purgentur omnes qui ecclesiae ianuas ingrediantur» (PL 91, 495s.).
[2] *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 C); versio Burgundionis: «Peccatorum quidem remissio omnibus similiter per Baptisma datur» (Fl, f. 20b).

Num. 1: anon. Tr, f. 145d-146a. Cf. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 61, 178.

b. Praeterea, videtur falsum quod dicitur hic, nam secundum hoc Baptismus non haberet effectum in praescitis etiam digne accedentibus ad ipsum. Constat enim quod plures parvuli praesciti sunt, quibus valet Baptismus quoad effectum gratiae.

c. Respondemus: sacramenta Novae Legis efficiunt quod figurant quantum in se est, sed impedimentum potest esse ex parte eius qui suscipit, ut de solis illuminatione accidit.

d. Ad aliud dicendum quod duplex est res figurata per Baptismum. Una est figurata in praesenti, scilicet deletio originalis, et actualis ex contritione adulti. Hunc effectum efficit Baptismus in omnibus. Est alia in futuro, scilicet ablutio perfecta in corpore et in anima. Hanc non efficit sacramentum nisi in solis electis habentibus gratiam || finalem. P 162 v

2. Qui vero sine fide accedunt vel ficte [762, 23]. Intellige: si non cum contritione accedunt. Nota quod 'cum contritione' deletur culpa actualis, sed poena in Baptismo remittitur. Unde habetur in capitulo infra: *Solet quaeri de illis* [769, 19], eadem distinctione, et ad Rom. 11, 29, ubi dicitur in Glossa[1]: « Gratia Dei in Baptismo non requirit gemitum vel planctum vel aliquod opus, et omnia gratis condonat » [770, 11-12].

3. Sed quaeritur utrum venialia omnia deleantur in Baptismo. Quod sic, videtur, quia mortalia. — Contra: ponatur quod adultus accedat ad Baptismum, et sit contritus vere super mortalibus et non conteratur de venialibus. Cum ergo nullum peccatum actuale in adulto sine contricione deleatur, venialia non dimittentur, quia actualia; ergo baptizatus statim decedens non evolat. — Respondemus quod in veniali peccato est culpa et poena. Quantum est de culpa, fit deletio in Baptismo contriti super mortalibus. Et contritio omnis debet esse in generali de omni peccato; ratione cuius, cum ipso effectu

1 videtur] esse *add.* P. 2 etiam *om.* A. 4 quibus] tamen *add.* P, non *add.* T. 5 Resp.] solutio quod P. 6 in] ex BEPT. || impedimentum] inpetum A. 7 eius] suscipientis *add.* P. 8 dicendum] respondeo ET. || figurata] significata P, significata vel *praem.* E• 8-9 per... figurata *om.* (*hom.*) A. 9 Una] quidem *add.* P. 11 Est alia] alia vero est P, *om.* est T. || scilicet *om.* AT. 12 in[1] *om.* BEPT. || sacramentum *om.* E. 14 ficte] adulti suscipiunt *add.* P. 14-15 Intellige... accedunt *mg.* A[2]. 15 non B, *om.* AEPT. || cum[2] *om.* P. 16 sed] cuius P. 18 in Glossa *om.* BEPT. 20 aliquod] aliud A. || et] sed ET. 22 quia] quod A. || mortalia] delentur, ergo etc. *add.* P. 24 conteratur] confiteatur BEPT. 25 actuale] male A. 26 dimittentur] ei *add.* E, in hoc *add.* P. 27 quod] quoniam B. 28 fit deletio] fuit deletum B. 29 Et] preterea P. || omnis *om.* B. 30 ratione] huius doloris in contritione et virtute *add.* P.

1 Lombardi in h. l. (PL 191, 1491 A); ex Ambrosiastro in h. l. (PL 17, 154 A).

consequente qui est ex Baptismi virtute, et mortis quae est
A 122b maior poena omni temporali, fit deletio quoad || poenam illorum venialium [a].

4. Ficte [762, 23]. Est accessus fictus multis modis: unus modus, cum adultus sine contritione; qui non credit peccata in Baptismo dimitti; qui praedicat peccata non dimitti in Baptismo; qui discredit articulos fidei. Numerus iste ficte accedentium sic terminatur: fictio et veritas opponuntur; in veritate autem oportet, qui vult sanari, quod credat medicinam a vero medico dari, et quod per illam medicinam confertur sanitas, et quod non contemnat suscipere, et quod doleat de morbo. Per oppositum intelligitur triplex fictio: una in rationali, quoad non credere vel discredere; alia in concupiscibili, quoad non dolere: alia in irascibili, quoad contemptum.

5. Quaeritur de ficte accedente et postea poenitente de fictione. Ponatur enim quod peccet inter tempus baptismi et tempus poenitentiae de fictione. Quaeritur tunc utrum illa peccata deleantur ex virtute Baptismi.

a. Quod videtur, quia recedente fictione habet Baptismus effectum. Sed effectus eius est tollere culpam et poenam quam invenit; ergo tollitur peccatum interim actum quoad culpam et ad poenam. Videtur ergo quod ei valeat fictio: aliter enim non tolleretur poena nisi praecedentium peccatorum.

---

a (3) Item, dicendum quod, quamvis in adulto ad remissionem actualium exigatur motus liberi arbitrii, non dicuntur 'in Baptismo gemitus', propter hoc, quia iste conteritur cum proposito sumendi sacramentum. Unde quodam modo numeratur contritio cum Baptismo (+ B).

---

1 conseq.] sequente E. || est[1] *om.* A. 2 omni *om.* A. 4 Ficte] super ier. *praem. in mg.* A[2], super le *praem.* PT, si quis accedit *praem.* B. 4-5 Est... cum] aliquis ficte accedit uno modo BEPT. 6 dimitti[1]] remitti ET. || peccata *om.* A. 7 discredit] discernit A. || iste] storum P. 8 terminatur] colligitur P. 8-9 in verit. autem] sed in v. P. 9 oportet] quod ille *add.* BEPT (*mg.* A[2]). || quod *om.* BEPT. 10 illam] veram A. || confertur] conferatur P. 11 de morbo *trp. p.* oppositum (12) T. 12 rationali] rationabili BP. 13 non... vel *om.* E. 14 contemptum] contemnere P. 15 Quaeritur] primo queratur E. || postea] de *add.* A, de ficte *add.* E. || de[2]] ipsa *add.* P. 16 peccet] ipsa (!) peccet iterum id est P. 17 Quaeritur *om.* P. || tunc *om.* EP. || illa peccata *om.* E. 19 Quod] sic *add.* P. || quia recced.] recced. enim P. 21 interim] interius AT. || actum *om.* P. 22 ad *om.* BEPT. 23 peccatorum] delictorum B.

Num. 4-5: anon. P, f. 21r; anon. Tr, f. 146a; anon. V, f. 125a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 27-28; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 2 (f. 9c-d); Bonav., hic, p. 1, a. 2, qq. 2-3 (IV, 102ss.).

b. Praeterea, videtur quod Baptismus non tunc habeat effectum: quia si tunc est effectus quoad dimissionem culpae et poenae, necesse est tunc esse aliquam causam coniunctam, ratione cuius fiat illa dimissio; sed haec causa non est susceptio exterioris sacramenti: transiit enim. — Si dicatur quod hoc fit virtute characteris manentis, c o n t r a: cum semper maneat character, adveniente contritione semper delebit poenam omnis actualis; unde pro eo non est satisfaciendum [a].

c. R e s p o n d e m u s ad primum quod non tollitur poena nisi culpae praecedentis Baptismum. Illa enim tollitur, quae tolleretur tunc si contritus accessisset ad Baptismum. De aliis interim factis est satisfactio suscipienda.

d. Ad aliud r e s p o n d e m u s quod causa coniuncta ad delendum poenam peccatorum praecedentium, recedente fictione, est ipsa gratia increata; disponens est ipsa vis sacramenti, scilicet aquae sanctificatae per verbum, imprimentis characterem illius || quae peccata remittit, scilicet Trinitatis. Est ergo causa E 230v illa coniuncta simul, scilicet gratia increata; sed disponens non est simul: causa enim disponens praecedit causatum saepe.

6. Quia nec parvulis sine fide [763, 14]. *a.* A u g u s t i n u s, in libro *De poenitentia* [1]: « Parvulis ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides a quibus offeruntur, ut quascumque maculas per alios a quibus orti sunt contraxerunt, aliorum interrogatione ab eis purgentur ». Ex hoc videtur quod non fiat remissio peccati in parvulis, nisi in parentibus fuerit fides. — Item, ad idem, A u g u s t i n u s [2]: « Alienum est opus cum

a (8) Vel sic: et ita non oportet tali adiungere poenitentiam (+ P).

2 quia si] si enim P, *om.* si T. || effectus] baptismi *add.* P. 3 esse *om.* P. || aliquam] aliam A. 4 fiat] fiet T. 5 enim] scil. sacramentum *add.* P. || fit] sit EP. 6 virtute] ratione E. || cum] iste *add.* P. || maneat] post baptismum *add.* P. 7 character *om.* BEP, semper *add.* A, nec ideo semper *add.* T. || adveniente] cum BEP. 8 eo] actuali E. || est] erit BEP, de cetero *add.* E. 9 Resp. ad primum] ad 1m dicendum P. 10 Illa] ea T. || enim *om.* B, tunc *add.* P. 11 tunc] temporis *add.* P. || Baptismum] sacramentum baptismi prius E. || aliis] ergo peccatis *add.* P. 12 interim] iterum P. || factis] actis B. 13 aliud resp.] illud dicendum P. 15 ipsa[1]] illa P. || disponens] autem *add.* P. 16 imprimentis] imprimens E. 17 illius] baptizato E. || Trinitatis] trinitas ET, totius *praem.* P. 18 simul *om.* P. 21 in *om.* A. 22 a] aut P. 23 alios] aliquos AT. || orti] ceci T, *quod et subdit in mg.* A[2]. 24 Ex hoc] et ideo P.

[1] Sermo 351: *De utilitate agendae poenitentiae*, c. 2, n. 2 (PL 39, 1537). [2] Sermo 294: *De baptismo parvulorum*, c. 11, n. 12: « Credit in altero, quia peccavit in altero » (PL 38, 1342).

Num. 6: anon. P, f. 19r-v; anon. Tr, f. 146b-c; anon. V, f. 125a. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 104s.).

credit per alterum, id est cum habet sacramentum per alterum, sicut alienum opus fuit cum peccavit in altero ». — Respondemus quod, si non fuerit fides in parentibus vel offerentibus, in fide tamen Ecclesiae mundantur. Unde dicit Augustinus in libro *De poenitentia* [1]: « Ita offeruntur parvuli ad percipiendam gratiam spiritualem, non tam ab eis quorum manibus gestantur, quam ab universitate sanctorum. Ab omnibus enim recte offerri intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, et quorum sancta et individua caritate ad communionem Sancti Spiritus adiuvantur ». Ex hoc patet quod in fide Ecclesiae militantis et triumphantis fit divisio; et si militans erraret, in fide triumphantis, fide large sumpta, scilicet pro cognitione, ad Rom. 1, 17: *Iustitia revelatur* etc.

b. Sed quaeritur: ponatur quod primus parens esset infidelis et offerret parvulum: quid tunc? — Respondemus per dictam auctoritatem [2]: adhuc sunt angeli de Ecclesia triumphante, quorum cognitione, quae est loco fidei quae in nobis est, offeruntur et « adiuvantur individua caritate » [a].

P 163 r *c.* Item, Augustinus, *Ad Bonifacium* [3], || super hoc quaerit sic: « Quaeris a me utrum parentes parvulis baptizatis
T 148 d noceant cum eos || daemoniorum sacrificiis exponunt; et si non
A 122 c nocent, quomodo eis prodest || cum baptizantur parentum fides, quorum non potest obesse perfidia ». — Ad quod respondet « tantam illius sacramenti esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum voluptatem carnalem, cum semel fuerit regeneratus per aliorum spiritualem voluntatem, deinceps non possit vinculo alienae iniquitatis adstringi, cui nulla sua voluntate consentit. *Et anima*, inquit, *patris*

a (18) Alii dicunt quod salvabitur in fide Ecclesiae, non quae est, sed quae deberet esse (+ B).

1 credit] creditur AT. || per alterum[1] *om.* AET. || id... alterum *mg.* (*hom.*) AP. 2-3 Resp.] dicendum P. 3 fuerit] fuit T. 4 tamen *om.* BEPT. 6 tam] tamen PT. 9 et *om.* PT. 11 fit divisio *om.* BEPT. || fide] tamen *add.* E. 12 scilicet... cognitione *om.* BEPT. || Rom. 1] ex fide in fidem *add.* P. 14 Sed] contra *add.* P. || ponatur] ponamus B, posito E. 15 et] quod *add.* P. || quid tunc *om.* BEPT. 16 dictam] primam E. || adhuc *om.* P, autem *add.* T. 18 individua] in divina PT, in dimina (!) *add.* A. 19 Item] iuxta predicta *add.* P. 20 sic] sicut AET. 21-22 si... nocent] sic... noceant T. 22 prodest] prodesse potest E. 23 obesse] esse PE. 24 esse *om.* T. 25 per] eorum *add.* P. 25-26 aliorum voluptatem... aliorum] aliquorum voluntatem... aliquorum A. 27 voluntatem] voluptatem EP. || deinceps] deinde T. 27-28 adstringi] vel obstringi *add.* P, obstringi *Aug.* 28 cui] ubi P. || Et *om.* T.

1 Immo in *Epist. 98* (*ad Bonifacium*), n. 5 (PL 33, 362). 2 Augustini, l. c.
3 *Epist. 98*, nn. 1-4 (PL 33, 359-361), pluribus omissis.

mea est, et anima filii mea est; anima quae peccaverit, ipsa morietur, Ezech. 18, 4. Non autem peccat ipsa, cum parentes ipsi nescienti adhibent sacrilegia daemoniorum. Sed ideo ex Adam traxit quod sacramenti illius gratia solveretur, quia nondum erat anima separatim vivens. Iam itaque cum homo in se ipso est, ab eo qui eum genuit alter effectus, alterius peccato sine suo consensu non tenebitur obnoxius. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus ex parentum voluntate vel offerentium fide, sed: *Nisi quis renatus* etc. [1] Aqua igitur exhibens extrinsecus sacramentum gratiae, et Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae, solvens vinculum culpae, reconcilians bonum naturae, regenerant hominem in Christo ex Adam generatum »; sed « parentes, quantum in ipsis est, sunt homicidae ». Quod autem in *Epistola* beati Cypriani martyris narratur [2], « quamdam parvulam, daemonum sacrilegiis per nutricem impactam, Eucharistiam miris motibus respuisse, divinitus videtur factum, ut per illius mirabilem motum parentes intelligerent a quo sacramento [se] poenitentes abstinere deberent ».

7. Tunc valere incipit [764, 16]. Obicitur: quia opus mortuum non reviviscit; sed susceptio Baptismi fuit hominis existentis in peccato: ergo opus mortuum; ergo non 'incipit valere ad salutem'. — Respondemus: est enim ibi opus ipsa actio vel passio, et est opus operatum, scilicet sacramentum. Unum est mortuum, aliud non, quia non est illud opus hominis sed Dei. Impressio enim spiritualis characteris est opus Dei; et haec, facta per aquam sanctificatam invocatione Trinitatis, incipit valere ad salutem; non ipsa passio quae est in Baptismo.

---

1 est[1] *om.* ET. 2 peccat] peccant A. 3 sacrilegia] sacrificia A. 6 eum *om.* ET (*Aug.*). 8 renatus] fuerit *add.* BET. 9 renatus] ex aqua *add.* ET. 12 regenerant] et regenerans E. 14 martyris *om.* PT. 15 daemonum] demoniorum ET. || sacrilegiis] sacrificiis A. 16 miris motibus] nimis B. 17 intelligerent] intelligant A. 17-18 sacramento] non *add.* ET (*interl.* A[2]). 18 poenitentes] ipsi *add.* P, utique poenitendo *Aug.* || deberent *Aug.*, debeant *codd.* 19 incipit] baptismus. Contra hoc *add.* P. 20 sed susceptio] susc. autem P. || hominis *om.* EP, opus *praem.* E. 21 opus *om.* E. 21-22 incipit valere] valet P. 22-23 est... operatum A, est ibi op. ipsa passio vel (ipsa *add.* E) actio, et est op. operatum BET, opus est idem ibi quod ipsa actio et opus quod operatum est P. 24 Unum est] preterea opus P. || illud *om.* P. 25 est *om.* A. 25-26 et haec facta] quod factum P. 26 invocatione] sancte *add.* P. 27 Baptismo] baptizato BP.

---

1 Ioan. 3, 5. 2 Verba sunt iterum Augustini, l. c., narrationem referentis Cypriani, *De lapsis*, n. 25 (PL 4, 484 C-486 A).

Num. 7: anon. P, f. 20v; anon. Tr, f. 146c; anon. V, f. 125b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 28; Alb. Magnus, hic, a. 4. arg. 1 et ad 1 (XXIX, 84b, 85b).

8. Induunt[a] **homines Christum** [765, 4]. Quaeritur, cum homines ficte accedentes induant Christum « usque ad sacramenti perceptionem » [765, 5], utrum habeant ipsum; quia videtur quod sit indumentum et habitus ex quo induunt. — Respondemus quod non. Non enim induunt nisi quoad habitum characteris, in quo habitu non habetur Christus; sed in habitu gratiae, quae est res sacramenti. Est tamen alterum 'habere Christum' et 'habere Spiritum Sanctum'. Illi enim soli habent Spiritum Sanctum, qui habent vitae sanctificationem. Habere autem Christum dicitur secundum quid et simpliciter; quorum unum pertinet ad cognitionem, reliquum ad affectum, ut patet in discretione characteris et infusione gratiae. Discretio enim characteris ad cognitionem, infusio gratiae ad informationem affectus.

B 129 r **9.** || **Sunt et alii** [765, 12]; **tantum eis valet ad dimittenda peccata** [765, 16-17]. Haec auctoritas[1] videtur dicere quod aeque bonus sit baptismus sanguinis et fluminis.

---

a (1-14) **Quaeritur ergo quomodo** [764, 23]; et infra: **Induunt homines Christum** [765, 4]. Quare cum (!) ficte accedentes usque ad sacramentum induunt Christum: videtur enim quod habeant Christum. — Respondeo quod non, quia [non] induunt Christum nisi quoad habitum characteris, in quo non habetur Christus; sed in habitu gratiae, quae [est] res sacramenti, habetur Christus. Alterum tamen est habere Christum, et alterum est habere Spiritum Sanctum, quem illi soli habent, qui habent vitae sanctificationem sive gratiam inhabitantem. Habere autem Christum tum dicitur secundum quid, tum simpliciter; quorum unum pertinet ad cognitionem, scilicet discretio characteris; alterum vero ad affectus informationem, scilicet infusio gratiae (P).

---

2 usque *om.* A. 3 perceptionem] perfectionem T. || utrum] an B, *om.* ET. || quia] et T. 4 quod sit] si B. || et *om.* T. || induunt] eum *add.* E. 7 quae] qui A. 9 Sanctum] scilicet *add.* T. 11 affectum] effectum ET. 11-12 ut... gratiae *om.* BET. 15 alii] et sequitur *add.* A^2. 15-16 dimitt. peccata] discretionem P. 16 Haec... dicere] per hoc videtur P 17 et] ut BEP. 18-28 Quaeritur... gratiae *ita loco* Induunt... affectus (1-14) P.

---

[1] Augustini, *De civit. Dei*, XIII, c. 7: « Tantum eis valet ad dimittenda peccata (martyrium), quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis » (PL 41, 381).

Num. 8: anon. P, f. 21r; anon. V, f. 125b. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 4 (IV, 105). — Num. 9: anon. P, f. 21r; anon. Tr, f. 146c-d; anon. V, f. 125b. Cf. Hugo de S. Caro hic (cod. Assis. 131, f. 127d-128a), ubi legitur et additio mg. cod. A; Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2 (IV, 108s.).

a. Contra, in Iudic. 6, 26, de Gedeone: *Tollesque taurum*, ibi dicit Beda [1]: « Baptismus in sanguine puriores facit quam baptismus aquae »; ergo melior est. — Praeterea, bonum acquisitum baptismo sanguinis non potest dimitti; acquisitum baptismo aquae potest; ergo hic melior illo.

b. Contra: baptismus aquae universalior, quia pluribus est causa salutis. — Praeterea, virtute Baptismi confertur gratia; virtute martyrii non, sed collata augetur aut roboratur. — || Praeterea, baptismo aquae imprimitur character, non baptismo sanguinis. A 122 d

c. Respondemus quod baptismus iste et ille excedentes sunt et excessi quoad plura. In genere magis valet baptismus aquae. Magis tamen valet [simpliciter] baptismus sanguinis [a]. Valet enim, secundum Ioannem Damascenum [2], baptismus sanguinis ad munditiam inseparabilem; unde vocat eum « valde bonum, eo quod postea non inquinatur sordibus ». Et ad hoc refertur quod dicitur in Glossa Bedae, || quod 'facit puriores'. Praeterea, totaliter fomes exstinguitur in martyrio; in baptismo vero aquae solum diminuitur. E 231 r

d. Ad aliud, quod in baptismo aquae confertur gratia et ita melior, dicendum est quod non sequitur. Nam in martyrio

---

a (13) quia statim facit evolare, et sic [non] impeditur eius effectus; sed in baptismo fluminis quandoque impeditur: pauci enim effectum Baptismi immaculatum custodiunt (+ *mg.* A²).

---

1 in] super P. || de Gedeone *om.* P. 1-2 taurum] etc. *add.* BP. 2 ibi dicit *om.* P. || Beda] vel Adamantius *add. mg.* A². || in sanguine] sanguinis BP. 3 aquae] in aqua EPT. || ergo *om.* A. 3-5 Praeterea... illo *trp. p.* roboratur (8) P. 4 dimitti] amitti BP, bonum autem *add.* P. 5 hic] ille P, est *add.* EP. || illo *om.* P, ergo non eque bonus *add.* B. 6 universalior] utilior E, est *add.* BP. || quia] et P. 7 est *om.* PT. 8 virtute... non] non autem v. m. P. || aut] vel P, et aucta B. 9 non] autem *add.* P. 10 sanguinis] ergo ut prius *add.* P. 11 quod... ille *om.* P. 12-13 quoad... sanguinis] Ad plura in genere magis valet bapt. aque, bapt. sanguinis ad quoddam magis valet E, bapt. aque valet quoad plura, tamen bapt. sang. magis valet P. 14-15 Valet... sanguinis] ut enim dicit Io. Dam. valet P, ergo *pro* enim ABET. 15 ad] quoniam T. || munditiam] medicinam BP, valde *add.* P. || vocat] nominat T. || eum] illum P. 16 bonum] beatum BE, *om.* P. || postea] secundis BEPT. 16-17 Et... puriores] ad quod refertur q. dicit Beda super Iud. 6 P. 18 fomes] peccati *add.* T. 19 vero] autem P, *om.* E. || solum] tantum E. 20-21 Ad... sequitur] etsi autem gratia collata per bapt. aque que (!) maior omnibus istis, non tamen melior simpliciter P, *om.* est E. 20 aliud] dicendum *add.* A.

---

1 *Glossa ordin.* in Iudic. 6, 3: « Baptismus enim sanguinis solus est qui nos puriores reddit quam aqua baptismi »; ap. Lyranum (II, 38v), ex Origene (non Beda) in h. l., hom. 7, n. 2, (PG 12, 980 C). 2 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1123 C). Cf. supra, d. 3, n. 12.

roboratur vel augetur gratia iam exsistens: sicut ergo Baptismus non efficit gratiam, sed disponit ad eam; ita martyrium non efficit augmentum, sed ad ipsum disponit: in hoc nobilius quia non potest suscipi sine gratia; quod potest Baptismus.

10. Sed pro meritis etc. [766, 6]. *a.* Ex hoc videtur quod sua passione non meruit. — Praeterea, si hoc verum est, sua passio non fuit martyrium, cum videatur Hieronymus[1] dicere quod sua passio fuerit martyrium, dicens: « Christus in paradisum de cruce latronem intulit[2]; et ne quis aliquando seram putaret conversionem, fecit homicidii poenam martyrium ».

b. Respondemus: aliud fuit passio in eo, aliud voluntas sustinendi eam. Licet ergo passio non esset satisfactoria pro culpa, voluntas tamen informata caritate fuit meritoria vitae aeternae.

c. Ad aliud dicendum quod passio eius reputata fuit pro martyrio, licet non esset, quoad effectum. Cum enim in eo esset
P 163v prius culpa et esset debitor || poenae, virtute fidei formatae remittebatur culpa, et virtute passionis voluntariae poena. Et ita vicem martyrii quoad satisfactionem, non quoad principalitatem coronae supplevit [a].

11. Quia quem regeneraturus eram etc. [766, 28]. Peccavitne Ambrosius differens Baptismum cum ille instanter pe-

a (21) Unde latro ille non habuit aureolam. Aureola enim solum illi debetur qui pro confessione nominis Christi voluntarie suscipit poenam (+ B).

1 iam exsistens *om.* P. 1-2 Baptismus] aque *add.* P. 3 efficit] ipsum *add.* P. || in hoc] et *praem.* ET, autem est *add.* P. 4 quia] quod BP. || suscipi] martyrium *add.* P. || Baptismus] aque *add.* BE. 5-8 Sed ... dicens] neque enim latro ille pro nomine Christi sed etc. Videtur ergo quod non meruit sua passione; ergo sua passio non f. ei martyrium. Contra P, secundum *pro* Ex (5) T. 7 videatur] videtur A. 8 fuerit] fuit A. 10 conversionem] vel tardam *add.* E. 12 eo] illo P. 13 eam] penam E. || Licet] etsi P. || non *om.* BEPT. 14 informata] sustinendi informata fide et P. 16 Ad... fuit] passio autem eius computata est P. 17 effectum] principaliter *add. mg.* T. || enim *om.* B. 20 ita] supplevit *add.* P. 20-21 non q. principalitatem] pene etiam quoad dignitatem P. 22-23 Quia... Peccavitne] ventrem meum doleo. Sed peccavitne beatus P, *om.* etc. ET. 23 differens] differendo EP. || instanter *om.* P.

1 *Epist. 16* (*ad Damasum*), n. 1 (PL 22, 358); in *Decreto* Gratiani, de poen., d. 1, c. 58 (I, 1174). 2 Luc. 23, 40-43.

Num. 10: anon. P, f. 22r; anon. Tr, f. 146d-147a; anon. V, f. 125c. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 1 (IV, 116). — Num. 11: anon. P, f. 22v; anon. Tr, f. 147a; anon. V, f. 125c. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 2 (IV, 116).

teret [1], et numquid non peccaret aliquis modo si sic differret? — Respondemus: non peccavit. Tunc enim erat consuetudo Ecclesiae exspectare propter reverentiam sacramenti usque ad Pascha vel Pentecosten; neque imminebat tunc in eo periculum mortis. Sed modo peccaret, quia mutata est consuetudo propter periculum *a*.

12. Quia est baptismus in aqua et sanguine et poenitentia [767, 11]. *a*. Quaeritur utrum baptismus sit solum in aqua, et non in sanguine vel in poenitentia. Quod non, ad Hebr. 6, 2: *Baptismatum*, Glossa [2]: || « Est baptismus » etc., sicut hic dicitur [3], « quia sic mundatur homo per poenitentiam vel per martyrium sicut per aquam baptismi ». T 149a

b. Sed quaeritur utrum in baptismo sanguinis vel poenitentiae imprimatur character. Quod videtur, quia plus est efficere gratiam quam imprimere characterem. Si ergo facit quod plus est et ad quod reliquum est dispositio, videtur similiter efficere reliquum. — Quod non imprimatur character, habetur, quia, secundum hoc, diversi characteres ad idem imprimerentur in diversis baptismatibus. — Praeterea, cum propter impressionem characteris non fiat iteratio sacramenti, non liceret prius poenitentem post baptizari in aqua et Spiritu.

a (6) Item, forte Ambrosius propter aliquam evidentem utilitatem exspectavit, quia credebat per ipsum plures alios fieri Christianos secum (+ B).

1 et *om.* T. || numquid... differret] si aliquis sic nunc differret nonne peccaret P. 2 peccavit] beatus Ambrosius *add.* P. || Tunc enim] quia tunc P. 3 Ecclesiae... propter] differre baptismum ob P. 4 vel] et P. || imminebat... eo] tunc erat in illo P. 5 peccaret] sacerdos differens *add.* P. || mutata] nunc P. 6 periculum] pericula emergentia P. 7 Quia *om.* P. || et[1]... poenitentia *om.* AET. 8 utrum] an P. || sit *om.* P. 9 in[2] *om.* ET. || non] videtur *add.* P. 10-11 etc. ... sic] in aqua et sang. et penitentia. sic enim P. 11 poenitentiam] miscricordiam P. 11-12 martyrium... aquam] sanguinis effusionem... lavacrum P (*Glossa*). 14 Quod] sic *add.* P. 14-16 plus... est[1]] amplius faciunt, scil. infundunt gratiam P. 16 et *om.* AP. 16-17 videtur... reliquum *om.* P. 17 reliquum] relationem A. || Quod] sed quod E, quod autem P. 17-18 character... hoc] videtur: sic enim P. 18 hoc *om.* A. 19 bapt.] baptizantibus A. 20 prius *om.* P. 21 post] et post A, *om.* BEPT.

1 Scilicet Valentinianus, qui catechumenus mortuus est. Cf. *De obitu Valentiniani*, nn. 27-29 (PL 16, 1367s.). 2 Lombardi in h. l.: « Pluraliter dicit, quia est baptismus in aqua, in poenitentia, in sanguine, quia sic mundatur... lavacrum baptismi » (PL 192, 440 C-D); *Ordin.*, ib., ap. Lyranum (VI, 143r). 3 Initio huius dubii.

Num. 12: anon. P, f. 23r; anon. Tr, f. 146d; anon. V, f. 125c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 2 (f. 9a); Bonav., hic, p. 2, dub. 3 (IV, 116).

c. Item quaeritur, si martyrium supplet vicem Baptismi,
A 123 a ratione cuius || quod sit in illo: utrum poenae aut fidei.

d. Respondemus ad primum: Baptismus dicitur simpliciter de baptismo aquae, secundum quid de aliis. Unde invenitur aliquando 'baptismus', nullo addito, pro baptismo aquae; quod non est de aliis. Unde non est divisio baptismi per species. Unde in Glossa[1] ad Hebr. 6, 2, super eumdem textum: « Non ideo dicitur baptismus fieri in sanguine aut poenitentia, quod sacramentum Baptismi celebretur, ut in aqua accedente verbo; sed quia vicem Baptismi supplet effusio sanguinis pro nomine Christi et fides in poenitentia: ibi dumtaxat ubi articulus necessitatis, non contemptus religionis sacramentum excludit ».

e. Ad secundum dicimus quod in baptismo sanguinis et poenitentiae non imprimitur character baptismalis. Imprimitur tamen quoddam signum in martyre, cui respondet aureola. Nec sequitur: 'facit quod plus est, ergo quod minus'; nam quantum ad perpetuitatem character praeeminet gratiae. Non tamen simpliciter est character, qui est impressio spiritualis in anima, respondens impressioni spirituali in aqua.

f. Ad tertium dicimus per illud Bernardi in *Epistola ad Hugonem de S. Victore*[2]: « Si martyrium vicem Baptismi implere conceditur, non plane facit hoc poena, sed fides. Nam absque ipsa, quid est martyrium nisi poena ? Quae ergo martyrio praestat ut pro Baptismate reputetur, ipsane erit [ita] infirma per se, ut quod dare alteri valet, ipsa non valeat obtinere » ? « Dico autem quantum ad salutis obtentum, et non quantum ad meriti cumulum ».

---

2 ratione... fidei] quid sit illud quod vicem suppleat in martyrio: aut penitentia aut fides P. || illo] martyrio BET. 3 ad primum *om.* P. 4 aquae *om.* P. || de aliis] vero de baptismo penitentie et martyrii P. 5 aliquando baptismus *om.* P. || addito] poni *add.* P. 6 quod n. est] non sic P. || non... baptismi] intelligendum est hanc divisionem non esse P. 7-8 in... textum] glossa super idem Hebr. 6 P. 9 ut] nisi T. 11 fides in poenit. AB, fides cum p. ET, pen. cum fide P. 12-13 sacramentum] baptismi *add.* P. 14-15 Ad... poenitentiae] et sciendum quod in penit. vel martyrio P. 16 martyre] martirio A. 17 facit... est *om.* B. || ergo] et *add.* P. || minus] est *add.* T. || nam *om.* T. 18 tamen] autem P. 19 est[1]] Est autem BEPT. 21 tertium] ultimum B. || dicimus... Epistola] responsio Bernardi P, *om.* per illud Bern. A. 22 Baptismi] supplere vel *add.* B. 23 plane] plene E. || poena] penitentia P. 24 absque *om.* A. || ipsa] illa P. 25 Baptismate] baptismo PT. || ipsane] ipsa namque P. 26 alteri] non *add.* P. || valeat obtinere] obtineat P. 27 et non] non autem P (*Bern.*), *om.* et BET.

---

1 Lombardi in h. l. (PL 192, 440 D); *Ordin.*, ib., ap. Lyranum (VI, 143r). 2 *Tract. de baptismo*, c. 2, n. 8 (PL 182, 1036s.).

13. Non modo per aquam [767, 14]. *a.* Quaeritur: in baptismo poenitentiae numquid evolabit, si decesserit sic baptizatus, sicut qui regeneratus per aquam et Spiritum ? - Et praeter hoc, si tam poenitens quam martyr baptizatur, et accidat quod uterque sit debitor poenae, propter quid martyr evolat, et non poenitens necessario ? — || Praeterea, propter quid poenitentia et E 231 v martyrium supplent vicem regenerationis Baptismi in iis in quibus non contemnitur sacramentum salutis ?

b. Respondemus ad primum quod non evolabit poenitens necessario, quia debitor est poenae et « aut homo aut Deus punit », ut infra, de poenitentia [875, 22-23]. Non sic autem est in baptismo aquae. Poena enim aufertur ibi virtute passionis Christi, ut in tertio libro, XIX distinctione, cap. *Peccata quoque nostra, id est poenam peccatorum*, ubi dicitur : « Quia per ipsius poenam, quam in cruce tulit » etc. [637, 9-10].

c. Ad aliud dicimus quod aliter est in martyrio et poenitentia. Poena enim martyrii maxima est inter poenas temporales, et ideo satisfactoria pro omni temporali iniuncta, addito dolore spirituali qui est ex parte sensualitatis in anima. Poena vero quae est in contritione non est maxima; unde, cum ipsa non sufficiat ad satisfactionem, necessarium est aliquod cremabile secum deferre ad purgatorium.

d. Ad tertium dicimus quod ista duo supplent vicem Baptismi in casu. Nam poenitentia solvit a culpa actuali, et per consequens ab originali, et est satisfactoria pro poena temporali. Quantum ergo ad hos duos effectus supplet vicem Baptismi. Sunt autem et alii; quantum ad illos non supplet. Eodem modo est de martyrio, quod virtute fidei remittitur culpa, virtute vero poenae voluntariae fit satisfactio pro poena.

---

1 aquam] sed sanguinem et penitentiam *add.* P. 2 decesserit] decedat E. 3 qui *om.* P. || regeneratus] regeneratur BT. || Spiritum] sanctum *add.* T (*interl.* A^2). || praeter hoc] preterea P. 5 sit] est T. 6 quid] hec duo *add.* P. 7-8 regenerationis... salutis] baptismi quoad regenerationem in non contemnentibus P. 9 ad pr. quod *om.* P. || evolabit] evolat E. 9-10 poen. necessario] necessario baptizatus baptismo penitentie P. 10 et aut] aut enim P. 11 ut... poenitentia *om.* P. 11-12 autem *om.* P. 12 in] de T. || Poena... ibi] in quo pena aufertur P. 13 ut in] sicut supra P. 14 id... peccatorum *om.* P. 15 tulit] sustinuit B. || etc. *om.* P. 16-17 Ad... enim] non est simile de bapt. martyrii et penitentie, quia pena P. 16 dicimus] dicendum E. || aliter] aliud A. 17 est *om.* A. 18 et ideo] unde est P. || omni *om.* A. 19 vero] autem E. 20-22 cum... deferre] nec quandoque sufficit ad s. Quia ergo Deus punit quod homo non punit, secum defert cremabile P. 21 ad] omnem *add.* E. 23 Ad... duo] hec autem P, dicendum *pro* dicimus T. 26 Quantum... effectus] quoad duos eff. hos ergo P. 27 Sunt... supplet] etsi non ad multos alios P, *om.* et BET, quos *pro* illos BET. 28 de... culpa] martyrium virt. f. remittit culpam P. 29 vero... fit satisfactio] autem... satisfacit P, *om.* vero BET, *om.* voluntariae A.

Num. 13: anon. P, f. 23r; anon. Tr, f. 147b-c; anon. V, f. 125c.

14. Supplet Omnipotentis benignitas [768, 8-9]. *a.* Quaeritur utrum talis habeat characterem, scilicet praeventus morte habens voluntatem. Et videtur, quia « Omnipotentis » etc., quae per se imprimit characterem. — Praeterea, si ex aliqua causa iusta et non ex contemptu differat, numquid salvabitur ? —
A 123 b Praeterea, fit || argumentatio talis: sint hic duo in pari caritate, et uterque habeat propositum baptizandi; et unus baptizetur, reliquus non. Penes caritatem et intentionem iudicatur meritum; ergo tantum meretur iste quam ille. Sed iste per meritum suum evolat; ergo et ille.

b. Respondemus ad primum quod non imprimitur character. Hic est enim specialis effectus sacramenti. Quod autem hic dicitur: 'Supplet' etc., refertur ad effectum gratiae et dimissionem culpae.

c. Ad aliud dicimus quod illud est sacramentum necessitatis; et ideo non est differendum cum homo potest. Tamen, si iusta causa differat et non possit in morte baptizari, cum ta-
P 164 r men || velit, ex misericordia confertur ei salus. Iusta autem causa est, si credit per ipsam exspectationem multos ad Baptismum venire.

d. Sed numquid [non] valet ei tantum voluntas quantum actus, cum voluntas pro facto reputetur ? Matth. 12, 34, Glossa[1]: « Quantum intendis boni, tantum facis »; et 57 Ps., 3 : *Etenim in corde iniquitates* etc., Glossa[2]: « Quidquid vis et non

2-3 scilicet... voluntatem *om.* P. 3-5 Et... differat] videtur per hec dicta, quia si adesset sacramentum, imprimeret caracterem. Preterea si aliquis differat ex iusta causa ut baptizetur, non autem contemptu, si moritur interim P. 3 quia] quod ET. 6 fit... talis *om.* P. || sint *om.* T. || hic *om.* P. 7 et... baptizandi] uterque habeat voluntatem baptizandi et propositum E. || baptizetur] baptizatur A. 8 reliq. non] et rel. non B, et alter non E, alter vero non P, inde sic *add.* E. 9 iste] hic P. || quam] quantum BEP. || Sed... suum] si hic moriens statim P. 10 evolat] evolabit BEPT. || et *om.* E. || ille] illa A. 11 ad pr. quod *om.* P. 12 character] tali *add.* P. || specialis] spiritualis A. || effectus] illius *add.* P. 13 Supplet] omnipotentis *add.* P. || et] ad *add.* P. 15-16 Ad... ideo] quia autem hoc est sacr. necessitatis P. 16 Tamen] potest dici *add.* B. || si] ex *add.* P. 17 et... morte] nec p. ante mortem P. 19 est *om.* T. || credit... expectationem] per ipsius baptismum credit vehementer P. 21 ei] eis P. 22 reputetur] reputatur A, super illud *add.* P. || Glossa *om.* BEPT. 23-24 Quantum... Glossa *mg.* (*hom.*, tantum *pro* Quantum) A^2. 23 facis] super illud: non potest arbor etc. *add.* P. || 57 Ps.] in 57 Ps. super versum P. 24 etc.] operamini in terra E, *om.* T, dicit *add.* B.

[1] *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 43r). [2] Lombardi in h. l. (PL 191, 535 B); ex August. in h. l. (PL 36, 677).

Num. 14: anon. P, f. 24r; anon. Tr, f. 147c-148a; anon. V, f. 125d. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 129d); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 35; Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 106s.).

potes, Dominus factum reputat». — Respondemus quod alius est effectus Baptismi, et alius operationis suscipiendi Baptismum. Deletio autem poenae satisfactoriae debetur sacramento suscepto, non ipsi susceptioni. Unde, licet [morte praevento] remittatur poena aeterna, tamen adhuc est debitor alicuius temporalis. Concedendum autem est quod tantum meretur unus quantum alius. Non enim per meritum evolat iste, sed per virtutem sacramenti, quod sacramentum ex virtute passionis Christi delet omnem poenam satisfactoriam.

e. Sed numquid non habebit iste gloriam specialem de charactere quem habet baptizatus, quam non habet ille[a] ? — Respondemus quod non est hoc de substantia principalis praemii, quod respondebit caritati.

15. || **Sunt alii** etc. [765, 12]; **aeterno supplicio** [769, 4]. B 129 v E 232 r

a. Ex hoc videtur quod parvuli decedentes in originali sint debitores poenae sensibilis. — Praeterea, quaeritur si parvuli decedentes in originali cognoscant se carere visione Dei; et si sic, tunc videtur quod actualiter puniantur.

b. Solutio: large sumitur hic supplicium, ut dicatur supplicium privatio perpetua alicuius boni quod anima apta nata est habere. — Ad aliud dicimus quod, si habent usum virtutis || cognitivae, licet cognoscerent se carere, non propter hoc T 149 b dicerentur habere poenam actualem. Actualis enim dicitur respectu alicuius agentis in animam.

a (11) Alter qui nondum est baptizatus. Quia si non, ad quid imprimitur character, et ad quid tantae ponitur esse dignitatis, cum non amplius valeat habenti quam non habenti (+ E).

1 quod *om.* P. 2 et alius] alius autem P. 3 debetur] ipsi *add.* P. 4 suscepto *om.* BET. || ipsi] autem P, sed *add.* A. || Unde] quoniam E. 4-6 licet... temporalis] hic est adhuc debitor pene alicuius temp. licet ei remittatur eterna. Et P. 5 aeterna] omnino ET. 6 autem] tamen T, *om.* AP. 6-7 tantum... quantum *trp.* P. 7 enim] autem B, tamen P. 8 sacramentum *om.* P. 10 non habebit *om.* T. || iste... specialem] hic baptizatus spiritualem gratiam P. 11 habet[1]] iste *add.* B. || baptizatus... ille *om.* P. || quam] quem BE. 12 quod *om.* P. || hoc de *trp.* P, *om.* hoc T. 13 respondebit] respondebat *codd.* 14 Sunt... etc. *om.* BP. || supplicio] etc. *add.* E, puniendos *add.* P. 16 sensibilis *om.* T, quam determinat supplicium *add.* P. || Praeterea] item P. 16-17 si... originali *om.* P, peccato *add.* T(*mg.* A[2]). 18 sic] hoc BEPT. || tunc *om.* P. || videtur quod *om.* B. || act. puniantur] habeant actualem penam P. 19-20 Solutio... privatio] respondeo: non dicitur hic supplicium proprie sed extenso vocabulo, scil. pro privatione P. 19 sumitur] dicitur BET. 19-20 ut dic. supplicium] scilicet E, ut d. hic supp. T. 20 perpetua *om.* A. || apta *om.* E. 21-22 Ad... cognitivae] et nota P. 21 dicimus] dicendum E. || habent] habeant E. 22 licet] etsi P, et *praem.* E. 22-23 propter... habere] tamen haberent P. 23 Actualis... dicitur] que est P, pena *add.* E. 24 animam BP, anima AET, ipsam *praem.* P.

Num. 15-16: anon. P, f. 25r; anon. Tr, f. 148a-b; anon. V, f. 126a. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 5-6 (IV, 117s.).

16. Cum orat Ecclesia pro fidelibus [769, 9]. Ex hoc videtur quod Ecclesia orat pro parvulis qui statim evolant, cum dicat Augustinus[1] de sanctis, quos constat esse sanctos, quod iniuria fit eis cum pro eis oratur. Nam effectus orationis duplex est: aut pro bonis impetrandis, aut malis amovendis; quorum neutrum competit parvulis decedentibus in baptismali innocentia. — Respondemus quod non orat Ecclesia distincte pro parvulis. Unde non fit specialis oratio pro parvulo defuncto, sed oratio generalis pro fidelibus defunctis, « a quorum consortio non separantur » parvuli [769, 9].

17. Solet quaeri [769, 19]; **iam remissis peccatis** [769, 21-22]. *a.* Quaeritur utrum Baptismus habeat plenum effectum remissionis peccatorum sine resurrectione Christi. — Quod non, videtur: I ad Cor. 15, 29: *Qui baptizantur pro mortuis*, Glossa[2]: « Si Christus non resurrexit, in Baptismo non fit peccatorum remissio ».

b. Quod videtur falsum, quia, secundum hoc, Baptismus Christi non deleret culpam ante resurrectionem Christi neque poenam, et ita minor esset effectus Baptismi quam circumcisionis tunc. — Praeterea, virtus passionis Christi delevit poenam originalis peccati, et Baptismus ex virtute gratiae delet culpam; et ita plena remissio quoad culpam et poenam fit praeter resurrectionem Christi.

c. Respondemus: remissio quoad poenam dicitur du-
A 123 c pliciter. Est enim || poena quae est carentia visionis Dei, et haec retorquetur ad cognitivam vim animae. Est iterum poena alia ipsius fomitis peccati, quae retorquetur ad vim

1 pro fidelibus *om.* P. 2 orat] oret BE. || qui... evolant] statim evolantibus P. 3 quos... sanctos *om.* P. 3-4 quod... oratur] iniuriam facit martyri cum quis orat pro eo P. 4 cum] dum E. || duplex *om.* BET. 5 est: aut *trp.* E, aut enim P, *trp.* est *p.* amovendis B. || aut[2]] pro *add.* E. 6 neutrum] talibus *add.* P. || competit] convenit BE. || decedentibus... innocentia *om.* P, *om.* baptismali T. 7 quod *om.* P. 9 oratio *om.* BEP. || fidelibus *om.* E, || defunctis *om.* ABT. || a *om.* A. 10 parvuli] baptizati *add.* E. 11 quaeri] et infra *add.* P. || peccatis] per fidem et contritionem *add.* P. 13-14 videtur] habetur BET, ex glossa P. 14 ad *om.* BEP. || mortuis] mortuo AEPT, etc. ibi *add.* P. 18 deleret] delet A. || Christi] eius BEPT. 18-19 neque poenam] delevit penam A, *quod corr.* T, *om.* BEP. 19 ita] sic P. 20 tunc] in illo tempore P, temporis *add.* B. 22 quoad... poenam *om.* P. 24 dicitur] fit E. 25-26 et haec] que P. 26 ad P, quoad ABET. || iterum] etiam E, enim P. 27 poena *om.* P.

1 *Sermo 159*, c. 1, n. 1: « Iniuria est enim pro martyre orare » (PL 38, 868); hic in litt., d. 45, c. 2 (p. 1007, lin. 30). 2 Lombardi in h. l. (PL 191, 1682 D).

Num. 17: cf. anon. P, f. 25v; anon. Tr, f. 148b-c.

motivam. Est tertia poena ipsius corporis coniuncti cum anima, scilicet debitum moriendi. Prima poena deletur virtute passionis, et diminutio etiam fomitis fit virtute passionis et ipsius Baptismi; remissio vero quantum ad debitum aeternae mortalitatis fit in Baptismo virtute resurrectionis.

18. Fomes quoque peccati in eo [770, 2]. *a.* Contra, ad Rom. 13, 12: *Nox praecessit, dies autem appropinquavit*, Glossa [1]: « Vetus homo praeteriit, id est fomes, in Baptismo ». Non ergo manet fomes post Baptismum. — Praeterea, ad Rom. 6, 6: *Ut destruatur corpus peccati*, Glossa [2]: « Per Baptismum id agitur, ut vetus homo crucifigatur et corpus peccati destruatur ».

b. Sed solvitur per illud quod sequitur in ipsa Glossa [3], ubi dicitur: « Non ita ut in ipsa vivente carne concupiscentia respersa et innata absumatur, sed ne obsit mortuo quae inerat nato. Si enim post Baptismum in carne [vixerit], habet concupiscentiam cum qua pugnet eamque Deo adiuvante superet ».

c. Respondemus quod fomes dicitur 'praeterire in Baptismo' ratione maculae originalis vel ratione dominii; non quin maneat ibi fomes ut est poena et ut est, quantum est de se, inclinativum ad peccatum [a].

---

a (21) Nota: fomes aliquando nominat corruptionem vitiosam quae est in carne; aliquando illam quae est in anima, quae est poena concomitans originale peccatum; aliquando nominat hanc corruptionem cum ipsa originali culpa, cuius est poena. Hoc tertio modo acceptus, fomes

---

1 motivam] mortuam A. || tertia... ipsius] alia... que est P. 2 scilicet] necessitas sive *add.* P. || moriendi] et huiusmodi *add.* B. 3 et... etiam] diminutio etiam ipsius E. || et... passionis *mg.* (*hom.*) A2, et secunde similiter que est fomitis fit deletio virt. passionis T. || virtute] ipsius *add.* B. || ipsius] etiam B, *om.* P. 4 vero] autem E. || quantum... debitum] debiti P. 6 eo] amplius debilitatur *add.* BP. || ad] super P. 7 dies... appropinquavit] etc. P, etc. *add.* B. 8 fomes] peccati *add.* P. 9 manet] videtur quod maneat P. || Praeterea, ad] item super P. 12 Sed solvitur] respondeo P, *om.* sed E. || ipsa] eadem P. 13 ubi dicitur *om.* P. || ipsa] ipso E. || vivente] iuventute P. || carne B, *om.* AEPT. 14 absumatur] observatur AT, observetur E, et non sit *add.* B. 15 quae] qui A, quod ET. 18 Resp. q. fomes] fomes ergo P. 19 vel... dominii *om.* E, *add.* ipsius *a.* dominii P. 19-20 non quin] non quod non E, et quod T. 20 ut[1]] prout PT. || ut est[2] *om.* P. 21 inclinativum] in malum et *add.* T.

---

1 Lombardi in h. l.: « Vetus homo qui in baptismo praeteriit, scilicet fomes peccati » (PL 191, 1510 B-C). 2 Lombardi in h. l. (PL 191, 1404 C); ex August., *De peccatorum meritis et remissione*, I, c. 39, n. 70 (PL 44, 150). 3 Ultimo citata.

Num. 18: anon. P, f. 26r; anon. Tr, f. 148c; anon. V, f. 126a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 36; Bonav., *In II Sent.*, d. 32, a. 1, q. 1 (II, 759ss.).

19. Nota quot sunt effectus Baptismi. In adulto contrito: augmentum virtutis ad agendum, debilitatio fomitis, impressio characteris, communitas supernae societatis, immunitas exterioris satisfactionis, remissio venialis forte post contritionem et ante Baptismum commissi, robur ad resistendum, plena remissio, absolutio ab obligatione qua prius homo tenebatur baptizari. — In parvulo vero plena remissio originalis peccati, collatio virtutum [quibus] est in habitu potens, non operans, debilitatio fomitis, impressio characteris, remissio venialis si aliquod in illa aetate contrahitur, incorporatio Christo.

20. *a.* Qui autem et quot sint effectus Baptismi, dicit Ioannes[1], scilicet quinque: unus est remissio peccatorum, alter regeneratio, tertius sigillum, quartus custodia, quintus illuminatio. — Potest autem quaeri de quatuor qui ad bonum pertinent, scilicet de ultimis, utrum ex parte Baptismi habeant eamdem causam aut differentem, et qualiter differant inter se.

b. Respondemus: ad regenerationem disponit aqua per virtutem regenerativam quam contulit ei tactu suae carnis qui venit ad regenerandum, scilicet Christus. Ei autem competebat regenerare spiritualiter, cuius genitura aeterna et tem-
E 232 v poralis. Ad effectum || sigilli disponit impressio spiritualis aquae per invocationem Trinitatis. Custodia autem est a malo

---

dicitur 'praeterire in Baptismo' quoad maculam originalis. Primo et secundo modo acceptus, dicitur 'praeterire' ratione dominii; quia prius fuit in summo et dominari poterat, sed per Baptismum debilitatur (*nota mg.* A[3]). — Nisi forte divino miraculo, sicut dicit ibidem Glossa[2] (+B).

---

1 Nota] item *praem.* P. || quot] quod AE, qui B. 2 ad] bene *add.* P. 3 supernae] fraterne EP, eterne B. 4 venialis] peccati *add.* E. || forte *lacuna* P. 6 homo *om.* P. 6-7 baptizari] obligari P. 7 vero *om.* P. 8 est in habitu *om.* ET, *om.* est B. || non] ut P. 9-10 aliquod... contrahitur] quod... contractum est P. 10 Christo] Christi ET. 11 Baptismi *om.* BET. 11-12 Ioannes] Damascenus *add.* BEP. 12-13 scilicet... illuminatio] quorum unus remissio, regeneratio, sigillum, custodia, illuminatio P. 14-15 de... ultimis *om.* P, de q. ultimis qui ad b. p. E. 15 utrum] an P. 16 aut] an P. || et] preterea P. 18 ei E, sibi B, *om.* APT, Christus *add.* E. 19 regenerandum] spiritualiter *add.* P. || scil. Christus *trp. p.* qui E. || Ei autem] cui recte P. 19-20 competebat] conveniebat E. 20-21 regenerare... disponit *om.* P. 20 spiritualiter] specialiter BT(*corr. ex* spiritualiter T). 22-1 (p. 89) per... aquae *mg.* (*hom.*) A[2].

---

1 Damascenus, *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 C); versio Burgundionis (Fl, f. 20b). Cf. supra, d. 3, n. 6, § *f.* 2 Citata p. 87, nota 2.

Num. 19: anon. P, f. 26r; anon. V, f. 126a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 35 (p. 38, lin. 15-20). — Num. 20: anon. P, f. 26r.

et in bono, ad quam disponit sanctificatio aquae. Illuminatio vero est ad bonum, ad quam disponit lux spiritualis in transparentia aquae, quae est signum illuminationis spiritualis in anima. — Item, ex parte subiecti sic : pertinet autem regeneratio ad substantiam animae; sigillum autem in quantum est || imago P 164 v
Trinitatis. Cum autem non sint nisi duae vires in genere, scilicet cognitiva et motiva, illuminatio ad cognitivam pertinet, custodia in bono et a malo ad motivam. — Praeterea, ex parte agentis, in his effectibus indicantur opera Trinitatis per appropriationem. Regeneratio, quae est quaedam generatio, ad Patrem; illuminatio ad Filium, qui est lux; custodia in bono ad Spiritum Sanctum pertinet; sigillum autem ad totam Trinitatem, nam in nomine Trinitatis fit illa sigillatio[a].

21. Si quaeritur cuius rei [771, 3]; || **dicimus sacramentum esse** B 130 r
rei quae praecessit, id est remissionis [771, 4-5]. *a.* Propter hoc Ioannes Damascenus[1]: «Peccatorum remissio omnibus similiter per Baptisma datur; gratia autem Spiritus se-

a (13) **Manet tamen poena** [770, 26-25]. Cuius causa est, quia omnis gratia sacramentalis est secundum partem. Aut enim in parte purgat, ut gratia in Baptismo ab originali; aut in parte illuminat et movet, sicut patet inspicienti diligenter in sacramentis. Sed effectus particularis convenit causae particulari; et propter hoc in Baptismo non tollitur omnis poena. Tolletur autem a Christo, in quo est universalis gratia, in communi resurrectione. Effectus enim universalis proprie est gratiae universalis. Isto effectu adveniente, evacuabitur omne sacramentum, quod propric et principaliter est ad purgandum culpam vel poenam. Data sunt enim in remedium culpae et poenae. Haec ratio est secundum convenientiam et virtutem; quae assignantur a Magistro sunt secundum expedientiam (*nota mg.* A[3]).

1 disponit] ipsa *add.* P. 1-3 Illuminatio... aquae *om.* (*hom.*) E. 2 disponit] disposuit A. 2-5 in... substantiam *om.* B, et *pro* in T. 3 spiritualis *om.* ET. 4 Item... sic *om.* EPT. 5 autem] ad eam BET, ad ipsam P. 6 non... nisi] solum sint P, *om.* nisi E. 7 ad] vim *add.* P. 8 in bono,.. a malo *trp.* BET, vero P. 8-9 ex p. agentis *om.* BEPT. 10 quae est] cum sit P. || generatio] pertinet *add.* P. 11 illuminatio] vero *add.* P. || in bono] vero P. 12 Sanctum pertinet *om.* P. || autem] vero P. 13 nam in] in cuius P. 14 rei] etc. P. 15 rei... praecessit *om.* P, cause q. p. E. || remissionis] ante fidem *add.* P. || Propter hoc A, contra hoc B, super hoc ET, *om.* P. 17 datur] causatur T.

1 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 C); versio Burgundionis (Fl, f. 20b).

Num. 21: anon. P, f. 27r; anon. Tr, f. 149b; anon. V, f. 126b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 10 (XXIX, 96); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 3; p. 2, a. 2, q. 3 (IV, 98s., 115s.).

cundum proportionem fidei et praepurgationis ». Unde videtur quod unus effectus aequaliter est in omnibus baptizatis digne suscipientibus dummodo indigeant; reliquus vero non, scilicet collatio gratiae.

A 123 d *b.* Quod autem aequales || debeant esse effectus sive respectu boni sive respectu mali, videtur per hoc, quod Baptismus vim habet a passione. Ergo si passio est causa aequalis quoad sufficientiam omnibus, Baptismus autem est vim habens ab ea, erit aequalis omnibus quoad effectum [a].

c. Praeterea, gratia baptismalis opponitur culpae originali. Sed culpa aequalis in omnibus, ut habetur in secundo libro, in tractatu de originali peccato [1]; ergo et gratia baptismalis, quantum est de virtute Baptismi, erit aequalis in omnibus gratiam suscipientibus.

T 149 c *d.* R e s p o n d e m u s quod gratia plures habet || effectus: unum contra malum culpae; alterum contra malum poenae, quod est fomes; tertium quoad ordinem in bonum respectu meriti. Quantum ad primum aequalitas est: omnium enim peccatorum fit similis remissio. Non enim lux spiritualis secum compatitur aliquam partem tenebrarum. Quantum autem ad alia duo, licet sit aequalis effectus quantum est de virtute sacramenti, non tamen quantum est de conditione suscipientis. Unde secundum fidei proportionem maiorem aut minorem, datur aliquando maior gratia vel minor. Praeterea, secundum quod facta fuit purgatio maior aut minor a peccato: qui enim plus fuerint purgati per contritionem a peccato, maiorem reci-

a (9) Item, quaestio est utrum, sicut remittitur culpa aequalis, aequalis gratia similiter conferatur (+ BET).

1 praepurgationis B (*Damasc.*), prepurgationem AP, purgationem ET. || Unde] ex quo P. 2 est] sit T. || omnibus *om.* P. 3 dummodo indigeant] qui indigent P. || reliquus] reus A. || vero] effectus *add.* P. 5 aequales debeant] equalis debeat P. || sive *om.* A. 6 boni *om.* ET. 7 Ergo... passio] que P. 8-9 Baptismus... effectum *om.* P, *om.* autem est BET. 11 Sed... aequalis] que equaliter P, est *add.* BP. || habetur in] supra P. 11-12 Sed... peccato *om.* E. 12 peccato *om. et add.* 22 dist. P. || ergo *om.* A. 12-14 ergo... suscipientibus *om.* P. 13 in *om.* AB. 15 Resp.] dicendum P. 16 unum] quidem *add.* P. || alterum... poenae] alium... pene B, *om.* A. 17-18 in... meriti] resp. m. ad bonum E, meriti resp. ad bonum T, meritorii P. 18 Quantum] quo P. 19 similis] simul EPT. 20 compatitur] patitur B. || autem *om.* P. 21 duo *corr. in* dona A^2, dona T. 24 vel] aut BEPT. 25 quod] prius *add.* B. || fuit] fuerit BEP. 26 plus] prius ET. || fuerint *om.* P. 27-28 Item... conferatur *om.* P, *mg.* A^2, *trp. p.* gratiae (4) B.

1 Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 31, n. 7 (p. 300).

piunt in Baptismo gratiam ad merendum. Et ideo dicitur in auctoritate Ioannis[1]: « Secundum proportionem fidei aut praepurgationis ».

22. Omnis enim rei signum est cuius est causa [771, 7-8]. *a.* Quaeritur, cum multi sint effectus Baptismi praedicti, utrum Baptismus habeat quamdam similitudinem cum omnibus istis. — Quod videtur ex hac propositione: « Omnis enim rei signum est, cuius est causa ».

b. Contra: quae enim est similitudo debilitationis fomitis ad signum exterius ? Similiter, quae similitudo immunitatis ab exteriori satisfactione ad signum exterius ?

c. Propter hoc respondent quidam[2] hoc esse opinionem Magistri et non esse verum, dicentes quod Baptismus habet similitudinem tantum cum principali effectu; et ita exponunt rationem illam: « Et imaginem gerit et causa exsistit » [746, 14-15]. — Sed videtur aliter dicendum, quod habet similitudinem aliquam cum omnibus propriis effectibus. Habet enim similitudinem ratione spiritualis impressionis in aqua cum impressione characteris. Ratione vero ablutionis ex parte corporis cum deletione peccati habet similitudinem. Ratione vero virtutis luminis in transparente habet similitudinem cum collatione gratiae, quae est lux spiritualis. Ratione frigiditatis, quae habet vim repressivam ignis, habet similitudinem cum debilitatione fomitis. Immunitas autem a poena exteriori vel ab ipsa

1-2 Et... Ioannis] unde dicit Ioan. Damascenus P, Damasceni *add.* E. 3 praepurgationis P (*Damasc.*), purgationem ABET. 5 praedicti] qui preenumerantur P. || utrum] an P. 6 quamdam *om.* P. || istis *om.* P. 7 Quod] sic *add.* P. || hac prop.] eo quod hic dicitur P, litterali prop. T. 7-8 Omnis... causa *om.* P. 9 Contra] quod autem non videtur P. || enim *om.* BET. || est *om.* P. || similitudo] ipsius *add.* P. 10 ad] ipsum *add.* P. || signum] similitudinem T. || Similiter] preterea P. || quae] est *add.* BEPT. || similitudo] ipsius *add.* P. 11 ad... exterius] respectu signi exterioris P. 12 hoc[2] *om.* P, dicentes *add.* E. 12-13 opinionem] de opinione P. 13 dicentes quod] ideo quia B, dicunt immo q. E, immo quod PT. 14-15 et... exsistit *om.* BET, et sic exp. definitionem, scil. que imaginem... existit P. 16 aliter *om.* P, esse *add.* T. || quod] baptismus *add.* P, scilicet *add.* E. 17 aliquam *om.* P. || propriis] primis BEPT. 17-18 Habet... similitudinem *om.* P. 18 impressionis P, significationis ABET (*v. p. 82, lin. 19-20*). 19 vero *et* ex parte *om.* P. 20 peccati] in anima *add.* P. || habet simil. *om.* P. 21 in transparente *corr. in* transparentis E. || habet simil. *om.* P. 22 gratiae *om.* E. || quae e. lux] lucis BET. || Ratione] vero *add.* B. 22-23 quae[2]... repressivam] repressive P. 23 habet simil. *om.* P. 23-24 debilitatione] deletione B, diminutione EPT. 24 poena] peccato E. 24-1 (p. 92) ab ipsa poena] ab ipso peccato E, *om.* ab ipsa P.

[1] Damasceni, hic supra, § *a.* [2] Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 12 et n. 171 (lin. 25ss.); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 2 (f. 8d-9a) aliique auctores allegati a D. Van den Eynde, *Les définitions*, 89s.; 119, nota 4.

Num. 22: anon. P, f. 27r.

E 233 r poena originali habetur ex virtute passionis. || Robur autem ad resistendum est ex ipsa gratia. Absolutio autem ab obligatione fit per susceptionem sacramenti, non per sacramentum. Incorporatio autem respectu corporis Christi fit mediante fide vel unitate quae est unitio membrorum in corpore Christi vel Ecclesiae.

23. Cuius rei sacramentum esset Baptismus [771, 14-15]. Quaeritur : in ficte accedente ad Baptismum, nunquam autem a fictione recedente, cuius rei sit signum sacramentum? Cum enim sacramentum sit « invisibilis gratiae » etc. [746, 3], erit signum gratiae. Sed si est signum verum, ostendit gratiam inesse vel infuisse vel infore; sed nullum horum est verum; ergo non est verum signum, nec ergo verum sacramentum. — R e s p o n d e m u s quod aliter est in signis quae sunt causae, et aliter in illis quae non sunt causae. In signis autem causis ita est, quod sufficit ipsi signo quod, quantum est de virtute eius in quantum est causa, eliciatur effectus qui est signatum. Et est simile: non dicetur lumen solis falsum signum si ostendat illuminationem esse in aëre, cum tamen non sit, aliqua impediente nube. Non enim deest quantum est ex parte luminis, sed quantum est de vapore coadunato in nube inter solem et aërem susceptivum. Est ergo Baptismus verum signum, quia significat
A 124 a gratiam || inesse vel infore. Signum enim est gratiae quantum est de virtute eius in quantum est causa, non quantum est de obice ex parte baptizati.

24. Solet etiam quaeri si parvulis in baptismo [771, 17]. Quaeritur utrum pueri si in pueritia superaddant peccata venialia, utrum sit necesse, si illa aetate moriuntur, [eos] poenam subire

1 originali *om.* B. || autem] vero P. 2 ipsa *om.* P. || autem *om.* P. 3 per²] autem per ipsum P. 4 respectu] et A. || Christi *om.* T. 5 unitate] caritate P. || unitio] initio A, unitas B, unitiva P. || in... vel *om.* P. 6 Ecclesiae] in ecclesia B. 8 in] de P. 8-9 nunquam... recedente] et sic decedente P. 9 sit... sacramentum] sacr. illud sit signum E. 10 enim *om.* P. || etc.] visibilis forma P. 11 Sed] ergo P. || verum] ergo *add.* BET. 12 infuisse... infore] fuisse... fore E. || sed... ergo] quorum nullum in illo venit; ergo nec baptismus erit in illo verum signum et per consequens nec erit P. 14 quod *om.* P. || et *om.* P. 15 illis] signis P. || autem] enim BEP. || causis] que sunt cause P. 16 ipsi *om.* BEPT. 18-19 si... esse] illuminationis P. 19-20 aliqua... nube] in aliquo ex oppositione alicuius nubis P. 20-21 Non... susceptivum *om.* P. 20 enim] tamen T. 21 nube] et *add.* B. 22-23 quia... infore *om.* BET. 23 Signum... gratiae *om.* P. 25 obice] que est *add.* P. || baptizati] baptismi E. 26 parvulis in bapt.] etc. P. 27 utrum] an P, etiam *praem.* E. || pueritia] infantia P. 28 utrum] an P, *om.* B. || moriuntur] moriantur BP, post baptismum *add.* P.

Num. 23: anon. P, f. 27r; anon. V, f. 126b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 99); Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 2, contra (1) et ad 1 (IV, 102s.). — Num. 24: anon. P, f. 27v.

purgatoriam venialibus debitam. — De hoc Augustinus in XXI libro *De civitate Dei* [1] ita dicit: « Tanta est Dei misericordia in vasa misericordiae quae praeparavit in gloriam, ut etiam prima hominis aetas, id est infantia, quae sine ullo reatu subiacet carni, et secunda quae nuncupatur pueritia, ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam et fere sub omnibus delectationibus vitiosis iacet, quia licet iam fari valeat, nondum est praecepti capax rationis infirmitas, si sacramenta Mediatoris acceperit, etiam si in eis [annis] hanc vitam finiat, translata scilicet a potestate tenebrarum in regnum || Christi, non solum poenis P 165r non praeparetur aeternis, sed ne ulla post mortem tormenta purgatoria patiatur. Sufficit enim sola spiritualis regeneratio, ne post mortem obsit quod carnalis generatio cum morte contraxit ».

25. Quia gratia illa caritas est et fides [771, 28-29]. *a.* Quaeritur utrum parvuli sint iusti. Quod videtur, quia confertur eis gratia in Baptismo; ergo « bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nemo male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur » [2]. Sed haec est definitio virtutis; ergo inest eis virtus. Sed « qui habet unam, habet omnes » [3], ut supra, tertio libro [711, 8]; ergo parvuli habent iustitiam.

---

1 venial. debitam *om.* P. 1-2 De... dicit] resp. Aug. de civ. Dei P. 4 reatu] renisu *Aug.* 5 nuncupatur] dicitur T. 7 vitiosis *om.* EPT. || iam *om.* A. || valeat] in ea *add.* P. 8-9 acceperit] susceperit P. 9 translata] translatam P. 10 Christi *Aug.*, Dei BEPT, *om.* A. 11 non *om.* A. || tormenta] post mortem etiam *add.* E. 12 purgatoria patiatur] purgantia patiantur A. 13 cum] in A. 15 Quia... fides] Videtur quod non receperunt gratiam P. 16 utrum] an P. || Quod... quia] quod v. esse eo quod E, quod sic v. P, quia vid. quod T. 18 qua... utitur *om.* E. 19 definitio] ipsius *add.* P. || ergo... virtus] e. i. parvulis virtus E, e. in eis est v. T, *om.* P. 20 Sed] et P. || ut... libro *om.* EP. 21 ergo... iustitiam *om.* P, et ita sunt iusti *add.* E.

---

1 Cap. 16 (PL 41, 730). 2 Definitio Magistri in litt., II, d. 27, c. 5 (p. 446), collecta ex diversis locis Augustini. 3 Hieronymus, *In Isaiam*, VI, c. 16, 11: « Philosophorum quoque sententia est haerere sibi virtutes... ut cui una defuerit, huic omnes deesse virtutes » (PL 24, 238 C). Econtra Augustinus, *Epist. 167* (*ad Hieron.*), c. 3, n. 10: « Non enim et ista divina sententia est, qua dicitur: qui unam virtutem habuerit, omnes habet... sed hominibus hoc visum est, multum quidem ingeniosis, studiosis, sed tamen hominibus » (PL 33, 737). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 36, nn. 1-2 (p. 445), et hic infra, d. 14, n. 6 (p. 210ss.).

Num. 25: anon. P, f. 27v; anon. Tr, f. 148d-149b; anon. V, f. 26a-b. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 128c-d), qui dicit quod opinio negativa « iam recessit ab aula » (f. 128d); Bonav., hic, p. 2, a. 2, qq. 1-2 (IV, 112ss.). Quoad auctores antiquiores, v. O. Lottin, *Psychologie et morale*, III-1, 125-142.

b. Praeterea, puer incorporatur corpori Christi in Baptismo. Unde Augustinus, *De baptismo parvulorum* [1]: « Ad hoc valet Baptismus, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius fiant et consepeliantur, et oblati per caritatem fidelium et sacramentum Deo reconcilientur, ut in eo vivi, salvi, liberati, redempti, illuminati fiant ». Sed qui habet caritatem, *vinculum perfectionis*, ut ad Col. 3, 14, habet omnes; non autem potest carere caritate qui Christo incorporatur; unde sequitur quod parvuli habent iustitiam.

c. Contra, ad Rom. 5, 7: *Vix pro iusto moritur quis* etc., Glossa [2]: « Est iustus pro exercitio virtutum, qui et bonus est; sed est bonus qui non est iustus, scilicet qui natus est in simplicitate innocentiae, qui nondum laboravit ut amplificaret se bonis operibus, ut sunt parvuli in Baptismo purgati vel mundati. Iustus autem bonum naturae suae [exercitio] melioravit ».

d. Praeterea, obicit Anselmus in libro *De originali pec-*
T 149 d *cato* [3]. Obicit sic: « Si iustitia est rectitudo voluntatis || propter se servata, ut habetur in libro *De veritate* [4], quomodo non est parvulus iniustus etiam postquam baptizatus est » ?

e. Respondemus: 'iustus' dicitur dupliciter: vel quia habet iustitiam, vel exercitium. Secundum ultimum modum loquitur [Glossa] ad Rom. 5, 7, et secundum hoc parvuli non sunt iusti; sed secundum primum, secundum quod iustitia est nulli nocere; et haec dicitur iustitia innocentiae [5].

f. Ad aliud dicimus quod 'iustitia' dicitur vel rectitudo vitae, vel voluntatis aut actionis rectitudo. Secundum primum

1 Praeterea... Baptismo *om.* P, *om.* Praeterea A, *om.* puer T. 4 oblati] obligati A, abluti *Aug.* 5 et] per *add.* E. || sacr.] sacramento A. || ut in eo] unde in eo A, et ita E, ut ita T. || salvi] et salvi et P. 6 caritatem *om.* A, que est *add.* P. 7 omnes] glo. P. 8 unde... quod] ergo P. 9 habent] habeant EPT. 10 Contra] super illud *add.* P. || etc. *om.* E. 11 et] etiam A. 13-14 amplif. se] amplificaretur B, *om.* se ET. 14 purgati vel *om.* BEP. 15 Iustus... melioravit *om.* BEPT. 16 obicit *om.* P. || in libro] in .iii. vel A, ita *praem.* BET, *om.* in P. 17 Obicit sic *om.* BET. 18 ut... veritate *om.* BEPT. 19 iniustus] iustus A. || est *om.* A. 20 dicitur] accipitur P. 20-21 vel... habet] vel qui h. BET, aut enim habens P. 21 vel] qui habet *add.* ET, qui habet eius *add.* P. 22 loquitur] fit sermo P. || ad *om.* P. 22-23 et... primum] secundum quod nec parvuli iusti, etsi sint sec. pr. modum P, sunt iusti *add.* E, non *add.* T. 23 quod] quem P. 24 et h. dicitur] que est P. 25 Ad... dicitur] dicitur autem iustitia P, dupliciter *add.* BET. 26 vel] rectitudo *add.* P. || actionis] affectionis T. 26-1 (p. 95) Secundum pr. modum] primo modo P.

1 Lib. I, c. 26, n. 39 (PL 44, 131); verb. ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 143 (I, 1408). 2 Lombardi in h. l. (PL 191, 1383 A); ex Ambrosiastro in h. l. (PL 17, 91 A). 3 *De conceptu virg.*, c. 29 (PL 158, 462 C). 4 Cap. 12 (PL 158, 482 B). 5 Prosper Aquitanus, *Sententiae ex August. delibatae*, n. 1 : « Innocentia vera est, quae nec sibi, nec alteri nocet » (PL 51, 427).

modum parvuli sunt iusti, non secundum alium. Sumpta ergo definitione Anselmi proprie, non sunt parvuli iusti secundum illam definitionem iustitiae.

g. Sed adhuc obicitur, ratione illius auctoritatis in fine illius cap. *Sunt et alii ut supra posuimus* [765, 12], ubi dicit Augustinus[1]: « Fideles sunt non propter virtutem, sed propter fidei sacramentum » [769, 10-11]. Et sumitur ex illa auctoritate *Ad* || *Bonifacium*[2]: « Si nondum illa fides quae in credentium E 233v voluntate consistit, tamen ipsius fidei sacramentum » etc. [769, 12-14]. Unde videtur quod parvuli fidem-virtutem non habeant. — Respondemus quod fides in voluntate dicitur esse dupliciter: uno modo in voluntate sicut in suscipiente; alio modo in voluntate sicut in habente ad usum. Quantum ad primum modum est fides in parvulis virtute sacramenti; quantum ad secundum non.

h. || Ad aliud quod obicitur, utrum, cum habeant gratiam, A 124b habeant virtutes per modum virtutum, dicimus quod in hoc differt ratio gratiae et virtutis: gratia de se respicit essentiam animae primo, vires autem ex consequenti; virtus autem determinat perfectionem potentiae. Sed dupliciter potest esse perfectio potentiae: vel quoad informationem, vel quoad rationem merendi per actum vel per usum. Habent ergo parvuli gratiam; habent et virtutes quantum ad primum effectum, non quantum ad secundum. Est autem similis proportio gratiae ad virtutes, quae est proportio essentiae animae ad suas vires: sicut anima totum potentiale est respectu virium, ita gratia totum virtuale respectu virtutum[3].

---

1 non... alium] secundo non P. 1-2 Sumpta... definitione] sumendo ergo definitionem BEPT. 2 Anselmi] non sunt *add.* P. 3 iustitiae *om.* P. 4-6 illius... Augustinus] auctoritatis Aug. que posita est supra in fine cap. Sunt et alie etc. ubi dicit quod P. 5 ubi] ut ET. 6 virtutem] fidei virtutem BET, fidem P. 6-7 sed... sacramentum] etc. P. 7 illa auctor.] eo quod dicit P. 8-9 Si... sacramentum *om.* P. 10 Unde] ex quo P. || fidem] fidei E. 12 uno] enim *add.* P. 12-13 sicut... voluntate] ut in susc., alio autem modo in ea **P**, *om.* (*hom.*) T. 13 sicut] ut EPT. || in[1] ... usum] utente sive habente usum P. || Quantum] quo P. 14 parvulis] quantum est de *add.* P. 14-15 quantum... non] non autem quantum ad sec. modum P. 16-17 Ad... hoc] nota quod P. 16 aliud] illud BE. || habeant] habent ET. 17 per m. virtutum *om.* B. 18 gratia] enim *add.* BET, enim quantum est *add.* P. || respicit] ad *add.* T. 19 primo *om.* T. || autem *om.* T. 21 vel... vel] aut enim... aut P. 22 vel... usum *om.* BEPT. 23 et] etiam EPT, etiam et B. 23-24 quantum[1]... virtutes *mg.* (*hom.*) A[2]. 23 quantum ad] secundum P. || effectum] eius *praem.* E, eius *add.* B, virtutum *add.* P. || quantum[2]] autem quo P. 25 proportio] ipsius P. || vires] virtutes A, ut *add.* BET. || sicut] enim *add.* P. 26 est *om.* BT. || ita] sic et P.

---

1 Non sunt verba Augustini, sed ipsius Magistri. 2 Augustinus, *Epist. 98*, n. 10 (PL 33, 364). 3 Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 26, n. 15 (p. 248).

i. Ad id quod obicitur per definitionem virtutis, quod idem videtur esse gratia quod virtus, dicendum est quod definitio virtutis est secundum plures modos. Uno modo definitur virtus in quantum ab ea elicitur vita in anima; et hunc effectum habet virtus ex intentione gratiae, id est in quantum virtus gratia est. Alius est, quod ab ea procedit rectitudo usus; et secundum hoc ei attribuitur 'qua nemo male utitur'. Et haec pars est appropriata virtuti in quantum est virtus; reliquae vero partes definitionis communes sunt ei cum gratia.

k. Ad aliud quod obicitur, utrum habeant caritatem, dicendum quod caritas determinatur secundum plures eius effectus. Unus est unire nos Deo; alter est unire nos proximo in quantum est membrum corporis Christi; tertius effectus est unire [nos] voluntate cum illo. Quantum ad primum et secundum effectum, parvuli habent caritatem. Quantum ad tertium distinguendum est: est enim voluntas ut habitus aut ut actus; secundum ultimum modum non habent caritatem.

l. Ad aliud quod dicit Anselmus, respondet in eodem libro [1]: « Quamdiu sola originali impotentia non habent iustitiam, non sunt iniusti, quia non est in eis absentia debitae iustitiae. Non enim est debitum, quod sine omni culpa est impossibile. Quare, si sic moriuntur, non damnantur, quia non sunt iniusti; sed iustitia Christi qui se dedit pro illis, et iustitia matris Ecclesiae quae pro illis credit, quasi iusti salvantur ».

1-2 Ad... est] et sciendum P, *om.* est BE. 3 Uno] enim *add.* P. 3-4 virtus *om.* P. 5 virtus[1] *om.* BEPT. 5-6 id... est[1] *om.* P. 6 est[1] *om.* A. || Alius est] alium autem effectum habet secundum P. 6-7 et... hoc] secundum quod P. 7-8 Et... appropriata] que pars appropriatur P. 8 est[2] *om.* P. 9 ei] eius P. 10 aliud] id B, illud EPT. || obicitur, utrum] queritur an P. 11 caritas] gratia A. 11-12 effectus] quorum *add.* P. 12 nos[1] *om.* A. || alter] vero *add.* P. || est[2] *om.* B. || nos[2] *om.* P. 13 corporis *om.* P. || effectus *om.* P. 14 voluntate] voluntatem B. || Quantum] quo P. 15 effectum *om.* P. || Quantum... tertium] quoad t. vero P. 16 est[1] *om.* A. || est[2]... ut[1]] quia est voluntas dupliciter, scilicet P. 17 modum] terminum P. || habent] parvuli *add.* PT. 18 Ad... respondet] respondet autem Augustinus P, ille *add.* B, infra *add.* ET. 19 libro *om.* P. 20 debitae] de luce BE, *om.* P. 21 est[1] *om.* A. || omni *om.* P. 22 quia *om.* T. 23 sed] pro illis *add.* T. || iustitia[2] *om.* P. 24 Ecclesiae *om.* B.

[1] *De conceptu virg.*, c. 29 (PL 158, 463s.).

DISTINCTIO V.

1. Post haec sciendum [772, 16]. V distinctio. **Quia non illorum est, sed Dei est** [773, 4-5]. Per hoc solvitur quod quaerit Augustinus in libro *De unico baptismo* [1], qualiter quis potest dare baptismum quod non accepit et « utrum approbandum sit baptisma ». — Respondet Augustinus [2]: « Nequaquam dubitarem eos habere Baptismum, qui ubicumque et a quibuscumque illud verbis evangelicis consecratum, si tamen sine sua simulatione et cum aliqua fide accepissent; quamquam ad salutem spiritualem eis non prodesset, si caritate caruissent qua catholicae || inseruntur Ecclesiae ». Sed causa tangitur hic: « Quia P 165 v non illorum » etc. [773, 4-5].

2. Et homicida et adulter [773, 15]. *a.* Quaeritur hic: si sacerdos nolit baptizare sine pretio, quid erit agendum? Simoniacum enim est dare pretium pro Baptismo. — Respondemus: si adultus est, non permittat se baptizari, quia fides ad tempus in hoc casu sufficit. Non enim facienda sunt *mala ut veniant bona* [3]. Si vero fuerit parvulus, in necessitate potest eum pater baptizare. Quod si volens baptizare, non possit habere aquam a sacerdote sine pretio, non debet tunc baptizare; quia non debet se morti spirituali exponere ut alius spiritualiter salvetur.

---

2 sciendum] etc. *add.* P. || V dist. *om.* BEPT. 3 est[1] *om.* P. || est[2] *om.* BP. 4-5 qualiter... et *om.* P, qualiter pot. d. baptisma qui n. acc. BET. 6 baptisma] quod accipitur ab eo qui non accepit *add* P. 7 dubitarem *Aug.*, dubito AB, dubitatur ET, dubitem P. 8 verbis... consecratum] verbum evangelicum consecravit A. 9 aliqua] alia P. || quamquam] quantum P. 10 prodesset] prodest T. || caritate *om.* T. 11 Ecclesiae] ita respondet Augustinus *add.* P. 11-12 Quia... etc. *om.* P, quia n. est i. etc. BET. 13 homicida] ebriatus *add.* P. || hic *om.* PT. 14 erit] est BP, sit ET. 14-15 Simoniacum... Baptismo *om.* P. 15-16 Resp.] quod *add.* BP. 16 si a. est P, *om.* ABET. || quia fides] fides enim P. 17 sunt *om.* P. 18 vero] autem P. 18-19 necessitate... baptizare] articulo necessitatis potest tamen parum (!) baptizari P, *om.* pater BT. 19-20 Quod... baptizare *mg.* (*hom.*) A[2]. || possit habere] habuerit E. 20 a sacerdote *om.* B. || tunc *om.* P. 21 quia non] non enim P. || spiritualiter *om.* P.

---

[1] *De baptismo contra Donatistas*, VII, c. 53, n. 101 (PL 43, 242). [2] Ib., n. 102 (PL 43, 243); in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 31 (I, 1371). [3] Rom. 3, 8.

Num. 2: anon. P, f. 27v (aliter); anon. Tr, f. 149c; anon. V, f. 126c. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 826; Alb. Magnus, hic, a. 1, q. 2 (XXIX, 104-106).

b. Sed quid de parvulo si decedat in hoc casu, cum non fuerit ex parentum negligentia ? Damnabiturne ? cum dicatur superius quod « Omnipotentis benignitas supplet quod sacramento defuerat » [768, 8-9]. Habetur autem contrarium supra, ubi dicitur: « Si absque Baptismo decedant parvuli, etiam cum ad Baptismum deferuntur, damnabuntur » [a] [768, 27-29].

B 130v **3.** || **Quod nemo debet in aliquo repetere** [773, 26 - 774, 1]. *Extravagantibus III*, in titulo *De baptismo et eius effectu* [1], ubi
A 124c quaeritur utrum inviti vel amentes vel qui dormientes || sunt baptizati suscipiant characterem baptismalem. Ibi « distinguunt inter invitum et invitum, coactum et coactum. Nam qui violenter attrahitur et, ne detrimentum incurrat salutis, Baptismi suscipit sacramentum, sicut is qui ficte accedit, characterem suscipit christianitatis, et tamquam conditionaliter volens cogendus est ad observationem fidei christianae. Ille vero qui
T 150a nunquam consentit sed penitus contradicit, nec || rem nec characterem suscipit sacramenti, quia plus est expresse contradicere quam minime consentire; sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens et reclamans idolis thurificare cogitur. Dormientes autem ac amentes, si prius quam amentiam incur-
E 234r rerent aut dormirent in contradictione perstiterant, || quia intelli-

a (6) Alii dicunt quod potest emere aquam, sed non Baptismum. Non est aquam emere simonia, quia non est spirituale. Simile de terra quae emitur in locum cimiterii vel ecclesiae. Si autem sacerdos non velit baptizare sine pretio, potest tunc laicus baptizare (+ B).

1-2 de... Damnabiturne] dicendum est de periculo, cum non ex negl. sit quin baptizetur P, *om.* parentum BET. 3 superius] supra de adulto P. || quod] quia A. 3-4 sacramento] sacerdoti A. 4-5 Habetur... dicitur] cum tamen habetur contrarium supra quod P. || supra ubi] ut supra A. 5 Si] parvuli *add.* P. || decedant parvuli] defuncti P. 5-6 cum... deferuntur P(*Lomb.*), si... deferantur] ABET 7 Quod... repetere *om.* P. 8 Extra.III, in] in tertiis P. 8-9 ubi quaeritur *om.* P. 9 vel[2]] etiam illi *add.* BET, etiam *add.* P. || sunt *om* P. 10 suscipiant] recipiant T. || Ibi] Resp. P. || distinguunt] distinguitur E, distinguendum P, distinguit T. 12 incurrat] suscipiat P. 13 accedit] ad *add.* P. 14 suscipit *om.* P. 15 observationem... christianae] servationem christianitatis fidei P. 15-16 vero... contradicit] autem qui penitus contradicit nunquam consentiens P. 16 sed] vel E. 17 expresse *om.* P. 18 minime] mere A, non P. 18-19 sicut... cogitur *om.* P. 20 ac] aut BEP, et T. 20-21 incurrerent aut dormirent... perstiterant] incurrant a. dormiant... persistant A, dormirent a. amentiam susciperent, contradicerent P.

1 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 34, c. 1 (p. 376); compil. Greg. IX, ib., tit. 42, c. 3 (II, 646).

Num. 3: anon. P, f. 29v; anon. Tr, f. 149c; anon. V, f. 126c. Cf. Bonav., hic, d. 4, p. 1, a. 2, q. 1 (IV, 100s.); d. 6, p. 2, dub. 3 (IV, 160).

gitur contradictionis propositum perdurare, si fuerint immersi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secus autem est si prius essent catechumeni et haberent propositum baptizandi; unde tales in necessitatis articulo consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem imprimit sacramentalis operatio, cum obicem non invenit resistentem ». Intellige: ex parte suscipientis.

4. Quia ministerium [774, 11]; **Quid noverat Ioannes Baptista** [774, 14]. *a.* Ita dicit Augustinus in Glossa Ioannis [1]: *Super quem* etc.: « Sciebat quod esset Agnus tollens peccata, quod ab eo debebat baptizari; sed nesciebat quod sibi esset retenturus et nulli Baptismi potestatem traditurus ».

b. Contra hoc Hieronymus [2]: « Ostendit Ioannem nescire per baptismum Christi mundum esse redemptum, nam sciebat eum Filium Dei esse et natum in carne ». Et ita in hac parte Hieronymus contradicit Augustino [a].

c. Respondemus: hoc verum est quod dicit Augustinus, quod cognovit ipsum per instinctum columbae esse Filium Dei *qui tollit peccata mundi* [3]; sed non novit utrum potestatem excellentiae sibi esset retenturus. Illud vero Hieronymi ita intelligitur: quod licet Ioannes haberet fidem Christum esse redempturum, non novit tamen prius quod iste esset

a (15) quia « Augustinus [4] dicit Ioannem ignorasse hoc tantum, utrum retineat sibi vim Baptismi, an alicui suorum tribuat » (+ *mg.* A²).

1 contradictionis... perdurare] contradicendi... durare P. || immersi *om.* P. 2 sacramenti *om.* P. 2-3 prius essent *om.* B, pr. fuerint P. 3 et haberent] habentes P. 4 consuevit] solebat P. 5 ergo] enim T. 6 Intellige... suscipientis *om.* P. 7 Quia ministerium *om.* B, etc. *add.* P. || Quid] enim *add.* A. 8 Ita *om.* P. 8-9 in... etc.] in Io.: Super q. etc., glossa BET, super illud in glo. Ioan. P. 10 quod¹ AP (*corr. in* qui A²), qui BET. || debebat] deberet P. || quod... esset] quid... erat BET. 11 Baptismi] baptizandi E. 12 Contra h. Hieron.] Hier. (tamen *add.* T) aliter BET, Hieron. P. 13 Christi *om.* P. 14 et *om.* P. 14-15 Et... Augustino *om.* P. 16 Resp.] quod *add.* BET. || est *om.* E. 17 quod] quia B. 18 tollit] tolleret P. 19-20 Illud... intelligitur] illud... intellige BET (*om.* vero B, *om.* ita T), quod dicit Hier. sic intelligendum P. 20 Ioannes] Baptista *add.* P. 20-21 Christum... redempturum] quod Chr. esset redempturus P. 21 novit] noverat B. || prius *om.* P.

[1] *Ordin.* in Ioan. 1, 33, ap. Lyranum (V, 190r); quoad sensum ex August., *In Ioan.*, tr. 5, nn. 8-9 (PL 35, 1417s.). [2] *Glossa ordin.*, ib. (PL 114, 360s.); ex Ps.-Hieron., *Expositio in Evang.* (PL 30, 578 B). [3] Ioan. 1, 29. [4] *Glossa ordin.* in Ioan. 1, 33 (PL 114, 361 A).

Num. 4: anon. P, f. 30r; anon. Tr, f. 150b-c; anon. V, f. 126d. Cf. Bonav., hic, dub. 3 (IV, 132).

qui erat redempturus, quam fiat ibi demonstratio sub istis formis sensibilibus. Hoc autem novit cum dixit [1]: *Ecce Agnus Dei* etc. Praeterea, per quid tolleret peccata, quia per Baptismum, novit cum dictum est ei [2]: *Hic est qui baptizat*, et cum descendit columba super eum [3]. Quod explanat Rabanus [4] dicens: «Comparatione huius cognitionis nesciebat; nam ex visu, licet corporali, et auditu multum profecit in cognitione maiestatis et potestatis divinae, revelatis oculis [mentis]».

5. Potestatem baptismi dominici in nullum [774, 15-16]. [Contra]: aut enim loquitur de potestate baptismi creata aut increata. Si de increata, planum est quod scivit illam in nullum purum hominem transituram. Si vero de creata, sed illam scivit transituram: haec est enim potestas ministerii. — Respondemus: loquitur de potestate excellentiae quam sibi Christus retinuit. Est enim triplex potestas: auctoritatis, excellentiae et ministerii. Prima est Dei, scilicet dimittendi culpas. Secunda fuit Christi, ut sine clave media remitteret peccata, scilicet quoad poenam, sicut aliquis qui aperit ostium digito. Potestas auctoritatis [est] a se et per se. Potestas excellentiae non est a se, sed per se. Tertia vero, quae est ministerii, est puri hominis, cui conferuntur
A 124 d claves et Ordo sacerdotalis; et ista || nec a se nec per se.

6. Et potestatem suam poterat constituere [775, 1-2]. *a.* Quaeritur quare non dedit Deus Christo secundum quod homo po-

1 qui erat] qui esset E, ille qui esset P. || quam] ut *codd.* || ibi *om.* P. || istis *om.* BEPT. 3 peccata P, preter A, *om.* BET. || quia *corr. ex* quam A, id est BET, *om.* P. || per Bapt. *om.* P. 5 Rabanus] sic *add.* P. 9 in nullum] etc. P. 10 enim *om.* P. 11 planum] palam P. || quod] quia B. 12 vero *om.* P. || sed illam *mg.* A², hanc P, *om.* BET. 12-13 transituram *om.* BET. 13 haec... enim] quia hec est P, *om.* haec BET. || loquitur *om.* BET. 14-15 quam... excellentiae *mg.* (*om.* quam... retinuit) A². 14 enim] autem P, *om.* T. 15 potestas] scilicet *add.* P. 16 Dei... culpas] dimittentis culpas in baptismo P. || fuit] est B. 17 media] misericordie *sed exp.* A. || remitteret] dimitteret T. || scilicet *om.* P. 18 aliquis... aperit] qui aperiret P. 18-19 Potestas... excellentiae *partim in mg.* (*hom.*) A², et hec BE, hec potestas P, hoc T. 19 Tertia] est *add.* A. 20 vero... ministerii *om.* BEP. 21 ista] iste ABET, ita P. || a] ad P. 22 constituere] in aliquo vel aliquibus servis suis etc. *add.* P.

1 Ioan. 1, 29. 2 Ioan. 1, 33. 3 Ioan. 1, 32; Matth. 3, 16; Marc. 1, 10. 4 Potius, ut videtur, Beda, *In Ioannem*, c. 1: «Neque enim dubitandum quin B. Ioannes, cum Spiritum Sanctum, licet corporali specie, videret... multum ex hoc visu et auditu profecerit, multum de divinae pietatis excellentia, revelatis oculis mentis, scientiae caelestis acciperet, adeo ut comparatione intelligentiae... sibi videretur ignorasse» (PL 92, 649 B).

Num. 5-8: anon. P, f. 132r (n. 8); anon. Tr, f. 149c-150a; anon. V, f. 127a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 45-46; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 3 (f. 9d-11a); Bonav., hic, a. 3, qq. 1-2 (IV, 127ss.).


BIBLIOTECA PROVINCIAL
SÃO

testatem creandi sicut remittendi peccata aut redimendi, cum magis sit recreare quam creare vel aequalis potentiae, ut in Luc. 15, 7, super illud: *Nonaginta novem iustis* etc.. ibi Glossa [1]: « Videtur maius iustificare impios quam creare iustos et conservare; et si utrumque aequalis potentiae, maioris est hoc gaudii et misericordiae ». — Quod autem habuit potestatem dimittendi peccata, habetur in Matth. 9, 6: *Ut autem sciatis quoniam Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata* etc. — Quod redimendi, tertio libro supra, distinctione XIX, cap. *Unde ipse vere dicitur*, ubi dicitur: « Saepius dicitur redemptor, quia in se suscepit et implevit sacramenta nostrae redemptionis » [638, 1-3].

b. Respondemus: recreare proprie est Dei [2]. Recreatio enim proprie pertinet ad remissionem culpae; nam homo nihil est quoad esse gratiae per culpam, sicut nihil est simpliciter ante creationem [3]; et ideo Christi est recreatio in quantum est Deus. Sed redimere respicit poenam vel obligationem ad poenam; unde convenit Christo secundum quod homo potestas redimendi. Dimittere autem peccata solius Dei est; unde in Marc. 2, 10: *Filius hominis habet potestatem*, Glossa [4]: « Solus Deus dimittit peccata, et Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata; ergo idem est Deus et Filius hominis. Et ita homo Christus per divinitatem peccata dimittit, per humanitatem pro peccatoribus potest mori ».

7. Hic quaeritur quae sit illa [775, 20]. Hanc quaestionem solvit Augustinus, I ad Cor. 1, 15: *Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis*, Glossa Augustini [5]: « Poterat

1 redimendi] remittendi sive relaxandi P. 2 magis] maius BP. || potentiae] potestas T. || ut in] super P. 3 super illud *om.* P. || ibi *om.* E. 3-6 ibi... misericordiae *om.* P. 4 maius] magis T. || iustos *om.* T. 5 utrumque] est *add.* T. || hoc *om.* T. 6 et *om.* T. 7-9 peccata... redimendi *om.* (*hom.*) P. 8 Quod] autem *add.* T. 8-9 redimendi] habuerit potestatem *add.* E, secundum quod homo *add.* P. 9 vere *om.* A. 10 ubi dicitur *om.* (*hom.*) A. 10-11 quia... redemptionis] etc. P. 12-13 Recreatio] recreare B. 13 proprie *om.* B. 14 simpliciter *om.* E. 15 et ideo] unde P. 16 est *om.* P. 17 potestas] habere potestatem P. 18 peccata] et culpas proprie *add.* P. 18-19 unde... 2] ut in Mc. 2 BE, ut Mc. 2 super illud P, ut habetur in Mc. 2 T. 19-20 Glossa... potestatem *om.* (*hom.*) P. 21 est *om.* P. || Et *om.* BEPT. 22-23 homo... mori] etc. P. 24 illa] potestas etc. *add.* P. 25 August.] super *add.* P. 26 meo... estis] etc. P. || Augustini *om.* P.

1 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 311 B); ex August., *In Ioan.*, tr. 72, n. 3 (PL 35, 1823). 2 Augustinus, *Sermo 176*, c. 5, n. 5 : « Nemo recreat nisi qui creat » (PL 38, 952). 3 Augustinus, *In Ioan.*, tr. 1, n. 13: « Peccatum nihil est et nihil fiunt homines cum peccant » (PL 35, 1385). 4 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 186 C); ex Beda, *In Marcum*, c. 2, et *In Lucam*, II, c. 5 (PL 92, 149 A, 388 C). 5 Lombardi in h. l. (PL 191, 1540 C-D); ex August., *De bapt. contra Donatistas*, V, c. 13, n. 15 (PL 43, 184).

quidem Dominus Iesus baptismi sui potestatem dare alicui vel aliquibus praecipuis servis suis, ut, quemadmodum per virgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos [1], ita per aliquod signum visibile demonstrarentur excellentioris dignitatis ministri qui soli baptizare deberent; sed si hoc fieret, ipsorum esset Baptismus, licet eis a Domino attributus ». Sed in Glossa [2] super Ioan. 1, 32, dicit: Sed « ut una sit columba », ut in Canticis [3], non fit huiusmodi divisio.

8. Sed potentiam creatam, qua servus posset dimittere [776, 2-3].

P 166 r *a.* || Quaeritur utrum possit homo secundum quod huiusmodi, sive Christus sive alius, potestatem habere dimittendi peccata quoad culpam. — Videtur quod sic, per hoc quod alicui corporali creaturae confert virtutem mundandi a morbo corporali; ergo spirituali potuit conferre ut mundaret a morbo spirituali. Sed hoc est per dimissionem culpae; ergo creaturae potuit dare illam potestatem.

b. Praeterea, plus est eicere daemonem quam seminatum per ipsum. Cum ergo sancti habuerunt potestatem eiciendi daemones, et quod seminatum est per ipsum eiciendi potestatem habuerunt.

c. Item, Act. 15, 9: *Fide purificans corda eorum.* Cum ergo haec potestas creata sit collata fidei, videtur quod potius posset conferri animae creatae ad imaginem Dei.

E 234 v *d.* || Contra: anima creata est immediate a Deo; ergo et suum optimum est immediate a Deo. Hoc autem gratia; ergo gratia immediate a Deo; non ergo potest esse ab homine.

---

1 quidem *om.* P. || baptismi sui *om.* P. 2-6 praecipuis... Glossa] etc. P. 3 demonstratus est *Glossa,* demonstraretur AB, demonstratur ET. 4 demonstrarentur] excellentiores ministri vel *add.* E. 6 eis *om.* BET. 6-7 Sed... dicit *om.* B, super Io. 1 P. 7-8 ut in Cant.] in Cant. ideo est quod B, ut (et T) in can. Io. 1. qo ET, *om.* P. 8 divisio] super illud: columbam descendentem etc. *add.* P. 9 qua... dimittere] etc. P. 10 utrum] an P. 11 sive[1]... alius *om.* BEPT. 14 corporali *om.* P. || spirituali] creature *add.* P. || potuit] potest AT, posset E. 15 Sed hoc] hoc autem P. || culpae *om.* ET. 15-16 ergo... potestatem *om.* P. 17 eicere] deicere BT. 18 sancti habuerunt] dedit sanctis P. 19-20 et... habuerunt] et... habent B, et habuerunt ut videtur potestatem eiciendi quod semin. erat per demones .i. peccata E, poterat et dare potestatem removendi peccatum seminatum per ipsum P. 21 Item] preterea P. || eorum] etc. *add.* P. 22 creata *om.* P. || sit collata *trp.* BT. 22-23 videtur... conferri] multo fortius potuit conferre P, videtur... possit conferri BET. 23 imaginem Dei] similitudinem Dei P, ergo ut prius *add.* E. 24 et P, *om.* ABET. 25-26 est... ergo] per quod perficitur. Sed hoc est gratia, ergo hec non P. 25 autem] est *add.* E. 26 a Deo *om.* T, est *praem.* E.

---

1 Num. 17, 8. 2 *Ordin.* in h. l.: « Ut sit una columba et non dividatur per homines »; ap. Lyranum (V, 190r); ex August., *In Ioan.*, tr. 6, nn. 6 et 10 (PL 35, 1428, 1430). 3 Cant. 6, 8: *Una est columba mea.*

Ergo mundatio vel dimissio peccati non potest convenire homini tamquam efficienti.

e. Quod concedimus. Is. || 43, 25: *Ego sum ipse qui deleo iniquitates propter me.* Nec posset anima habere illam potestatem creatam quam habet gratia, quia esse subiectum privationi et esse speciem oppositam illi privationi sunt disparata. Cum ergo anima, in eo quod vertibilis, sit subiecta gratiae et culpae, quae est eius privatio, non erit opposita illi ut species; ergo non habebit vim delendi culpam. A 125a T 150b

f. Ad primo obiectum dicendum est per similitudinem medicinae, quod sicut potestas corporalis confertur medicinae ut per quam natura operatur, sic et gratiae confertur potestas spiritualis ut per quam Deus operetur delendo culpam, non autem ut per animam deleat culpam de anima.

g. Ad aliud de potestate expellendi daemones, dicendum est quod potestas illa est expellendi quoad vexationem corporalem, non autem quantum ad effectum peccati in anima. Licet enim non praesideat diabolus animae per essentiam, praesidet tamen ipsi per operationis effectum: quam expulsionem solus Deus per gratiam operatur [a].

DISTINCTIO VI.

1. || **De illis qui ab haereticis baptizantur** [777, 14]. *a.* Augustinus, in libro *De baptismo parvulorum* [1], movet talem quaestionem Donatistarum: « An baptismus Christi generet B 131r

a (20) Ad aliud quod obicitur, quod fides etc., respondeo: verum est formaliter, sed solum Deus effective (+ B).

1-2 Ergo... efficienti *om.* B, ergo dimissio pecc. non convenit homini ut cause efficienti P. 3 Quod concedimus] quod concedo A, Resp. quod hoc est verum, unde P. || ipse] ille T, *om.* BP. 4 propter me] etc. E. || illam *om.* P. 6 esse *om.* A. || illi *om.* P. || privationi *om.* BET. || sunt] opposita *add.* P. 7 subiecta] subiectum P. 7-8 quae... privatio *om.* P, scil. gratie *add.* E. 8 non[1] *om.* E. || illi] ei E. 10 Ad... medicinae] nota P. || primo] primum E. 11 sicut] sic A. || corporalis *om.* A. 12 et *om.* EP. 13 ut *om.* P. 14 per] ipsam *add.* P. || de anima] ab anima BET, ab ipsa P. 15-16 Ad... expellendi] potestas autem collata sanctis quoad expulsionem demonum est P. 15 aliud] illud B. || est *om.* E. 16 est *om.* T. 17 quantum... peccati] quoad pecc. sui effectum P. 18 diabolus] demon P. || essentiam] sicut creatrix trinitas *add.* P. || praesidet *om.* T. 19 ipsi] illi E, *om.* PT. 20 per gratiam *om.* P. 23 talem *om.* P.

1 *De bapt. contra Donatistas*, I, c. 10, nn. 13-14 (PL 43, 116s.).

Num. 1: anon. Tr, f. 150c-d; anon. V, f. 127b.

filios Ecclesiae in parte Donati aut non. Si generat, ergo sunt de Ecclesia; et cum unam oportet esse Ecclesiam », quae significatur per *tunicam inconsutilem* quae non fuit divisa [1], nos arguunt esse extra Ecclesiam. Si vero non generat, ergo [ut aiunt] 'apud vos sunt baptizandi [qui transeunt a nobis ad vos], cum apud nos non sint baptizati sive per Baptismum renati'.

b. Respondet Augustinus ad hoc: « Non generat Ecclesia in parte Donati per Baptismum unde separata est, sed unde coniuncta. Separata enim est a vinculo caritatis, coniuncta vero unitate Baptismatis. Per hoc ergo quod suum in eis est ipsa generat, non autem illi». Ecclesia autem «generat et per uterum suum et per uteros ancillarum ex eisdem sacramentis, tamquam viri sui semine. Qui autem superbiunt et legitimae matri non adiunguntur, similes sunt Ismaeli [2]. Qui autem legitimam patris uxorem diligunt, similes sunt filiis Iacob, quamvis de ancillis natis et partem hereditatis patris sumentibus [3]. Qui autem de utero ipsius matris in unitate nati negligunt gratiam quam susceperunt, similes sunt Esau, qui reprobatus est a Deo, licet ex eodem concubitu essent gemini concepti » [4], ad Rom. 9, 10-13 [a].

a (20) **Item rebaptizare haereticum** etc. [778, 8]. Dicitur secundum
P 166 v Ioannem Damascenum[5] || quod Baptismus non reiteratur quia est figura mortis Christi. Et sumitur ab Apostolo dicente quod *consepulti sumus* baptismate Christi, ad Rom. 6, 4, quia quod semel etc. Et

1 generat] generet P. 2 oportet] oporteat P. 3 tunicam] Domini *add.* P. 4 extra] contra B. || vero] autem P. 6 baptizati sive *om.* EP. 7 ad hoc *om.* P, dicens quod *add.* E. 8 Baptismum] quasi ex hoc generet *add.* P(*Aug.*). 9 enim *om.* P. 10 vero *om.* P. 11 autem[1] *om.* BE. || et *om.* BP. 12 uteros] uterum BE. 13 autem *om.* T. 16 natis *Aug.*, nati *codd.* || patris *om.* B. 17 de] in A. || in unitate] immediate P. || nati *om.* T. 18 susceperunt] acceperunt P(*Aug.*). 19 reprobatus *corr. in* baptizatus A^2, baptizatus T. 20 concepti] ut *add.* P. || ad *om.* BEPT. 21ss. Item... sacramento *add. infra p.* suo (*p. 108, lin. 24*) P.

1 Ioan. 19, 23-24. Cf. August., *In Ioan.*, tr. 118, n. 4 (PL 35, 1949). 2 Gen. 21, 10: *Ecce ancillam hanc et filium eius.* 3 Gen. 30, 1-8. 4 Gen. 25, 24. 5 *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1118s.); versio Burgundionis: « Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Baptisma enim Domini mortem monstrat. *Consepelimur Domino* igitur per baptisma, ut ait divus Apostolus. Quemadmodum igitur semel perfecta est Domini mors, et semel oportet baptizari... Quicumque igitur... rursus baptizantur, hii recrucifigunt Christum, ut ait divus Apostolus. *Impossibile enim semel illuminatos... rursus renovari in poenitentiam, recrucifigentes sibi ipsis Filium Dei* » (Fl, f. 20a).

Lin. 21ss: cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 29; Bonav., hic, p. 1, q. 6 et dub. 2 (IV, 146s.).

2. Servato charactere Christi [778, 12]. Hic quaeritur quid sit character, et utrum in Baptismo imprimatur, et ad quid sit, et a quo fiat, et in quo primo, et utrum sit communis bonis et malis.

a. Ita videtur definire beatus Dionysius in libro *De ecclesiastica hierarchia* [1]: « Character est signum sanctum communionis fidei et sanctae ordinationis, datum accedenti a hierarcha ». Est enim alius anadochus, alius hierarcha: anadochus, qui instruit baptizandum; hierarcha vero qui baptizat. Dicit autem anadochus quasi [ad] superiorem ducens; hierarcha dicit quasi sacer princeps. — Duo tangit: quoad Baptismum et Ordinem; sed non videtur haec definitio convenire characteri dato in Confirmatione.

b. Quod autem in Baptismo imprimatur character, habetur ab Augustino in libro VI *De baptismo* || *parvulorum* [2] di- A 125b

---

dicit Apostolus quod reiterans Baptismum, iterum crucifigit, Hebr. 6,5: *Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei.* Et Augustinus in libro *De vera innocentia* [3]: « Sicut viri prima nativitas est de viro et femina, ita secunda de Deo et Ecclesia. Et quomodo uterus non potest repeti, sic nec Baptismus iterari ». Et ne homines possint ponere spem in Baptismo et iterum luxuriari; et ne iniuria fieret sacramento (+ Pa).

---

1 Hic *om.* PT. 2 utrum] an P. || sit[2] *om.* T. 3 fiat... utrum] sit... an P. 5-6 Ita... hierarchia] quid autem sit dicit Dionysius sic P. 6 sanctum *om.* P. 7-8 hierarcha] hierarchia AET. 8-9 Est... baptizat] dicit anadochum instruentem in fide et post ducentem ad (*lacuna*) potestatem baptizandi qui hierarcha P. 8 anadochus[2]] est *add.* B. 9 instruit] instituit ET. || baptizandum] baptizandos B. || hierarcha] hierarchia ET. 9-12 Dicit... Ordinem *om.* BEP. 10-11 dicit quasi] dicitur q. A, *om.* T. 12 convenire] conveniens T. 12-13 dato in Conf.] confirmationis P. 14 character *om.* P. 14-15 habetur... in] Augustinus EP. 15 dicente *om.* P.

1 Cap. 2, p. 3, § 4 (PG 3, 399 D; PL 122, 1078 A); versio Ioan. Sarraceni: « Huius autem bene ornatae et sanctae ordinationis imago accedentis verecundia... ad hierarcham, susceptorem [anadochum] habens ducem. Ita sursumactum... recipit et de proprio lumine sicut quodam signo ipsi tradit, divinum faciens et communicatorem in Deo manentium adimpletionis et sanctae ordinationis: quorum est signum sanctum ab hierarcha accedenti data signatio »; ap. *Dionysiaca*, II, 1142-1144. Cf. de hac definitione H. F. Dondaine, *Les Scolastiques citent-ils les Pères de première main?* in *Revue des sciences phil. et théol.*, XXXVI, 1952, 239s. 2 *De bapt. contra Donatistas*, VI, c. 1, n. 1 (PL 43, 197); in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 41, § 2 (I, 1378). 3 Prosper Aquitanus, *Sententiae ex August. delibatae*, n. 331 (inter opp. August., PL 45, 1888; PL 51, 479); ex August., *In Ioan.*, tr. 11, n. 6 (PL 35, 1478).

Num. 2: anon. P, f. 33r; anon. Tr, f. 143a-144d; anon. V, f. 127c-d. Cf. anon. quaestio *De charactere* cod. Duacensis 434 II, f. 88c-89c; Alb. Magnus, hic, a. 4 (XXIX, 123ss.); Bonav., hic, p. 1, qq. 1-4 (IV, 136ss.).

cente: « Characterem multi lupi infigunt, qui videntur esse intus; verumtamen ad illud ovile quod tantum est ex ovibus non pertinere, morum suorum fructibus cognoscentur ». — Ad idem, in eodem libro [1]: « Character dominicus, cum ovis errans, ad christianam unitatem rediens, ab errore liberatur, agnoscitur, non improbatur ».

c. Quod autem character sit ad discretionem, habetur ex hoc quod dicitur in Apoc. 13, 16-17: *Et faciet servos habere characterem in manu dextera aut frontibus, ne quis possit emere aut ven-*
P 173 r *dere nisi qui habet characterem bestiae;* || ibi dicitur in Glossa [2] quod character est ad discernendum. — Praeterea, character est ad ostendendum illud cuius est character, ut habetur ad Hebr. 1,3, super illud: *Figura substantiae* etc.: « Vel character, id est ostensio », dicit Glossa [3].

d. Quod autem non sit communis bonis et malis, videtur per hoc, quod signa a Spiritu Sancto sunt signa veritatis; sed hoc est signum fidei, quae non inest nisi bonis; ergo character non imprimitur nisi bonis. — Quod solvendum est per illud quod dictum est ubi quaerebatur quomodo esset verum signum in ficte accedentibus ad Baptismum [4]. — Quod autem sit communis bonis et malis, habetur per finem decretalis *De baptismo* [5]: « Characterem imprimit sacramentalis operatio, cum obicem non invenit resistentem » [a].

a (23) Quod autem fiat ab ipso sacramento, videtur per hoc quod dicitur in illa decretali (+ Pa).

1 multi lupi] baptismi multi T. || intus] oves *add.* B, et tangit quid Ioannes X *add.* P. 3 cognoscentur] cognoscuntur E, agnoscunt P, convincuntur *Aug.* || Ad *om.* P. 4 libro *om.* P. 7 Quod] cum A. || discretionem] discernendum P. 8 in *om.* BET. 9 aut[2]] vel E. 10-4 (p. 180) ibi... praeferendum *bis leguntur sub forma diversa in* P, *primum inordinate* (*f. 166r-173r* = Pa), *deinde fere ut in aliis codd.* (*f. 173r-181r* = P). 10-11 ibi... discernendum *om.* Pa, ubi Glossa: quod est ad disc. P. 12 illud... ad] etc. P, *om.* illud A. 13 super illud *om.* P. || Vel *Glossa*, alibi Pa, alia littera BP, *om.* AET. || ostensio] ut *add.* E. 14 dicit Glossa *om.* PPa. 15 autem *om.* E. 16 per h. quod] quia P. 17-18 quae... bonis] ergo inerit fides Pa, que inest tantum bonis, ergo ch. impr. tantum bonis P. 18-23 Quod... resistentem] Resp. per supradictum. Quod autem sit communis patet per supradictam decretalem Pa, Resp. per supradicta, quomodo sacramentum sit signum verum in ficte accedente ad bapt. Quod autem sit comm. b. et m. patet per finem decr. de qua supra: Ch. non impr. sacram. oper. cum obicem inv. resistentem P. 19 quod] supra *add.* BET. 21 decretalis] in tractatu *add.* B, in titulo *add.* ET. 22 sacr.] sacerdotalis A. 23 resistentem] et ita videtur quod communis sit *add.* E.

1 L. c. 2 *Ordin.* in h. l., at implicite tantum: « In manu et in fronte ponent signa, ut omnes confiteantur suum esse Deum verbo et opere » (PL 114, 734 B). 3 *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (VI, 134r), vel Lombardi in h. l. (PL 192, 405 B). 4 Supra, d. 4, n. 23. 5 Supra, d. 5, n. 3.

e. || Quod autem fiat a charactere increato, id est a Filio Dei, E 235r
videtur per hoc, quod, sicut per ipsum creat Pater, ita convenit ut per ipsum post signet. Sua autem signatio est character creatus. Fit ergo character creatus a charactere increato: cuius signum est, quod ipse secundum quod homo instituit formam per cuius virtutem in fide Ecclesiae character imprimitur.

f. N o t a n d u m autem est quod triplex est assimilatio homini necessaria: prima naturae, secunda gratiae, tertia gloriae. Illa vero quae est gratiae, plena est in gratia sacramentali, secundum quam est assimilatio ad Verbum incarnatum pro nobis passum. Cum enim homo habet sacramenta, tunc reformatur ad similitudinem Christi, qui venit ad redimendum hominem a iugo peccati. Nam Christus pro nobis passus, pugnans fortiter in ara crucis, est consecratus sacerdos in aeternum et sponsus Ecclesiae resurrexit oleo plenae gratiae in anima et corpore delibutus [1]. In quo notatur homo suscipiens sacramenta, gerens similitudinem Christi passi pro nobis pugnantis fortiter. Similitudo autem ista consistit in gratiis quae insunt virtute sacramentorum. — Prima autem similitudo est opus creationis, quod respicit || Dei potentiam; secunda opus reformationis, quod re- T 150c
spicit sapientiam principaliter. Unde A u g u s t i n u s in XIII libro *De Trinitate* [2]: « Diabolum vicit Dominus non potentia, sed sapientia ». Et ideo, cum sacramenta sint signa, signa autem respiciant sapientiam, recte ab ipsa Sapientia Dei faciente et imprimente processerunt haec sacramenta in quolibet fideli.

g. In istis autem sacramentis quibusdam imprimitur signum spirituale in anima indelebile, in quibusdam vero non; et illud signum dicitur character. Cuius duae sunt principales

---

1 autem] non *add.* P. || id... Dei *om.* Pa. 1-4 id... increato *om.* (*hom.*) P. 2 per hoc *om.* Pa. || creat Pater] primo creat Pa. || ita *lacuna* A. 2-3 convenit ut *om.* Pa. 3 post] primo ETPa, *om.* B. 3-6 Sua... imprimitur] et ipse per caracterem creatum Pa. 7-6 (p. 108) Notandum... infideli *om.* Pa, nota *pro* Notandum a. est P. 7 quod] quia A. 9 vero *om.* P. 12 qui venit] venientis P. || ad redimendum] redimere ET. 13 passus] est *add.* A. 16 delibutus] id est quoad dotes *add.* P. 17 fortiter] etc. *add.* P. 18 consistit *om.* A. 19 autem *om.* P. 19-20 quod resp.] respiciens P. 20 secunda] est *add.* P. 20-21 resp. sapientiam] res sapientie A. 21-22 in... Trinitate] de Trin. XIII P, *om.* libro BET. 23 autem *om.* A. 24 respiciant] respiciebant A. 25 haec sacramenta] hoc sacramentum A. 26 quibusdam] quidem A. 27 indelebile] delectabile P. || in... non] quibus vero non T(*mg.* A2), *om.* in BE, *om.* vero P. 27-28 et... character *om.* P. 28 Cuius duae] due autem P. || sunt *om.* AE.

---

[1] Cuius sint haec verba non invenimus. [2] Cap. 13, n. 17: « Non autem diabolus potentia Dei, sed iustitia superandus fuit » (PL 42,1026).

P. 173 v proprietates, || scilicet quod sit discretivus et quod sit indelebilis. Maxime autem convenit hoc signum imprimi in illo sacramento quod est typus principalis redemptionis nostrae factae per sanguinem Christi. Et propter hoc convenit ut in Baptismo imprimatur character, quia in eo primo fit discretio fidelis ab infideli.

A 125 c *h.* Sunt autem || duo in anima, scilicet vis cognitiva et operativa. Quoad vim cognitivam in anima imprimitur character, ut in eo signetur fides Trinitatis. Quoad vim vero operativam imprimitur gratia, quae informat potestatem ad merendum. Primum operatur Pater per increatum characterem, scilicet Filium, ad quem pertinet cognitio et quod cognitionis est. Secundum operatur per Spiritum Sanctum, qui est gratia increata; ut per characterem creatum anima, quae est imago Dei, gerat similitudinem characteris increati; per gratiam vero creatam, similitudinem gratiae increatae. Et sicut cognitio communior est quam virtus, nam extenditur ad bonos et malos, ita character, qui est ad cognoscendum, communior est quam gratia, quae determinatur tantum in bonis.

i. Ut autem quae sunt de esse characteris baptismalis claudantur insimul, sumitur haec definitio characteris: Character est figura intelligibilis, configurans trinitatem creatam increatae, facta per verbum sacramentale fidei Trinitatis, ad discernendum fidelem in statu suo [a]. — Haec configuratio, scilicet 'configurans

a (24) Character est quaedam passibilis qualitas illuminans animam ad videndum clarius quid credendum, quid non. Vel aliter: quaedam qualitas disponens et habilitans animam ad suscipiendam gratiam; quae

1 proprietates] de caractere *add.* P. || et q. sit *om.* P. 3-4 sanguinem] passionem BETP. 4 Et... ut] unde conv. quod P. 5 quia... primo] in quo prima P. 7 Sunt] sic *praem.* E, sicut *praem.* T. 7-10 Sunt... merendum] item rebaptizare hereticum etc. [778, 8]. Nota quod cum duo sint in baptismo quoad animam regenerativa, scil. caracter et gratia Pa. 7 et] vis *add.* BET. 8 in anima] cum an. regenerata P. 9 eo] ea E. || Trinitatis *om.* T. || vim vero *om.* P. 10 quae... potestatem] informans voluntatem P. 11-14 increatum... characterem *om.* (*hom.*) P. 11-12 scil. Filium *om.* Pa. 12 cognitio et *om.* Pa. 13 operatur... Sanctum] est pars Sp. sancti Pa. 14-16 ut... increatae *om.* (*hom.*) Pa. 15 gerat] contrahat P. 15-16 characteris... similitudinem P, *om.* (*hom.*) ABET. 17 est *om.* Pa. || quam] sit *add.* P. 17-19 nam... bonis] ita caracter bonis et malis, gratia autem non Pa. 18 cognoscendum] cognitionem ET. || quam *om.* P. 20-21 Ut... haec] est autem Pa. 20 autem] omnia *add.* P. 20-21 claudantur] includantur P. 21 sumitur *om.* P. || characteris *om.* BP, quid caracter *add.* P. 21-22 Character est *om.* Pa. 24 suo *om.* BETPPa, item...: sacramento *add.* (*supra, p. 104, lin. 21*) Pa. 24-7 (p. 109) Haec... Trinitatis *om.* Pa, nota: configurans dicitur in signo vel re. Primum per caracterem, secundum fide, spe, caritate. Et quia signum copulatur cum eo cuius est mediante re alia, sic caracter per verbum fidei Trinitatis P. 24-1 (p. 109) scilicet... increatae *om.* BE.

Lin. 25ss. (additio cod. A2): ex Hug. de S. Caro, hic, d. 3 (Assis. 131, f. 125c).

trinitatem creatam increatae', dupliciter potest fieri: in signo vel in re, vel simpliciter vel secundum quid. In signo per characterem, in re per trinitatem gratiae, quae est fides, spes, caritas. Fides est veritatis, spes aeternitatis, caritas bonitatis. Et quia oportet signum copulari cum principali re cuius est signum mediante re alia, ideo oportet quod character fiat per verbum fidei Trinitatis [a].

3. Illud etiam ignorandum non est [b] [779, 12]. Martinus papa [1]: « Nihil participat in hoc mater parvulo cum baptizatur, quia unicuique propria voluntas in confessione monstratur ». Et Augustinus, *Contra Iulianum* [2], de eodem: « Si ad matris corpus pertinet parvulus tamquam pars, non baptizatur. Si vero baptizatur, non ad corpus maternum pertinebat » [c].

---

qualitas a quibusdam dicitur sanctitas, eo quod praeparet animam ad sanctificationem. A Ioanne Damasceno [3] dicitur custodia mentis, eo quod inseperabiliter custodit mentem, et quia habilitat animam ad gratiam, per quam custoditur. Et secundum hoc character est sub prima specie qualitatis; primo modo sub tertia specie (*nota mg.* A[3]). *a* (7) Per hoc quod dicit 'ad discernendum in statu', ratione huius convenit definitio etiam characteri qui imprimitur in Confirmatione et in Ordine. Alia pars proprie convenit characteri qui imprimitur in Baptismo in ipsa tinctione aquae per Trinitatis invocationem. Sic etiam patet quare in his sacramentis imprimitur character, non in aliis, scilicet propter excellentiam status fidei, ut patet in Confirmatione et in Ordine (+ B). *b* (8) etc. Hieronymus, *Super epistolam ad Ephesios* [4] (+ Pa). *c* (13) **Unde Isidorus** etc. [779, 14]: scilicet libro *Sententiarum* [5]. **Item Augustinus** etc. [779, 18]: *Ad Dardanum* [6]; Augustinus [7]: « Si baptizata est caro Christi propter exemplum imitationis, quanto magis baptizanda est caro mortis propter evitandum iudicium damnationis » (+ Pa).

---

2 vel[2]... quid *om.* BET. 5 copulari] imprimi B, et *add.* A. 8 Illud... est] hoc etiam sciendum etc. P. 9 participat... baptizatur] etc. etc. P, contra Iulianum apostatam *add.* BET (*mg.* A[2]). 10 quia] propterea quod PPa. 11 Et *om.* Pa. || de eodem *om.* PPa. 12 baptizatur] baptizaretur Pa. 12-13 Si... baptizatur] etc. P. 13 maternum] matris A.

---

[1] Ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 116 (I, 1397). [2] Lib. VI, c. 14, n. 43 (PL 44, 847); ex *Decreto*, ib., c. 114 (I, 1397). [3] *De fide orth.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122 C); versio Burgundionis (Fl, f. 20b). Cf. supra d. 3, n. 6, § *f.* [4] In Eph. 4, 5 (PL 26, 496); haec adnotatio respicit verba Magistri immediate praecedentia (p. 779, lin. 10-11) ex hoc loco Hieronymi tacite deprompta. [5] Lib. I, c. 22, n. 5 (PL 83, 589); hic in litt. (p. 779). [6] *Epist. 187*, c. 9, n. 31 (PL 33, 844); hic in litt. (p. 779). [7] *De peccatorum meritis et remissione*, II, c. 24, n. 38 (PL 44, 175); ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 132 (I, 1405).

Num. 3: anon. P, f. 34v; anon. Tr, f. 151b. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 149s.).

B 131v **4.** || **De Ioanne Baptista qui ab utero** [779, 21-22]. *a.* Quod autem Ioannes Baptista habuit gratiam in utero matris, videtur per hoc quod dicit Beda[1] in Luc. 1, 44: *Ecce ut facta est vox salutationis*, Glossa[2]: «Ipso momento quo vox intrat ad au-
E 235v res || corporis, virtus spiritualis intrat cor audientis, et non solum matrem, sed sobolem amore advenientis accendit»[a]. — Et super illud: *Exsultavit infans in utero*, Glossa[3]: «Prior Ioannes exsultat, quia prior sentit gratiam; quia sicut illa Mariae, sic iste adventum Domini sentit». Unde videtur quod tunc habuit gratiam, et ita esset renatus antequam natus[4]. — Alia Glossa[5]: «Non prius est repleta mater Spiritu Sancto quam Filius»[b].

b. Contra videtur in Luc. 1, 17: *Ipse praecedet in spiritu*, Glossa[6]: «Intrante beata Maria ad Elisabeth, exsultavit infans et praecursionis suae officium quoad potuit implevit. Necdum erat illi spiritus vitae, et iam erat spiritus gratiae». Ergo videtur quod non vivebat adhuc, et ita non habuit gratiam in anima.

a (6) Versus[7]:

> Conceptum semen sex primis, Petre, diebus
> fit quasi lac, reliquisque novem fit sanguis; ac inde
> consolidat duodena dies; bis nona deinceps
> effigiat, tempusque sequens producit ad ortum.

b (11) «sed filius repletus replevit matrem. Maria ante conceptum, Elisabeth post conceptum repletur» (+ Pa).

1 De... utero] ecce videtur dubitanter loqui etc. Pa, sanctificatus legitur *add.* P. 1-3 Quod... in] H. super illud Pa, quod habuit gratiam... per hoc quod super illud P. 2 Ioan. Bapt. *om.* BE. 3 Beda] H. Pa. || 1] R' A. 4 salutationis] etc. *add.* BPa. || Glossa *om.* P. || intrat] in *add.* T. 5 et] sed Pa. 6-7 Et... utero] super... infans etc. E, item in alia Pa. 9 Unde] ex quo Pa, et ita T. || tunc *om.* P. 10 ita esset] ita est B, quod fuerit P, *om.* ita T, *om.* esset Pa. || natus] item in *add.* Pa, et *add.* P. 12 videtur... 1] vid. supra in Luc. super illud Pa, supra illud Luc. 1 P. || spiritu] sancto *add.* A. 13 Glossa *om.* B. 14 infans B, *om.* AETPPa. 15 Necdum] nec iam E, nondum T. || iam *om.* E. 16 ita] quod *add.* P. 17 in anima] in animo ETPa, *om.* P. 18-22 Versus... ortum *add.* BT, *mg.* A[2].

1 Non legitur ap. Bedam in h. l. 2 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 247 C), absque nomine auctoris. 3 *Ordin.* in Luc. 1, 44, ap. Lyranum (V, 125v); ex Beda in h. l. (PL 92, 320 C). 4 Quod fieri posse negatur in litt. (p. 779). 5 *Ordin.* in Luc. 1, 44, ap. Lyranum (V, 125v); ex Beda, l. c. 6 *Ordin.* in Luc. 1, 15: *Spiritu Sancto replebitur;* ap. Lyranum (V, 123v); pars prior ex Beda in h. l. (PL 92, 312 C-D), altera ex Ambrosio in h. l. (PL 15, 1547 B). 7 Quoad sensum ex August., *De div. quaest. 83*, q. 56 (PL 40, 39). Iam allegati in lib. II, d. 31, n. 14 (p. 304); de quibus v. B. Hauréau, *Notices et extraits de qq. manuscrits*, II, Paris 1891, 212.

Num. 4: anon. P, f. 34v; anon. Tr, f. 151b-c; anon. V, f. 127c. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 131a); Alb. Magnus, hic, a. 9 (XXIX, 135ss.).

c. Quod autem vivebat, habetur ex illo cap. [1]: *Et hic mensis sextus est;* in sexto autem mense est vita, ut habetur ex auctoritate Augustini supraposita in libro *83 Quaestionum* [2].

d. Respondemus quod sanctificatus fuit in utero, secundum illam Glossam [3]: « Quia lingua non poterat, animo exsultante salutat ». Est autem sanctificatio purgatio a mortali peccato cum confirmatione. Est autem plenior sanctificatio cum purgatur a pronitate venialis peccati, quomodo sanctificata fuit Virgo in conceptione Christi [4]. Licet enim remaneret in ea bonum poenae quod est in fomite, || non tamen remansit ma- A 125d
lum poenae, in quantum est in peccatum inclinativum. Unde non remansit pronitas. Unde dicit Anselmus in libro *De conceptione virginali* [5]: « Decebat ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret ; ea autem puritate qua maior sub Deo vel Christo nequit intelligi Virgo [illa] niteret, quam Deus Pater Filio suo matrem elegit ». Bene enim scitis quod in Christo fuit poena assumpta, in ea vero contracta. Sed in conceptione a quadam poena fuit purgata, a quadam non. A poena ergo peccati ut malum est, id est quae est inclinativa in malum, fuit purgata; quae vero fuit in bonum promotiva, mansit. Quia ergo poena ignorantiae faciendorum est inclinativa in malum, in conceptione fuit purgata ab illa poena; non tamen ab omni poena ignorantiae. Sicut enim dicit Augustinus in libro *De libero arbitrio* [6] et in *Enchiridion* [7], « per peccatum Adae subintravit concupiscentia vitandorum et ignorantia noxiorum »;

1 habetur... cap.] hab. ex hoc quod in eodem cap. dicitur Pa, videtur haberi ex hoc quod dicitur P. 2 est[1]] ibidem *add.* P. || autem] enim E. 2-3 in... Quaestionum *om.* Pa, in... vita ut dicit Aug. 83 Q. supra d. 1. libros (!) P. 4 Resp.] videtur ex multis glossis *add.* Pa. 4-5 secundum i. Glossam] sicut illa que dicit Pa, sicut dicit glossa P. 5 Quia] quod A. 6-3 (p. 112) Est... peccato *om.* Pa (*v. tamen p. 112, lin. 19*). 6 purgatio *om.* T. || a mortali] ab originali B. 8 venialis] actualis P. || quomodo] sicut P, ut *praem.* T. || fuit] est P, beata *add.* BEP. 9 conceptione] incarnatione P. 10-11 malum] bonum B. 11 est *om.* A. || in peccatum *om.* E. 12 non *om.* A. || pronitas *om.* A. 13 virginali] virginis A. 14-15 Deo vel *om.* P. 15 vel Christo *om.* BET. || intelligi] intellectus T, intellige (intelligere T) sub Christo *add.* BET (*mg.* A[2]). || niteret *Ans.*, niteat *codd.* 16 Bene... Christo] in Chr. enim P. 17 ea vero] illa P. || Sed in concep.] per incarnationem ergo Christi P. 18 quadam[2]] vero *add.* P. || ergo] enim P. 19 peccati... quae est *om.* P. 19-20 fuit purgata] purg. est P. 22 conceptione] Christi *add.* P. || fuit purgata] purg. est BP, quae vero... ignorantiae (*lin. 20-21*) *hic rep.* A. 22-23 ab[1]... ignorantiae *om.* (*hom.?*) A. 23 Sicut] ut P. 24-25 subintravit] subintraverunt ET.

1 Luc. 1, 36. 2 Quaest. 56 (PL 40, 39); 'supraposita', id est in versibus supra citatis (p. 110), vel in Lib. III, d. 3, n. 9 (p. 38). 3 *Ordin.* in Luc. 1, 41 (PL 114, 247 B); ap. Lyranum in Luc. 1, 44 (V, 125v). 4 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 3, nn. 12-13 (pp. 39-43). 5 Cap. 18 (PL 158, 451 A-B). 6 Lib. III, c. 24, n. 71 (PL 32, 1306). 7 Cap. 24 (PL 40, 244).

a quorum utroque fuit Virgo purgata in conceptione. De beato autem Ioanne non est expressum utrum sanctificatus fuerit a veniali peccato.

e. Ad aliud vero quod obicitur per Glossam, 'nondum erat illi spiritus vitae' etc., dicendum est quod intelligitur tunc spiritum vitae inesse, quando sine alterius adminiculo attrahitur aër; per adminiculum autem matris aliquo modo fit attractio dum est in ventre [a].

5. Quaeri etiam solet etc. [780, 23-24]. *a*. Quaeritur utrum compleatur Baptismus sine hoc verbo 'baptizo'. Quod videtur,
Pa 174 r quia Dominus dixit [1]: *Ite, docete, baptizantes* etc.; opus autem ||
T 150 d doctrinae impleverunt opere praedicantes; eodem modo videtur de opere Baptismi. — Praeterea, in benedictione panis || non dicitur 'benedico te panis', sed sufficit actus exercitus. — Praeterea, in Ex. 14, 15: Quid clamas? *dixit Dominus ad Moysen*, at ille siluerat; Glossa [2]: « Desiderio » clamavit. Videtur ergo sufficere interior intentio baptizandi, sine expressione huius vocis 'baptizo te'.

a (8) Sed quaeritur utrum huiusmodi sanctificatio sit a veniali peccato et mortali, an veniali tantum. Respondeo: a mortali; non autem expressum est de veniali. In beata vero Virgine remansit id quod erat pronitas, non in quantum huiusmodi, sed exstincta. In sanctificatis videtur manere ut pronitas, sed non cum effectu peccati mortalis, immo quoad hoc est exstincta (+ Pa).

1 fuit] beata *add.* EP. 1-2 beato... Ioanne] Ioan. Baptista P. 2 utrum] an P. 4-5 Ad... quod] ad illud vero q. dicitur in glo. contra hoc, dicendum est quod Pa, glossa ergo que dicit: nondum... vite etc. P. 5 intelligitur] intelligit BETPPa. 7 attrah.] trahitur A. 7-8 per... ventre] quod non fit a puero dum est in ventre matris, immo attrahitur virtute matris Pa, eius *add.* P, *om.* autem T, *om.* aliquo modo P. 9 solet] an baptismus *add.* BET, si corrupte proferantur verba illa *add.* Pa. || Quaeritur] qo est Pa. || utrum] an P. 10 Quod] non *add.* B, sic *add.* Pa. 11 quia... dixit] dixit enim Dom. P. || docete, bapt.] baptizate. item ite docete etc. P. 11-12 opus... impleverunt] hoc autem adimpleverunt Pa, *om.* doctr. impleverunt P. 12-13 videtur... Baptismi] de baptismo Pa. 13 in benedictione] cum fit benedictio PPa. 14 te... exercitus] etc. Pa, te... exterius T. 15 in Ex. 14] dicitur *add.* P, *om.* in PPa. 15-16 dixit... siluerat *om.* P. 16 at] tamen E. || siluerat] siluit *codd.* || Desiderio] scilicet *add.* BT. || clamavit *om.* PPa. 16-18 Videtur... te] Dominus enim respicit ad intentionem Pa, vid. ergo quod intentio baptizandi sufficiat sine vocis expressione P.

1 Matth. 28, 19. 2 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 225 B); ex Gregorio, *Moral.*, XXII, c. 17, n. 43 (PL 76, 238 C). Cf. infra, d. 17, n. 3.

Num. 5-6: anon. P, f. 36r; anon. Tr, f. 142a-b, 151c-d; anon. V, f. 124a-b, 127c-d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 23-26; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 3, c. 4 (f. 11c-12a); Bonav., hic, d. 3, p. 1, a. 2, qq. 1, 3 (IV, 70ss.).

b. Contra, per simile in sacramento Confirmationis, ubi dicitur 'confirmo te' etc. — Praeterea, est sacramentum necessitatis; magnum autem esset periculum, si error vel defectus esset in illo; ut ergo coarctetur intentio circa illud, debet dici 'baptizo'.

c. Sed quid si necessitate aliqua in periculo mortis dimitteretur ? Essetne rebaptizandus ? — Respondemus quod non. Excusatur bene per necessitatem.

d. Ad aliud vero quod obicitur, dicendum est quod non est simile de opere praedicationis et de opere Baptismi. Hoc enim est sacramentum necessitatis, sine quo nullus salvatur; non sic autem est de opere praedicationis. — Similiter intellige de eo quod dicitur in sacramento Altaris: virtute enim verborum fit illa transubstantiatio, ex institutione Domini.

e. Ad aliud quod obicitur, quod intentio interior sufficit, verum est in necessitate, non simpliciter. Videtur enim tamquam exprimi forma exterior in hoc quod dicitur [1]: *Ite, baptizantes* etc. Requiritur ad hoc quod acceptetur Baptismus in Ecclesia || quod E 236 r forma instituta ab Ecclesia observetur. Unum autem expressum est ex institutione Domini, alterum vero ex institutione Ecclesiae.

6. *a.* Postea quaeritur, si aliquis diceret: Ego baptizo te in nomine Genitoris et Geniti et Flaminis, utrum esset Baptismus, cum eaedem personae designentur [licet non] eisdem nominibus. Si enim non est Baptismus, videtur quod non sit baptizare nisi per verba unius solius linguae.

---

1 Contra] contrarium videtur P. || sacr. Confirmationis] confirmatione EPa. 1-2 ubi... etc. *om.* Pa, *om.* etc. E, *add.* ego *p.* dicitur P. 3 magnum autem] mag. enim E, mag. ergo P, unde magnum Pa. 4 in illo *om.* Pa. 5 baptizo] etc. *add.* Pa. 6 necess. aliqua] ob necess. aliquam PPa, de *praem.* B, in *praem.* T. 6-7 dimitteretur] omitteretur Pa, fieret omissio P. 7 rebapt.] baptizandus BPa. 7-8 Respondemus... necessitatem] non opinor Pa, resp. quod (*om.* q. P) non, et excus. per necess. BEPT. 9-21 Ad... Ecclesiae *om.* Pa. 9-10 Ad... est] nec est simile P. 9 aliud] id B, illud ET. || est *om.* ET. 10-12 et... praedicationis *om.* B. 10 de opere[2] *om.* P. 11-12 nullus... intellige] non est ibi P. 13 Altaris] a. A, eucharistic *et add.* a. ET. || verborum] hoc est corpus meum *add.* P. 14 transub.] translatio A. 15-16 Ad aliud... est] sufficit autem sola intentio P, illud *pro* aliud BE. 15 obic.] intelligitur A. 16 non] autem *add.* P. 17 exterior] interior BE. || in... dicitur] in... dicebat BT, cum dicit E. || Ite *om.* BETP. 18 Requiritur] autem *add.* B, enim *add.* P. || ad ... acceptetur] quod accipiatur B. 20 ex] ab E. || alterum] aliud B. || vero *om.* BP. || institutione] constitutione BT. 22-23 Postea... Baptismus *om.* Pa, queritur etiam si dicatur: in nomine... an fiat baptismus P, post *pro* Postea E, *om.* Ego BET. 24 designentur] essent designate T. || eisdem nom.] his nom. BET, que hiis: Pater, F. et Sp. S. P, *om.* Pa. 25 enim... Baptismus] non PPa, sit *pro* est B. 25-26 videtur... linguae] tunc non est baptizare ut videtur in nomine Patris Pa, *om.* solius B.

---

1 Matth. 28, 19.

A 126 a *b.* Praeterea, cum || « indivisa sint opera Trinitatis » [1] et auctoritas respiciat Patrem, sufficeretne dicere 'in nomine Patris', habita fide de aliis personis ?

c. Praeterea, si fieret additio, ut [si] diceretur: 'et beatae Mariae', cum tota forma ibi salvetur nec additio tollat quod de virtute eius est, utrum sit Baptismus?

Pa 167 r *d.* Praeterea, si fiat corruptio || ex parte principii dictionis, ut ex parte finis cum dicitur: 'in nomine patrias' et huiusmodi, utrum sit Baptismus?

e. Praeterea, si praepostere proferantur nomina personarum [a], estne Baptismus ?

f. R e s p o n d e m u s ad primum quod haec verba, aut eorum aequipollentia in alio idiomate quoad significationem et modum significandi, exprimi debent, ut, quantum possibile, serventur verba quibus collata est virtus. Et licet eadem res sit utrobique significata, quia tamen non idem modus significandi, non praesumitur esse Baptismus.

g. Ad aliud dicimus quod tota forma debet servari. Si autem esset diminutio ex alia necessaria causa, ut si moreretur sacerdos vel parvulus, supplet Dei benignitas [768, 8-9].

h. Ad aliud dicimus quod dupliciter fit additio: vel ita quod exprimat errorem, ut 'in nomine Patris maioris et Filii minoris', et ita non fit Baptismus, id est non acceptatur; vel

a (11) ut dicatur 'et Spiritus Sancti et Filii', vel 'in nomine Spiritus Sancti' primo (+ P).

1-3 Praeterea... personis *om.* Pa. 1 indivisa] de divina A, indivisibilia BET, indicibilia P. 2 respiciat] resideat apud (penes P) EPT. 4 fieret... et] fiat... et dicatur et P, *om.* et ABT, in nomine *add.* E. 5 ibi *om.* Pa. 5-6 nec... eius est] et add. non tollit de virtute P, ipsius *pro* eius Pa. 6 utrum s. Bapt. *om.* Pa. 7-9 Praeterea... Baptismus] preterea questio est si fiat... dictionis. Resp. quod non erit: oportet enim salvari notitia significationis *et trp. p.* § *c n.* 5 Pa. 7 dictionis] ac A. 8 ut] aut BT, vel E, sicut P. || finis] ut *add.* ET. || cum... huiusmodi *om.* P. || patrias] per A. || et] vel E. 9 utrum] an P. 11 estne Baptismus *om.* PPa. 12 Resp.] dicendum Pa. || ad pr. quod *om.* P, *om.* ad primum T, aut *add.* PPa. || aut] et A. 13 alio] aliquo ET. 13-14 quoad... significandi *om.* Pa, ad *pro* quoad E. 14 ut] aut Pa. || possibile] est *add.* EPa. 15 collata est] confertur ABET. || virtus *om.* A. || Et] ideo *add.* P. || sit PPa, *om.* ABET. 16 utrobique *om.* P. || quia tamen non] non tamen Pa, quia non est P. || idem modus] eodem modo E. 16-17 significandi... Baptismus *om.* Pa, *om.* significandi P, in baptismo *pro* Baptismus A. 18 Ad... dicimus] ad... dicendum Pa, et dicendum P. 19 esset] accederet Pa, acciderit P. || alia] aliqua ET, aliqua alia B, *om.* P. 19-20 ut... parvulus *om.* Pa. 20 Dei benignitas] summus sacerdos PPa. 21 Ad... dicimus] ad... dicendum TPa, resp. etiam P. || vel] aut enim *et om.* ita P. 22-23 et F. minoris *om.* Pa. 23 ita... acceptatur] tunc non fit (acceptatur P) baptismus PPa.

[1] Alanus ab Insulis, *Regulae theol.*, reg. 61 (PL 210, 650).

ita quod credat ad invocationem alicuius sancti [fieri baptismum, vel sic] aliquam gratiam impetrari baptizato. Si primo modo, non erit Baptismus; si secundo modo, servata forma, est Baptismus; non tamen debet talis additio fieri, propter scandalum quod posset oriri. Alius enim posset credere sic semper faciendum. Oportet etiam ordinem servari, propter haereticos qui non ponebant aequalitatem personarum in essentia et ordinem naturae, ut dicit Origenes in primo libro, XX distinctione, ultimo capitulo [1] [138-140].

i. Ad aliud dicimus quod dissimile est ex parte principii et ex parte finis. Nam corruptio principii tollit significationem, corruptio vero finis nonnisi discretionem consignificati. De esse formae sunt res in quantum sunt sub huiusmodi signis.

7. Solet etiam quaeri [781, 15]; **Videtur tamen sapientibus** [781, 22]. *a.* Contra, Causa I, q. 1: *Ecce quandoque ab haereticis* [2], ubi dicitur quod « Alexander, episcopus Alexandriae, cum vidisset aliquos pueros ludendo alios baptizare ut mos est episcopi, statuit eos non esse rebaptizandos, quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa, sed adimpleri ea quae sacerdotibus mos est », ut chrisma et huiusmodi. — Respondemus: si animo iocandi quis alium baptizaverit, volens facere quod facit Ecclesia, baptizatus est, si fuerit in necessitatis articulo. Si vero aliquis ioculatorie alium merserit,

1 credat] fieri baptismum *add.* Pa. || invocat.] vocationem A. 2-4 aliquam... fieri] vel servata forma additio fiat ex devotione. Hoc ultimo modo contingit sed non est faciendum Pa, aliam *pro* aliquam AP. 2 baptizato] baptismo A. 3 erit] est BEPT. || modo *om.* P. 3-4 forma... Baptismus] est forma baptismi B. 4 debet] dicitur A. || talis] aliqua E, huiusmodi P. 5 posset oriri] p. fieri Pa, potest sequi inde P. 5-6 Alius... faciendum] si exemplo illius alius opponatur hanc esse formam baptismi Pa, *om.* P, aliquis *pro* Alius ET. 6 semper] fore *add.* E. 6-9 propter... capitulo] ne per hoc videatur heresis induci Pa. 7 qui n. ponebant] non ponentes P. 7-8 essentia et] ecclesiarum A. 10-13 Ad... signis *om.* Pa (*v. p. 114, lin. 7-9*). 10 Ad... dissimile] dissimile autem P. || principii] dictionum *add.* P. 11 et] vel T. || ex parte *om.* P. || Nam corr.] corr. enim P. 12 vero *et* nonnisi *om.* P. 14-15 Solet... Contra] item Pa. 14 quaeri] etc. infra *add.* P. 15 Causa] cano. P, *om.* BET. 15-16 ab haereticis] etc. P. 16-20 cum... huiusmodi] etc. P. 17 aliquos... ut] quosdam... sicut Pa. || est *om.* A. 19 fuerat inf.] fuerit inf. TPa, facta Trinitatis invocatione *add.* Pa. || adimpleri *Grat.*, adimplere *codd.* 20 ut... huiusmodi *om.* Pa. 21 baptizaverit] baptizet B, baptizavit T. 22-23 si... articulo *om.* Pa. 23-1 (p. 116) aliquis... intendens] quis non intendat P, aliquem *pro* alium E, immerserit *pro* merserit BETPa.

1 Origenes ibi non allegatur. Forsitan quia legitur ibi: « Originis enim quaestio est ista... Ad originem pertinet quaestio » etc. (p. 140), intellexit Alexander illa Origenis esse dicta.

2 *Decretum* Gratiani, C. 1, q. 1, dictum ad can. 58 (I, 380).

Num. 7: anon. P, f. 37r; anon. Tr, f. 152a; anon. V, f. 128a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 21; Bonav., hic, p. 2, dub. 4 (IV, 161).

non intendens facere quod vere baptizantes faciunt, non baptizat. Sed de pueris illis planum est, qui praeficiebant sibi episcopum, quod volebant facere quod solet Ecclesia facere.

b. Sed quaestio est de haeretico qui non credit Baptismum, et ita non intendit baptizare. — R e s p o n d e m u s: 'intendere baptizare' dicitur dupliciter: vel propter effectum Baptismi, vel propter formam. Si non intendit ultimo modo, non baptizat, scilicet ut [non] intendat facere sub illa forma quae est Ecclesiae, ita ut 'quae est Ecclesiae' cadat extra intentionem.

8. Agnoscendum est in baptizandis [782, 3]. Ita reddit rationem L e o papa [1]: «Ea quae sunt in membris congruere debent illis quae gesta sunt in capite; dum in Baptismatis regula et mors intervenit, in interfectione peccati, et sepulturam triduanam trina imitatur demersio, et ab aquis elevatio resurgentis instar est de sepulcro». In Pentecosten vero, propter adventum Spiritus Sancti, in quo baptizati sunt Apostoli baptismo flaminis [2]. Et quia haec nativitas est per aquam et Spiritum; aqua
A 126 b autem pertinet || ad passionem, uti indicabatur cum de latere fluxit, Ioan. 19, 34; Spiritus autem Sanctus indicabatur in visibili signo in die Pentecosten: recte ergo sacramentum nativitatis spiritualis in his duobus festis solemnizatur.

9. Quaeret autem aliquis quare non fuit institutio de so-
P 174 v lemnitate in die || Epiphaniae, quando Dominus baptizatus est et cum contulit vim regenerativam aquis. — Respondet L e o papa [3]: «Sciant illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem; nec ad eamdem pertinuisse virtutem qua per Spiritum

1 vere *om.* A. 3 quod volebant] qui volebat A. || facere[1] *et* Ecclesia *om.* Pa. 4 quaestio] quomodo A. || Baptismum] effectum baptismi PPa. 6 dicitur *om.* A. || Baptismi *om.* Pa. 7 propter *om.* T. || Si... baptizat] si non intendat propter formam, non bapt. P, *om.* Pa. 8 scil. ut *trp.* P, *om.* scilicet Pa. 9 ita ut... intentionem] omni sensu P, et hoc ultimo modo potest, quia multi conveniunt quoad formam nobiscum licet dissideant in fide Pa, ita quod li *pro* ita ut BET. 10 Agnoscendum... baptizandis *om.* Pa, esse duo tempora *add.* P. 10 Ita... rationem *om.* P, *om.* Ita Pa. 12 illis] eis E, hiis Pa. || dum] de A. || et] est A. 13 intervenit Pa (*Leo*), prevenit ABEPT. 14 demersio] immersio B. 15 vero *om.* BET. 19 Ioan. 19 *om.* Pa. || autem *om.* Pa. || indicabatur] indicatur AET, hic indicitur Pa. 19-21 in... solemnizatur *om.* Pa. 20 ergo *om.* P. 22 Quaeret] queritur E. || autem *om.* B. || aliquis BP, *om.* AETPa. || fuit] facta *add.* PPa. 22-23 solemnitate] Christi *add.* ET, baptizandi *add.* PPa. 23 quando] cum T. 24 Respondet] responsio ad hoc quam ponit Pa. 25 aliam... aliam] aliquam... aliquam ET.

1 *Epist. 16*, c. 3 (PL 54, 198s.); in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 13 (I, 1365).
2 Act. 2, 1-3. 3 *Epist. 16*, c. 6 (PL 54, 701); in *Decreto*, ib., c. 14 (I, 1366).

Num. 8-9: anon. Tr, f. 152r-v. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 141s.); Bonav., hic, p. 2, dub. 5 (IV, 161).

Sanctum || renascitur ». « Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia *in omnibus primatum tenens* [1], se docuit esse principium, et tunc regenerationis potentiam sanxit, cum de latere eius fluxerunt sanguis redemptionis et aqua baptismatis ». E 236 v

10. Circa hoc quaeritur utrum Apostoli essent baptizati baptismo tantum flaminis aut etiam baptismo aquae. — De hoc Augustinus, *Ad Seleucianam* [2], || de baptismo Apostolorum: T 151 a « Scriptum est quando baptizatus est apostolus Paulus [3], et scriptum non est quando alii; et tamen ipsos baptizatos intelligere debemus. Utrumque autem de Domino scriptum est [4]: et quia baptizabat plus quam Ioannes, et quia ipse non baptizabat sed discipuli eius; ut intelligeremus ipsum baptizasse praesentia maiestatis, non manuum ministerio. Discipuli vero baptizati sunt [sive] baptismo Ioannis, quod nonnulli arbitrantur, sive, quod magis credibile est, baptismo Christi: quando discipulis lavit pedes, et petenti Petro [5] ut *non tantum pedes, sed et manus et caput* ei lavaret, respondit Dominus: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Ubi intelligitur quod Petrus iam fuit baptizatus » cum aliis. — In idem consonat Ambrosius, *De mysteriis* [6]: « Mundus erat Petrus, sed plantas lavare debebat. Habebat enim primi hominis ex successione peccatum, quando supplantavit serpens et persuasit errorem. Ideo planta eius abluitur, ut hereditaria peccata tollantur. In nobis autem non tantum illa, sed propria per Baptismum relaxantur ».

11. **Porro cuncti** etc. [782, 10]; **alius pro eo** [782, 16]. In quodam germanico concilio [7]: « In Baptismate vel Chrismate non

1 renascitur] renascuntur BEPT, sic autem voluit tunc baptizari sicut circumcidi *add.* Pa. 2-3 esse principium *om.* T. 3 regenerationis] religionis P. 3-4 cum... fluxerunt] quando... fluxit P. 5-24 Circa... relaxantur *om.* Pa. 5-6 Circa... hoc] queritur etiam an Ap. essent bapt. baptismo aque an tantum flaminis. Respondet P. 8 est[2] B, sit EP (*Aug.*), fuit T, *om.* A. 9 alii] baptizati sunt alii apostoli P. || ipsos] illos P. 10 est *om.* AET. 11 quia[1]] dominus *add.* P. || ipse *om.* A. 12 eius] Ioan. ii. *add.* P. || bapt.] baptizare A. 14 quod] et A. 15 sive, quod] sed A, *om.* quod ET. 17 ei] eius B, *om.* PT. || respondit *Aug.*, cui ABET, cui respondit P. 18 non... lavet] etc. P. 18-19 Petrus... aliis] iam Petrus et alii discipuli fuerunt baptizati P. 21 primi... successione] a primo homine per successionem A. || quando] quem A, quoniam B. 22 persuasit] supersuasit E, suasit T. 24 sed] et *add.* E. 25 cuncti] ad baptismum *add.* Pa. || alius p. eo] respondeat *add.* BETP (*mg.* A[2]), si autem parvulus est etc. Pa. || In] ex BETPa. 26 germanico] heretico A, magontiensi *Decr.*, *om.* BETPPa. || vel] in *add.* Pa.

1 Col. 1, 18. 2 *Epist. 265*, nn. 4-5 (PL 33, 1087s.). 3 Act. 9, 18. 4 Ioan. 4, 1-2. 5 Ioan. 13, 9-10. 6 Cap. 6, n. 32 (PL 16, 398 C). 7 Immo in *Poenitentiale* Theodori, § 186; ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 102 (I, 1394).

Num. 10: anon. P, f. 37r; anon. Tr, f. 152b; anon. V, f. 127b.

potest alium suscipere in filiolum is qui non est baptizatus aut confirmatus » [a].

12. Cum respondetur parvulus credere [783, 7]. Augustinus, *Ad Bonifacium* [1]: « Difficillimam proposuisti mihi quaestionem. Si constituam, inquis, ante te parvulum et quaeram, utrum cum creverit futurus est castus vel fur, respondebis: nescio; et si in parvula aetate aliquid boni cogitet, respondebis: nescio. Si ergo de moribus nihil audes certum promittere vel de cogitatione, quid est quod, cum ad Baptismum offeruntur, pro eis respondent: credo »? — Ita respondet Augustinus [2]: [Est] sicut cum dicimus dominico die Paschae: 'Hodie Dominus resurrexit', qui semel tamen resurrexit; et in sacramento cum omni die [passio, non solum in die] Paschae recolitur. « Sicut ergo sacramentum corporis Christi corpus Christi est, et sacramentum sanguinis sanguis [Christi est], ita sacramentum fidei, fides. Cum ergo parvulus suscipit sacramentum, ratione illius dicitur suscipere fidem. Nihil autem aliud est credere, quam fidem habere » [b].

13. Sicut et omnibus pompis [783, 17]. Quaestio est utrum in Baptismo sit votum. Quod videtur, in Glossa [3] super

a (2) Praeterea [4]: « Non licet abbati vel monacho in Baptismo filios suscipere, vel commatres sibi facere » (+ Pa). *b* (18) Infra in eodem [5]: « Cum homo sapere coeperit, non illud sacramentum repetet, sed intelliget eiusque veritati consona voluntate coaptabitur ». Sed se-

1 potest] alius *add. codd.* || is... est] is...fuit A, vel... est B, nisi sit P. || aut] vel B. 3 Cum... credere] Unde August.: nihil aliud est credere etc. Pa, qui fidei *add.* P. 5 inquis] inquam A. 5-6 quaeram utrum] queratur P. 6 creverit] venerit A. || est] sit T. 7 cogitet] sic *add.* P. 8 ergo] autem T. || audes] audet A. || promittere] dicere P. 9 offeruntur] defferuntur A. 10 pro eis *om.* B. || respondent] respondetur BET. || credo] cum illa etas cogitare hoc non possit *add.* Pa. || Ita... Augustinus] respondendum Pa, *om.* ita BP, quod *add.* P. 11 cum *om.* T. 12 qui *et* tamen *om.* Pa. 13 cum *om.* BETPPa. 14 corpus Christi *om.* A. 15 et *om.* A. || ita] et *add.* P. 16-18 Cum... habere *om.* Pa. 17 autem] enim P. 19 Sicut... pompis *om.* Pa, diaboli respondetur: abrenuntio *add.* P. || Quaestio e. utrum] queritur an P. 20 Quod *om.* P, sic *add.* Pa.

1 *Epist. 98*, n. 7 (PL 33, 362s.); in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 129, § 4 (I, 1403). 2 L. c., n. 9 (PL 33, 363s.). 3 Lombardi in Ps. 75, 12: « Alia sunt communia vota, de his scil. sine quibus non est salus, ut vovere fidem in baptismo et abrenuntiare diabolo et pompis eius » (PL 191, 708s.). 4 Ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 103 (I, 1394). 5 Augustinus, l. c., n. 10 (PL 33, 364).

Num. 13-14: anon. P, f. 38v; anon. Tr, f. 152b-c; anon. V, f. 128a-b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 13-14 (XXIX, 143s.).

illud: *Vovete et reddite*. Cum ergo spondeat abrenuntiare operibus diaboli et pompis, quae sunt peccata mortalia, quandocumque peccat mortaliter, votum transgreditur. — R e s p o n d e m u s: est votum specialiter dictum et generaliter. Votum autem hoc communiter dictum in Baptismo non est nisi recognitio debiti. Vel non sunt ibi duo || peccata, sed unum dupliciter. A 126 c
Plus enim peccat quam ille cui dimittitur peccatum per fidem tantum et post recidivat.

14. Parvulus pro quo fit tenebitur [783, 23]. Videtur quod parvulus non teneatur: quia, carnali patre promittente se intraturum claustrum, non teneretur; ergo spirituali patre promittente quod credet, non tenetur ad fidem. — R e s p o n d e m u s quod aliter est in iis quae sunt necessitatis, et aliter in iis quae sunt supererogationis vel perfectionis. Omnis enim tenetur ad necessaria saluti, et non ad necessaria perfectioni. Perfectionis est ingredi claustrum, necessitatis autem ad salutem habere fidem [a].

15. || **Illa autem interrogatio** etc. [784, 3]. Quaeritur quot B 132 r
exiguntur ad dispositionem sacramenti Baptismi vel quot sint sacramentalia, et quae, et quomodo ordinata, et ad quae sint

---

cundum hoc videtur quod parvuli non habeant fidem. R e s p o n d e o: fides habet duas facies; habent ergo quoad illuminationem; non habent quoad visionem specularem, quae est hypostasis fidei (+ Pa).
a (17) **Certissimam emisistis** etc. [783, 27]: ad catechumenos (+ Pa).

---

1 reddite] etc. *add.* P. 1-3 Cum... transgreditur] quod si est, ergo cum de operibus diaboli vel pompis sint pecc. mortalia, quibus (!) transgreditur votum cum peccat post baptismum Pa, cum... mortalia, peccans mortaliter postea quandocumque transgr. votum P. 4-6 est... Vel] dupliciter dicitur votum, scil. generaliter ut hic, quod est cognitio debiti, et specialiter. Et nota P. 4 specialiter... generaliter] generale et est votum speciale Pa, dictum *add.* BET. 5 hoc] sic B, est *add.* T. || communiter] generaliter E. || in... nisi] est Pa. 6 sunt *om.* A. || dupliciter] peccatum *add.* P. 7 peccatum] primo *add.* Pa. 8 tantum *om.* PPa. || et p. recidivat] post peccans P. 9-10 Videtur... teneatur *om.* P. 10 quia... intraturum] si enim pater eius promitteret quod intraret B, quia (sed P) carn. p. prom. de (pro Pa) puero quod intrabit PPa. 11 non] propter hanc *add.* P. || teneretur] tenebitur puer Pa. || ergo] nec *add.* PPa. || patre *om.* Pa. 12 quod... fidem] pro ipso credere ipse tenebitur Pa, q. cr. tenebitur puer ad fidem P. 13 quod *om.* PPa. 13-14 iis... perfectionis] eo quod necess. est et q. perf. est Pa. 14 vel] sive P. 14-17 Omnis... fidem *om.* Pa, Resp.: ad prima necessario tenetur quilibet, non autem ad secunda. perfectionis autem e. ing. cl., necess. ad s. hab. baptismum P. 18-2 (p. 120) Quaeritur... littera *om.* Pa, qr quot sacramentalia sint et que et quot modis ord. et quid et ad quid unumquodque horum P. 19 exiguntur... quot *om.* (*hom.*) BE. || dispositionem *ita* AT.

Num. 15: anon. Tr, f. 153a; anon. V, f. 128a-b. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 3, q. 2 (IV, 158s.).

ordinata. Utrum enim sint necessaria, vel utrum sacramenta vel sacramentalia, determinat Magister in littera [1].

a. Tria autem sunt ad susceptionem novitatis praecedentia: catechismi, exorcismi, orationes, secundum magistrum Hugonem [2]: catechismi ad intelligentiam fidei, exorcismi ad
E 237r pellendum potestatem diaboli, || orationes « ut gratia praeveniat et sequatur ». Primum ad intellectivam, alia duo ad motivam.

b. Sacramentalia sunt haec [3]: primo exsufflatio, « ut pellatur potestas diaboli »; post, signaculum « crucis tam in fronte
P 175r quam in pectore, || ut diabolus interemptionis suae cognoscens signum, deinceps se sciat esse alienum ». Dictis orationibus « super eum, datur sal benedictum in os eius, ut per sal typicum sapientiae sale conditus, fetore careat iniquitatis, ne a vermibus peccatorum putrefiat, sed servetur ad gratiam percipiendam ». Dicto exorcismo ut recedat diabolus, « tanguntur aures et nares saliva, et dicitur verbum evangelicum: *Ephphetha, quod est adaperire*, Marc. 7, in fine, ut aperiantur ei nares spirituales ad accipiendum odorem notitiae Dei, ut aures ad audiendum mandata Dei ».

c. Quaeritur hic, cum Dominus tetigerit linguam, et non nares, quare sacerdos e converso. Videtur enim quod linguam, et non nares tangere deberet, cum quaeratur a baptizato si abrenuntiet diabolo et credat: quod oportet exprimi confessione oris. — Respondemus: hoc fit propter hoc, ut

---

1 Utrum... sint] an sunt B. 3 autem *om.* BETPa. 3 praecedentia] scilicet *add.* Pa. 4 catechismi] catecumini BET. || exorcismi] et *add.* BETPa. 4-5 sec. m. Hugonem *om.* Pa, ma. Hugo *et trp. a.* Tria (3) P. 5 catechismi] catecumini BETP. || intelligentiam] intellectum Pa. 7 Primum... motivam *om.* PPa. 8 Sacramentalia] in consecrationibus *praem.* P, autem in toto opere baptizandi *add.* Pa. || primo] est *add.* PPa. 9 signaculum] signatur baptizandus signaculo sancte PPa. 10 cogn.] respiciens P. 11 signum] ag. A, a signato *add.* P. || alienum *om.* T, Osee 13: Ero mors tua etc. *add.* P. || orationibus] benedictionibus T. 12 eum] ut fiat catecuminus *add.* Pa. || os] ore ET. || eius *om.* Pa. || sal[2]] benedictum *add.* PPa. 14 percipiendam] perspiciendam A, perficiendam P. 15 aures] ei *praem.* PPa, eius *add.* T. || nares] de *add.* Pa. 16 verbum evang. *om.* P, ei *praem.* PPa. 18 ut] et E, aperiantur ei *add.* PPa. 20-21 Quaeritur... quare] queritur hic: Dom. tetigit... quare BET, super hoc autem qo: cum... quare Pa, sed si Dom. non tetigit nares sed linguam, propter quid P, aures *pro* nares A. 21-22 Videtur enim... deberet *om.* Pa, *om.* enim E, *om.* et non nares P, *om.* tangere deberet BT, aures *pro* nares A. 22 cum quaeratur] quia queritur EP, cum requiratur Pa, post *add.* PPa. || baptizato] baptizando BEPa, *om.* P. 22 si] utrum T. 23 diabolo *om.* Pa. || et credat] etc. P, et si cr. E. 24 Resp.] quod *add.* ET. || hoc fit *om.* BETPPa. || propter hoc *om.* PPa.

---

1 Hic, c. 7 (p. 784). 2 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 10 (PL 176, 456 D). 3 Partim verb. in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, cc. 62-64, 68 (I, 1383s.); ex Rabano, *De cleric. institutione*, I, c. 27 (PL 107, 312). Cf. etiam Hugo de S. Victore, l. c.

significetur quod quae facit sacerdos, facit ante gratiae infusionem gratum facientis. Quia ergo opus narium est in motu ad animam, in quo fit receptio ab anima; opus autem linguae ab anima est, recte sacerdos tangit nares, ut significetur habilitatio ad gratiae susceptionem. Dominus autem linguam tangit ut potestatem habens, ut || significetur ipsum conferre gratiam ad Pa 167 v
opus gratiae exsequendum; sacerdos vero non facit nisi habilitare. Vel propter specialem dignitatem linguae quoad gratiam, cui confertur potestas in omnibus sacramentis quae soli Deo convenit. Et hoc dicit A m b r o s i u s in libro *De sacramentis* [1]: « Propter gloriam muneris et operis, non os tangit episcopus », id est sacerdos. Quasi dicat: reliquit principali auctoritati ut disponat organum linguae, quod est proprie activum, cum alii sensus sint susceptivi, et ideo potest eos habilitare sacerdos.

d. « Deinde [2] ungitur in pectore oleo sancto cum invocatione Trinitatis, || ut mens in fide Trinitatis confortetur; inter A 126 d
scapulas, ut ad sustinendum onus Dei roboretur ». Post trina immersione, prius facta abrenuntiatione et fidei Trinitatis confessione, baptizatur in remissionem peccatorum. Post [3] signatur chrismate in vertice, ut regni Christi particeps fiat et a Christo christianus dicatur. Post vestis candida in signum innocentiae || datur, et cereus in manu, ut luceant eius opera, Matth. 5, 16: T 151 b
Sic luceant opera vestra etc. — Habemus igitur quot sacramentalia. Unum illorum sacramentum est, scilicet baptizatio.

e. In eo in quo est peccatum, primum est ut ab eo pellatur potestas diaboli, ne dominetur; secundum, ut habeat apertionem sensuum spiritualium, quae designatur respectu triplicis

---

1 quae *om.* Pa. || facit[2] *om.* PPa. || ante] ad B. 2 gratum fac.] sunt ut recipiatur gratia que precedit opus Pa, sunt gratie gratum fac. P. || in motu] opus Pa. 3 in... anima *om.* Pa. 4 est *om.* PPa. || nares *om.* P. || habilitatio] habilitas E. 5 tangit] tetigit E. || ut] sicut Pa, *om.* P. 6 ut... conferre] ut... habere BETPa, significans ipsam habere P. 7 opus gr. exseq.] locutionem PPa. || sacerdos... habilitare *om.* PPa. 8 spec. dignitatem] specialitatem dignitatis Pa. || quoad gratiam] quatinus ad gr. B, in gratia Pa. 10 hoc] est quod *add.* PPa. || in libro *om.* Pa. 11 gloriam] gratiam E. 12-14 Quasi... sacerdos *om.* BEPPa. 12 ut] ne T. 13 quod est] gustum T. || activum] actuum A. 16 mens] vivens A. || confortetur] et *add.* P. 18 prius *om.* BETPPa. 21 dicatur] dicitur Pa, dici BP. || signum] figuram A. 22 manu] eius *add.* T. 22-23 luceant... etc.] impleatur illud: sic luceat lux Mt. 5 Pa. 22 opera] secundum illud *add.* P. 23 Sic... etc. *om.* B. 23-24 Habemus... baptizatio *om.* PPa. || sacramentalia] sunt *add.* E. 25-18 (p. 122) In... dominatur *om.* PPa. 25 est[1] *om.* A. 27 quae] apertio *add.* ET.

---

1 Lib. I, c. 1, n. 3 (PL 16, 418 A-B); in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 4, c. 69 (I, 1385). 2 Ex *Decreto* Gratiani, l. c., c. 70 (I, 1385). 3 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 11 (PL 176, 457s.).

virtutis, ut habilitetur ad fidem, spem, caritatem. Habilitatio ad caritatem in sale significatur; habilitatio ad intelligentiam fidei, in aurium apertione; habilitatio ad spem, in odore narium. Odor enim est eorum quae remota sunt. — Post apertionem sensuum spiritualium, sequitur habilitatio gratiae gratis datae, ut convertatur et paratus sit ad onus Dei suscipiendum; quod significatur in unctione pectoris et inter scapulas. — Post habilitationem gratiae gratis datae ad affectum, sequitur infusio gratiae gratum facientis remittentis culpam et poenam; quod significatur in Baptismo. — Sed quia Baptismus, quantum est de se, non significat gratiam ut ordinat ad opus meritorium, sequitur inunctio chrismatis in vertice ad designandum infusionem gratiae ordinantis in bonum datae in Baptismate: non quod conferatur ipsa inunctione chrismatis, sed quod chrisma figurat eam. Sed fit in vertice inunctio, ut designetur gratia fidei articulorum, quorum semper debet esse memoria, et quae gratia datur ipsi superiori parti rationis, quae in parte mediae cellulae, logisticae [1] scilicet, dominatur.

f. Chrisma autem componitur ex oleo et balsamo. Per oleum intelligitur innocentia interior; per balsamum gratia ad exterius: bonae famae scilicet. — Vestis candida signum est candoris in conscientia [et sanctitatis] vitae post futurae. Cereus autem signum est illuminationis bonorum operum ad proximum in exemplum.

g. Quaeritur de abrenuntiatione triplici: satanae, operibus eius et pompis, a baptizando antequam ungatur oleo sancto; et iterum [exigitur] triplex credulitas trium personarum,

1 habilitetur] spiritus *add.* E. || spem *om.* E, et *add.* BET. 2-3 intelligentiam... spem *mg.* (*hom.*) A^2. 3 spem] fidem spiritus E, (fidem *exp.*) spem T, fidem scilicet *corr. ex* spem A^2. 6 convertatur] ad fidem *add.* BET. || suscipiendum] sustinendum ET. 7 unctione] inunctione E. 8 ad B, *om.* AET. 12 designandum] significandum B. 13 ordinantis] ad bonum vel *add.* E. 13-15 non... eam *om.* BE. 14 ipsa inunctione] in prima unctione A, in intentione T. 15 figurat] significat T. 16 memoria] medicina T. 18 logisticae scilicet *om.* BET. 19-24 Chrisma... exemplum *om.* Pa, crisma autem comp. ex oleo significante gratiam innocentie interioris, et balsamo significante gratiam ad exterius. Cereus signum bone vite in exemplum proximi P. 19 autem *om.* E. 20 innocentia *om.* A. || ad *om.* B. 21 bonae] ratione T. || Vestis] autem *add.* BET. 21-22 signum e. candoris *om.* T. 22 vitae p. futurae *om.* BE. 23 autem *om.* B. 23-24 ad... in] et ad pr. A. 25-9 (p. 123) Quaeritur... gratia *om.* P, queritur a baptizato: abrenuntias sathane et omnibus operibus eius et omnibus pompis, id est sequelis peccatorum, sicut est fomes inquantum inclinat ad peccatum intra pene que sunt necessario coniuncte cum peccato Pa.

1 Cf. Guil. de Conchis, *Philosophia mundi*, IV, c. 24 (inter opp. Honorii Augustod., PL 172, 95 B).

ad quas referuntur omnes articuli. Articuli enim omnipotentiae, ut creationis, ad Patrem, recreationis ad Filium, articuli gratiae ad Spiritum Sanctum pertinent, ut [a] communio Ecclesiae, remissio peccatorum, collatio gloriae. — Contra has est trinitas satanae pessima: primo potestas; inde opus, quod egreditur a potentia per scientiam; inde pompae, quae contra gratiam sunt. Pompae enim peccata, cum sequelae peccatorum sunt. Horum abrenuntiatio fit post omnes exorcismos et immediate ante Baptismum, ad significandum quod vere confitenti datur gratia.

h. Item duplex est signatio: prima, ut cor sit clausum || E 237 v
diabolo; secunda, ut habilitatio sit ad suscipiendam gratiam. Et hae sunt ante Baptismum. Et in suscipienda gratia est trinitas fidei in pectore et trinitas operum inter scapulas.

16. *a.* Item, quaeritur utrum exorcismi aliquid conferant. Nam si conferunt, aut ad diminutionem culpae vel poenae. Non culpae, quia non tollitur nisi per gratiam; idem autem est principium diminuendi et tollendi ; non ergo per exorcismum diminuitur culpa. — Praeterea [b], si per exorcismum diminueretur culpa, ergo aliquam partem iste et aliam || partem ille, et A 127 a
ita totaliter tolleret culpam, cum non sit infinita. Et si tolleret

a (3-8) Et de principalibus quaeritur in genere, non de singulis. Est haec trinitas prava abrenuntiata: satanae potentiae, operibus eius et pompis. Pompis destructio gratiae appropriatur. Immediate quaeritur de fide (BET). *b* (18-13 p. 124) Praeterea, si diminuerit partem culpae hic exorcismus, et eadem ratione alius tantam, et sic omnino delebilis per exorcismum. Item, si tolleret culpam, necessario tolleret reatum culpae illi adiunctum. Cum ergo virtute passionis tollatur poena originalis, puer exorcisatus sufficienter sine baptismo volaret; quod falsum. — Si diminuat poenam, quaeritur quam poenam, quia aut carentiam visionis Dei, aut

1 ad... articuli[1] *om.* BE. 2 ut] sicut BET. || Patrem] articuli *add.* ET. 3 communio] omnino A. 10-13 Item... scapulas *om.* PPa. 10 prima] quando fit exsufflatio *add.* BET. 11 habilitatio] habilitatum B. || ad s. gratiam] gratie suscipiende E. 12 sunt] fiunt BE, fu. T. || Et[2] *om.* T. 14-22 (p. 126) Item... spiritualium *aliter* (*infra, nn. 18-19*) Pa. 14 Item *om.* P. || utrum] an P. 15 Nam... aut] si sic, aut conferunt P. || vel] aut EP. || poenae] sed *add.* BET. 16 quia] que P, culpa *add.* E. || non... nisi] tollitur solum P. || idem] quod T. 18-19 diminueretur] dimitteretur A. 19 aliam] aliquam ET. || partem[2] *om.* B. 20 tolleret] tollet T. 21-24 Et... fide *ita loco* ut... immediate (3-8) BET. 21 quaeritur] querit ET. 22 abrenuntiata] est *add.* E, est cum *add.* T. 22-23 eius et pompis] destructio ET. 23 Pompis... appropriatur *om.* B. 24ss. Praeterea... habebit *ita loco* Praeterea... exorcismo (18-13 p. 124) P.

Num. 16: anon. Tr, f. 152d-153a; anon. V, f. 128b. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (cod. Tudert. 71, f. 130b-c); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 47; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 131a-c); Bonav., hic, p. 2, a. 3, q. 2 (IV, 157s.).

culpam, et reatum necessario adiunctum ei. Cum igitur virtute passionis tollatur poena originalis, quod est carentia visionis Dei, puer exorcisatus evolaret; quod falsum est.

b. Si dicatur quod diminuit poenam, quaeritur quam. Non enim est principaliter nisi duplex poena: scilicet originalis poena, carentia scilicet visionis Dei, et fomes. Non carentiam: illam enim tollit sola passio Christi; idem autem est principium diminuendi et tollendi. — Si vero poenam fomitis diminuit, c o n t r a: dum manet originalis culpa, manet fomes in summo. Sed manet usque ad baptismum; non ergo diminuitur per exorcismum. Et ita, ut videtur, non confert ad diminutionem culpae vel poenae. Ergo multo fortius nec ad collationem boni; et ita nullus effectus per se est in exorcismo.

c. Praeterea, videtur conferri gratia in exorcismo: quia sacerdos adiurat diabolum ut exeat, et preces ministri Ecclesiae, in quantum ministri, non sunt inexauditae in sacramento. Non ergo remanet post exorcismum diabolus in eo. Sed non expellitur nisi per gratiam; ergo in eo confertur gratia.

d. Praeterea, Salomon expulit daemones per exorcismos [1]; multo fortius ergo exorcismi Ecclesiae habent virtutem expellendi. — Et in Act. 19, 13-16, habetur de quibusdam adiurantibus 'per Christum quem invocat Paulus' ut exiret diabolus; et exivit diabolus et intravit corpora eorum. Si illi exorcismi a malis habuerunt hanc virtutem, ergo potius a ministris Ecclesiae.

---

poenam quae est fomitis. Non poenam carentiae, quam tollit sola gratia passionis Christi; nec poenam fomitis videtur tollere, quae manet in summo, manente originali culpa, quae manet usque ad Baptismum. Si ergo non confert ad diminutionem culpae vel poenae, multo fortius ergo non ad collationem boni. Quem ergo effectum habebit ? (P).

---

1 et] tolleret etiam E. || reatum] etiam *add.* T. 2 originalis] peccati *add.* E. 2-3 quod... Dei *om.* BET. 3 exorcisatus] sine baptismo *add.* BET. || evolaret] evolabit T. 4 Si] vero *add.* BET. 6 carentia scil.] que est carentia BET. || fomes] pena fomitis BET. || Non carentiam] primam non tollit E, non tollit carentiam (penam carentie B) visionis Dei BT. 7 illam enim] quia illam E. || passio] virtus passionis ET. || autem] enim E. 8 diminuendi... vero... diminuit] dimittendi... ergo... dimittit A. 10 Sed] que B. || ergo diminuitur] enim dimittitur A. 14-15 in... adiurat] per illum: adiurat enim sacerdos P. 15 et preces] que pr. B, pr. autem P. 16 ministri] ministrantur P. 17 ergo] autem A. || diabolus... Sed] potestas diaboli in eo, que tamen P. 18 eo] exorcismo P. 19 exorcismos] exorcismum T. 20 exorcismi... expellendi] demones expelluntur per exorcismos ecclesie E. 21 Et in *om.* T. || quibusdam *om.* P. 22-24 invocat... Ecclesiae] predicat apostolus qui et eiciebant P. 23 diabolus *om.* E. || Si] sed A, ergo *add.* E. 24 malis] facti *add.* BET. || virtutem] potestatem E. || potius] multo fortius E, facti *add.* B.

---

1 Secundum P. Comestorem, *Historia schol.*, III Reg., c. 7 (PL 198, 1352).

e. Item, Augustinus, in libro *De symbolo* [1]: «Parvuli exorcisantur ut vis diaboli pellatur ab eis»; sed vis eius non pellitur manente culpa; ergo per exorcismum tollitur culpa.

f. Contra: non deletur originale nisi per Baptismum aquae vel flaminis etc. Si ergo decederet ante baptismum, post exorcismum, descenderet in originali, et ita damnaretur. Ad quid || ergo valet sic decedenti? P 175 v

g. Respondemus quod exorcismus confert ad diminutionem poenae; sed est poena praeter dictas poenas, scilicet vexatio corporis, et obnubilatio mentis, et potestas in stimulo carnis. Valet ergo tunc ad diminutionem poenae potestatis diaboli in iis. Unus ergo effectus est diminutio potestatis diaboli; alter, rei faciendae in baptismo praefiguratio; tertius, alicuius gratiae gratis datae habilitatio, non autem gratum facientis.

h. Ad id quod quaeritur, utrum confertur gratia gratum faciens, dicendum quod non. Exauditur tamen oratio sacerdotis: exit enim diabolus quantum ad quemdam effectum per exorcismum; sed plenum exitum petit ipse per exorcismum in baptismo.

i. Ad aliud dicendum quod illi exorcismi Salomonis erant ex parte corporis, ad diminuendum potestatem diaboli quoad vexationem corporalem; exorcismi vero Ecclesiae ex parte animae, scilicet quoad vexationes spirituales [a].

---

a (23) ut patet ex auctoritate Ambrosii quae habita est primo libro, XXXVII distinctione, cap. *Sciendum est* etc. [232, 23]: «Quibusdam nebulis» etc. [2] (+ P).

---

1 Item] preterea dicit P. 2 ut... pellatur] et... tollitur A. || sed v. eius] que P. 4 Baptismum] generaliter *add.* BET. 5-6 aquae... damnaretur *om.* P. 6 descenderet] decederet BE. 7 sic decedenti] sic descendenti T, exorcismus decedenti sine baptismo P. 8 quod *om.* P. 9 sed... dictas] que est pr. predictas P. 10 vexatio] ex parte *add.* BET, que est ex parte *add.* P. || obnubilatio] ex parte *add.* B. 11 tunc *om.* P. || poenae] scilicet *add.* P. || potestatis] potestatem A. 12 Unus... diaboli] qui est unus eff. eius P. 13 alter] vero effectus est *add.* P. || praefiguratio] purgatio BP. || tertius] primus eius effectus est P. 14 non... facientis *om.* BEP. 15-16 Ad... non] ad illud (aliud T) q. obicitur utr. conferatur... dicendum est q. non BET, nec confertur gratia gr. faciens P. 17 quantum ad] quoad P. 18 sed] cuius P. || exitum] eius *add.* BET. || ipse *om.* P. 20 Ad... exorcismi] exorcismi vero P. 21 ex... corporis *om.* P. || diminuendum] dimittendum A. 21-22 quoad... corporalem *om.* BET, *om.* corporalem P. 22-23 exorcismi... spirituales] qui autem in ecclesia quoad vexationem spiritualem P. 23 scilicet... spirituales *om.* BET.

---

[1] *De symbolo ad catechumenos*, c. 1, n. 2 (PL 40, 628). [2] Nulla auctoritas Ambrosii hoc modo incipiens ibi occurrit. Legitur autem in *Glossa*, II, d. 8, n. 20 (p. 82), ex August., *De div. quaest. 83*, q. 12: «Quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiae» (PL 40, 41).

k. Ad ultimum dicendum quod exorcismus non confert decedenti quantum ad poenam carentiae visionis Dei, sed, sicut dictum est, fortasse quantum ad illas tenebras spirituales quae
T 151 c sunt in mente, || scilicet in cognitione sui vel aliorum a Deo.

17. Quaeritur quare tantum tres sensus tanguntur: gustus, olfactus et auditus. — R e s p o n d e m u s: in his tribus notatur triplex habilitatio ad cognoscendum, scilicet ad intelligendum per auditum verum, quod fit a remotis; ad sapiendum bonum per gustum; ad discernendum hoc a suis oppositis: quod fit per narium spiritualium discretionem. Quae omnia necesse est praecedere in figura ad hoc quod fides recipiatur. Visus vero,
A 127 b eo quod est figura distinctae cognitionis || et tactus, eo quod est certissimae cognitionis, non figurant aliquid antecedenter ante baptismum. — Si vero quaeritur, cum saliva sit humor determinabilis lingua, quare imponitur naribus et auribus, r e s p o n d e m u s quod saliva habet duas naturas: aëream et aquosam. Quantum autem est de prima, habet vim apertivam et connaturalem auribus et naribus. Quantum est de aquosa, habet ut immisceat se rei saporitae. Tetigit ergo Dominus linguam saliva ad opus locutionis, ut solverentur ligamenta; et sacerdos minister tangit aures et nares ad apertionem intelligentiae et
E 238 r discretionem || spiritualium.

1 Ad... exorcismus] exorcismus autem P. 2 decedenti] sine baptismo *add.* P. 2-3 sicut d. est *om.* P. 3 fortasse] forte BP. || tenebras *om.* T. 4 sunt *om.* P. || scilicet... Deo] quoad alias cognitiones P. 5 Quaeritur] item *praem.* ET, sed *praem.* P. || tres sensus *om.* P. 6 et *om.* B. || in h. tribus] quia in h. t. sensibus P. 7 scilicet *om.* P. 8 per auditum *om.* P. || bonum *om.* B. 9 hoc] hec A. || a suis] a sensibus B, a ss. (sensibus ?) *praem.* A, *om.* a T. 9-10 fit... est] per nares significatur. Necesse est autem hec omnia P. 12 eo quod[1]] quia P. || est *om.* ET. || cognitionis] cogitationis EP. || eo quod[2]] quia P. 13 certissimae] certe P. || figurant] signant A, figuratur P. || antecedenter] antecedens BT, *om.* P. || ante] ad T. 14 Si v. quaeritur] si v. queratur ET, item P. 15 lingua] lingue B. 16 quod *om.* P. || habet] in se *add.* BET. || naturas] scilicet *add.* P. 17 Quantum... prima] quoad aëream P, *om.* autem BET. || apertivam et conn.] operativam et conscientialem T. 18 auribus] auditui P. || Quantum... aquosa] quoad aquosam P. || habet *om.* BET. 19 saporitae] saporate TP. || Tetigit] tangit A. 20-21 et... tangit] ministri vero P. 21 apertionem intelligentiae] aperiendam intelligentiam BE, operationem intellectivam T. 22 discr. spiritualium] discr. spiritualem BET, discretionis spiritualis P.

Num. 17: anon. P, f. 39r; anon. Tr, f. 153b; anon. V, f. 128b.

REDACTIO CODICIS Pa (f. 167v).

Loco Item... spiritualium (*nn. 16-17*):

18. *a.* Item, quaestio est utrum exorcismi aliquid conferant. Et videtur secundum Rabanum [1] [dicentem] quod in ministerio sacerdotum paratur sedes Domini. Sed si conferunt, vel ad diminutionem potestatis diaboli, et haec diminutio poenae, scilicet ne tantum possit vexare diabolus quantum ante. Sed quaeritur utrum conferatur gratia.

b. Item, Salomon expulit daemones per exhortationem. — Item, legitur in Act. 19, 13-16, de filiis Scevae factum fuisse sic. — Item, Augustinus, *De symbolo:* « Parvuli exorcisantur ut vis diaboli pellatur ».

c. Contra: non deletur originale nisi per Baptismum; ergo, si decederet post exorcismum, decederet in originali, et ita damnaretur; ergo non habuit gratiam.

d. Ad quod dicendum quod effectus est diaboli debilitatio, et rei in Baptismo faciendae praefiguratio; alius, gratiae gratis datae habilitatio. — Ad illud quod dicitur de Salomone, dicendum quod expulit ab obsessis corporibus; sed exorcismi Ecclesiae sunt ulterius ad id quod est ex parte animae.

19. Item, quaestio est quare tanguntur hi tres sensus, scilicet gustus, olfactus, auditus. — Respondeo: in his tribus notatur habilitatio ad cognoscendum, scilicet ad intelligendum verum per auditum, ad sapiendum bonum per gustum, ad discernendum haec a suis oppositis per discretionem narium. — Si autem quaeritur quare tangit os sale, et non saliva, sicut dicit Dominus, respondeo quod lingua habet gustum et locutionem, et unus convenit receptioni, alter operationi, quae est nobilissima, eo quod per ipsam fuerint sacramenta; et ideo soli Christo reservatur. — Si autem quaeritur quare saliva, cum pertineat ad gustum, et tanguntur aures et nares, respondeo: saliva habet in se duas naturas: aëream et aquosam. Quantum est de aërea, habet vim apertivam et generalem auditui et naribus. Quantum est de aquosa, habet ut immisceat se rei saporatae et sic fiat sapor in gustu. Et ideo bene tetigit Dominus linguam saliva, et ministri aures et nares. — Si autem quaeritur quare primo ungitur oleo sancto et post chrismate: ut notetur quod adhuc est conferenda gratia cum datur oleum; tunc autem collata cum datur chrisma: datur enim in Baptismo.

9 Scevae] vidue Pa. 24 dicit *ita* (*pro* fecit) Pa.

[1] Cf. *De clericorum institutione*, I, c. 27 (PL 107, 311 D).

DISTINCTIO VII.

1. Nunc de sacramento Confirmationis [785, 4]. Quaeritur quot exiguntur ad hoc sacramentum. — Respondemus quod quinque: intentio et dignitas confirmantis; materia, scilicet chrisma, et forma verborum, quae sunt: Ego signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen; locus, scilicet frons [a]. — De forma dubitatur, quae non est instituta a Domino vel Apostolis; sed in securiorem partem est vergendum, secundum Ecclesiae institutionem [b].

2. Licet presbyteris baptizatos tangere in pectore [875, 15]. *a*. Notandum quod David ter fuit unctus: primo in Bethlehem, in domo patris, I Reg. 16, 12-14, in signum futurae potestatis: nondum enim habuit usum regnandi; quod figurat unctionem chrismatis in Baptismo, quia nondum potest liberum arbitrium

a (7) Datur ad pugnandum; quod significat ipsa materia, quae est ex oleo et balsamo: oleo quantum ad interiorem pugnam, balsamo quantum ad exteriorem; vel ut in se [se] bene habeat et ad alios (+ Pa). *b* (10) **Quod sacramentum** etc. [785, 10]: Eusebius papa [1]. — **Apostolis** etc. [785, 12]. Vel eorum vicariis, quia dicitur quod beatus Marcus tempore Apostolorum confirmabat, et tamen non erat apostolus; erat autem vicarius, sicut episcopi modo (+ Pa).

2 sacr. Confirm.] confirmatione etc. vii. P. || Quaeritur] questio est Pa. 3 sacram.] c *add.* T. 4 quod quinque *om.* Pa, *om.* quod P. || et *om.* BPPa. 5-7 verborum... amen *om* Pa, que est: Ego... confirmo etc. P, verborum... Patris etc. ET. 7 amen] etc. B, et *add.* Pa. || locus, sc. frons *trp. p.* chrisma (5) P. 8 forma] tamen *add.* Pa, autem *add.* P. || quae non] quia n. Pa, non enim P. 8-9 vel Apost.] et ab ap. P, et variatur *add.* Pa. 9 vergendum] vertendum B, unguendum Pa, scilicet *add.* BP. 9-10 sec. Eccl. inst. *om.* Pa, in formam constitutam ab ecclesia P. 11 Licet... pectore] crismate significare etc. Pa. 12 Notandum] nota EPPa. || quod *om.* P. || David *om.* AB. || ter] rex B. || unctus] inunctus ETPPa. || Bethlehem] bethel BEPPa. 13 futurae pot.] futuri regni PPa. 14 nondum enim... regnandi *om.* P, *om.* enim B. || figurat] significat B, figuraret Pa. 15 chrismatis *om.* B.

[1] In *Decreto* Gratiani, de cons., d. 5, c. 4 (I, 1413s.).

Num. 1: anon. P, f. 39v; anon. Tr, f. 154a; anon. V, f. 128c-d. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 132a-b). — Num. 2: anon. P, f. 39v; anon. Tr, f. 154a; anon. V, f. 128d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 51, 172; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 7, q. 1 (f. 42b); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 133a); Bonav., hic, dub. 4 (IV, 177).

regnare super sensualitatem. Secundo in Hebron super duas tribus, II Reg. 2, 4; et significat unctionem Confirmationis, per quam sumus idonei ad regnandum. Tertio in Hebron super omnes tribus fuit inunctus, II Reg. 5, 3; quod significat unctionem gloriae, vel illam quae proprie debet esse || in Ordine summo. Pa 168r

b. Praeterea, inungitur [infans] in pectore, in scapulis, in vertice, et ita ter: ut sciat se habere fidem et onus servitutis divinae, et sciat sibi esse commissa secreta caelestia, ut in quadam Glossa[1] Apoc. 7, 2, de catechizato.

3. Est donatio Spiritus Sancti ad robur [785, 19-20]. Videtur esse idem effectus Eucharistiae et Confirmationis, quia *panis* spiritualis *cor hominis confirmat*[2]. — Respondemus quod duplex est robur gratiae: unum ad tolerantiam mali, aliud in constantia amoris boni. Secundum primum datur in Confirmatione, et secundum secundum datur in Eucharistia.

4. || Ut pleni christiani [786, 4-5]. Quaeritur utrum possit hoc sacramentum conferri non baptizato. Quod videtur, per simile de Ordine sacerdotali, qui potest conferri praetermissis minoribus, dum tamen postea sumantur. — Contra: Baptismus est ianua sacramentorum, et non potest intrari ad vitam nisi per ianuam vitae. — Respondemus quod non est simile, B 132 v

2 unctionem] inunctionem Pa. 3-4 in... tribus Pa, *om.* ABETP. 4 fuit inunctus] f. unctus P, *om.* Pa. 4-5 unctionem] inunctionem Pa. 5 illam *om.* Pa. || proprie *om.* B. 5-6 in O. summo *om.* Pa. 7 Praeterea, inungitur] item ter ungitur scilicet Pa, preterea ter inungitur puer P. 8 et... ter *om.* EPPa. 9 divinae] sive servitii *add.* Pa. || et] ut *add.* Pa. || caelestia] et hec teneat memorialiter *add.* Pa. 9-10 quadam *om.* Pa. 12 esse *om.* Pa. || et Conf. *om.* Pa. || quia panis] p. enim P. 13 spiritualis *om.* Pa. || quod *om.* P. 14-16 duplex... Eucharistia] confirmatio ad tolerantiam mali. hec in confirmatione vel in amore Pa. 14 gratiae *om.* P. || ad] in B, quidem *praem.* P. 14-15 in const.] ad constantiam P. 15-16 Secundum... in] primum robur confert confirmatio, secundum P. 15 primum] primam A. 16 et *om.* BET. || secundum[2]] quid T, *om.* B. || datur *om.* BET. 17 Ut... Quaeritur] questio est Pa. 17-18 hoc sacram. *om.* Pa. 18 Quod *om.* Pa, sic *add.* P. 19 qui] et A. || praetermissis *om.* P. 19-20 minoribus] ordinibus *add.* E. 20 dum... sumantur] qui t. post sumendi sunt BETPPa. || Baptismus *om.* Pa. 21-22 ad... vitae] nisi p. ianuam, ergo etc. Pa. 22 quod *om.* BEPT. || est simile] per iam dictam rationem, nec per (!) simile de ordine Pa.

1 *Ordin.* in h. l.: « Cum baptizatur infans, inungitur in pectore, ut fidem cordis habeat... in scapulis, ut onus Christi portet; in vertice, ut rationem conservet, quae est caput hominis interioris » (PL 114, 723s.). 2 Ps. 103, 15.

Num. 3: anon. P, f. 40v; anon. Tr, f. 154a; anon. V, f. 128c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 52; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 132b); Bonav., hic, dub. 2 (IV, 176). — Num. 4: anon. P, f. 40v; anon. Tr, f. 154a; anon. V, f. 128d. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 132d); Bonav., hic, a. 3, q. 3 (IV, 175).

nec potest conferri Confirmatio non baptizato. Sunt autem Ordo et Baptismus ad diversa officia, quorum unum est necessarium ad salutem, alterum vero non. Ordinantur effectus Baptismi et Confirmationis necessario inter se; effectus autem Ordinum praecedentium non necessario ordinantur ante effectum summi Ordinis. Prius enim est mundari a culpa per gratiam, et post roborari in gratia.

5. *a*. Item [a], secundum hoc videtur quod non sint pleni christiani qui non confirmantur; et ita, si decedant, non habebunt plenam gloriam. — Respondemus: est plenitudo sufficientiae et plenitudo copiae [b]; vel plenitudo in esse et plenitudo in robore. Unde Melchiades papa dicit [1]: «In Baptismo Spiritus Sanctus confertur ad innocentiam, in Confirma-
P 176r tione ad pugnam. Et quamvis transituris continuo sufficiant || regenerationis officia, victuris tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia».

b. Quod autem non sit christianus praeter hoc, videtur ex concilio Aurelianensi [2], ubi dicitur quod «nunquam erit christianus, nisi Confirmatione episcopali fuerit confirmatus vel chrismatus». — Respondemus: dicitur 'christianus' dupliciter: vel eo quod characterem Christi habeat, vel eo quod

a (8) **Omnes fideles** etc. [786, 3]. Urbanus papa [3]: «Ut pleni christiani» etc. (+ Pa). *b* (11) Prima datur in Baptismo, secunda in Confirmatione (+ Pa).

1 nec... baptizato *om.* PPa. 1-7 Sunt... gratia] quia sunt ad div. officia quorum unum non est necessarium ad alterum; sed non sic est ex hac parte Pa. 1-2 Sunt... Baptismus] ordo enim et bapt. sunt P. 3 alterum] reliquum P. || vero *om.* BET. || Ordinantur] autem *add.* BP. 4 Confirmationis TP, ordinis ABE, *quod corr.* T. 4-6 effectus... Ordinis] non autem effectus ordinum P. 5 ante *corr. in* ad T. 8 sec. hoc *om.* A. || sint] sunt ET. 9 qui n. conf.] quin c. ET, ante confirmationem PPa. || et *om.* Pa. || si decedant] si decedunt E, si decederent T, decedentes P. 9-10 habebunt] habent BET, habeant PPa. 10 gloriam] gratiam A. || est plen.] duplex e. pl. scilicet P. 11 plenitudo[1] *om.* PPa. || copiae *corr. in* habundantie T. || vel] est *add.* Pa. 11-12 plenitudo *om.* PPa. 12 Unde] de hoc Pa. || Melchiades PPa, Leo A, quidam BET. || dicit *om.* PPa, ita *praem.* BET. 14 quamvis] licet P. || transituris] in *add.* A. 15 officia] in *add.* A. 17-18 ex c. Aurel.] per c. Aurelianense BET, per hoc quod dicitur in c. Aurel. PPa. 18 ubi... quod *om.* Pa, *om.* quod P. 19 nisi] in *add.* BETPPa. || episc.] episcopi A. || confirmatus vel *om.* BETPPa. 20-3 (p. 131) Respondemus... non] resp. quod ad robur Spiritus sancti ex sacramento Pa. 21 eo quod... eo quod] quia... quia P, ex... ex *praem.* T.

[1] In *Decreto* Gratiani, de cons., d. 5, c. 2 (I, 1413); in PL 7, 119s. [2] In *Decreto*, l. c., c. 6 (I, 1414). [3] In *Decreto*, l. c., c. 1 (I, 1413); hic in litt. (p. 786).

Num. 5: anon. P, f. 40v; anon. Tr, f. 154b; anon. V, f. 128d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 54; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 132b).

miles Christi sit in certamine contra adversarium. Secundum primum modum remanet christianus praeter Confirmationem, ultimo modo non.

6. Sicut a maioribus || datur [786, 15]. *a.* Videtur quod sacerdotes possunt dare hoc sacramentum, quia possunt baptizare: quod est maioris effectus; possunt conficere: quod est maius. A 127c

b. Praeterea, simplices sacerdotes chrismant in vertice: quae est pars excellentior; ergo in fronte possunt.

c. R e s p o n d e m u s quod in grege Domini sunt quidam pro quibus pugnatur, quidam vero qui pugnant pro se vel pro aliis; et necesse est hiis habere gratiam roboratam sive cumulum gratiae. Unde convenit ut minister ad hanc gratiam a Domino tribuendam sit superior in Ecclesia eo per quem datur prima. Cum ergo ad sacerdotes pertineat dare sacramenta Poenitentiae et Baptismi, quae sunt apud debiles, convenit summis sacerdotibus dare sacramentum Confirmationis et Ordinis. — Praeterea, confirmare, ordinare, benedicere abbates, ecclesias sanctificare sunt opera perfectionis; et ideo in Ecclesia episcopi illa exercent de consuetudine. — De sacramento Confirmationis, H i e r o n y m u s [1], super illud Marc. 1, 4: *Erat Ioannes baptizans*, dicit: « Quod consummatum est per sponsum, initiatum est per paranymphum ». Unde, ut catechumeni initiantur per simplices sacerdotes, confirmantur per pontifices.

---

1 certamine] concertatione E. 2 praeter Conf.] sine confirmatione *mg.* T. 3 ultimo modo] secundum P. 4 Sicut] scitote utrumque magnum etc. *praem.* Pa. 4-5 sac. possunt] sac. possint P, sacerdos possit BET. || dare] et *add.* A. 5-6 quia... maius] quia potest... potest (etiam *add.* E) conf. q. maius est ET, possunt enim quod maius est, scil. conficere et baptizare P. 6 maioris] melioris B. 7-10 in... pugnatur *om.* Pa. 8 ergo... possunt A, ergo videtur quod... possint BET (*om.* videtur T), videtur enim quod possint crismare in fronte P. 9 quod *om.* P. 10 vero] sunt Pa. || pugnant] vel *add.* Pa. 11 pro *om.* BET. || et ... hiis] et... istis E, quibus nec. est P. || roboratam] roborantem E. || sive] vel EP. 12 gratiae] glorie A. || Unde] et propter hoc Pa. 12-13 a Domino *om.* P. 13 tribuendam] conferendam P. 13-14 eo... prima *om.* Pa, illo *pro* eo E, confertur *pro* datur P, gratia *add.* EP. 14-15 sacramenta... Baptismi] baptismum et sacramentum penitentie P. 16 sacramentum] sacramenta Pa. 17-18 eccl. sanctificare *trp.* T, dedicare eccl. P, consecrare *add.* BETPa, et huiusmodi *add.* P. 18-19 et... consuetudine] ut in ecclesia (et ideo P) constitutum est ut episcopi illa exerceant PPa. 19-20 De sacr. Conf.] unde Pa, de hoc sacramento P. 20 Marc. 1] per simile *add.* BET. 21 dicit *om.* BE, glossa T, *trp. a.* Hieronymus (20) P. 22 ut *om.* BETPPa. 24 pontifices] episcopos P.

1 *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 90v); ex Ps.-Hieron., *Expositio Evang.* (PL 30, 592 C).

Num. 6: anon. P, 41r; anon. Tr, f. 153d-154a; anon. V, f. 128c-d. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 132c-d); Bonav., hic, a. 1, q. 3 (IV, 167).

d. Ad aliud dicendum quod chrisma in vertice significat fidem dari in Baptismo, quae est in vertice, id est in superiori parte rationis; unde Ier. 2, 16: *Filii Mempheos constupraverunt*
T 151 d *te usque ad verticem.* Chrisma in fronte significat || audaciam discipulorum praedicandi nomen Christi; unde in Act. 2, 4: *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto et loquebantur verbum cum fiducia* [a].

DISTINCTIO VIII.

1. Post sacramentum Baptismi * [787, 19]; **quia in illo sacramento non modo est augmentum** etc. [787, 23-24]. Utilitates huius sacramenti sic possunt distingui. Prima est [ut] sicut
E 238 v primus homo per esum ligni scientiae || boni et mali perdidit vitam [1], ita per esum ligni vitae recuperet vitam. Secunda est ut sit nutrimentum spirituale hominis, ut Sap. 16, 20: *Praestitisti eis panem de caelo* etc., et Augustinus super Psalmum [2]: *Panem angelorum manducavit homo:* « Ut manducaret homo panem angelorum, creator angelorum factus est homo ». Tertia est ut uniat membra corporis [mystici] Christo capiti per caritatem. Quarta, ut augeatur meritum fidei, quia in hoc sacramento maxime meretur homo credendo, eo quod contra ra-

a (7) et ne alio modo erubescant propter nomen Christi. — **Nisi aliter cogat necessitas** etc. [787, 1]: ut infirmis et morte periclitantibus (+ Pa).

1 Ad... significat] figurat autem in vertice P. 2 est[1] *om.* P. || in[2] *om.* P. || in[3] *om.* T. 3 unde] iuxta illud PPa. 3-4 constupraverunt... verticem] etc. PPa. 4 ad] in A. 5 discipulorum] quam habuerunt discipuli Pa. || nomen Chr.] Christum P. || unde *om.* P. || in *om.* PPa. 9 Baptismi] etc. et infra *add.* P, et confirmationis etc. Dividitur... dilectione *add.* (*infra, nn. 12-14*) Pa. 9-10 quia... etc. *om.* Pa, *om.* non... etc. P. 11 huius] istius A. || sic *om.* T. || distingui] etc. *add.* E. || ut] quod P, *om.* ABETPa. 12-13 ligni... esum *om.* (*hom.*) P. 12-13 scientiae... vitam] vite cecidit B. 13 lig. vitae] fructus lig. v., id est corporis Christi PPa. || vitam[2]] eam E. 14-15 Praest. eis *om.* P. 15 de caelo *om.* E. || super] in Pa. || Psalmum] illud Psalmi P. 16 Panem... homo *om.* Pa, Panem ang. etc. BP, in hoc *add.* B. 18-19 caritatem] unitatem BET, quod facit in suscipientem digne *add.* P. 19-1 (p. 133) quia... hic] quod maxime fit in h. sacr., quia hoc est contra rationem in multis P, *om.* hic Pa.

1 Gen. 2, 9; 3, 1-6. 2 *Enarr. in Ps.* 77 (25), n. 17 (PL 36, 995).

Num. 1: anon. P, f. 41v; anon. V, f. 128c. Cf. Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 44 (PL 217, 884s.); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 82; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 1 (f. 16b-c); Hugo de S. Caro, d. 12 (Assis. 131, f. 138c-d); Alb. Magnus, hic, a. 1 (XXIX, 175); Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 187s.).

tionem multa videntur fieri hic. Quinta est sublevatio spei: speramus enim quod eodem amore quo voluit pro nobis pati, vult esse inter nos, ut ab ipso petamus quod necessarium est; unde Matth. ultimo, 20: *Vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Sexta est in memoriam amoris quem ostendit Christus dum passus est pro nobis, et liberationis a servitute diaboli, et imitationis Christi. De primo et secundo dicitur I ad Cor. 11, 24: *Hoc facite in meam commemorationem;* de tertio, I Petri 2, 21: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius.* Et valet etiam ad dimissionem venialium et cautelam mortalium. « Unde [1] cum praemittitur in oratione dominica [2]: *Panem nostrum*, statim subiungitur: *Et dimitte nobis debita nostra* etc., in quo tria petuntur: liberatio [a] a malis praeteritis, a praesentibus et futuris ».

2. Unde recte viaticum appellatur [788, 17]. IV libro Ioannis Damasceni [3]: « Quia spiritualis est Adam, oportebat spiritualem esse generationem sive nativitatem; similiter autem et escam. Sed quoniam duplices sumus et compositi, oportebat et duplicem esse nativitatem; similiter et escam compositam. Itaque nativitas nobis per aquam et Spiritum data est; esca autem ipse *panis vitae qui de caelo descendit* », Ioan. 6, 51.

3. Anteriora esse sacramenta christianorum [788, 27-28]. Contra: illud non fuit sacramentum Novae Legis [4]; qualiter

a (13-14) scilicet dimissio respectu praeteritorum, cum dicitur: *Dimitte;* a futuris: *et ne nos inducas;* a praesentibus: *sed libera nos a malo* (P).

2 enim] illud *add.* Pa. || eodem] eo BP. || quo *om.* Pa. || pati] crucifigi Pa. 3 necess. est] necesse fuit Pa, nobis *add.* P. 4-5 usque... saeculi] omnibus diebus usque etc. B, *om.* saeculi P. 5 Sexta] Vita A. 6 dum *om.* A, cum B. || passus] mortuus P. || liberationis] qua liberati sumus *add.* Pa. || diaboli *om.* P. 7 dicitur *om.* P. 8 meam *om.* A. 9-10 vobis... eius] etc. PPa, vob. r. exemplum etc. B. 10 Et *om.* BEPa, etc. T, vii. P. || dimissionem] diminutionem A. 11 et] ad *add.* Pa. || mortalium] vii. *add.* B, et hec est. vii. *add.* E, etc. vii. *add.* T. 12 nostrum] omousyon etc. *add.* PPa. || subiungitur] subditur EP. 13 debita nostra *om.* PPa. || in quo Pa, ubi P, *om.* ABET. || tria petuntur] petetur Pa. 14 a[2] *om.* EPa. 15 Unde... libro *om.* Pa, *om.* IV libro P. 17 sive] veram *add.* P. 18-19 Sed... escam *om.* (*hom.*) T. 18-19 oportebat et P(*Damasc.*), oportet ABEPa. 19 similiter *om.* A. 20 Itaque] ita P. 21 vitae *om.* ET. || Ioan. 6 *om.* Pa. 22 esse *om.* A. || christianorum] quam iudeorum etc. *add.* Pa. 23 illud] hoc PPa. || Novae] veteris Pa. 24-25 scilicet... malo *ita loco* liberatio... futuris (13-14) P.

1 Ex Innocentio III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 44 (PL 217, 885 B). 2 Matth. 6, 11. 3 *De fide orth.*, IV, c. 13 (PG 94, 1038s.); versio Burgundionis (Fl, f. 21a). 4 Scilicet oblatio Melchisedech (Gen. 14, 18), de qua agitur in littera.

Num. 3: anon. P, f. 42v; anon. V, f. 129a. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 4 (XXIX, 180).

ergo ratione illius sacramenta christianorum dicuntur priora ? — Respondemus: priora dicuntur dignitate et significatione. Nam in eis confertur gratia; et principalius designatur
A 127 d || hoc sacramentum in illo sacrificio Melchisedech [1]: sacrificium enim erat ad indicandum sacramentum Corporis Christi; et praeter hoc, quia ipsi offerentes intelligebant spiritualem oblationem Christi fiendam.

4. Quia corpus assumptum [789, 7]. Innocentius papa [2]:
Pa 169 r « Disposuit caelestis altitudo consilii || ut, sicut tres sunt personae in unitate substantiae: [Pater, Verbum et Spiritus], ita tres essent substantiae in unitate personae, scilicet divinitas, cor-
P 176 v pus et anima » in Christo. « Cum ergo Christus secundum || divinam naturam tribus modis exsistat in rebus: in omnibus per essentiam, in solis iustis per gratiam, in homine assumpto per unionem; voluit ut idem ipse secundum humanam naturam tribus modis exsisteret: localiter in caelo, personaliter in Verbo, sacramentaliter in altari ».

B 133 r **5.** || **Forma vero est** [789, 14]; **Accipite et comedite ex eo omnes** [789, 22]. *a.* Quaestio est qua auctoritate adiciuntur verbis Domini, quibus fit sacramentum, quaedam quae in nullo evangelistarum exprimuntur, scilicet: « Elevatis oculis in caelum », et hoc: « aeterni Testamenti ». — Respondet Innocentius papa [3]: « Multa, tam de factis quam de verbis dominicis, invenimus ab evangelistis dimissa, quae Apostoli

---

1 ratione illius *om.* Pa. || dicuntur] esse *add.* Pa. || priora] antiquiora P, *om.* Pa. 2-6 priora... hoc] dicuntur sacramenta christianorum ratione significationis et Pa. 3 designatur] designatum est P. 4 illo *om.* P. 4-5 sacrificium... indicandum] quod fuit ad designandum P. 6 quia *om.* B. || ipsi *om.* PPa. || offerentes] spirituales E, scil. Abraham et Melchisedech *add.* P. 7 fiendam] faciendam A. 8 Quia... assumptum *om.* Pa, hic autem alia, quia assumptum ablaturus P. || papa *om.* Pa. 10 Pater... Spiritus *Innoc.*, scil. Pater et F. et Sp. S. Pa, *om.* ABETP. 11 scilicet *om.* P. 12 in Christo *om.* Pa. 13 in² *om.* BP. 15 voluit *om.* P. 18 Forma... est *om.* P, etc. *add.* Pa. 18-19 Accipite... omnes *om.* Pa, consecratio quibus verbis fit P. 19 Quaestio est] queritur P. || adiciuntur] adiciatur P. 20 Domini] quae in evangelio recitantur *add.* Pa, in evangelio recitatis *add.* P. 20-21 quae... evangelistarum] autem... evangelio P. 21 exprimuntur] inveniuntur P, ponuntur (*corr. ex* exponuntur) T. || scilicet] ut Pa. 22 hoc *om.* PPa. || Testamenti] cum in illo habeatur: novi testamenti *add.* Pa. 22-23 Innocentius *om.* Pa.

---

1 Gen. 14, 18. 2 Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 44 (PL 217, 885s.). 3 L. c., c. 5 (PL 217, 858 B-C); *Decretales*, Compil. III, lib. III, tit. 33, c. 5: *Cum Marthae* (p. 372); compil Greg. IX, ib., tit. 41, c. 6 (II, 637).

Num. 4: anon. P, f. 42v; anon. Tr, f. 154c. — Num. 5: anon. P, f. 43r; anon. Tr, f. 155a-b; anon. V, f. 129b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 62-63; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 133d-134a); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2 (IV, 193s.).

supplevisse, verbo vel facto expressisse leguntur ». Quod autem dicitur, 'elevatis oculis in caelum', videtur sumi ex hoc quod dicitur in Ioan. 11, 41 [1]; ex hoc enim videtur potius in communione quam in suscitatione Lazari hoc dixisse [2]. Reliquum sumitur ex eo quod dicitur ad Hebr. 9, 15 [3]: *Ut repromissionem accipiant aeternae hereditatis.*

b. Item [a] quaeritur: cum virtus sacramenti consistat in his verbis: « Accipite et comedite ex eo omnes: Hoc est corpus meum, et iterum: Accipite et bibite » etc. [789, 22-23], quare dictum est 'comedite ex *eo*' et 'bibite ex *hoc*' [4], cum in Evangelio habetur utrobique '*ex hoc*' [5] ? In quodam tamen, Marco scilicet, habetur: *Et biberunt ex eo omnes* [6], sed in nullo 'comedite ex eo', cum infra habetur, XII distinctione, cap. *Quid autem partes* [811, 16]: « Indignus est qui aliter celebrat mysterium quam Christus tradidit » [812, 8-9]. — Haec potest esse ratio [7]:

a (7-4 p. 136) Quaestio potest esse quare dictum est: 'comedite ex eo' et 'bibite ex hoc'. Forte haec potest esse ratio: quia cum primum dicitur, adhuc non fit transubstantiatio; et ideo apponitur relativum quod designat rem quasi absentem (Pa).

1 supplevisse] vel *add.* E. || leguntur] dicuntur T. 1-2 Quod... caelum] elevatis autem oculis Pa, ergo *pro* autem P. 2 vid. sumi] unde sumitur A. 2-3 ex... dicitur Pa, *om.* ABETP. 3 in[1]] ex P. || Ioan. 11], ubi suscitavit Lazarum *add.* B. || ex hoc] elevatis etc. Pa, *om.* P. || enim videtur *trp.* ETPPa, vid. eum B. 3-4 communione] communicatione BETPPa. 4 Lazari PPa, *om.* ABET. 5-6 ex... hereditatis *om.* Pa. 5 dicitur ad] apostolus dicit P. || Ut] neque A, *om.* BETP. 7 Item] preterea P. || sacramenti] huius *add.* B. 8 eo P(*Lomb.*), hoc ABET. 8-9 Hoc... meum] etc. P. 9 et[1] *et* etc. *om.* A. 10 dictum est AB (*om.* est A), dicitur ETP. || eo *corr. ex* hoc A[2], omnes *add.* A. 11 habetur] habeatur P, dicitur T. 11-12 In... habetur] et quo loco in Io. iii. hab. scil. A, et quodam tamen Marc. scil. habetur BET (*om.* scil. T), in Marco tamen habetur P. 12 Et *om.* P. 12-13 sed... eo *om.* P. 13 cum] etc. A. || infra] ita ABT. || habetur] habeatur BP. 16-19 Quaestio... absentem *ita loco* Item... demonstrativum (7-4 p. 136) Pa.

1 *Iesus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi... Haec cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras.* 2 Ex Innocentio III, l. c.: « Ea quae adduntur in Canone, possunt ex aliis locis Evangelii comprobari. Ioannes enim Lazari suscitationem describens, testatur quod *Iesus, elevatis sursum oculis*... Si enim tunc in caelum oculos levavit ad Patrem... quanto magis credendum est quod tunc... cum panem et vinum in corpus et sanguinem proprium convertebat » (PL 217, 858 C-D). 3 *Et ideo novi testamenti mediator est, ut... repromissionem accipiant qui vocati sunt aeternae hereditatis.* 4 Ita Magister in litt. (vide lect. variantes), dicta referens Ambrosii, *De sacramentis*, IV, c. 5, nn. 21-22 (PL 16, 443s.), mediante *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 55, § 2 (I, 1335). In *Missali Rom.* legitur e converso: « et manducate ex hoc omnes... et bibite ex eo omnes ». 5 Matth. 26, 26-27 : *Accipite et comedite: hoc est corpus meum... bibite ex hoc omnes.* 6 Marc. 14, 23: *Et biberunt ex illo omnes.* 7 Cf. Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 17 (PL 217, 868).

forte cum dicitur 'accipite et comedite ex eo', adhuc non fit transsubstantiatio; et ideo non ponitur demonstrativum quod demonstrat rem praesentem, sed relativum rei absentis demonstrativum. Et quia, dictis his verbis 'hoc est corpus meum', fit conversio in corpus et sanguinem [a] [1]: non enim est corpus sine sanguine nec sanguis sine corpore, subiungitur: 'Bibite ex hoc'. Tamen quia restat transsubstantiatio vini facienda in sanguinem et corpus, potest esse ratio quare ut de absente, et tamen praecedente, fiat sermo in Marc. 14, 23: *Biberunt ex eo omnes.*

E 239r **6.** || **Reliqua omnia nihil aliud sunt** [790, 2]. I ad Tim. 2, 1: *Obsecrationes* etc., Glossa [2]: « Obsecrationes vel precationes accipimus, quas facimus in celebratione sacramenti antequam illud quod est in mensa Domini incipiat benedici. Orationes sunt, quas fundit sacerdos in ipsa consecratione. Postulationes sunt, cum populus ab episcopo benedicitur; vel postulationes sunt, quando ex debito aliquid postulatur, ut hoc scilicet quod hic geritur, in aeterna vita perficiatur. Gratiarum actio est de peractis, ut: Benedicamus Domino ».

a (5) tamen dixit Manducator [3] quod « cum totum est dictum, totum est factum » (+ BET, *mg.* A[2]).

1 forte *trp. a.* Haec (15 p. 135) PPa. || cum] primo *add.* P. || ex eo *om.* P. || adhuc] ad hoc tamen P. 2 ponitur] apponitur BETPPa, pronomen *add.* P. 2-3 quod demonstrat] designans P. 3 rem praesentem] presens BET. || sed] pronomen *add.* P. 3-4 rei... quia] designans rem absentem, sed P. 5 conversio] transubstantiatio P. || et sanguinem] cum sanguine P, *om.* Pa, *exp.* B. 5-6 non enim... corpore *om.* BET, non enim est sanguis sine corpore nec e converso (nec etiam P, id est anima *add.* Pa) PPa, autem *pro* enim A. 6 subiungitur] subiungit A. || Bibite *om.* Pa. || hoc] omnes *add.* P. 7 transubst.] transitio P. 7-8 sang. et corpus *trp.* ABET, sang. cum corpore sive carne P, *post lacunam* ideo Pa. 8 ut *om.* P. || et *om.* A. || tamen] cum AET, non B. 9 praecedente *ita* (*forte pro* presente) *codd.* || in *om.* P, ut B, cum dicitur in Pa. || Biberunt] bibite B. || eo] illo Pa. 10 Reliqua... sunt] obsecrationes fidelium etc. Pa. 11 etc.] orationes, gratiarum actiones Pa. || vel] et A. 12-13 quas... benedici] etc. P, *om.* quas facimus B. 13 in *om.* A. 14 consecratione] eucharistie *add.* PPa (*Glossa*). 15 populus *om.* B. 15-16 postul. sunt *om.* P. 16 quando] quia B, quasi *add. Glossa.* || debito] vel quando (*lege:* quasi) ex debito *add.* P. || hoc scilicet *om.* Pa (*Glossa*), istud P. 17 est *om.* ABET. 18 Domino] de peractis *add.* T. 19 tamen] cum *praem.* A.

1 Intelligatur sane, ut infra, d. 11, nn. 11, 13. 2 Lombardi in h. l. (PL 192, 336 B-C); ex Haymone in h. l. (PL 117, 788 C), et August., *Epist. 149* (*ad Paulinum*), n. 16 (PL 33, 636s.). 3 Hoc dictum tribuitur Manducatori etiam in *Summa* Petri de Capua (cf. A. Landgraf, *Recherches sur les écrits de Pierre le Mangeur*, in *Recherches de théol. anc. méd.*, III, 1931, 304), et in *Tract. de sacramentis* Guidonis de Orchellis, n. 66. Cf. infra d. 11, n. 3.

Num. 6: anon. P, f. 43v; anon. Tr, f. 155c; anon. V, f. 129b.

7. Ideo post alia dedit [790, 13]. *a.* Quaeritur[a] hic quare haec duo sacramenta quoad formam instituit proximo ad passionem, scilicet Baptismum et Eucharistiam: Eucharistiam ante, et Baptismum post; et quare forma Baptismi posterius data. *b.* Respondemus: haec duo sacramenta sunt principalium virtutum significativa: fidei quae est ianua salutis, et caritatis quae est complementum virtutum. Ut ergo notaretur principalis virtus aut dignitas || eorum, coniuncta sunt passioni, A 128a a qua omnia sacramenta habent virtutem. Quod enim Baptismus [a passione] habeat virtutem, habetur in tertio libro, distinctione XIX, cap. *Peccata quoque* etc. [637, 8], ubi dicitur de Baptismo quod «per ipsius poenam, quam sustinuit in cruce, omnis poena temporalis pro peccato debita in Baptismo relaxatur, ut nulla exigatur» [637, 10-12]. Similiter ibidem || de T 152a Poenitentia dicitur: «In Poenitentia vero minoratur: non enim sufficeret illa qua poenitentes ligat Ecclesia, nisi Christi poena cooperaretur» [637, 12-14]. In Eucharistia similiter datur virtus, quia quantum est de caritate passionis, maior fit unio per caritatem membrorum corporis mystici ad caput. Passio autem sua pro fratribus dat nobis confirmationem ampliorem in Ecclesia cum fratribus ad patiendum pro eis. Similiter eius unio per caritatem ad Ecclesiam dat in Matrimonio effectum unionis ampliorem sponsi ad sponsam per consensum, in iis qui digne sunt iuncti matrimonio. Quia vero perfecta obedientia et discreta fuit in eo respectu Patris in passione, collata est ei auctoritas et potestas, quam contulit praelatis ratione discretae obe-

a (1-4) Quaestio est quare haec duo sacramenta instituit ipse consequenter ad passionem: unum ante passionem et alterum post passionem, ante ascensionem (Pa).

1 Ideo... dedit *om.* Pa. || hic *om.* P. 2 proximo] proxime *et add.* Christus T. 2-3 ad passionem] ipsi passioni P. 3 scil. Bapt. et Euch. *trp.* (*om.* scilicet) *p.* formam (2) P. 3-4 Eucharistiam²... data] et quare hoc ante, illud post P, *om.* Eucharistiam T. 4 posterius] post T. 6 significativa] figurativa BET, *om.* Pa. || fidei] scilicet *praem.* PPa, scilicet *add.* E. || salutis *om.* Pa. 7 complementum] forma Pa. 8 eorum] horum BETPa, harum P. || sunt] hec duo sacramenta *add.* P. || passioni] ut *add.* Pa. 9 omnia *om.* Pa. 9-6 (p. 138) Quod... corporis *om.* Pa. 10 a passione *interl.* E, *om.* ABTP. || virtutem] suam *add.* EP (*interl.* E). || habetur in tertio] patet per hoc quod dicitur supra primo P. 11 etc.] nostra P. 13-14 temporalis... exigatur] etc. P. 15 dicitur] unde subditur P. 16-17 qua... cooperaretur] etc. P. 18 caritate] veritate T. 19 mystici] Christi E. 20 pro] nobis *add.* P. 23 sponsi *om.* P. 23-24 iis... iuncti] digne iunctis BTP, digne coniunctis E. 25 ei *om.* T. 27-29 Quaestio... ascensionem *ita loco* Quaeritur... data (1-4) Pa.

Num. 7: anon. P, f. 44r; anon. Tr, f. 155c; anon. V, f. 129a.

dientiae quoad auctoritatem discernendi *inter lepram et lepram* [1] respectu subditorum et potestatem ligandi et solvendi [2]. Contulit etiam Unctioni virtutem, nam passio fuit contra poenam concupiscentiae, ex qua accidunt venialia, et ut tolleretur infirmitas corporis: est enim effectiva incorruptionis ex parte corporis.

c. Ad [a] aliud dicimus quod significatum Eucharistiae prius est significato Baptismi. Nam Christus passus in quantum est panis vitae significatur in sacramento Altaris; in Baptismo vero in quantum per passionem poenam originalis peccati delevit.
P 177r Cum ergo forma || sit ordinata ad significatum primum, forma huius prior est forma illius. Praeterea, illud fuit ad confirmationem discipulorum in passione, scilicet Eucharistia; Baptismus vero ad conversionem gentium per Apostolos *.

8. Quod Dominus Apostolis disponendum reliquit [790, 19]. *a.* Obicitur: plus est docere opere quam verbo, et plus est credendum Magistro veritatis quam discipulo, si videantur dissentire. Cum ergo Dominus post coenam tradidit corpus suum [3], quare post coenam non fit confectio ? — Respondemus quod tempus susceptionis quo dabatur a Magistro, tunc magis

a (7-14) Praeterea, quaestio est quare instituit hoc sacramentum prius et Baptismum quoad formam post, cum prius sit mundari a malo: quod est Baptismi, quam consummari in bono: quod est Eucharistiae. — Respondeo: signatum est prius signato. Nam hic ipse Christus passus in quantum est panis vitae, ibi in quantum per passionem poenam originalis peccati delevit. Praeterea, illud fuit ad confirmandum discipulos in passione, istud vero ad conversionem gentium in fide per Apostolos (Pa).

3 Unctioni] unctionem A. 5 effectiva incorr.] effecti incorporationis A. 7-9 Ad... Baptismo] signatum autem Euch. prius est signato Bapt. quia signatum hic est Chr. passus... vite, ibi P. 7 significatum] sacramentum E. 8 significato] quam significatum B. || passus] est *add.* A. 10 peccati *om.* BP. 11 significatum] figuramentum P. 12 huius] sacramenti *add.* P. || illud] istud P. 13 scil. Euchar. *om.* PPa. || Baptismus] illud P. 14 vero] autem E, *om.* P. || gentium] in fide *add.* P. || Apostolos] per carnem... mutati *add.* (*infra, nn. 15-16*) Pa. 15 Quod... reliquit] item Pa. 16 Obicitur] queritur P. 18-19 Cum... confectio *om.* Pa. 19 quare] qualiter A. 20 quod *om.* PPa, ad *add.* T. || magis *om.* P. 21-28 Praeterea... Apostolos *ita loco* Ad... Apostolos (7-14) Pa.

1 Deut. 17, 8. 2 Matth. 16, 19. 3 Matth. 26, 26: *Coenantibus autem eis* etc.; Marc. 14, 22: *Et manducantibus illis* etc.

Num. 8: anon. P, f. 44r; anon. Tr, f. 155c; anon. V, f. 129b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 10 (XXIX, 202s.).

erat conveniens ad significationem; sed tempus institutum a discipulo magis conveniens ad reverentiam sacramenti celebrandi. Utrumque docuit Magister veritatis; sed hoc ad significationem, illud ad reverentiam; hoc operando, illud inspirando.

b. Sed quaeritur, si aliquis consecraret post coenam, utrum consecratum esset, sicut est de Baptismo vel Ordine. — De hoc dicit H u g o [1] quod non, propter reverentiam sacramenti. Baptismus vero est sacramentum necessitatis. Ordo etiam, licet dignitatem habeat, non tamen tantam quantam hoc, quod est sacramentum sacramentorum.

9. Nunc quid ibi sacramentum etc. [791, 6]; **una scilicet contenta et significata** [791, 12-13]. *a.* Quaeritur hic quare in hoc sacramento est res contenta quae est significata, et non in alio. — Alia quaestio: quare in hoc sacramento fit huiusmodi divisio: 'Res quaedam' etc., et non in alio? — Tertia: cum hoc sacramentum sit typus passionis, et Baptismus similiter, quae est differentia ?

b. R e s p o n d e m u s [a] ad primam: sicut caritas in virtutibus est complementum, eo quod idem sit in quod transit

[a] (18-14 p. 140) R e s p o n d e o: sicut complementum in virtutibus est caritas, eo quod idem est ibi in quo transit actus et finis, sive medium et extremum, non sic autem in aliis virtutibus, sic in sacramento

1 sed tempus] temp. vero BP. 2 discipulo] est *add.* ETP, erat *add.* B. || conveniens *om.* T. || ad rever.] reverentie Pa. 2-4 sacramenti... reverentiam *om.* (*hom.*) P. || celebrandi... inspirando *om.* Pa. 3 Utrumque] ergo *add.* BET. || docuit] docet B. 4 reverentiam] sacramenti *add.* B. 5 quaeritur] questio est Pa, utrum *add.* P. || aliquis] aliquid P. || consecraret] celebret B, consecret P. || coenam] prandium Pa. 6 consecratum] sacramentum T. || esset] est Pa, sit P. || est] enim A, *om.* T. || Ordine] similiter queritur de confirmatione *add.* Pa. 6-7 De hoc] et Pa. 7 dicit] magister *add.* P. 8-10 Baptismus... sacramentorum *om.* Pa. 9 dignitatem] sacramenti *add.* P. || tantam q. hoc] comparatione huius P. || quod est *om.* B. 11 ibi] est P, *om.* A. || etc.] huius sacramenti gemina est res E, et infra: huius autem sacramenti gemina etc. *add.* P. 11-12 una... significata *om.* PPa, alia significata et non contenta *add. mg.* E. 12 Quaeritur] questio est Pa. || hic *om.* PPa. || quare *om.* ET. 13 contenta... significata] significata contenta P, signata *pro* significata T. 14 Alia quaestio *om.* BET. 14-15 Alia... alio] et hoc autem sacramento etc. P. 14-17 Alia... differentia *haec duo quaesita eorumque solutiones alibi ordinantur in* Pa (*v. infra, n. 14*). 15 Res q. etc. *om.* BET. || Tertia] item P. 16 passionis] Christi *add.* P. || est *om.* P. 18 Resp. ad primam] R. ad primum BE, ad 1m dicendum P. 19 idem *om.* B. || sit] est PPa. || in] illo in *add.* P. || quod[2]] quo BETPPa. 20ss. Respondeo... contenta *ita loco* Respondemus... contenta (18-14 p. 140) Pa.

[1] Non invenimus apud Hugonem de S. Victore. Cf. *Glossa ordin.* in Matth. 26, 26: « Nos vero pro reverentia tanti sacramenti prius reficimur dominicae passionis sacramentis, quam corporalibus escis », ap. Lyranum (V, 79v).

Num. 9: anon. P, f. 44v; anon. Tr, f. 155d-156a; anon. V, f. 129c.

actus et finis, quia idem est in caritate quod diligitur et propter quod diligitur: quia caritate diligo summum bonum propter summum bonum - non sic est in aliis, sicut in fide, sed finis caritatis est ratio in aliis, ut credo summae veritati propter summum bonum, tribuo unicuique etc. propter summum bonum - sic in sacramento caritatis, quod est Eucharistia, accidit quod ipsum est sacramentorum complementum. Complementum autem tunc est, cum idem est medium et extremum. Medium in
A 128 b sacramentis est Christus passus sive || mediator, quia per vir-
E 239 v tutem || passionis eius omnia sacramenta virtutem habent. Primum est Deus, secundo Christus passus; fit autem extremum cum se ipsum confert in sacramento. Cum ergo hoc sit complementum omnium sacramentorum, oportet quod non tantum sit in eo res significata, sed etiam contenta.

c. Ad [a] aliud dicendum quod haec divisio est propria huius sacramenti, quia hoc abundat super alia sacramenta. Habet enim hoc commune cum aliis, quod efficit gratiam quam figurat: quae gratia est in unitate corporis mystici; et praeter hoc, quia est finis sacramentorum, habet in se illum qui est finis et principium et medium omnis sacramenti.

---

caritatis est, quod ipsum est complementum. Tunc autem est complementum in sacramento, cum medium fit extremum. Medium autem in sacramentis est Christus passus. In omnibus enim est Deus tri[nitas] per Christum hominem passum conferens vim sacramenti. Fit autem extremum cum se ipsum confert in sacramento. Oportet ergo quod in hoc sacramento non tantum sit res significata sed contenta (Pa).

a (15-20) Sed nonne, cum etiam [ab] aliis efficiatur gratia, in aliis est dicere quod eadem res sit significata et contenta. — R e s p o n d e o: continere dicitur aequivoce hic (Pa).

---

1 et[1]] ipse *add.* E. 1-2 idem... diligitur] diligit idem propter se P, *om.* diligitur[2] BET, *del.* A. 2-3 quia... bonum A (quia caritate *mg.*), *om.* BETP. 3 non... sed] non autem in fide et in aliis, immo BET, non sic in aliis virtutibus immo P. || finis *om.* A. 4 ut] unde E. || credo] credere ABT. || veritati] trinitati A. 5 tribuo... bonum *mg.* A[2], *om.* P, tribuere *pro* tribuo B. || etc.] quod suum est E. || summum] primum A[2]. 6 caritatis... Eucharistia] eucharistie... caritatis B. 8 tunc *om.* P. || Medium] autem *add.* P. 9 Chr. passus] Christi passio T. || sive mediator *om.* BETP. 9-11 quia... passus] a cuius virtute est virtus omnibus sacramentis a Deo trinitate P. 10 habent] accipiunt BET. 11 secundo] secundum B, est *add.* BET. || fit] est P. 12 ergo] sacramentum *add.* P. 13 omnium *om.* P. 14 eo] illo P. || etiam *om.* P. || contenta] scilicet Christus *add.* P. 15-15 (p. 142) Ad... simpliciter *textum cod.* Pa *v. infra, n. 14.* 15 aliud] secundum P. || est *om.* B. || huius] illius T. 16 hoc] sacramentum *add.* P. 16-17 super... quod] ab aliis: hoc enim P. 17 aliis] scilicet *add.* B. || gratiam q. figurat] quod figurat EP, scil. gratiam quam figurat efficit *add.* E. 19 sacramentorum... finis *om.* (*hom.*) T. || finis et *om.* P. 20 omnis sacr.] omnium sacramentorum EP. 27-29 Sed... hic *ita loco* Ad... sacramenti (15-20) Pa, *cuius alium textum v. infra, n. 14.*

d. Ad tertium dicimus quod in hoc differentia est inter hoc et sacramentum Baptismi: quia Baptismus est typus sepulturae Christi in passione, ad Rom. 6, 4: *Consepulti sumus cum ipso in Baptismo*. Sicut enim fuit sepultus per passionem quoad poenam peccati, ita et nos in Baptismo quoad peccatum et poenam peccati originalis, et actualis, si fuerit contritus baptizatus. Sed hoc sacramentum gerit typum Christi passi, non passionis. Ipse enim cibus est spiritualis nobis, ut panis cibus corporalis. Ioan. 6, 51: *Ego sum panis vivus*, Glossa[1]: « Qui habet fidem incarnationis, habet refectionem. Carnem Christi comede: Verbum non purum, sed carneum, fide operante per dilectionem ». Unde Isidorus, in libro *De Trinitate*[2]: « Sicut cibum fortem infans invalidus capere non potest, nisi a matre prius editum in succum lacteum vertatur, ita et nos dum essemus infirmi ad conspiciendam Verbi aeternitatem, factum est Verbum caro, ut enutriti per carnem effectique fortiores, cibo solido, verum Deum contemplando, ut angeli satiemur ».

10. Res significata et non contenta [791, 15-16]. *a.* Quaeritur utrum intelligatur coniunctim aut divisim. Si divisim, ergo mali praedestinati sunt de corpore mystico. Si coniunctim, ergo illi qui habent praesentem iustitiam, praesciti tamen, non sunt de corpore mystico. — Respondemus: divisim intelligitur; sed de iustificatis in praesenti et glorificatis simpliciter, de aliis autem secundum quid, ut[a] sit sensus: secundum quod praedestinatus etc., est de unitate corporis mystici. Sunt ergo praedestinati mali quoad praedestinationem de unitate, non

a (24-25) id est praedestinatus quoad hoc quod praedestinatus, et vocatus quoad hoc quod vocatus (BET).

1 tertium dicimus] primum dicendum P. 1-2 inter... Baptismi *om.* P, inter hoc sacr. et baptismum E. 2 quia] quod BETP. 3 in[1]... ad *om.* P. || ipso] Christo B. 3-4 in Bapt.] per baptismum P. 5 in Bapt.] per baptismum P. 5-6 peccati *om.* P. 6 si... baptizatus *om.* BETP. 7 passi, non *om.* P. 8 est *om.* ET. || ut] sicut P. || corporalis] unde *add.* P. 9 vivus] etc. et ibi *add.* P. 10 comede] comedit BETP. 12 in *om.* P. 13 invalidus] parvulus B. || a] in B. 14 lacteum] lactis BETP. || vertatur] vertetur A. 15 conspiciendam] concipiendum A, concupiscendam P. || factum e. Verbum] Verb. Dei f. e. B. 18 contenta] est unitas *add.* T(*mg.* A[2]), est unitas ecclesie *add.* BE. 18-19 Quaeritur... aut] super hoc qr an con. intel. an P, vel *pro* aut ET. 21 illi qui *om.* P, *om.* illi BT. || non *om.* E. 22 mystico] Christi T. 23 sed *om.* T, intelligitur *add.* P. 24 autem *om.* T. 24-25 ut... mystici *om.* P. 25 unitate *corr. ex* demonstratione A[2], ecclesie *add.* B. 27-28 id... vocatus *ita loco* ut... mystici (24-25) BET.

1 Non invenimus in *Glossis*. 2 Lib. I, c. 14, n. 7 (PL 83, 566 B-C).

Num. 10: anon. P, f. 45r; anon. Tr, f. 156a; anon. V, f. 129c.

simpliciter; sed praesciti qui sunt boni, simpliciter sunt de unitate, sed praesciti sunt non esse. De hoc Augustinus[1], Ioan. 6, 55: *Qui manducat* etc.: «Hunc cibum et potum vult intelligi societatem corporis et membrorum suorum, quod est
Pa 170r Ecclesia: in praedestinatis, || quod iam factum est; et in vocatis et iustificatis, quod factum est et fit et fiet; et in glorificatis, quod nunc est in spe, fiet in re».

b. Ex hoc videtur dicere quod iam factum est quod prae-
P 177v destinati sunt de || unitate corporis Christi; et ita videtur quod
T 152b praedestinati, sive boni, sive mali, sint de unitate corporis || mystici. — Respondemus: dicitur aliquid 'esse factum' simpliciter, scilicet quantum est ex parte causae coniunctae; et dicitur 'esse factum' quantum est ex parte causae separatae. Societas corporis et membrorum suorum facta est, quantum est de voluntate beneplaciti in praedestinatis, non simpliciter.

B 133v **11.** || **Illa species visibilis sacramentum est** [792, 6]. Videtur[a] quod non sit sacramentum, quia non gerit similitudinem, cum ibi sit tantum species panis; species autem accidentalis panis non reficit. Praeterea, non efficit quod figurat: quod est de ratione sacramenti. — Respondemus: gerit similitudinem

a (16-7 p. 143) Videtur quod non sit sacramentum, quia non gerit similitudinem, cum ibi sit species accidentalis panis tantum; et praeterea, cum non sit ibi materia aut forma panis, non reficit. Praeterea, non efficit quod figurat. — Respondeo: dicitur gerere similitudinem ratione eius in quo fuit, et dicitur reficere ratione illius cuius est species; non autem ipsum efficit, sed corpus Christi sub specie (Pa).

1 sed praesciti] pr. autem BETP. 1-2 unitate] et accipitur presciti in bona significatione *add.* E. 2 sed... esse] sed pr. quia (sunt quod *pro* quia BE) non erunt BET, et non erunt finaliter P. 2-7 De... re *trp. p. n. 3 d. 9* Pa. 2 De h. Aug.] unde (item Pa) Aug. super PPa. 4 intelligi *Aug.*, intelligere *codd. et Glossa.* 5 factum] perfectum P. 6 et[4] *om.* A. 7 fiet] tandem *praem.* E, autem *add.* P. 8-9 Ex... Christi *del. per* va-cat A. 8 videtur] Augustinus *add.* P. || est] sit P. || quod[2]] cum E. 9 sunt] sint EP. 9-10 Christi... corporis *om.* (*hom.*) P. || et... sint] dicens: In predestinatis quod iam factum est, et ita sive sint boni sive (sint *add.* B) mali predestinati essent BET. 12 scilicet *om.* T. || est *om.* BETP. || et *om.* T. 12-13 coniunctae... causae *om.* (*hom.*) B. 14 suorum *om.* BETP. 15 non] tamen *add.* BETP. 16 Illa... est *om.* Pa. 18 autem *om.* P. 19 Praeterea] post ea A. 21-26 Videtur... specie *ita loco* Videtur... figurat (16-7 p. 143) Pa.

1 *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 206v); ex August., *In Ioan.*, tr. 26, n. 15 (PL 35, 1614).

Num. 11: anon. P, f. 45v; anon. Tr, f. 156a; anon. V, f. 129c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 2 (p. 4, lin. 25ss.); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 1 (IV, 195s.).

quantum ad illud in quo fuit, cuius nomen adhuc retinet. Ratione eius cuius fuit forma est refectio. Cum autem dicitur sacramentum, hoc est quoad rationem signi, non quoad rationem causae. — Si vero quaeritur quid dicitur ibi esse proprie sacramentum, dicendum quod vera caro Christi sub specie panis et vini exsistens. Haec enim, digne suscepta, || efficit quod A 128 c figurat. Unde[a] in Ioan. 6, 51: *Ego sum panis* etc., Glossa[1]: Christus « non solum secundum Verbum quo vivunt omnia, sed etiam secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro, quae erat peccato obnoxia, carni mundae eius unita, incorporata, unum cum illo effecta, vivit de spiritu eius ».

ADDITIONES CODICIS Pa.

Post Baptismi (*p. 132 lin. 9*):

12. Dividitur iste tractatus secundum quatuor causas, scilicet instituentem, formam, materiam et finem, quae intelliguntur per rem signatam et quodam modo creatam. Et hoc est usque ad illud: *Et sicut duae* etc. [793, 4]. Sequens dividitur in duo, secundum ea quae sunt ex parte sumentis et ex parte conficientis. Et quia virtute verborum fit transsubstantiatio, quod non in aliis, de modo conversionis. Et hoc est ibi: *Si autem quaeritur* etc. [802, 4].

13. *a*. Quid hic sacramentum; an unum, an plura[2]. De causa efficiente, materiali et finali. Tertia de conversione. Quarta de modo loquendi. Cuius virtutis, et cur non est de oleo. Item, quae est virtus in verbo per quam tam nobile actum est actum. Item, utrum antecedentia (!) illa fiunt substantiae. Utrum quantum est corpus, tanta est species. Quare necesse est deperire substantiam panis, cum glorificatum possit esse cum non sanctificato. Item, de desinitione panis et inceptione corporis.

---

a (7) **Sic et caro Christi** etc. [792, 9]. Super illud: *Ego sum panis vivus* etc. (Pa).

---

1 retinet] detinet E, fit enim comparatio *add.* BETP. 2 fuit] est BETP. || est refectio] est effectio A, et refectio BETP. 4 causae] est signum sacre rei *add.* BETP. || vero] autem B. || quaeritur] queratur BETP. 7 in *om.* BE. || etc. *om.* T. 8 vivunt] uniuntur B, univit P. 10 eius] est B, *om.* Pa. 11 incorporata *om.* AE. || unum] unde Pa, ut P. || illo] illa ETP. || vivit *om.* A. || de spiritu] spiritus B. || eius] sancto Pa. 15 quae] qui Pa. 17 duo] .1. Pa. 22 Tertia] ita Pa. 23 cur non] tamen Pa. 27 inceptione] inceptionis Pa. 28-29 Sic... etc. *ita loco* Unde... etc. (7) Pa.

---

1 *Ordin.* in Ioan. 6, 52: *Et panis quem ego dabo* (PL 114, 383 D). 2 Cf. d. 9, n. 5.

b. De ratione obicitur sacramenti: quia species non gerens similitudinem et causam eius quod [figurat]. — Respondeo: species panis licet primo habeat rationem signi, non tamen totaliter est primo sacramentum. Aliunde enim signum, et aliunde sacramentum: quia ex similitudine exteriori signum, ex re sacramentum [et] causa; et hoc est corpus Christi. — Non autem dicitur duo sacramenta, sed unum sacramentum pluraliter: nam unde est causa, est unum; unde signum, non unum. Et ita dicendum est unum sacramentum pluraliter. Sunt autem duo signa duarum gratiarum unitarum, scilicet unionis corporis et animae. Unde dicit Ambrosius[1]: «Panis autem intinctus est proprie signum Christi hominis». Dicitur autem proprie «eucharistia, id est bona gratia» [787, 22-23] materialiter, id est Christus sub signo (= d. 9, n. 5).

c. Causa efficiens, Verbum increatum; media, verbum genus creatum; deinde minister in illo verbo, habita intentione consecrandi. — Causa autem materialis est species panis et vini; formalis vero corpus Christi genitum et sanctificatum; finalis vero unitio corporis et animae. — Aliter autem de vino et oleo, quia oleum oleo est miscibile, cum utrumque
Pa 168 v || sit substantia secundum idem genus. Sed hic unum est species, alterum vero substantia.

d. Virtus autem in verbo creato est virtus divina, quae collata a Christo in coena et attributa est proprie verbo, quia verbum est ostensivum Verbi humanati. Quae gratia hic significatur: ad hoc enim maxime est verbum, scilicet ad plenam gratiam Redemptoris ostendendam.

e. Item, cum credatur tam corpus quam anima, propter quid non utrumque manducatur, cum ad credere sequatur manducare? — Respondeo: non, quia manducare secundum se respicit corpus, et non spiritum ut rem manducatam; non sic autem de credere.

f. Per manna[2] autem significatur panis; vinum per botrum, Num. 13, 24; aqua per aquam de petra eductam, Ex. 17, 6. — Plus autem est complexio in hoc sacramento quam in aliis; quia in hoc sacramento est «res contenta et significata» [791, 13], et ita dupliciter est sacra res. Et non potest esse ultimatio in signo amplior quam ut tangat illud secundum suum terminum vel sit per totum ipsius. Et convenit ipsum esse sacramentum, cum sit eius res a quo est res omnis gratiae in sacramento. Et ideo actus eius est maximus ad quem ordinat Ordo ministrum Ec-

---

1 gerens] generans Pa. 13 genus *ita* (*forte pro* Christi) Pa. 26 respicit] recipit Pa. 30 complexio] complecio Pa.

---

1 Non invenimus. 2 Ex. 16, 13-15.

clesiae, sicut habetur a Dionysio, de sacerdotibus [1]. — Non autem accidens illud facta (!) substantia, sed est accidens non ut accidens.

14. *a.* Item, quaestio est utrum coniunctim intelligitur aut divisim. Si divisim, ergo praedestinati mali sunt de corpore mystico. Si coniunctim, ergo illi qui habent praesentem [iustitiam] non sunt de corpore mystico. — Item, quaestio est quare in hoc sacramento fit haec divisio, et non in alio. — Item, cum hoc sacramentum sit typus passionis et Baptismus similiter, quae differentia est ?

b. Ad hoc dicendum: divisim intelligitur; sed intelligitur de iustificatis in praesenti et glorificatis simpliciter, de aliis autem secundum quid (= n. 10).

c. Ad aliud vero dicendum est quod hoc sacramentum, tamquam finis sacramenti, est habens propriam rationem praeter illam quae communis est in aliis sacramentis. In aliis enim significatur gratia quae efficitur. Similiter et in hoc, scilicet unitas corporis mystici per caritatem. Praeterea, cum sit finis sacramenti, convenit in ipso contineri finem omnis sacramenti et principium, scilicet Christum. Et ita habebis hanc divisionem (= n. 9, § *c*).

d. Ad primum (!) dicendum quod Baptismus est typus sepulturae in passione; unde Apostolus, Rom. 6, 4: *Consepulti sumus* etc. Sicut enim sepultus fuit quoad poenam peccati, ita et nos in Baptismo peccato et poenae peccati. Sed hoc sacramentum gerit typum passionis Christi. Ipse enim est cibus noster spiritualis, sicut panis est cibus corporalis. Unde in Ioannis Glossa super hoc: *Ego sum panis vivus* etc., Glossa: « Qui habet fidem incarnationis, habet refectionem. Carnem Christi comedit: Verbum non purum, sed carnem, fide operante ex dilectione » (= n. 9, § *d*).

Post Apostolos (*p. 138, lin. 14*):

15. « Per [2] carnem [as]sumptam venit in mundum, et secundum praesentiam corporalem ad tempus *cum hominibus conversatus est* [3], ut eos ad spiritualem [praesentiam] quaerendam et inveniendam excitaret. Post, completa dispensatione, secundum corporalem recessit praesentiam, et [secundum] spiritualem remansit, ut hoc ostenderet [4]: *Vobiscum sum usque* etc. Sic in sacramento suo temporaliter venit ad te et est tecum corporaliter, ut per corporalem praesentiam ad spiritualem quaerendam exciteris et inveniendam. Quamdiu sensus corporalis afficitur, praesentia

6 in h. sacramento] hoc sacramentum Pa. 10 sec. quid] quo Pa.

[1] *De eccl. hierarchia*, c. 5, § 5 (PG 3, 506); ap. *Dionysiaca*, II, 1333s. [2] Ex Hugone de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 13 (PL 176, 470s.). Cf. infra, d. 10, n. 7. [3] Baruch 3, 38. [4] Matth. 28, 20.

[non] aufertur corporalis. Postquam autem sensus corporalis in percipiendo deficit, non deinde est quaerenda praesentia corporalis, sed spiritualis retinenda: Christus de ore ad cor transit, et melius est ut eat in mentem quam [in] ventrem ».

16. Hic autem alia quoque consideranda etc. [789, 3]. « Panis [1] fermentatus non debet celebrari, sed azimus, tum ratione facti, tum ratione mysterii. In Exodo enim, 12, 18-19, est praeceptum: *Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de coetu filiorum Israel. Primo autem mense, decima quarta die usque ad vigesimam primam, azima comedetis.* Cum ergo Christus quarta decima die coenaverit cum discipulis suis et agnum paschalem comederit ritu legali, cum azymis panibus et lactucis agrestibus, constat quod non comedit fermentatum ». Praeterea, « fermentum significat corruptionem; unde I Cor. 5, 6: *Modicum fermentum* etc. Ut ergo nihil nisi sincerum in hoc sacramento significetur, non fermentatum, sed azymum consecramus, ut I Cor. 5, 8: *Non in fermento malitiae et nequitiae* etc. — Graeci tamen de fermentato conficiunt, asserentes lunam esse quartam decimam in Parasceve, in qua verus Agnus immolatur, ut impleretur Scriptura, quae [die]
Pa 169 v quarta decima iusserat agnum || immolari. Dominus igitur ea die se passurum [esse] praenoscens, in praecedenti vespera, necessitate ductus, anticipavit comedere pascha; et quia tunc licite potuit comedi fermentatum, [et ipsi] de fermentato conficiunt. Ioannes enim testatur [2] quod *ante diem festum Paschae* Iesus cum discipulis nocte coenavit etc. Dicit etiam [3] Iudaeos non intrasse *in praetorium, ut non contaminarentur sed comederent pascha.* Sabbatum quoque post crucem *magnum diem sabbati* nominat [4]: quod dici non solet nisi festum cum sabbato concurrat. Et Lucas dicit [5] quod in Parasceve [mulieres paraverunt] unguenta: quod in magno die non liceret. — Porro quae dicta sunt [assertioni] eorum non consonant, si sane intelligantur. Pascha dicitur dies, solemnitas, agnus, hora: *Scitis quoniam post biduum pascha fiet* [6]. Dies autem festus quinta decima luna; nam quarta decima non erat solemnis nisi ad vesperam ». Christus ergo quarta decima fecit pascha, scilicet prima die azymorum, quando immolabatur agnus ad vesperam. — Praeterea obiciunt nos iudaizare. Cum enim figura cesserit, veritate adveniente, sicut non comedimus cum lactucis agrestibus, ita nec [cum] azymis panibus. Ad quod

2 deinde] tamen Pa.

[1] Ex Innocentio III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 4 (PL 217, 854-857), pluribus omissis vel contractis. Cf. infra, d. 12, n. 4. [2] Ioan. 13, 1. [3] Ioan. 18, 28. [4] Ioan. 19, 31. [5] Luc. 23, 56. [6] Matth. 26, 2.

dicendum quod « non omnes ritus legales abiecit Ecclesia. Unde sponsa in Canticis [1]: *Omnia poma nova et vetera servavi tibi* etc. Adhuc enim plenae lunae faciem considerat, ne celebret in defectu. Adhuc conficit oleum unctionis et thus suavitatis. Ritus ergo legales non sunt omnino aboliti, sed in spiritualem intellectionem et in melius mutati ».

DISTINCTIO IX.

1. Et sicut duae res [793, 4]. IX distinctio. **Quo boni et mali edunt** [793, 5]. Quaeritur quid de natura manducationis respectu carnis et sanguinis Christi remaneat in sacramentaliter tantum manducante. — Respondemus quod, sicut in manducatione spirituali est incorporatio manducantis ad Christum, et quoad hoc retinet naturam manducationis, ita in sacramentali est masticatio spiritualis, scilicet memoria passionis Christi. Os enim spirituale est mens quoad intellectum, quoad affectum venter est. Et ideo Apostolus dixit, recitans verba Domini [2]: *Hoc facite in meam commemorationem.*

2. Alter spiritualis, quo soli boni [793, 6]. *a.* Quaeritur: si caro mystica est unitas Ecclesiae, utrum a bonis manducetur unitas Ecclesiae ? — Praeterea, cum manducans incorporet sibi manducatum, numquid incorporat hic manducans manducatum, scilicet vel carnem Christi veram vel mysticam ?

b. Respondemus ad primum: || non sequitur: si eadem E 240 r.
res est mystica caro et unitas Ecclesiae, si hoc manducatur,

7 res] sunt illius etc. *add.* Pa. 7-8 IX... edunt *om.* Pa. 8 edunt] comedunt T, credunt P. 8-10 Quaeritur... manducante A, *quod corr. in* quantum est de n. mand. fit in illo qui sacr. tantum manducat respectu... manducante A^2, quantum est de (*om.* est E, Qo est de Pa, qualiter est de se P) natura mand. (quid *add. mg.* B) fit (*om.* Pa, sit E) in illo (eo Pa) qui sacramentaliter tantum manducat resp. carnis (corporis Pa) et sanguinis BETPPa. 10 quod *om.* Pa. || sicut] est *add.* Pa. 11 spirituali] quod ibi *add.* Pa. 12 hoc] ut *add.* P. || retinet naturam] salvatur natura Pa. 13 masticatio] manducatio B. 14-15 Os... est *om.* Pa. 14 est *om.* BTP. 15 affectum] effectum ETP. || dixit] dicit TP. 16 in m. comm.] etc. Pa. 17 Alter... boni *om.* Pa, *om.* boni ATP. 17-18 Quaeritur... mystica] item qo est si corpus vel caro Pa. 18-19 utrum... Ecclesiae *om.* (*hom.*) B, numquid est dicere quod manducatur un. ecc. Pa, manducatur *pro* manducetur ETP. 21 scil. vel *om.* T, sive incorporat vel P. || mysticam] carnem sive corpus mysticum Pa. 22 primum] quod *add.* Pa. 22-3 (p. 148) si... corporali] nam licet sit idem secrem, non tamen alterum secundum rationem, nam corpus vel caro dicitur secundum quod est in hum. natura quc corporalis est Pa.

[1] Cant. 7, 13. [2] I Cor. 11, 24; Luc. 22, 19. De hoc fusius agitur infra, d. 10, n. 7.

Num. 1-2: anon. Tr, f. 156d, 157b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 3 (f. 17c-d); Alb. Magnus, hic, a. 2, ad 1 (XXIX, 217).

quod illud; nam alterum est secundum rationem. Caro enim corpus secundum quod est communicantium in humana natura corporali. Unde non similiter dicitur Christus secundum quod Deus caput corporis, et Christus secundum quod homo, scilicet corporis mystici. Quae differentia est assignata in XIX distinctione, cap. *Qui solus mediator*, tertii libri [1] [638, 4].

c. Ad aliud dicimus per auctoritatem Augustini in libro *Confessionum* [2]: « Cibus sum grandium: cresce et manducabis me; non ut me mutes in te, sed tu mutaberis in me ». Unde patet quod manducans incorporatur manducato, non e converso [a]: semper enim illud incorporat, cuius virtus est potentior [b]*.

3. Ut quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti [793, 15-16]. Quaestio est quare potius dixit 'crede et manducasti', quam 'dilige' vel 'spera', cum caritas sit primum uniens nos Deo. — Respondemus: loquitur de fide operante per dilectionem. Fides autem haec dupliciter nos unit capiti: tum secundum intellectum, tum secundum affectum. Unio per intellectum est in fide per se; unio per affectum est ab amore

a (11) Si quaeritur utrum manducans incorporet sibi corpus mysticum, dicendum quod dicitur manducari, non quia manducans incorporet sibi mysticum corpus Christi, sed quia ipse illi, id est unitati Ecclesiae incorporatur (+ *mg.* E). *b* (12) Masticatio erit ibi meditatio passionis Christi. Ibi erit etiam digestio, in quantum est separatio puri ab impuro ex parte manducantis, tum in quantum separatur a statu peccati in statum gratiae (+ B).

1 quod] et E. || nam] non T. 2 corpus *om.* BETP. || est comm.] communicativum E. 3 similiter *om.* T. || dicitur *om.* Pa. || Christus *om.* B. 4 Christus *om.* E. || quod[2]] est *add.* Pa. 5-6 scilicet... libri *om.* Pa. 8 Confess.] de conf. TP. || cresce et manducabis *Aug.*, crede et manducasti (manducabis B) *codd.* 10 Unde... non] prudenter ergo discerne quid in sacramentum (!) Dei sensui sit exhibitum, quid spiritui accomodatum; quod in hac manducatione que est spiritualis aliter est quam in corporali, quia in corporali incorporatur manducatum manducanti, hic autem Pa. || manducato] et *add.* BEP. 11-12 potentior] Unde... crimina *add.* (*infra*, *nn.* 6-7) Pa. 13-3 (p. 149) Ut... incorporetur *trp. p. n. 1* Pa. 13 Ut... manducasti] Item Pa. 14 est *om.* A. || dixit] dicitur Pa. 15 vel spera *om.* Pa. 16 Resp.] dicendum quod Pa. 17 dilectionem] discretionem Pa. || hacc] ista Pa, *om.* A. 19 se] et hec est prima unio *add.* Pa.

[1] In littera vel in *Glossa* Alex. super h. l., nn. 16-20, 37-41 (III, 214s., 219ss.). [2] Immo *In Ioan.*, tr. 25, n. 12 (PL 35, 1602). Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 13 (PL 176, 471 B).

Num. 3: anon. P, f. 47r; anon. Tr, f. 55d; anon. V, f. 129c-d. Cf. Bonav., hic, dub. 1 (IV, 212).

in fide. Propter hoc ergo, quod in credere importatur utrumque, ideo dicitur 'crede et manducasti', quasi: tunc est perfecta unio, ut sic anima secundum se totam incorporetur.

4. Haec verba etc. [794, 16]; **a bonis tantum sumi et non a malis** [794, 18-19]. **Multi indigne** [795, 1]. *a.* Quaeritur an sumens indigne sumendo peccet mortaliter. Quod videtur, per Apostolum dicentem [1]: *Qui manducat indigne;* et alibi: *Reus erit corporis* etc., I ad Cor. 11, 27. — Si hoc, cum dicitur in Eccl. 9, 1: *Nemo scit an odio vel amore sit dignus,* nescit homo si est in caritate an non; ergo nescit si peccet mortaliter sumendo vel non. Sed si aliquis nescit an aliquid sit mortale peccatum vel non, faciendo illud peccat mortaliter: non enim debet se mittere in praecipitium; ergo unusquisque non confirmatus, si sumit, || peccat mortaliter. — Si suppleretur sic: *Qui manducat* sciens se esse in mortali etc., secundum hoc nullus indigne acciperet nisi exsistens in mortali prius. Praeterea, scientia est circumstantia aggravans peccatum, non faciens; non ergo ex hoc quod scit, fiet in eo peccatum. Pa 170 v

b. Praeterea, quaeritur quot modis sit accipere indigne, et utrum idem sit indigne || accipere et indignum accipere. A 128 d

c. Respondemus sicut dicitur in Glossa [2] super illud: *Qui biberit calicem* etc., I ad Cor. 11, 27: « Indignus est qui aliter celebrat mysterium quam a Christo institutum est,

1 in fide *om.* Pa. || Propter h. ergo] et pr. hoc Pa. || ergo *om.* P. 2 et manducasti] etc. Pa, Item Augustinus... in re *add.* (*v. p. 142, lin.* 2-7) Pa. || quasi] quia BTP, quod E. 2-3 quasi... incorporetur *om.* Pa. 4-5 Haec... Quaeritur] item questio est Pa, *om.* Haec... malis B. 5 malis] vel *add.* AETP. || sumens] si B, illud *add.* Pa. 6 sumendo *om.* Pa. 6-7 videtur... dicentem] sic vid. per hoc quod dicit Apost. Pa. 7 indigne] etc. *add.* BPa, iudicium sibi manducat *add.* E. 7-8 et... etc. *om.* B, et alibi: qui manducat indigne reus e. c. et sanguinis Domini Pa. 8 i... 11 *om.* Pa. 9 nescit homo] ergo nescit Pa. 10 an non *om.* Pa, aut non BTP. || vel] an BEPa, aut TP. 11 Sed *om.* B, regula est *add.* Pa. || aliquis] quis BTPPa. || peccatum *om.* BETPPa. || vel] aut B, an E. 12 faciendo] si facit TP. || peccat *om.* A. || non enim] quia non Pa. 13 unusquisque... si sumit] quisque sumendo corpus Christi Pa, *om.* si sumit E. 14 mortaliter] non confirmatus *add.* Pa. || Si *om.* T, autem *add.* Pa. || suppleretur] suppleatur BETPPa. 15 mortali] peccato *add.* Pa. 15-16 secundum... Praeterea] contra Pa. 17 faciens] non enim bonum facit malum *add.* Pa. 17-18 non[2]... eo] ergo ex hac circumstantia non erit hoc Pa, eo *pro* hoc E. 19 quaeritur] questio est Pa. 20 indignum accipere] acc. digne T, *om.* accipere E. 21 Resp.] ad hoc *add.* Pa. 22 calicem] indigne *add.* Pa. || I... 11 *om.* B, *om.* 11 AETP, quod *add.* Pa.

1 I Cor. 11, 29. 2 Lombardi in I Cor. 11, 29 (PL 191, 1646 B-C); partim ex Ambrosiastro in I Cor. 11, 27 (PL 17, 243 C); hic in litt., c. 4 (p. 812, lin. 8).

Num. 4: anon. P, f. 47r; anon. Tr, f. 157a-b; anon. V, f. 130a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis,* n. 92; Hugo de S. Caro, d. 12 (Assis. 131, f. 137c); Bonav., hic, dub. 5 (IV, 213).

et qui non devota mente accedit ad Eucharistiam, vel in voluntate peccandi est manens ». Et est notata triplex indignitas: una in mente, altera in voluntate, tertia in ore. Prima respicit peccatum praesens, altera futurum, tertia praeteritum. Praeterea, sicut est indevotio in celebrante, ita in suscipiente, cum non discernit a ceteris cibis et irreverenter accedit. — Est autem differentia, sumendo proprie, inter 'indigne' sumere et 'indignum'. Quia indignus sumit, qui cum indignitate accedit; indigne sumit, qui sumendo peccat, ut ille qui non habet mor-
P 178 r tale || et credit se habere, et cum tali conscientia accedit.

d. Ad primum dicendum quod, licet homo non sciat se habere caritatem, tamen cum non habeat conscientiam mortalis, sumpta Poenitentia, cum devotione et reverentia potest accedere. Si vero dubitaret utrum esset in mortali vel non, non esset accedendum sine contritione in generali et proposito satisfaciendi. Si vero credit se esse in mortali et non sit, ipsa credulitas aggenerat contemptum, ex quo est peccatum si sumit vel vult plene sumere.

T 152 c
B 134 r **5. Secundum** || **hos duos** [795, 22]; || **Proficiant in nobis, quaesumus Domine** [796, 6-7]. Quaeritur utrum sit unum sacramentum aut plura. Et videtur quod plura: « Sacramentum enim signum est sacrae rei » [745, 19]; sed plura sunt ibi signa sacrae rei; ergo plura sacramenta. — Si vero dicitur unitas vel multitudo sacramenti ab unitate vel multitudine rei signatae, adhuc videtur quod plura sint: nam hic duo sunt signata, scilicet caro Christi et corpus mysticum. — Respondemus quod dicitur sacramentum unum vel plura cum ratione

---

2 peccandi] peccati E. || est no. triplex] notandum quod tr. est Pa, est notanda tr. TP, est no. tripliciter A. 3 altera] alia E. || Prima] Praeterea, una BET, item una Pa, prima una P. 4 praesens] quod est in celebratione *add.* Pa. || futurum... praeteritum] fut. altera pr. E, scilicet conscientia mortalis *add.* Pa. || Praeterea] prima A. 5 ita] sic Pa. || suscipiente] recipiente E. 6 et] cum *add.* Pa. 7 inter *om.* B. 9 ut ille] et ille A, *lacuna* Pa. 9-10 mortale] peccatum *add.* T. 10 habere] caritatem *add.* A. || et²... accedit *om.* Pa. 11 primum] ergo *add.* BETP, obiectum autem Pa. || dicendum] est *add.* Pa. 12-13 mortalis] peccati *add.* TPPa. 13 sumpta Poen. *om.* Pa, presumpta pen. TP. 14 vero] autem Pa. || mortali] peccato *add.* T. || vel non *om.* E, an non T. 15 in generali *om.* Pa. 16 vero] autem Pa. || et] licet Pa, et licet A. 17 aggenerat] generat B. || ex... peccatum] et ex hoc c. p. *et trp. p.* sumere (18) Pa. 18 vel] si *add.* P. 19-20 (p. 151) Secundum... animae *om.* (*v. dist 8, n. 13*) Pa. 19 Proficiant] perficiant BE. 21 aut] vel E, an TP. 22-23 sed... rei *om.* (*hom.*) T. 24-25 signatae] significate BE. 26 signata] significata EP.

Num. 5: anon. P, f. 49r; anon. Tr, f. 160b-c; anon. V, f. 130b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 80-81; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 134c); Alb. Magnus, d. 8, a. 13 (XXIX, 208s.); Bonav., d. 8, p. 2, a. 2, q. 2 (IV, 197s.).

significationis, tum ratione causalitatis. Dicimus ergo quod sunt unum causalitatis ratione: causalitas enim est ab ipsa vera carne Christi sub specie panis et vini, quae scilicet exsistens sacramentum, efficit quod figurat in corpore mystico. Unde dicit Augustinus[1]: « Sicut persona Christi constat et conficitur ex Deo et homine, sic conficitur sacrificium Ecclesiae duobus, scilicet sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi ». — Secundum rationem vero significationis, distinguendum est: quia pluralitas potest significari vel consignificari. Concedimus ergo quod species panis et vini || sunt sacramenta, non tamen E 240 v plura sacramenta: unum enim dicit pluralitatem per consignificationem, reliquum vero per significationem. Nam licet ibi duo significent, tamen duo unita significant, et ita unum significant. Species enim panis significat corpus Christi, species vero vini significat sanguinem, in quo anima intelligitur. Nam, ut dicit Ambrosius in libro *De sacramentis*[2], valet « ad tuitionem corporis et animae quod percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, et sanguis pro salute animae accipitur » vel pro anima offertur. Ostenditur enim distincte plena liberatio corporis et animae[3].

ADDITIO CODICIS Pa.

Post potentior (*p. 148, lin. 12*):

6. Unde Augustinus, super illud Psalmi: *Non dicant: devorabimus eum* etc., Glossa[4]: « Devorantur incorporati »; manet in nobis, et ideo manducamus nos in eo. Unde meus cibus est etc. — Augusti-

1-2 significationis... ratione] sit unum dicimus ergo quod tum ratione causalitatis T, significationis... Dicimus ergo unum quod ratione causalitatis sumitur P. 1 ergo] enim A. || sunt] sit E. 2 est *om.* T. 5 conficitur] perficitur A. 6 sacrificium] sacramentum P. || Ecclesiae] ex *add.* ET. 8 significationis] signantis B. 9 vel] aut E. 10 ergo *om.* TP. || et] species *add.* BETP. || sacramenta] sacramenti E. 11-12 per consign.] post significationem A. 12 vero *om.* T. || ibi *om.* TP. 13 ita *om.* T. 14 enim] vero A. || corpus] verum (corpus *mg.*) A. 15 vero *om.* T. || Nam *om.* BETP. 17 tuitionem] distinctionem P. || percipimus *Ambr.*, percepimus *codd.* 18-19 accipitur... offertur] (accipitur vel offertur *exp.*) accipimus vel pro anima offerimus B. 19-20 Ostenditur... animae *om.* BETP, ostendit *pro* ostenditur A.

[1] Immo Lanfrancus, *De corp. et sang. Domini*, c. 10 (PL 150, 421 C); sub nomine Augustini in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 48 (I, 1331); in *Summa Sent.*, tr. 6, c. 7 (inter opp. Hug. de S. Vict., PL 176, 144 A), et hic in litt., d. 10, c. 1 (p. 798). [2] Immo Ambrosiaster, *In Epist. S. Pauli*, I Cor. 11, 26 (PL 17, 243 B); hic in litt., d. 11, c. 4 (p. 806). [3] Cf. infra, d. 10, n. 5, § *g*. [4] *Ordin.* in Ps. 34, 25, ap. Lyranum (III, 135r). Cf. August. in h. l. (PL 36, 341).

nus[1]: « Caro Christi facta est esibilis per passionem ». Contra: esibilis fuit in coena. — Respondeo: dicitur esibilis per passionem, quia per passionem coquitur, et sic in modum aliarum carnium esibilis dicitur. Praeterea, per passionem pervenit ad gloriam in corpore, secundum quem modum est sub sacramento: est enim sub modum impassibilitatis.

7. Qui manducat etc. [793, 19]: Ioan. 6, 57. Augustinus, *Super Ioannem*[2]: « Digne sumit, si tam de criminalibus poeniteat quam displicent venialia, etiam si conditione humanae fragilitatis sciat se ad ea reversurum ». Glossa[3] super hoc Lucae: *Vae homini illi per quem tradetur:* « Exemplo Iudae Filium hominis tradit, qui illud inviolabile dominici corporis sacramentum violare praesumit. Vendit qui, timore et amore neglecto, caduca amare convincitur et crimina ».

DISTINCTIO X.

1. Sunt autem alii * [796, 20]; **Nisi quis manducaverit** [797, 3]. *a*. Quaeritur[a], si malus petit corpus Christi, utrum sit ei denegandum. Dicit enim Augustinus, *Super Ioannem*[4]: « Non prohibeat dispensator mensam Domini manducare, sed exactorem moneat timere ». — Praeterea, videtur ex exemplo Christi, qui scivit Iudam esse in mortali et tamen dedit ei Eucharistiam cum aliis, Luc. 22, 21-22.

a (15-20) **Haec verba et alia huiusmodi** etc. [794, 16]. Quod nulli malo exigenti sit deneganda Eucharistia, videtur: dicit enim Augustinus, super Ioannem, in originali: « Non prohibeat dispensator pingues terrae mensam Domini manducare... timere. Item, Christus sciebat Iudam esse in mortali, et tamen ei cum aliis dedit Eucharistiam, ut patet Luc. 22 ; statim enim subiungitur: *Verum manus tradentis mecum est in mensa* (Pa).

14 alii] precedentium etc. Rabanus... commendat *add.* (*infra, n. 13*) Pa. || Nisi] si AETP. 15-3 (p. 154) Quaeritur... sumere *trp. a. n. 4 d. 9* Pa. 15 ei *om.* T. 17 Domini] Christi A. || sed *om.* P. 18 Praeterea] idem *add.* E. || ex *om.* T. 19 tamen *om.* P. 20 Eucharistiam] corpus suum *et trp. p.* aliis E. 21-26 Haec... mensa *ita loco* Quaeritur... Luc. 22 (15-20) Pa.

[1] Non invenimus. [2] *Glossa ordin.* in I Cor. 11, 27, ap. Lyranum (VI, 51r). Non invenimus ap. Augustinum. [3] *Ordin.* in Luc. 22, 22 (PL 92, 597 D), ap. Lyranum (V, 177r). [4] Immo *Enarr. in Ps. 48*, 3 (PL 36, 545); in *Glossa* Lombardi super Ps. 21, 30 (PL 191, 238 C), et in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 67 (I, 1338).

Num. 1-3: anon. Tr, f. 157c; anon. V, f. 130b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 97-98; Hugo de S. Caro, d. 12 (Assis. 131, f. 137d-138b); Alb. Magnus, d. 13, a. 17 et 20 (XXIX, 363s., 367s.); Bonav., d. 9, a. 2, q. 4 et d. 11, p. 2, dub. 8 (IV, 211s., 266s.).

b. Contra: iste sacerdos pastor est eius; ergo debet eum custodire a cibo venenoso. — Praeterea, videt proximum praecipitare se ad mortem, et praeponere [quisque] debet salutem spiritualem proximi suae saluti corporali; multo fortius ergo non debet dare ei hostiam.

c. Contra: si non det, erit proditor criminis eius ex opere ipso, et ita scandalizabuntur || plures. A 129 a

d. Respondemus: aut crimen eius est notorium, aut non. Si est, denegare potest; si non est, admonendus est secreto ne accipiat. Si vero sacerdos non potest id probare nec ipse desistat, non dat ei, sed rapit de manu eius.

2. Sed adhuc quaeritur utrum bonum sit sacerdoti dare panem benedictum. — Respondemus quod non, quia sacramentum veritatis nullam vult simulationem, nec est peccandum ut alius minus peccet. Praeterea, si hoc, erit duplex peccatum: decipientis et sumentis; isto vero modo tantum sumentis.

3. Sed cum vita Christi et operatio sit nostra instructio [1], sicut ipse, licet sciret Iudam esse in mortali, dedit ei, ita videtur quod conveniat nos dare. — Praeterea, cum Iudas non exegerit, quare dedit ei Christus ? — Praeterea, quare non commonuit eum ne acciperet ?

c. Respondemus ad primum quod scivit illum fore exacturum, et ita magis peccasset. — Ad aliud dicimus quod commonuit cum dixit [2]: *Unus vestrum me traditurus est.* Vel scivit eum incorrigibilem ; et ita fieret deterior si commonuisset eum; sicut praedicatores abstinere debent a praedi-

1 eius... eum] illius... ipsum Pa. 2 venenoso] ei *praem.* BET, quantum potest *add.* Pa. 2-3 proximum... mortem *om.* E, istum *pro* proximum Pa. 3 debet] debemus Pa. 4 suae] nostre Pa. || multo fortius *om.* Pa. 6 det] dat E. || erit] esset B. || eius] ipsius Pa. 7 et ita... plures *om.* Pa, ergo *pro* et ita T, multi *pro* plures B. 8 est *om.* AB. 9 denegare] ei *add.* Pa. || est[2] *om.* EPa. || admonendus est] ammoneatur Pa. 10 probare] comprobare T. 11 sed] ipse *add.* T. 12 adhuc *om.* Pa. || dare] tali *add.* Pa. 15-16 si... isto] secundum... reliquo BETPPa. 18 operatio] opera TP. || sit] sint ET, sunt P. || instructio] institutione A. 19 mortali] tamen *add.* E. || ei *om.* T, corpus suum *add.* E. 19-21 ita... ei *mg.* (*hom.*) A[2]. 19-20 videtur... dare] convenit nos dare Pa, ei *add.* B, *om.* quod... dare E. 21 ei] corpus *add.* E. 21-22 Praeterea... acciperet *trp. p.* peccasset (24) Pa. 21 commonuit] admonuit T, amovit P. 23 ad primum *om.* Pa, *om.* primum T. || quod] quia BPa. 24 Ad... quod] respondeo Pa. 25 commonuit] eum *add.* T. || me *et* est *om.* Pa. 26 eum] illum Pa. || incorrigibilem] incorporalem A, incommonibilem T, immortalem P, *om.* Pa. || et ita... deterior] deteriorem fore Pa, *om.* ita E. 27 eum *om.* BETPPa.

1 *Glossa* Lombardi in Ps. 85: « Christi autem... omnis actio christiani est lectio » (PL 191, 799 C), et in Hebr. 5, 7 (PL 192, 437 C). 2 Matth. 26, 21.

catione si credant eos qui audiunt [futuros] esse deteriores. Praeterea, satis commonuit in generali, dicens [1]: *Hoc est corpus meum:* id est tales vos exhibete, ut digni sitis corpus meum sumere [a].

4. Corpus [b] **enim in quo resurrexit** [797, 18]. Quaeritur utrum quod corpus Christi est in pluribus locis, hoc est de natura corporis glorificati, aut propter unionem.

a. Si primo modo, tunc conveniret corpori Petri cum glorificatum erit. Cuius contrarium patet per hoc, quod angelus, substantia incorporea, non potest simul esse in diversis locis; ergo nec corpus glorificatum, quod minus spirituale est. Praeterea, glorificatum corpus, in eo quod corpus, est circumscriptibile; angelus vero est tantum loco definibilis, ut XXXVII distinctione primi libri, cap. *Cumque divina natura* [235, 25].

b. Si vero hoc esset propter unionem cum divina natura, quae est ubique, secundum illam rationem aequaliter esset in uno loco et in altero. Et ita, cum divina natura est ubique, esset corpus ei unitum ubique.

c. Si vero hoc est virtute verborum horum: *Hoc est corpus meum*, tunc indifferenter posset fieri de corpore glorificato Petri sicut de corpore Christi. Qua enim ratione virtus verborum horum potest convertere panem in corpus [Christi] glorificatum, || eadem ratione et in corpus Petri. E 241 r

a (3) Augustinus, in libro *De poenitentia* [2]: « Nos quemquam a communione prohibere non possumus, licet haec prohibitio nondum sit mortalis sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in alio, sive saeculari sive ecclesiastico, iudicio nominatum atque convinctum »(+ Pa). *b* (4-22) **Item: Una persona est Deus** etc. [797, 20]. Quod hoc est in pluribus, aut est de natura corporis glorificati. Si secundo, esset in omnibus locis (Pa).

1 eos q. audiunt] omnes quibus predicant Pa. || esse deteriores] deteriorari E, deteriores. fieri sua predicatione Pa. 2 dicens... meum] cum dixit: accipite etc. Pa. 3 id] hoc E. || sitis... sumere A (*sed add.* ad *p.* sitis), sitis ad corp. meum suscipiendum BETP (*om.* suscipiendum B), possitis accipere corp. meum Pa. 5 quod *om.* AB. || corpus Chr.] Christus E. || est[1]] sit BT. || locis] aut *add. codd.* || hoc *om.* BETP. 6 propter] per TP. 8 Cuius] eius A. || per] ex BTP. 11-12 circumscr.] in circumscripto T, incircumscriptibile P. 13 libri *om.* A. 14 esset] esse A. || propter] per TP. 15 quae est] esset B. 16 et] sicut B. || est] esset B. 17 corpus ei *trp.* ETP. 18 est[1]] esset B. 21 horum] istorum E. 22 corpus] Christi *add.* A. 27-29 Item... locis *ita loco* Corpus... Petri (4-22) Pa.

1 Matth. 26, 26; I Cor. 11, 24. 2 Sermo 351: *De utilitate agendae poenitentiae*, c. 4, n. 10 (PL 39, 1546).

Num. 4: anon. Tr, f. 157d-158a; anon. V, f. 130c.

d. Praeterea[a], Christus est ubique Deus, et non est alicubi homo et alicubi non: ergo est ubique homo; ergo humana natura eius quoad animam et corpus ubique.

e. Respondemus quod duo concurrunt: unum ex parte termini, et alterum ex parte principii. Ex parte principii, Christus mediante || suo verbo ad hoc instituto, cui collata est P 178 v virtus spiritualis non tantum significandi, sed faciendi. Ex parte vero termini est ipsum corpus Christi, hoc est corpus humanum unitum divinae naturae, quae est ubique. Non enim omne corpus habet possibilitatem ut sit in pluribus locis, sed solum illud quod per unionem accedit ad participandum proprietatem convenientem divinae naturae per unionem secundum divinitatem. Divina enim natura est ubique; corpus unitum ei possibile est esse in pluribus locis; corpus vero non unitum determinatum est in uno loco.

f. Si vero quaeratur de illa virtute spirituali quae est in verbo, intelligendum est quod haec virtus per Verbum increatum descendit in verbum creatum: Verbum dico increatum humanatum. Ut autem sit completa circulatio, fit conversio in carnem unitam Verbo increato.

g. Sed[b] cum nobilissima creatura sit humana natura Christi, qualiter potest sermo creatus habere virtutem in ipsam ? Praeterea, eius conceptio fuit opere Spiritus Sancti, non opere crea-

---

a (1-20) Item, Christus est ubique Deus; sed non est alicui homo, alicui non: ergo est homo ille ubique; ergo corpus suum oportet esse ubique, ut dicitur. — Respondeo: etsi sit propter unionem possibile esse in pluribus, non in omni; nam hoc est proprium deitatis. Non tamen ex necessitate actus, sed ex virtute quam Verbum increatum confert verbo creato, ut sit vox virtutis (Pa). *b* (21-2 p. 156) Sed numquid habet verbum creatum posse super carnem Christi et animam, cum nobilissimum inter omnia creata sit humana natura in Christo? Praeterea, conceptio eius fuit opere Spiritus Sancti, non opere creaturae; quare (Pa).

1-2 alicubi... alicubi] alicui... alicui PPa. 3 eius] cum A, est eius T. 4 conc.] concurrerunt A. 5 Ex p. principii *om.* (*hom.*) AB. 7 sed] etiam *add.* T. 9 omne *om.* A. 11 participandum *om.* BETP. 12 convenientem *om.* B. 12-13 sec. divinitatem *exp.* B, sec. deitatem vel divin. A. 13 enim *om.* B. 14 est *om.* T. || locis] secundum *add.* T. || unitum] venter A. 16 spirituali] speciali TP. 18 Verbum] autem *add.* T. 20 unitam] in *add.* P. 22-23 Praeterea] postea A. 23 fuit] in *add.* A. || non] ergo *add.* TP. 24-29 Item... virtutis *ita loco* Praeterea... increato (1-20) Pa. 29-32 Sed.... quare *ita loco* Sed... quod (21-2 p. 156) Pa.

---

§ *g*: cf. Alb. Magnus, hic, a. 10, ad 3 (XXIX, 263).

turae; in hoc enim differt hoc mirabile ab aliis, quia alia per creaturas fiunt. Ex quo videtur quod non erit virtute creaturae
A 129 b corpus Christi factum de aliquo. — || R e s p o n d e m u s quod verbum creatum, ratione virtutis divinae quam habet, habet posse super panem ut de eo fiat corpus Christi; et ita in panem et vinum extenditur sua virtus simpliciter, non in corpus Christi. Unde non est absolute dicere: corpus Christi fit, sed panis transsubstantiatur in corpus Christi iam exsistens. — Ad aliud
T 152 d dicimus || quod, licet operatione Spiritus Sancti immediate fuerit conceptio, non tamen ipsa transsubstantiatio fit praeter virtutem creaturae; quia minus est alterum mutare in ipsum, quam ipsum creando divinae naturae unire.

h. Ad aliud vero quod obicitur, utrum Christus sit ubique homo, dicendum est quod 'iste homo' potest nominare personam cui unitur humana natura; et secundum hoc verum est: 'iste homo est ubique', non tamen est ubique homo. Si vero nominet individuum suppositum huius speciei 'homo', tunc est verum quod 'iste homo est in caelo' [797, 21] per circumscriptionem corporalem.

B 134 v **5. Quae ex eadem ratione** * [798, 1]; || **sacrificium Ecclesiae duobus constare** [798, 26-799, 1]. *a.* Ex hoc videtur quod species panis sit pars sacramenti, prout sacramentum definiebatur supra, in principio libri [1]. — Quod non videtur, cum non conferat ad esse causae 'invisibilis gratiae'. — Praeterea, nihil unum fit ex specie panis et corpore Christi: qualiter ergo ex iis fiet unum sacramentum ? — Praeterea, si est pars, cuiusmodi ? Non enim

1 enim] vero T. 1-2 per creaturas] pre creaturis T. 2 erit *om.* TP, ex *add.* BTP. || creaturae] quod sit *add.* B, si sit *add.* E, non sit *add.* TP. 3 factum] est *add.* A. || Resp.] ad hoc dicendum Pa. 4 divinae *om.* Pa. || quam habet] que modo A. 5 ut... panem *om.* (*hom.*) A. || fiat] transubstantiatio in *add.* Pa. 5-6 et ita... Christi *om.* (*hom.*) B. 6 simpliciter... Christi] non autem in c. Ch. simpliciter Pa. 7-8 Unde... Christi *om.* (*hom.*) P, et ita panis transsubstantiatur in corpus Chr. unde non est absolute dicere corpus Christi T. 8 iam exsistens *om.* Pa. 9 dicimus] dicendum EPa. || operatione] opere BETPPa. 9-10 fuerit] fieret BETPPa. 10 praeter] propter A. 11 quia] quod A. 13-19 Ad... corporalem *om.* Pa. 13 aliud] illud BE. 14 est *om.* T. || homo *om.* T, est *add.* A. 15 est] quod *add.* E. 17 huius] eius A. 20 ratione] etc. nec visibiliter... in se *add.* (*infra, n. 14*) Pa. 20-21 sacrificium... constare] constare visibili elementorum specie etc. Pa. 24 esse] sacramenti *add.* T. || invisib. gratiae *om.* Pa. 25 ex... fiet] fit Pa. 26 Praeterea] postea A. || cuiusmodi] eius, queritur que pars TP, pars *add.* BEPa. || enim] est A.

[1] In litt., d. 1, c. 2: « Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma » (p. 746).

Num. 5: anon. P, f. 52r; anon. Tr, f. 158b; anon. V, f. 130c. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 4 (XXIX, 250s.); Bonav., hic, p. 1, dub. 1-3 (IV, 225s.).

integralis: nullum enim eorum tunc esset sacramentum. Nec subiectiva: tunc enim non constaret ex illis. Nec essentialis, ut materia: tunc enim neutrum illorum esset res completa sine altero, et tunc caro Christi non esset sacramentum vel completa res sine specie panis.

b. Praeterea [a], dicitur infra: Sicut persona Christi conficitur et constat ex Deo et homine [799, 3-4]. Ex quo videtur ponere similitudinem hinc inde. — Quod non videtur, quia divina et humana natura uniuntur in unam hypostasim; nulla autem una res est species panis et corpus Christi. — Praeterea, illa unio est inseparabilis: numquid haec similiter ?

c. Praeterea, ibi dicitur quod illa persona conficitur ex Deo et homine [799, 4]: ergo hypostasis est composita. — Contra, supra, primo libro, XXXIII distinctione, cap. *Post supradicta* [207, 5]. — Quod autem sit composita, supra, tertio libro, distinctione VI, cap. *De hoc autem Augustinus* etc. [577, 5]. — Quod autem non sint partes, supra, tertio libro, distinctione VII, cap. *Est autem et aliud* [587, 27].

d. || Respondemus ad primum quod in esse sacramenti est ratio signi et causae: signi ex eo quod est visibile; ratio causae ex [b] corpore Christi invisibili sub sacramento. Et E 241 v

a (6-11) Praeterea, obicitur de similitudine: quia natura divina et humana uniuntur in unam hypostasim; numquid similiter est de iis, ut alia res sit species panis et eadem sit corpus Christi ? Praeterea, illa unio est inseparabilis: numquid haec similiter ? Secundum hoc, cum semel esset sub sacramento, et semper sub sacramento. Contra: cum forma panis convertitur in aliam speciem, non iam est unio; ergo etc. (Pa). *b* (21-15 p. 158) ex eo quod intelligibile est; et unum est ex specie panis et vini, alterum ex corpore Christi. Et ideo dicitur esse sacramenti constare ex iis. — Ad aliud dicendum est quod sacramentum non est quid, sed ad aliquid; et ad aliquid dupliciter, sicut dictum est. — Ad primum dicendum quod est pars definitiva, oblique veniens in rationem sa-

2 subiectiva] pars potest dici *add.* E. || essentialis] pars enim Pa. 3 illorum] eorum Pa. 4-5 et tunc... panis *om.* Pa, ita *pro* tunc BETP. 6 Praeterea] postea A. || infra] ita BP. 8 hinc] et *add.* E. || Quod... quia] non quia vid. quod A, quod n. dici vid. quia E. 9 in un. hypostasim] hypostasi E. || una *om.* A. 10 Praeterea] postea A. 11 inseparabilis] in se personalis P. 12 Praeterea] post A. || ibi] hic Pa. 15-16 Quod... etc. *om.* TP, *del. per* vacat A^2. 17 partes] habuistis *add.* B, composite *add.* P. 19 Resp.] dicendum Pa. 20 signi^2] ratio signi est Pa. || visibile] ratione scil. panis et vini que videntur *add. mg.* E. 21 Christi *om.* A. || invis.] universali A. 22-27 Praeterea... etc. *ita loco* Praeterea... similiter (6-11) Pa. 28ss. ex... sicut *ita loco* ex... enim (21-15 p. 158) Pa.

ideo dicitur hoc sacramentum constare ex iis, quia ab uno habet primo rationem signi, ab altero primo rationem causae respectu gratiae conferendae.

e. Ad aliud dicendum quod non fit una res ex his duobus, sed unum sacramentum quod habet esse ad aliquid dupliciter: in ratione signi et ratione causae. Nihilominus tamen ipsum sacramentum est res, sed non ut ex iis dicitur constare. Aliud enim est esse quid, et aliud ad aliquid.

f. Ad aliud vero dicendum quod est pars definitiva ipsa species panis, oblique veniens in rationem sacramenti secundum quod est supra definitum. Quid enim est Eucharistia, nisi corpus Christi sub signo quod est species panis ?

g. Ad aliud dicimus quod non fit una res ex iis, nec sunt duo sacramenta, sed duo unum sacramentum dupliciter [1]. Sicut enim in Christo est quod Deus et homo sunt una persona et duae naturae, ita species panis et corpus Christi sunt res et res, unum tamen sacramentum: unius enim gratiae sunt signum.

h. Ad ultimum dicimus quod illa persona non habet haec pro partibus, sed ex iis dicitur esse hypostasis humanata, quia ab utraque natura habet esse sui gratia vel esse quid [2]. Neque dicimus ipsam esse compositam in quantum est persona secundum quod compositum est quod est ex aliquibus, sed secundum quod compositum dicitur 'cum alio positum', id est

---

cramenti, secundum quod sacramentum est 'invisibilis gratiae' etc. ' quod imaginem' etc. Nam quid est Eucharistia, nisi corpus Christi sub signo quod est species panis et vini? — Ad quod dicendum quod non est illud hoc et illud, sed unum sacramentum dupliciter. Est enim de sacramento unitatis corporis mystici dicere quod est corpus Christi et quod species panis et vini non sunt duo sacramenta, nec sunt unum etc. Sed sicut (Pa).

---

2 altero] alio E. 5 aliquid *om.* P. 7 est *om.* A. 7-8 Aliud... aliud] ad aliud... ad aliud P, aliud enim quid est et aliud B. 9 dicendum] est *add.* P. 10 rationem] ratione E. 11 est s. definitum] supra definitur B. || est[2] *om.* A. 12 species panis *corr. ex* panis et vinum E 13 iis] duobus *add.* T. 14 duo sacr.] unum sacramentum T. 15 enim *om.* E. || est] dicitur B. || quod] semper T. 16 ita] similiter E. 17 signum] licet non idem *add.* Pa. 18 ult. dicimus] aliud dicendum Pa. || habet *om.* Pa. 19 ex iis] ex hoc ET, hoc P. || hypostasis humanata] ypocrisis habita variata A. 20 sui gratia] similiter gratie A, substantie Pa, gratie BETP. || vel] sive BETPPa. 21 dicimus] dicendum Pa. || esse *om.* BETP. || est *om.* Pa. 23 cum... est *om.* Pa.

---

[1] Cf. supra, d. 9, n. 5. [2] Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 7, n. 11 (p. 94, lin. 7).

alteri unitum. Cum enim dicitur 'iste homo', dicitur persona cui humana natura est unita [a].

6. Visibile et palpabile [799, 17]. *a.* Contra, dicitur || in A 129c
eodem capitulo quod significatur corpus invisibile [b] [798, 11-12]. — Praeterea, si est palpabile, ergo passibile; nam aliter non esset verum illud Luc. 24, 39, super illud: *Videte manus meas et pedes*, ubi dicitur a Gregorio [1]: « Dominus duo contraria ostendit in suo corpore, scilicet corpus palpabile et tamen incorruptibile ». Et si est palpabile, a quo ?

b. Respondemus ad primum quod, ut est sub sacramento, || est invisibile, et sic significatur. Ut est in caelo, habet P 179r
esse ibi et non alibi, in sua forma propria, non aliena, et est visibile a corpore glorificato. Et est idem visibile et invisibile: visibile, eo quod in se manifestum; invisibile, quia non est manifestum visui ut est sub signo.

c. Ad alterum respondemus quod non sequitur, sed si est palpabile a corpore non glorificato, secundum potestatem corporis non glorificati, tunc est passibile. Utrum autem Dominus ostenderit contraria vel non, habebitur infra, de apparitionibus [2].

---

a (2) Dionysius [3]: « Nostris ad veritatem totaliter divina natura in una personarum ipsius communicavit, revocans ad seipsam et reponens humanam extremitatem, ex qua ineffabiliter simplex Iesus compositus est » (+ B). *b* (4) Praeterea, estne idem corpus visibile et invisibile? (+ Pa).

---

1 dicitur[1] *om.* BEP. || homo] in Christo *add.* Pa. || dicitur[2] *om.* T. 2 cui... unita] est unita humane nature Pa. 3 Visibile] Deinde addit etc. *praem.* Pa. || Contra] supra *add.* BETPa. 3-5 Contra... palpabile *om.* (*hom.*) P, *om.* in eodem capitulo Pa. 4 significatur] figuratur Pa. 5 ergo] est *add.* BPa. 5-6 esset v. illud] est hoc verum quod dicitur Pa. 6 meas et pedes *om.* E, meos *add.* BP. 7 ubi... Gregorio] ut dicit Gregorius E, *om.* a Gregorio Pa. || duo *om.* BETPPa. 8 scilicet... incorruptibile] scilicet... impalpabile A, *om.* BETPPa. 9 Et... palpabile *om.* (*hom.*) A. 10 ad primum *om.* Pa. || ut *om.* A. 11 invisibile] visibile B. || significatur] figuratur Pa. || habet] habens B. 12 ibi] hic Pa. || in... aliena *om.* Pa. 13-15 et... signo] id est in se manifestum, quod non est ut est in signo visui manifesto Pa. 14 eo quod] quia BETP. 15 visui] visu A, natura B. 16 alterum] aliud Pa. || sequitur] si est palpabile etc. *add.* Pa. 17 secundum] sed A. 17-18 corporis Pa, *om.* ABETP. 18-19 tunc... apparitionibus *om.* Pa, palpabile *pro* passibile A. 19 habebitur infra] habetur contra (*pro* extra?) A.

---

1 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 114, 353 D); ex Gregorio, *In Evang.*, II, hom. 26, n. 1 (PL 76, 1198 A). 2 Ut videtur, in dist. 43 de resurrectione, quae deest; nisi auctor alludere velit (et tunc legendum esset: *habetur extra*) ad propriam quaestionem *De apparitione Christi* (v. *Summa Hales.*, III- 1, p. clxxvii). 3 *De div. nomin.*, c. 1, § 4 (PG 3, 591 A; PL 122, 1115 B); versio Sarraceni, ap. *Dionysiaca*, I, 26.

Num. 6: anon. V, f. 130d.

d. Ad illud vero quod dicit, 'visibile invisibili significari' [799, 16-17], dicendum est quod species panis primo ducit ad verum corpus, quod est sub sacramento invisibile; ipsum vero ducit ad se ipsum ut est in caelo, ubi est secundum manifestam formam suam. Et sic dicitur visibile in caelo significari invisibili sub sacramento, ut ratio significandi ad alienam formam retorqueatur.

7. Attende his diligenter [799, 18]; **Quis audeat manducare Dominum** [800, 6]. *a.* Aut est cibus animae, aut corporis. Non videtur quod animae, quia sicut anima vivit per Spiritum increatum, ita oportet eam cibari per rem incorporalem. — Si vero corporis, ergo vel corpus ei incorporatur aut e converso. Praeterea, secundum hoc, non de ore transiret ad mentem, sed in ventrem, cum dicat Ioannes Constantinopolitanus[1]: « Per carnem assumptam venit in mundum, et secundum praesentiam corporalem ad tempus *cum hominibus conversatus est*[2], ut eos ad spiritualem praesentiam quaerendam et inveniendam excitaret. Post, completa dispensatione, secundum corporalem praesentiam recessit, et secundum spiritualem remansit, ut hoc ostenderet quod dixit: *Vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*, Matthaeus, in fine[2]. Sic in sacramento suo temporaliter venit ad te, et est tecum corporaliter, ut per corporalem praesentiam ad spiritualem quaerendam exciteris et ad inveniendam adiuveris. Quamdiu sensus corporaliter afficitur, praesentia corporalis non aufertur. Postquam sensus corporalis in percipiendo deficit, non est quaerenda corporalis praesentia, sed spiritualis requirenda et retinenda. Christus de ore ad cor transit; melius est ut eat in mentem quam in ventrem ».

---

1 vero *om.* Pa. 2 est *om.* Pa. 5-7 Et... retorqueatur] cognoscibilem a visu glorificato Pa. 5-6 invisibili] invisibile E. 9 Dominum] suum *add.* BETP, suum. Obicitur *add.* Pa. || Aut] an P. 9-10 Non... quia] si anime, cum Pa, *om.* Non T. 11 eam *om.* ABTPPa. || cibari *om.* A. || vero *om.* Pa. 12 aut] vel BEPa. 12-13 Praeterea *corr. ex* postea A, et *praem.* Pa. 13-28 sed... ventrem *om.* (*v. supra, d. 8, n. 15*) Pa. 14 dicat] dicit TP. 17 eos] res ETP. || praesentiam *om.* BETP. 20 hoc *om.* BT. || quod dixit *om.* BETP. || Vobiscum sum] nobiscum manere B, *om.* sum TP. 23 quaerendam] requirendam B. 24 corporaliter] corporalis BETP. 25 non... corporalis *om.* (*hom.*) T. 27 requirenda] querenda ET. 28 est] enim T.

---

1 Immo Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 13 (PL 176, 470s.). Cf. supra, d. 8, n. 15. 2 Baruch 3, 38. 3 Matth. 28, 20.

Num. 7: anon. V, f. 131a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 3 (f. 17c-d); Alb. Magnus, d. 9, a. 2 (XXIX, 216s.); Bonav., d. 9, a. 1, q. 2 (IV, 203s.).

b. Praeterea, cum in manducatione sit masticatio eius quod in ore tenetur, et post digestio et immutatio et unio sive incorporatio [1]: quantum est in manducante sacramentaliter et spiritualiter, numquid proportionaliter sunt haec omnia ?

c. Praeterea, numquid sola revocatio ad memoriam est in manducante tantum sacramentaliter ? Secundum hoc, cum per signum ipsum posset idem fieri, non exsistente re, non oportet || corpus Christi esse ibi, sed tantum signum. Pa 171 v

d. Praeterea, si caro || Christi mystica est quilibet fidelis, E 242 r numquid manducatur haec caro a manducante spiritualiter ?

e. Praeterea, si salvatur spiritualis masticatio et spiritualis incorporatio in manducante utroque modo, numquid est dicere quod ibi salvetur || digestio ? T 153 a

f. Praeterea, ipsa [a] incorporatio aut fit animae Christi, aut corpori, aut coniuncto, aut secundum divinam naturam. Praeterea, illa incorporatio aut fit corporis aut animae aut coniuncti. Et hoc qualiter fit, cum non fiat unum ex iis ?

g. Respondemus quod est cibus animae ratione delectationis spiritualis quae est in cibo. Eius enim, scilicet delectationis, est esse cibum animae formaliter. Et quia maxima delectatio est per maximam coniunctionem convenientis cum convenienti [2], hoc autem est cum coniungitur et re et affectu et intellectu: coniunctio secundum rem est in sensu; secundum affectum est in anima, secundum voluntatem informatam cari-

a (14-16) illa incorporatio aut est animae tantum, aut coniuncti. Si animae, cui incorporatur ? Aut Christo secundum divinam naturam tantum, aut etiam secundum humanam; et si hoc, aut secundum spiritum tantum, aut etiam secundum corpus (Pa).

3 manducante] manducatione TP. 6 manducante] manducatione TP. || tantum *om.* P. || Secundum hoc] si hoc *praem.* BEPPa, sed hoc secundum T. 7 posset] possidet A. || oportet] oporteret BEPa. 10 a] quolibet *add.* E. || a m. spiritualiter *om.* Pa. 11 Praeterea] postea A. 12 in... modo *om.* Pa. || manducante] manducatione TP. 13 ibi *om.* Pa. 14-16 aut... incorporatio *om.* (*hom.*) AP. 14 Christi *om.* B. 15 coniuncto] composito B. 16 aut animae *om.* B. || coniuncti] compositi P. 17 fit] fiat B, *om.* Pa. 18 quod *om.* Pa. || ratione] respectu E. 19 cibo] eius *add.* B. || Eius] est *add.* T. 19-20 scil. delectationis B, eius dilectio A, delectatio ETP, *om.* Pa. 21-22 conven. cum convenienti *om.* Pa. 22 hoc] hec A. || est *om.* Pa. || et[1]] in TP, cum Pa. 22-23 et intellectu *om.* Pa. 24 est *om.* BP. 24-3 (p. 162) informatam... nutrimentum *om.* Pa. 25-28 illa... corpus *ita loco* ipsa... coniuncti (14-16) Pa.

[1] Cf. supra, d. 9, nn. 1-2. [2] Cf. Avicenna, *Metaph.*, VIII, c. 7: « Delectatio non est nisi apprehensio convenientis secundum quod est conveniens » (Venetiis 1508, f. 101b).

tate uniente; in intellectu vero est per revocationem ad memoriam passionis. Est ergo corpus Christi cibus animae, quia a delectatione in ipso trahitur eius nutrimentum.

A 129 d *h.* || Ad aliud dicimus quod non requiritur digestio ubi non est impurum; requiritur tamen huiusmodi discretio cibi spiritualis ab aliis cibis. Nec requiritur immutatio nisi ut habeat esse gratiae gratum facientis; sed unio voluntatis est per maximam caritatis delectationem.

i. Ad tertium dicimus quod in manducante sacramentaliter est coniunctio corporalis: corporis ad corpus, glorificati ad non glorificatum, cum praedicta revocatione. Hanc autem coniunctionem vult Dominus esse in malo homine, ut, quantum est de sacramento, sit paratus dare gratiam, licet ipse reiciat; et ut ad poenitentiam moveatur, cum Dominus erga ipsum ostendat tantam misericordiam, licet ab ipso sit aversus et maculatus peccatis; et ut anima sua abhorreat deformitatem, cum tam nobile corpus corpori vili approximetur. Unde Basilius[1]: « O miraculum ! O mira Dei benevolentia ! Qui sursum sedet ad dexteram Patris, sacrificii tamen tempore hominum manibus continetur traditurque lambere cupientibus eum et cum benedictione complecti »[a].

a (21) Item, Augustinus[2]: « Si ad Christum, qui quotidie interpellat pro nobis, mentem dirigimus, communicamus, ut ex ipso et ab ipso corpus eius sumentes, carnem ipsius, illo manente integro, sumamus; quae nimirum caro ipsa est et fructus ipsius carnis, ut idem semper maneat et universos qui sunt in corpore Ecclesiae pascat » (+ Pa).

1 uniente BE, in mente A, vivente TP. 2 ergo *om.* TP. 3 in] non A. || eius] in A. 4 dicimus] dicendum Pa. || ubi] quia Pa. 5-6 requiritur... cibis *om.* Pa. 6 requiritur] queritur AETP, *om.* Pa. || immutatio n. ut] ut immutatio B. 7 gratiae *om.* B. || gratum facientis] gr. faciens P, *om.* Pa. || est *om.* Pa. 8 delectationem] dilectionem P, *quod corr.* Pa. 9 tertium] aliud B, primum Pa. || manducante E, manducatione ABTP (*corr. ex* immediate A), *lacuna* Pa. 10 corporis *om.* Pa. 10-11 glorificati... glorificatum *om.* Pa. 12 vult] iussit P. || esse *om.* PPa. || malo] illo B. || homine *om.* Pa. || ut] in TP. 13 ipse] ille Pa. || et *om.* TP. 14 poenitentiam] misericordiam Pa. || erga] gratia TPPa. || ostendat] ostenderit ATP. 15-16 et m. peccatis *om.* Pa. 16 sua] suam TPPa. || deform.] de formatione A. || nobile] decorum Pa. 17 corpus] Christi *add.* BT. || corpori *om.* T, suo *add.* B, tam *add.* E. || vili *om.* Pa. || Unde *om.* BETP. 17-18 miraculum... mira] mirabilium TP. 18-19 dexteram] Dei *add.* PPa. 20 lambere] libere TP. 21 complecti] completa TP.

1 Immo Ioan. Chrysostomus, *De sacerdotio*, III, n. 4 (PG 48, 642); sub nomine Basilii ap. Algerum Leod., *De corp. et sang. Domini*, I, c. 12 (PL 180, 777 D). 2 Immo Paschasius Radbertus, *De corp. et sang. Domini*, c. 7, n. 2 (PL 120, 1285 B).

k. Ad quartum dicimus quod, licet caro mystica sit quilibet fidelis, non tamen manducatur haec caro. Caro enim mystica non aliud est quam unio rerum incorporalium per caritatem ad Christum. Manducatio retorquetur ad caritatem unientem membra ad invicem, quae est cibus et nutrimentum in unoquoque membrorum. Per hoc autem quod iste cibus sumitur, quodlibet membrum aliis membris in corpore unitur; non tamen ab eis || trahitur iste cibus, sed ad ipso capite, a quo P 179 v defluit in membra.

l. Ad illud quod quaeritur, cuius sit incorporatio et cui, respondemus quod principaliter ipsius animae est. In Ecclesia autem triumphante, cum corpus communicabit beatitudinem animae, totius hominis fiet incorporatio. — Haec autem incorporatio fit capiti Christo. Sed quia ipse et caput est secundum divinitatem et caput secundum quod homo, utroque modo fiet ei unio. Sed differenter: quia ab ipso secundum quod Deus effluit gratia et virtus in membris corporis mystici; ab ipso vero secundum quod homo materialiter trahitur gratia, et quodam modo effective, quoad effectum gratiae. Creaturae enim non est dare gratiam; sed quia per ipsum facta est redemptio a poena, quae redemptio est effectus gratiae, ideo dicitur 'secundum quid effective'. — Si vero quaeritur quomodo fiat illa unio, dicimus quod aliter in parvulis fit, aliter in adultis. Nam in parvulis fit unio illa per caritatem, quae una dicitur ratione illius ad quod est caritas: est enim ad uniendum omnes voluntates spirituales in summo bono. Alia tamen numero substantia est in hoc et in illo. — Si vero quaeratur cuiusmodi sit ista unio, cum non sit ibi nec una natura nec una potentia, respondemus quod unio dicitur ratione ordinis ad unum finem. In adultis vero non est tantum ista unio, sed ratione voluntatis actualis unitae per caritatem. Dicitur enim una voluntas plurium, cum unum est volitum ab illis super omnia.

1-32 Ad... omnia *om.* Pa. 2-4 Caro... Christum *om.* BETP. 4 Manducatio] enim *add.* BETP. 6 iste] ille A. 7 membrum] verbum A, ab *add.* TP. 7-8 aliis... quo *om.* A, unitum *pro* unitur TP. 9 defluit] fluit A. 13 fiet] fit T. 13-14 Haec a. incorp. *om.* (*hom.*) T. 15 quod] est *add.* A. || fiet] fit B. 16 ei *om.* A. 17 effluit] affluit B, et *add.* P. || virtus] unitas E. || vero *om.* A. 21 quae redemptio] quare ETP. || est *om.* TP. 22 fiat] fit ET. 23 fit[1]] et *add.* BETP. || fit[2]] quare fiat unio A. 24 quod] quem E. 25 spirituales] speciales B. 26 numero] unio TP. || substantia] subiectum B. 28 una[2] *om.* T. || potentia] potestate A. 29 vero] autem B, sic T. 30 tantum] tamen T. 32 ab] omnibus *add.* ETP.

8. Haec et his similia [800, 12]. Eusebius Caesariensis [1] dicit ad idem: « Quia quotidiana et indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetuam oportuit esse redemptionis oblationem, ut illa perennis victima semper viveret in memoria et semper praesens esset in gratia. Vere unica est hostia et perfecta, fide existimanda, non specie; non exterioris hominis censenda visu, sed interioris affectu. Unde Christus dicit: *Caro mea vere cibus et sanguis meus vere potus est*, Ioan. 6, 56. Recedat ergo omnis infidelitas quando qui auctor est muneris testis est veritatis »[a]. — Item, Cyrillus [2]: « Ad mysticas benedictiones accedimus et sanctificamur, participes sancti corporis et sanguinis pretiosi Christi redemptoris nostri [effecti]: non communem carnem percipientes, quod absit; nec viri sanctificati et Verbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem; sed vere vivificatricem
A 130 a || et ipsius Verbi propriam factam. || Vita enim naturaliter ut
E 242 v Deus exsistens, eam vivificatricem esse professus est ». Tres opiniones falsas hinc removet: unam quae dicebat carnem communem sumi; item, nec alicuius puri hominis; item, [nec] tantum spiritualiter accipimus carnem Christi, sed veram, et hoc notat ibi: *Sicut divinam possidentis;* quartam veram assumit.

a (10) **Haec et hiis similia** [800, 12]. Primum argumentum est a sermone veritatis et a maiori, id est a maiori secundum intellectum; vel unum ex parte transmutationis, alterum vero a parte rei transmutatae: quod est secundum collationem. Ad primum etiam est ex confessione adversarii G.; ex adoratione sive superdulia est ex parte termini in quem fit transmutatio (+ Pa).

1-21 Haec... assumit *om.* B. 1-2 Haec... idem] Eusebius Pa. 2 Quia Pa, quod AETP. 4 perennis] per ipsius E, persona ipsius (illius T) TP. || victima] victoria Pa. 5 memoria] melius A. 6 existimanda] ex instituta A, exstimanda P, estimanda *Decr.* 7 visu] visui TP, *quod corr.* Pa. 8 mea] est *add.* EP. || et... 6] est etc. Pa. 9 Recedat] recedant A, recedit PPa. || ergo] vero T. || infidelitas] infelicitas A. || muneris] unionis TP. 10-17 Item... est *trp.* (*om.* Item) *p. n. 9* Pa. 11 sancti] facti TP, *om.* A. 12 pretiosi] corporis *add.* P. || nostri] enim P. 13 percipientes] recipientes E. || nec] ut *add.* EPa. 15 possidentis] possidentes *codd.* || habitationem] benedictionem Pa. || vivificatricem] iustificatricem A. 17 esse *om.* T. 17-21 Tres... assumit *om.* Pa. 18 hinc *om.* ETP. 18-21 unam... possidentis *om.* ETP. 21 assumit] affirmat ETP. 23 a maiori[1] *corr. in* non a minori Pa. 26 G. *ita* (*pro* Berengarii ?) Pa.

[1] Ps.-Eusebius Emesenus, *Sermo 16* (*Maxima Bibl. Patrum*, VI, Lugduni 1677, 636 C-D; inter opp. Hieron., PL 30, 272 A-B; inter opp. Isidori, PL 83, 1225 B-C); ex *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 35 (I, 1325). [2] Alexandrinus, *Epist. 17* (PG 77, 114 C-D); verb. ap. Ivonem Carnot., *Decretum*, II, c. 4 (PL 161, 138 C), partim in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 80 (I, 1346).

9. || **Quomodo autem, quod panis est** [801, 8-9]. Quaeritur [a] B 135 r utrum concedenda haec sit: 'Panis potest esse corpus Christi'. Quod non videtur, quia notatur ibi aut potentia activa aut passiva. Activa non, quia non habet vim convertendi, sed convertitur. Passiva non, quia non est aliquid cui attribui possit passibilitas illa aut passio. — Respondemus quod notatur ibi totius panis, constantis ex materia tali et forma, possibilitas ad transmutationem, quae terminatur ad esse corporis Christi hic; et haec possibilitas creaturae est ad opus Creatoris. Est autem haec possibilitas transiens cum substantia panis; et ideo non proprie concedendum est quod 'panis potest esse corpus Christi', sed 'de pane potest fieri corpus Christi'; ita tamen quod haec praepositio 'de' non notet materiam respectu corporis Christi. — Auctoritas autem Ambrosii[1] ita intelligenda est: 'quod panis est', id est sub qua specie panis est, sub eadem potest esse corpus Christi; ita quod relatio identitatis substantiae retorqueatur ad formam accidentalem, non ad substantiam panis.

10. Et [b] **sic ex pane fit corpus Christi** [801, 15]. Quaeritur quid notetur per praepositionem 'ex' vel 'de', cum 'de', proprie

a (1-17) Quaestio est an concedenda sit: 'Panis potest esse corpus Verbi'. Quod non, quia vel notatur potentia activa vel passiva. Activa non, quia eius fit conversio. Passiva non, quia non est aliquid cui possit attribui passibilitas. — Respondeo: totius notatur possibilitas ad transmutationem quae terminatur in esse corporis hic; et haec est possibilitas creaturae ad Creatorem; nec oportet quod aliud, cuius est possibilitas incompleta mutationis (Pa). *b* (18-8 p. 166) Praeterea, quaestio est, cum dicitur 'ex pane fit corpus Christi', quid notetur, cum 'ex' sit praepositio materialis, || hic autem non est materia. — Dicunt quod Pa 172 r aliquando est materiale, ut hic: 'de carne Virginis'; aliquando potestati-

1 est] etc. *add.* Pa. 4 quia non *om.* (*hom.*) A, *om.* non P. 5 aliquid *om.* BETP. 6 illa] in materia *add. interl.* B. || ibi *om.* BETP. 7 panis *corr. in* passibilitas A^2. || constantis... forma *om.* BETP. || possib.] passibilitas P. 8 Christi *om.* P. || hic *om.* T. 9 possibilitas] passibilitas BEP. 12 sed... potest] licet... possit P. || haec *om.* B. 13 respectu *om.* T. || Christi *om.* BET. 14 autem] tamen P. || est *om.* P. 15 est[1] *om.* A. 16 Christi *om.* T. || ita *om.* B. 17 accidentalem *om.* BETP. || substantiam] materiam E. 19 notetur *om.* B. 20-26 Quaestio... mutationis *ita loco* Quaeritur... panis (1-17) Pa. 25 Creatorem] creaturam Pa. 26ss. Praeterea... mane *ita loco* Et... quo (18-8 p. 166) Pa.

1 Allegata initio huius dubii, scilicet: « Quomodo autem potest, quod panis est, esse corpus Christi ? »; *De sacramentis*, IV, c. 4, n. 14 (PL 16, 440 A).

Num. 9-12: anon. P, f. 54v; anon. Tr, f. 158c-d; anon. V, f. 131a. Cf. Alb. Magnus, d. 11, a. 6 (XXIX, 279ss.); Bonav., d. 11, p. 1, q. 6 et dub. 2 (IV, 250-252).

sumpta, sit materialis, non autem concedendum quod panis sit materia respectu corporis Christi. — Ad quod dicunt a l i q u i quod 'de' aliquando est materialis, ut 'de carne Virginis factum est corpus Christi'; aliquando potestativum, ut 'de Spiritu Sancto conceptus est'; aliquando conversivum, ut hic. — Sed potest dici quod per 'ex' notatur ordo, ut hic: 'ex mane fit meridies' [1], id est post; et praeter hoc notatur principium conversionis, id est terminus a quo.

11. Item [a], quaeritur quae locutiones sint concedendae et
T 153b quae non, generaliter. Sunt enim quaedam || cum verbo substantivo, quaedam cum verbo pertinente ad mutationem. — R e s p o n d e m u s quod verba pertinentia ad esse secundum tres differentias temporum non conceduntur proprie cum casualibus in rectitudine vel obliquitate; verbum vero pertinens ad posse respectu esse non conceditur simpliciter cum casuali in rectitudine vel obliquitate, ut 'panis potest esse' vel 'de pane potest esse corpus Christi', propter hanc propositionem communem [2]: « Cuius est potentia, eius est actus », ne videatur permanere aliqua materia panis. Cum hoc autem verbo 'fieri', cum casuali oblique conceditur, ut 'de pane potest fieri', vel 'de pane fit transsubstantiatio'. In rectitudine vero aliquando invenitur a Sanctis, sed reducenda est ad proprietatem. Verba autem pertinentia ad mutationem recipiuntur, ut 'panis convertitur', 'de pane fit', 'panis transsubstantiatur'.

---

vum, ut 'de Spiritu Sancto'; aliquando conversivum, ut hic. A l i i dicunt quod per hanc praepositionem 'ex' potest notari ordo, ut 'ex Isthmiis fiunt Olympia' [3], vel 'ex mane fit meridies', id est post mane (Pa). *a* (9-11) **Si vero quaeris modum** etc. [802, 27]. Quaestio est quae sint concedendae generaliter et quae non (Pa).

---

1 non] est *add.* B. 1-2 non... materia] videtur quod T, iur. (!) *add.* P. 2 respectu *om.* A. || Christi *om.* TP. 3 aliquando] quandoque BETP. || est *om.* BTP. 4 est *om.* A. || aliquando] quandoque B. 6 per *om.* P, li *add.* B. || ex[1]] vel de *add.* B. 9-24 Item... transsubstantiatur *om.* B, *trp. p. n. 12* Pa. 9 locutiones *om.* ETP. 10 non] sunt *add.* T. || generaliter *trp. p.* concedendae (9) ETP. 12 quod *om.* Pa, per *add.* P. 13-14 cum... obliquitate] in rect. v. obl. casualium Pa. 14 vel] in *add.* E. || vero] autem E. 15-16 cum... obliquitate *om.* Pa. 16-17 vel... Christi] etc. Pa. 17 propositionem] proportionem TPPa. 19 aliqua *om.* Pa. || panis *om.* Pa. || hoc *om.* T. || cum *om.* T. 20 fieri] corpus et non sit prepositio materialis *add.* Pa. 20-22 vel... proprietatem *om.* Pa. 24 fit] caro et *add.* Pa. 26 Isthmiis] hismis Pa. 28-29 Si... non *ita loco* Item... mutationem (9-11) Pa.

---

1 Aristot., *Metaph.*, I minor, t. 7: « Sic enim dies fit ex diluculo, quoniam post hoc est » (Bekker, 994b 2; Didot, II, 487 25-26). 2 Aristot., *De somno et vigilia*, c. 1 (Bekker, 454a 8; Didot, III, 500 31). 3 Ex Aristot., *Metaph.*, I minor, t. 5: « Ut ex Isthmiis ludis Olympiaci » (Bekker, 994a 23; Didot, II, 487 15).

12. Praeterea, quaeritur si tales sint concedendae [a]: 'Quod erat panis ante consecrationem, modo est corpus Christi' [1] [801, 13-14]. Et videtur quod non, quia 'quod' est relativum eiusdem substantiae [2]; sed hic non est communis substantia, ut materia vel forma vel compositum. Si autem non sunt concedendae, qualiter stat [b] auctoritas? — Respondemus quod illa identitas non retorquenda est ad substantiam panis vel vini, sed ad substantiam formae accidentalis, quae erat prius inhaerens pani, et post est significans et continens sacramentaliter corpus Christi. Unde is est sensus: sub qua specie erat panis ante consecrationem, sub eadem, tamquam sub signo, est corpus Christi post.

ADDITIONES CODICIS Pa.

Post alii (*p. 152, lin. 14*):

13. praecedentium etc. Rabanus [3]: « Non latet Deum, non dico si in criminibus est, verum si ignavia torpeat. Patet ergo quod, nisi a torpore [caritate non] ficta festinus transeat, quia Pascha a transitu nominatur, de Agni [carnibus] iure non comedit ». Idem [4]: « Corpus Christi mors est illis qui per carnem et ignorantiam membra erunt diaboli ». Item [5]: « Nulli periculosius corpus Christi contingunt quam luxuriosi et incesti ». Unde I Reg. 21, 4: *Non habeo panes laicos ad* manducandum, *sed tantum panem sanctum, si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus*, manducent. Item, II Reg. 6, 7, percussit Dominus Ozam quia extendit manum suam ad arcam; et dicunt Hebraei [6] quia hoc ideo,

a (1) quales sunt habitae in proximo, scilicet (+ Pa). *b* (6-12) ergo servabitur virtus relativi idem praedicantis? — Respondeo: sub qua specie erat panis etc., sub eadem est corpus Christi post (Pa).

1-3 Praeterea... Et] Et sic quod erat. Queritur an concedenda sit talis propositio B. 1 quaeritur] questio est Pa. || sint] sunt ET. 2 modo] iam ETPPa. 3 quia] li *add.* Pa. 5-6 Si... auctoritas *om.* B. 6 Resp. quod] unde dicendum est quod improprie sunt et non sunt concedende; sed ubi inveniuntur in auctoritatibus B. 7 illa *om.* T. || vel] et T. 8-9 inh. pani] panis inh. BTP. 9 est *om.* AP. || significans] signans B. 10 Unde is] et T, *om.* is P. 10-12 Unde... post *om.* B. 25-27 ergo... post *ita loco* stat... post (6-12) Pa.

1 Ex Ambrosio, *De sacramentis*, IV, c. 4, n. 16 (PL 16, 441 A). 2 Cf. Petrus Hispanus, *Summulae logicales*, tr. VIII: De relativis (ed. I. M. Bochenski, p. 92s.). 3 Immo Paschasius Radbertus, *De corp. et sang. Domini*, c. 22, n. 4 (PL 120, 1345 B). 4 Ibid., c. 8, n. 2 (PL 120, 1287 C). 5 Ibid., c. 22, n. 3 (PL 120, 1344 C). 6 Ut refert P. Comestor, *Hist. Scholastica*, II Reg., c. 9 (PL 198, 1330 A).

quia ea nocte cum uxore dormivit. Idem [1]: « Si malus sit sacerdos, non suum est quod offert, sed omnium preces et vota per omnem canonis textum commendat ».

Post ratione (*p. 156, lin. 20*):

14. Nec visibiliter in forma humana etc. [798, 5]. *a.* Quaestio est cui est visibile: aut nobis, aut angelis. Si nobis, hoc non est verum, quia oculus non glorificatus non potest videre corpus glorificatum. Si angelis vel corporibus glorificatis, contra: similiter, cum non obstet corpulentia corporum glorificatorum, ut habetur in Glossa [2] super illud Iob 28, 17: *Non adaequabitur ei aurum* etc., potest videri in altari. — Ad hoc dicendum quod, sicut est in caelo, est hic et nunc et determinabile visu quantum est ex parte sui; sed non est oculus non glorificatus proportionalis visui eius ut sic est, sicut propter sui excellentiam non sustinet aspectum solis. Prout autem est in altari sub sacramento, habet esse divinum quo-
Pa 171 r dam modo: sic enim potest esse in pluribus locis; || et ideo potest determinari intellectu. Et ideo subiungitur: « Visibiliter in caelo et invisibiliter in altari » [798, 20-21].

b. Praeterea, videtur dicere contrarium supradicto. Dixit enim supra « visibiliter esse in altari et invisibiliter intelligi » [798, 11-12]; hic autem e converso, quia « visibiliter in caelo, invisibiliter in altari ». — Respondeo: supradictum refert ad ipsum in signo, et [hic ad] ipsum in se.

DISTINCTIO XI.

P 180 r
A 130 b **1. Si autem || quaeritur** etc. [802, 4]. XI distinctio. **Qualis sit illa conversio** [802, 4]. || *a.* Quaeritur pro quanto dicitur hic esse conversio, quia in omni transmutatione aliquid manet commune. — Praeterea, cum sit conversio substantialis, et in substantiali aliquid maneat, videtur aliquid substantiale manere.

24-15 (p. 159) Si... materiam *trp. p.* professus est (*p. 164, lin. 17*) Pa. 24 XI dist. *om.* BETPPa. 25 conversio] etc. *add.* Pa. || Quaeritur] questio est Pa. 26 quia... manet] cum... maneat B. 26-27 commune *om.* B. 27 sit] ita P. 27-28 et... maneat *om.* Pa, *om.* et TP. 28 aliquid[2]] quid ETP.

[1] Paschasius Radbertus, ib., c. 12, n. 3 (PL 120, 1312 C). [2] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (III, 53v); ex Gregorio, *Moral.*, XVIII, c. 48, n. 78 (PL 76, 84 B).

Num. 1: cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 3 (f. 16d-17a).

b. Hic dicunt M a g i s t r i [1], et bene, quod est quaedam mutatio secundum substantiam et secundum aliqua accidentia, ut cum ex igne fit aër vel e converso. Est alia, cum manet substantia et fit mutatio secundum accidens, ut cum album fit nigrum. E converso autem hic: manent accidentia et fit conversio secundum totam substantiam: materiam et formam. — Huic etiam addi potest quod est communitas generis primi salvata in transmutatione[2]: corpus enim fuit quod convertitur, et corpus est in quod convertitur. Non enim fit transmutatio corporei in incorporeum vel e converso. Haec autem est minima communitas in transmutatione. Non tamen materia propinqua vel remota manet. Et ideo patet quod 'genus' non est idem quod materia aut forma in naturis. Tunc enim non totaliter desineret panis esse quoad omnem || sui formam substantialem et ma- E 243 r
teriam.

c. Praeterea, notandum est quod duplex est mutatio: una secundum substantiam, et altera secundum quantitatem: in augmento. Haec autem habet aliquam convenientiam cum una mutatione et altera. Mutationes enim divinitus factae et mirabiliter non habent exemplar in naturis vel similitudinem, sed ex pluribus similitudinibus intelliguntur. In hoc enim quod desinit esse panis quoad formam, in hoc assimilatur mutationi naturali; in hoc autem quod non remanet materia remota, non assimilatur. In hoc autem quod conversio fit in corpus Christi iam exsistens, habet similitudinem cum mutatione in augmento sive

---

1 Hic *ita* A, *trp. a.* manere (28 p. 168) BETP, *om.* Pa. 2 secundum[1] *om.* A. || aliqua] alia BPa. 3 converso] et *add.* B. || cum manet] manente B, cum econverso manet Pa. 4-5 album... nigrum] homo albus... niger Pa. 5 E converso] econtra B, modo E. || autem hic] ut si T, autem est hic quod Pa. 6 secundum *om.* T. || totam substantiam *om.* BETP, id est secundum *add.* Pa. || materiam et formam] in forma et materia T. || Huic] hinc B, hic ETP. 7 addi potest] addit A. || salvata] salvati E. 8 convertitur] conficitur TP. 8-9 et... convertitur *om.* (*hom.*) APa, quo *pro* quod BTP. 10 vel e converso *om.* B, et *pro* vel T. 10-11 Haec... transmutatione] et ita aliqua communitas remanet B, *om.* minima A, *om.* in transmutatione Pa, *totum male trp. p.* convertitur (9) AETPPa. 11 prop.] propinquatur P. 12 manet *om.* Pa. 13 aut... naturis] aut quod f. in n. ETP, in naturis nec forma in naturis Pa. || desineret] desinit E, desinet P. 14 quoad] ad P. || et] vel B, 14-15 materiam] naturam A, materialem TP. 16-5 (p. 170) Praeterea... intelligi *om.* Pa. 17 altera] alia B. || quantitatem] que est *add.* B. 18 autem] mutatio *add.* BETP. 18-19 una... altera] utraque BETP. 19 enim] autem E. 20 exemplar] exemplum T. 21 In hoc] non T. 22 assimilatur mutationi] assignatur mutato in E. 23 remanet] permanet BETP. 25 cum] in A.

---

1 Verbi gratia Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 12 (PL 211, 1246); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 72. 2 Cf. Bonav., hic, p. 1, q. 2, ad 4 et d. 10, p. 2, a. 1, resp. (IV, 245, 228).

nutrimento; in hoc quod non fit maius illud in quod convertitur nec in ipso quoad esse salvatur, differentia est respectu nutrimenti et augmenti. Et ita ex pluribus similitudinibus divinitatis in naturis potest haec conversio quae est supra naturam intelligi.

2. Si vero quaeris modum quo id fieri [802, 27]. **Quod ergo corpus Christi panis** etc. [803, 1]. Ioannes Damascenus [1]: « Omnia quaecumque fecit Dominus, Spiritus Sancti actione fecit; et ita nunc fit actio quae super naturam operatur, quam non potest capere nisi sola fides. Dixit angelus Virgini [2]: *Spiritus Sanctus superveniet* etc. [Et nunc interrogas: qualiter panis corpus fit Christi, et vinum et aqua sanguis Christi] ? Dico tibi: Spiritus Sanctus supervenit et haec facit quae sunt super rationem et intelligentiam ». Et paulo post: « Si modum inquiris qualiter fit, sufficit audire quod per Spiritum Sanctum: quemadmodum et ex sancta Dei Genitrice per Spiritum Sanctum [Dominus] sibi ipsi et in se ipso carnem substituit. Et nihil plus cognoscimus: sed quoniam verbum Dei verum et activum est et omnipotens; modus autem imperscrutabilis est ». — Ad haec beatus Bernardus, *Ad Hugonem* [3]: « Sacramentum Dei altissimi suscipiendum est, non discutiendum, venerandum, non diiudicandum; fide sortitum, non innatum; traditione sanctum, non ratione inventum ».

3. Postquam facta est caro Christi vel sanguis [803, 12]. Quaestio est utrum illae duae conversiones simul fiant vel una praecedat aliam. Quod non simul, videtur, quia virtute ver-

3-4 divinitatis] deitatis BTP. 4 quae est *om.* BETP. 6-23 Si... inventum *om.* Pa. 8 Dominus... actione] Spiritus sanctus actione sua BETP. || actione] occasione A. 9 et ita nunc] et ita non ATP, ita etenim B, ita et non E. || quae super] secundum quam A, quc supra BE. 11 superveniet *om.* B, in te et virtus *add.* E. || etc. *om.* P. 12-13 Dico... supervenit *om.* (*hom.*) P, superveniet *pro* supervenit E. 13 et *Damasc.*, quia A, id est BETP. || super] supra B. 15 fit *om.* T. 16 quemadmodum *Damasc.*, quapropter *codd.* || quemadmodum... Sanctum *om.* (*hom.*) P. || et *om.* AT. || Dei *om.* BET. 17 substituit] sustinuit A. || Et] cum TP. 19 imperscrutabilis] inscrutabilis TP. 19-20 Ad haec] de hoc ETP, *om.* B. 21 altissimi] altissimum A. || est *om.* P. || venerandum] nominandum ETP, et *add.* A. 22 innatum *om.* T. || traditione] contradiccione A. 24 Postquam... sanguis *om.* Pa. 25 Quaestio] item *praem.* Pa. || illae *om.* Pa. || vel] an BETP, aut Pa. 26 aliam] alteram BETPPa. || simul, videtur *om.* Pa. || quia] quod A.

[1] *De fide orth.*, IV, c. 13 (PG 94, 1142 A, 1146 A); versio Burgundionis (Fl, f. 21b). [2] Luc. 1, 35. [3] *Epist.* 77 (*ad Hug. de S. Vict.*), c. 1, n. 2 (PL 182, 1033 A).

Num. 2: cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 2 (f. 17a); Alb. Magnus, hic, a. 6 (XXIX, 280). — Num. 3: anon. P, f. 55r; anon. Tr, f. 160a; anon. V, f. 131c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 66.

borum fiunt; sed verba non simul proferuntur; non ergo simul conversiones. Si non simul, ergo corpus est conversum sine sanguinis conversione; ergo corpus sine sanguine: quod falsum est. — Respondet Manducator[1]: « Cum totum dictum est, totum factum est »; sed de hoc non est dubitatio. Alii[2] dicunt quod prolationes sese coexspectant quoad effectum. Alii vero dicunt quod successive; et haec est opinio sustinenda [a], ut supra[3] habuistis, distinctione VIII, cap. *Hic autem alia quatuor consideranda* [789, 3].

4. *a.* Alia quaestio: si panis desinit esse et corpus incipit esse hic, aut in eodem instanti, aut in alio. Si in eodem instanti, ergo simul est panis et corpus Christi. Si vero in alio, sit ergo A instans in quo panis desinit esse, et B in quo corpus Christi incipit esse. [Sed] inter quaelibet duo extrema [b] plura, et ita

a (7) Nec oportet quod corpus sit sine sanguine; vel si est, quod supervacua sit secunda conversio, quia inseparabilitas est ratione corporis Christi indivisi; conversio autem fit ratione significationis et effectionis sacramenti, ut significaretur nostra incorporatio (+ Pa). *b* (14) puncta est linea, et inter quaelibet duo momenta sive instantia est tempus, et totum tempus est intermedium (B).

1 non²] nec Pa. || simul²] fiunt *add.* EPa. 2 ergo] Christi *add.* T. 2-3 conversum... corpus *om.* EPa. 3 sang. conversione] sanguine converso BTP. 3-4 quod f. est] cum adhuc non fiat conversio in sanguinem Pa. 4 Resp. Manducator] responsio Manducatoris BETP, hec est *add.* B. 5 sed... dubitatio] nec amplius voluit determinare Pa. 6 coexspectant] exspectant BETP. || quoad] ad T. 7 dicunt *om.* BETPPa. || quod *om.* A. || sustinenda] communior Pa. 7-9 ut... consideranda *om.* Pa. 8 habuistis] dictum est E. || dist. VIII *trp. p.* consideranda (9) BE, *om.* TP. || cap. *om.* BETP. 10 Alia quaestio] sed queritur Pa. || corpus] Christi *add.* Pa. 11 aut¹] autem PPa. || instanti¹] extremo Pa. 11-26 (p. 172) Si... impartibile *om.* Pa. 11-12 Si... alio *om.* (*hom.*) A. 12 vero *om.* BE. || ergo² *om.* E. 13 Christi *om.* BETP. 14 extrema plura A, sunt plura instantia E, plura P, *om.* T. 18-20 puncta... intermedium *ita loco* extrema... totum (14-1 p. 172) B.

1 Cf supra, p. 136, nota 3; Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 17: « Propterea dicitur a quibusdam, quod cum totum est dictum, totum est factum... Alii dicunt, et bene, quod licet (successive)... nunquam tamen corpus est sine sanguine vel sanguis sine corpore... non ex vi sacramenti, sed ex naturali concomitantia, secundum fratrem Aegidium » (PL 217, 868 B-C). 2 Ita Petrus Cantor, *Summa de sacramentis:* « Nos autem super hoc ita sentimus: dicimus... Sed tamen non statim post prolationem primorum verborum fit transsubstantiatio, sed tunc demum cum utraque clausula completa fuerit... Illa enim verba ita coexspectant se et suos effectus couniunt, ut non habeant suam efficaciam nisi coniuncta » (cod. Paris. Nat. lat. 14521, f. 21c); ed. E. Dumoutet, in *Archives d'hist. doct. et litt. du M. A.*, XIV, 1943-1945, 241s. 3 Hic supra, d. 8, n. 5, § *b*.

Num. 4: anon. P, f. 55r-v; anon. Tr, f. 159c; anon. V, f. 131c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 67; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 5, q. 6 (f. 21c); Bonav., hic, p. 1, q. 5 (IV, 248ss.).

tempus totum [1]; ergo aliquod tempus est in quo neque corpus neque panis erit hic in sacramento. — R e s p o n d e m u s quod, cum desinere sit 'nunc primo non esse', incipere 'nunc primo esse', in eodem instanti desinit panis esse et corpus Christi incipit esse. Nec sequitur tunc: ergo panis simul est cum corpore Christi; quia non sequitur: 'desinit esse, ergo est', sed sequitur: 'desinit esse, ergo non est'. Sed si ponatur haec interA 130c pretatio in 'desinit': || 'nunc ultimo est', adhuc est ibi duplicitas; nam potest esse sensus: nunc ultimo est, id est ad istud nunc ultimum terminatur; et secundum hoc in eodem instanti incipit esse corpus et desinit esse panis.

b. Sed quid si dicatur desinit: 'est et non post hoc erit'? Cum enim forma panis sit substantialis, desitio panis est in instanti; et ita videtur procedere prima obiectio. — R e s p o n d e m u s quod desitio proprie fit in tempore; inceptioni vero accidit esse in tempore et per se est in aevo. Aevum enim est eorum quae habent principium et non habent finem [2]. Desitio autem est eorum quae habent principium et finem; et haec sunt temporalia. Est ergo dicendum quod inceptio fit in instanti ipsius corporis sub sacramento, ut dicit G r e g o r i u s [3]: « In eodem momento et in caelum rapitur ministerio angeloT 153c rum » etc., ut || in sequenti capitulo [804, 22-23]. Desitio autem panis fit in tempore. Si vero fit in instanti, hoc accidit; et secundum hoc non est accipere ultimum, propter hoc quod in non entibus vel quae ad non esse tendunt, ut haec sunt, non est accipere ultimum impartibile.

---

1 totum *ita* (*forte pro* medium) *codd.* || neque *om.* A. 3-4 non... primo *om.* (*hom.*) P. 4 esse] et *add.* BET. 4-5 Christi *om.* E. 5 tunc *om.* EP. 6 quia n. seq.] non enim seq. BP, non seq. enim E, seq. enim T. 7 desinit esse *om.* BETP. || si *om.* BETP. 7-8 interpretatio] intentio B, increatio EP, interiectio T. 8 desinit] scilicet *add.* B. || est[1]] esse TP. 10 terminatur] esse *add.* BETP. || instanti *om.* A. 11 corpus] Christi *add.* BT. 12 Sed q. si] si enim B. || desinit *om.* A. || est] esse TP. 13 in] eodem *add.* T. 14 procedere] quod procedat B, quod procederet P. || prima] prior BETP. || obiectio] opinio B. 15 inceptioni] inceptio TP. 16 in[2] *om.* T. 17-18 et... principium *om.* (*hom.*) T, *om.* non habent P. 18 autem est] ergo est P, *om.* B. || et[1]] habent *add.* B. || haec *om.* B. 20 Gregorius] auctoritas Gregorii BETP. 21 momento] instanti E. || et in caelum *om.* BETP. 24-26 propter... ultimum *om.* (*hom.*) P, *om.* in A. 25 ut h. sunt] ut hic sunt A, *om.* BET.

---

1 Aristot., *Physic.*, VI, t. 2: « Inter quaelibet duo puncta semper est linea, et inter quaelibet duo instantia semper est tempus » (Bekker, 231b 7-8; Didot, II, 318 5-6). 2 Cf. Isidorus, *Etymologiae*, V, c. 38 (PL 82, 223 B); Alex., *In I Sent.*, d. 9, n. 6 (p. 116). 3 Sub nomine Gregorii tum hic in litt. (p. 804), tum in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 73, § 2 (I, 1343); est autem Ps.-Alcuini, *De div. officiis*, c. 40 (PL 101, 1263 A).

5. Quidam vero sic dicunt etc. [803, 26]; **ut sub illis accidentibus** [803, 27]. || Contra, Ioannes Damascenus[1]: B 135 v E 243 v « Non quia ipsum corpus descendat tunc de caelo, sed quoniam ipse panis et vinum transit in corpus et sanguinem Christi ». — Magister Hugo super hoc[2]: « Conversio ista non secundum unionem », ut in nutrimento, « sed secundum transitionem credenda est esse, quoniam eius esse nequaquam in augmentum cedit. Nec sic de pane corpus Christi consecrari dicimus, ut de pane corpus Christi esse accipiat, nec quasi novum corpus subito factum de mutata essentia, sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam dicimus; non tamen substantiam panis et vini in || nihilum redactam quia desinit esse quod fuit, sed mu- P 180 v tatam in melius, quia coepit aliud esse quod non fuit, et ipsum quod coepit esse ex ea non accepit esse ».

6. Alii vero putant [804, 1]. Quaeritur, si caro Christi est salvatrix nec Deus vult aliquid perire, cum sit causa permanendi in omnibus, et corpus Christi glorificatum potest simul esse cum corpore non glorificato: propter quid desinit esse panis, cum idem effectus posset esse sine desinitione et cum? — Respondent Magistri quod, si panis haberet esse completum, non esset simpliciter ductivum in aliud; ut ergo simpliciter esset ductivum in aliud, remansit species sensibilis sine substantia. Praeterea, ut non quaereretur ibi refectio corporalis, sed spiritualis. Praeterea, ut se Dominum totius naturae ostenderet: quantum ad accidens, cuius est esse in, cum sit sine subiecto

1-2 ut... Contra *om.* Pa, *om.* ut TP. 3 tunc... quoniam] tantum... quia A. 4 ipse] ratione E. 5 Magister *om.* E. || super hoc *om.* Pa. 6 ut in nutrimento *om.* Pa. 7 quoniam] quia Pa. || eius esse] essentia essentie BPa, essentiae *Hugo.* || nequaquam] nunquam TP. 8 consecr. dicimus] consecrandus Pa, consecratum dicimus T. 9 corpus[2] *om.* T. 10 subito] subiecto A. || factum] est *add.* ABETP. || in *om.* TP. 11 dicimus *om.* TPa(*Hugo*). || tamen *om.* T. 12 nihilum] nihil TP, verbum Pa. 13 in melius *om.* Pa, potius *Hugo.* || coepit] incepit A. || aliud APa, illud EP, *om.* BT. 14 ea *Hugo*, eo *codd.* 15 Alii... Quaeritur] item questio est Pa. || est] sit T. 16 aliquid] omnino *add.* Pa. 17 Christi *om.* BETPPa. 18 corpore *om.* Pa. 19 posset] possit B, *quod corr.* Pa. || et cum EPa, et c' AT, etc. P, *om.* B. 20 panis *om.* Pa. 21 simpliciter[1]... aliud] simplex... alium A. 21-22 ut... aliud *om.* (*hom.*) T, *om.* in aliud BEP. 23-24 Praeterea... Praeterea] ut ergo T. 23 ibi] in sacramento *add.* Pa. 24 Praeterea] resp. item ad illud Pa. 25 ad *om.* A. || in *om.* T. || subiecto] substantia B.

[1] *De fide orth.*, IV, c. 13 (PG 94, 1146 A); versio Burgundionis: « Non quoniam ipsum corpus quod assumptum est ex celis descendit, sed quoniam ipse panis... Christi » (Fl, f. 21b)
[2] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 9 (PL 176, 468 B).

Num. 5: anon. Tr, f. 159b (citatio Hugonis). — Num. 6: anon. P, f. 55v; anon. Tr, f. 156a-b; anon. V, f. 131c.

et sic tantum remaneat sub esse signi; quantum ad substantiam corporis sui, cuius, secundum naturam corporis, non est simul esse totum in diversis locis.

7. Quis [a] **fidelium habere dubium possit** [804, 18]. *a.* Quaeritur quae sint «summa et ima» quae sociantur [804, 20]; et ex quibus «visibilibus et invisibilibus» fit unum [804, 21]; quod etiam «ministerium angelorum» sit in illo sacramento [804, 22-23]; quae etiam sit consociatio cum dicitur: «consociandum corpori Christi» [804, 23]; quid etiam «rapitur in caelum» [804, 22]. Praeterea, si corpus Christi «aequaliter» sumptum est ab omnibus [804, 27], numquid similiter corpus mysticum ab omnibus?

b. Respondemus: per 'summa' et 'ima' intelliguntur angeli et sacerdotes qui sunt in celebratione. Vel per 'summa' intelligitur corpus et sanguis, quae sunt in caelo; per 'ima' species panis et vini, quae sociantur ad unum sacramentum: hoc ut signum, illud ut causa.

c. Ad secundum dicimus quod per 'visibilia' intelliguntur species panis et vini; et per 'invisibilia' corpus Christi et sanguis ut sunt sub sacramento. Ex iis autem fit unum non sicut ex par-

---

a (4-20 p. 175) **Alii vero putant** etc. [804, 1]; **Item Gregorius: Quis fidelium** etc. [804, 18]. Quae est ista apertio [804, 19]? Scilicet (!) quae sunt summa et ima quae sociantur? Ex quibus visibilibus et invisibilibus unum? Quod mysterium angelorum? Praeterea, si est corpus aequaliter sumptum, numquid similiter corpus mysticum? — **Illud in eodem mo-**
Pa 172v **mento** etc. [804, 22]. Ex hoc enim sumitur || quod transsubstantiatio fit in instanti. — Praeterea, quaestio est de hac consociatione, quia idem sibi non sociatur. Item, Christus ab instanti conceptionis fuit unitus corpori mystico, cuius ipse est caput. Praeterea, supra dicitur quod non videtur, praecedenti distinctione. — Respondeo: intelligitur quod ipsum, ut sub sacramento, consociatur mystico, vel ut idem sit ipsum sub sacramento et in forma propria. Responsio alius supra [*d. 10, n. 14*] (Pa).

---

2 sui *om.* T. 5 sint] sic A. || ex *om.* T. 6 quod] et A, quid B. 7 sit] fit A, *om.* BETP. 10-11 Praeterea... omnibus *om.* B. 11 mysticum] sumitur *add.* T. 12 Resp.] quod *add.* ETP. || per *om.* TPPa. 13 sunt] in celo *add.* TP. 14 intelligitur] intelliguntur BE. || sanguis] Christi *add.* B. 16 illud] aliud T. || ut *om.* B. 17 Ad... quod *om.* B. 18 et[2] *om.* BETP. 19 sicut] ut B. 20-31 Alii... supra *ita loco* Quis... ipsum (4-20 p. 175) Pa.

Num. 7: anon. P, f. 58r; anon. Tr, f. 159d (sola § *g*); anon. V, f. 131c. Cf. *Glossa in Decretum*, de cons., d. 2, c. 73 (col. 2557s.); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 95; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 5, q. 7 (f. 21b-c); Alb. Magnus, hic, a. 9 (XXIX, 287s.); Bonav., hic, p. 1, q. 1 (IV, 242s.).

tibus integralibus, sed definitivis. Dicunt tamen quidam quod ipsa species panis et vini est materia sacramenti, corpus vero Christi forma; quod si esset verum, essent partes essentiales.

d. Ad tertium dicimus quod 'ministerium angelorum' vocatur || ipsa oblatio nostrarum precum. Angelos autem offerre A 130d preces ministrorum Ecclesiae Deo, nihil aliud est quam affectum suum in excitatione nostrorum affectuum Deo offerre.

e. Ad quartum dicimus quod consociatio illa respectu corporis Christi intelligitur de illa consociatione quae est membrorum cum capite in corpore mystico, secundum quod per caritatem uniuntur vel amplius uniuntur.

f. Ad quintum dicimus quod raptus nihil aliud intelligitur ibi nisi transsubstantiatio momentanea panis et vini materialis in corpus Christi et sanguinem.

g. Ad ultimum dicimus quod, licet corpus Christi aequaliter sumatur ab omnibus, non tamen aequalis unio est in omnibus in corpore mystico. Quidam enim dignius sumunt et quidam minus digne. Et est exemplum: sicut Deus aequaliter est in creaturis rationabilibus, non tamen omnes aequaliter participant ipsum.

8. Sub alia autem specie tribus [805, 6]. *a.* Super hoc magister Hugo dicit[1]: « Voluit sapientia Dei, quae per visibilia manifestat invisibile, ostendere quod ipsa animarum [refectio et] cibus est. Et propterea carnem assumptam in edulium proposuit, ut per cibum carnis ad gustum divinitatis invitaret. Ne autem humana infirmitas contactum carnis in assumptione horresceret, consueti et principalis edulii specie illam velavit et sic sumendam proposuit, ut sensus in uno foveretur et fides in altero aedificaretur ». Summa rationis est: ipsa sapientia Dei est

1 defin.] diffinitis A. 1-3 Dicunt... essentiales *om.* B. 2 sacramenti *om.* T. 4 Ad... quod *om.* B, dicendum *pro* dicimus T. 7 Deo *om.* A. 8 Ad... quod *om.* B. 10 sec. quod *om.* BETP. 11 uniuntur[1] *om.* BETP. || vel... uniuntur *om.* B, *om.* uniuntur ETP. 12 intelligitur] est T. 13 materialis] materie *et trp. a.* panis B. 15-16 Ad... omnibus[1] *om.* B. 16 est *om.* TP. || in omnibus *om.* P, ab *pro* in A. 17 et *om.* T. 18 aequaliter] equalis A. 19 rationab.] rationalibus BE. || aequaliter *om.* A. || part.] percipiunt P. 21-11 (p. 176) Sub... transferatur *om.* B. 21 autem Pa (*Lomb.*), tamen A, *om.* ETP. || tribus] etc. T, etc. *add.* P. || Super hoc *om.* Pa. 22 dicit *om.* Pa. 23 invisibile] invisibilia ETPPa. || ipsa] ipsarum TPPa. 24 propterea] propter hoc E. 25 per *om.* E. || divinitatis] deitatis Pa. || Nc] sic E. 28 sensus *om.* T. 29-3 (p. 176) Summa... apparet *om.* Pa.

[1] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 8 (PL 176, 467 B-C).

Num. 8: anon. V, f. 131d. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 254s.).

cibus animarum, et animarum unitarum corporibus: propter hoc sapientia assumpsit carnem; et ideo sub alia specie, scilicet
E 244 r panis, || ne horreret, apparet.

b. Ioannes Damascenus [1]: « Quia consuetudo est hominibus oleo ungi et aqua lavari, coniugavit aquam et gratiam Spiritus Sancti, et fecit id lavacrum regenerationis. Et quia consuetudo est hominibus panem comedere et vinum bibere, coniugavit eis [suam] deitatem, et fecit ea corpus eius et sanguinem, ut per haec quae sunt secundum naturam consueta, in quibus vita conservatur, ad ea quae sunt supra naturam anima transferatur ».

9. Quia ergo Christum vorari etc. [805, 12]. Quaeritur quid sit agendum si post consecrationem appareat caro vera Christi in sua forma: numquid sumenda est ? — Respondemus quod non, per auctoritatem Hieronymi, super Leviticum in originali [2] dicentis: « De hostia quae in commemoratione fit, edere licet; de illa quam Christus in ara crucis obtulit secundum se nulli edere licet ». Reponi ergo debet in aliquo vase mundissimo et pro reliquiis haberi.

10. Sed quare sub duplici sumitur specie [805, 25]. Hoc determinat ita Ioannes Damascenus [3]: « Sicut naturaliter per comestionem panis, et vinum et aqua per potum, in corpus et sanguinem comedentis et bibentis transmutatur, et non fit aliud corpus praeter prius corpus eius; ita panis propositionis et vinum et aqua, per invocationem et superadventum Spiritus

1 animarum unitarum] anime unite ETP. 2 scilicet *om.* TP. 3 horreret] abhorresceret E, horresceret TP. 5 hominibus *om.* A. 6 Sancti *om.* Pa. || id] ad EPa. 7 consuetudo est] cum de A. || hominibus] et *add.* P. 8 eis *et* et[1] *om.* A. || deitatem] divinitatem ETPPa. 9-11 haec... transferatur] assueta secundum naturam in hiis que sunt supra naturam fiamus Pa(*Damasc.*). 9 naturam] transferantur *add.* T. || consueta *om.* ETP. 10 supra] super P, secundum T. 12 Quia... etc.] in mysterio carnem etc. Pa, *om.* B, *om.* etc. EP. || Quaeritur] questio ETP, questio est Pa. 12-13 quid s. agendum *om.* B. 13 appareat] apparet TP. || Christi *om.* E. 14 in sua forma *om.* BPa. 16 dicentis] dicit Pa. 17 illa] vero *add.* Pa. 18 se *om.* Pa. || nulli] non B. 20 sumitur specie] etc. Pa. 20-21 Hoc... ita *om.* BTPa. 21 Sicut *om.* T. 22 per comestionem *om.* T, *om.* per Pa. || potum] digestionem B. 23 transmutatur] transmutantur ETP. 24 corpus[1] *om.* BETP. || ita] et *add.* P. 25 et superadventum] superadvenientis B, et superadiumentum TP.

1 *De fide orth.*, IV, c. 13 (PG 94, 1142 B-1143 A); versio Burgundionis (Fl, f. 21b). 2 Non invenimus hoc dictum ap. Hieronymum, sub cuius nomine legitur etiam in *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 76 (I, 1345). Cf. Hesychius, *In Levit.* 10, 16-18 (PG 93, 901 B-C). 3 *De fide orth.*, IV, c. 13 (PG 94, 1146 A-1147 A); versio Burgundionis (Fl, f. 21b-c).

Num. 9: anon. P, f. 58r; anon. Tr, f. 159d; anon. V, f. 131d. Cf. Alb. Magnus, d. 12, a. 1, q. 3 (XXIX, 191s.).

Sancti, spiritualiter transit in corpus [Domini] et sanguinem; et non sunt duo, sed unum et idem. Fit igitur iis qui digne accedunt et assumunt in remissionem peccatorum et vitam || aeternam, et custodiam animae et corporis; quia mors Christi facta est credentibus vita » respectu animae, « incorruptio » respectu corporis, « et in assumptionem aeternae beatitudinis » respectu coniuncti [a]. P 181 r

11. Sub utraque tamen specie totus [806, 12-13]. Notandum quod sub specie panis est corpus sacramentaliter et in sua essentia, sanguis vero in sua essentia, non sacramentaliter; sub specie vero vini sanguis utroque modo, sed corpus in sua essentia, non sacramentaliter.

12. || **Et licet sub utraque** [806, 18]; **tamen non fit conversio** [806, 18-19]. *a.* Quaeritur, si aliquod impedimentum accideret sacerdoti ante haec verba: 'Hic est sanguis meus', quo non possit procedere, quid agendum est ? || An esset repetendum totum sacrificium ab alio sacerdote ? et tunc iteraretur benedictio super panem: quod statim infra negatur [806, 21]. Aut ubi ipse || dimisit essetne incipiendum ? et tunc videretur mysterium unitatis dividi. — Respondet Innocentius [1]: Reservari convenit sacramentum corporis, « et super aliam hostiam totum officium celebretur ». B 136 r A 131 a T 153 d

a (7) Primum refertur ad corpus, secundum ad animam, tertium ad coniunctum (+ BETP).

1 et²] sed Pa, *quod corr.* B. 2 duo *om.* TPa. || sed] immo Pa. 3 remiss. pecc. et *om.* T. 3-4 aeternam *om.* TP. 4 corporis, quia *om.* T. 5 vita] vite incorruptio A. || resp. animae *om.* BETPPa. || incorruptio] in incorruptione B, in corpus T, in corpore P. 5-6 resp. corporis *om.* BETPPa. 7 resp. coniuncti *om.* BETPPa. 8 Sub... totus *om.* Pa. || Notandum] nota EPa. 9 corpus] Christi *add.* BETPPa. 11 vero *om.* EPa. || vini] est *add.* E, econverso, scilicet *add.* Pa. 13 utraque] specie etc. *add.* Pa. 13-14 tamen... Quaeritur *om.* Pa. 15 quo] quod E. 16 non] vero A. || possit] posset BETPPa. || est] esset BT, *om.* Pa. || An] aut AB. 17 totum sacrif. *om.* Pa. || alio] aliquo A, hoc Pa. || iteraretur BE, reiteretur A, iteratur T, iteraret P, *om.* Pa. 18 bened.] benedictionem P. || quod] et A. || quod... negatur *om.* Pa. 19 essetne incip. *trp. p.* Aut E, *om.* essetne Pa. || et *om.* TP. || videretur] videtur EPa. 20 unitatis *om.* Pa. || Resp. Innocentius] responde B, Respondeo Pa, papa *add.* ETP. 21 convenit] consuevit A.

[1] *De s. altaris mysterio*, IV, c. 22: « Verum ne illa fiat iteratio vel divisio sacramenti... consultius et tutius iudicatur, ut illa talis oblatio studiosissime recondatur, et super aliam totum officium celebretur » (PL 217, 872 D); ibi et expositio casus iisdem fere verbis.

Num. 12: anon. P, f. 59v-60r; anon. V, f. 132a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 77.

b. Sed si non possit haberi vinum, numquid non est consecrandus panis ? Plus enim excusat necessitas quam ignorantia. — Innocentius papa [1] ita definit [a]. Ob necessitatem videtur quod debeat consecrari panis, quia in eius consecratione est corpus cum sanguine; et si utrumque non sumitur in sacramento, sumitur tamen utrumque in essentia et sub sacramento.

13. Aqua vero admiscenda [806, 27]; **aqua et vino mixtum debet offerri** [807, 1-2]. *a.* Quaeritur utrum aqua convertatur in sanguinem. Quod non videtur, cum non sit sacramentum sanguinis. Unde, sicut panis non convertitur in sanguinem, cuius non est sacramentum; nec vinum in corpus, cuius non est sacramentum, ita videtur de aqua. — Praeterea, estne imperfectum sacramentum sine aqua ?

b. Respondemus [b] quod aqua prius convertitur in vinum; quae conversio aquae in vinum designat conversionem fidelis populi in corpus Christi mysticum. Et cum aqua conversa sit in vinum, transmutatione vini in sanguinem Christi et ipsa transmutatur. Assignat autem Innocentius [2] quare aqua unitur: « Ut populus Christo adunetur ». « Per hoc enim

a (3) non tamen sufficienter (+ BETP). *b* (14-3 p. 179) Responsio papae [3]: « Probabilior opinio asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressius luceat proprietas sacramenti. Nam cum aquae multae sint populi multi [4], ideo aqua unitur vino, ut populus Christo adunetur. Per hoc enim... nobiscum per unionem » (Pa).

1 Sed *om.* T. || haberi] habere A. || non[2] *om.* P. 3-6 Innoc. papa... sacramento] Responsio quorumdam quod potest, quorumdam quod non potest Pa, *om.* Innoc. papa BETP. 4 panis *om.* T. 5 et] quod BE, quia TP. 5-6 in sacr., sumitur *om.* (*hom.*) A. 6 et *om.* E, *supplendum est fortassis* unum. 7 vero *om.* A. || vino] vinum AB. || mixtum] mixta E, ammixtis P, commixtis T. 8 Quaeritur] questio est Pa. || convertatur] commutatur T. 9-13 Quod... aqua *om.* Pa. 11-12 nec... sacramentum *om.* (*hom.*) B. 12 Praeterea] postea A. 14 convertitur] vertitur A. 15 aquae in vinum] de aqua T, *om.* BEP. || designat] significat T. 17 sit] fuerit T. || transmutatione] transmutatio (est *add.* P) AP. || Christi] facta *add.* B. || et *om.* BETP. 20 non] ut TP. || sufficienter] sufficit B. 20-24 Responsio... unionem *ita loco* Respondemus... admirabilem (14-3 p. 179) Pa.

1 *De s. altaris mysterio*, IV, c. 23 (PL 217, 873), ubi tamen, opinionibus relatis, nil ipse definit. 2 Ib., c. 29 et 44 (PL 217, 876 A, 886 B-C). Hi duo loci insimul leguntur in decretali Innocentii *Cum Marthae*, unde haec hausit Alex.; *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 33, c. 5 (p. 373); compil Greg. IX, ib., tit. 41, c. 6, § 1 (II, 639). 3 Innocentii III in *Decretalibus*, l. c. 4 Apoc. 17, 15. *Aquae quas vidisti... populi sunt.*

Num. 13: anon. P, f. 60r; anon. Tr, f. 160d; anon. V, f. 132a-b. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134a); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 78; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 136b-c); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 3 (IV, 257s.).

quod ipse suscepit de nostro et nos ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, ut qui est unum cum Patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per unionem admirabilem ».

c. Ad alterum dicendum est quod, licet desit aqua, nihilominus est perfectum sacramentum, quia remanent ibi ea quae significant totum Christum, quo exsistente, est corpus mysticum; sed non significatur unio quorumlibet membrorum cum capite in corpore mystico. Nihilominus tamen est ipsum corpus mysticum in se perfectum. Sicut enim in corpore nostro quaedam sunt partes essentiales, sine quibus non potest subsistere corpus; quaedam vero partes organicae, quibus diversa operatur: eodem modo est in corpore mystico. Fideles autem sunt partes in corpore mystico quoad rationem operandi diversa. Sed quia perfectio gratiae est in capite, remanet perfectio corporis mystici in Christo et quoad esse et quoad omnem potestatem operandi; non tamen quantum ad omne organum operandi.

14. Si vero quaeritur [807, 8]; **calix Domini non est aqua sola** [807, 12]. Quaeritur quare aqua apponitur, cum Melchisedech *panem et vinum* tantum obtulit [1], in quo figurabatur hoc sacramentum. — R e s p o n d e m u s: in sacrificio Melchisedech figurabatur tantum illud quod est prima res sacramenti huius, scilicet Christus; sed in aqua adiuncta figuratur « res significata, non contenta » [791, 15], scilicet unitas membrorum cum capite in corpore mystico.

15. || **Si quis tamen non intendens** [807, 14-15]; **aqua vero sine vino** [807, 29]. Quaeritur: si comperiat sacerdos in tempore sumptionis vinum omissum, quid faciendum est? — « Di- E 244 v

1 nos ipsi] ipse Pa, *om.* ipsi B. 2 coniungimur] coniungitur A, coniunguntur B, coniungens Pa. 4-17 Ad... operandi *om.* Pa. 4 alterum] ultimum A. || est *om.* BT. 6 quo] qui P. || quo exs.] cui existenti T. 7 sed non] nec B. 10-11 subsistere] sustineri B. 11 partes *om.* T. 12 modo *om.* A. 12-13 Fideles... mystico *om.* (*hom.*) P. 13 partes *om.* B. || in c. mystico] corporis mystici T. 14 capite] cui si *add.* (*forte pro* et sic) A. 15 et[1] *om.* T. 16 tamen] enim P, est *praem.* T. || quantum *om.* B. || omne B, esse AETP. 19 Quaeritur] questio est Pa. 20 obtulit] obtulerit BETP. || figurabatur] significabatur A (*sic infra*). 21 Resp.] quod *add.* BETP. || sacrificio] sacramento ETPa. || Melch.] illo BETP. 23 figuratur] sanguine A, significatur B. 24 cum] in A. 25 in] et TP. 27 Quaeritur] questio est Pa. 28 omissum] pretermissum Pa. || est *om.* Pa.

1 Gen. 14, 18.

Num. 14: anon. P, f. 60r; anon. V, f. 132a. — Num. 15: anon. P, f. 60r; anon. Tr, f. 160d-161a. Citatur sub nomine Alexandri ab Henrico Merseburgensi (v. Proleg. ad lib. I *Glossae*, p. 99*). Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 7 (IV, 266).

cunt [1] quidam quod vinum apponere debet et super illud consecrationem repetere. Alii quod, apposito vino » ipsi speciei panis iam consecratae, « sicut in die Parasceves debet ipsum panem consecratum immittere. Tutius autem est praeferendum ». Tutius autem est si fiat consecratio. Praesumitur enim, si digne suscipitur sub utroque sacramento, quod amplioris gratiae sit effectus.

16. Quaestio sequens est, si liceat celebrare iterum, sumpto vino puro post celebrationem sacramenti. — Respondemus
A 131 b ad hoc quod non licet, quia ieiunos || oportet celebrare. Ideo bis celebrantes in die non debent vinum post primam sumptionem accipere [2].

17. Corpus vero tale etc. [808, 7]. *a.* Quaestio utrum Dominus tradiderit corpus suum passibile aut impassibile. Si impassibile, ergo glorificatum. Cum idem ergo non sit glorificatum et non glorificatum, non posset post pati. Restat ergo quod passibile tradidit. — Sed si hoc, cum passibile adiunctum activo recipiat passionem et corpulentum discernitur tactu, pateretur et tactu discerneretur; quod quia falsum est, non fuit passibile. — Praeterea, si esset passibile, moreretur hora passionis, si reservaretur hostia in pixide.

b. Respondemus: dedit uno modo passibile, alio modo non. Nam una est passio in separatione carnis et animae, et altera in divisione partium inter se. Primo modo dedit passibile, alio modo non. — Respondet Hugo sic [3]: « Tutius in se ipso subsistit, qui non dicit 'mortale dedit', ne

2 Alii] dicunt *add.* BEPa. 2-3 ipsi... consecratae *om.* Pa, ipsi pani iam consecrato BETP (*om.* iam P). 3 ipsum *om.* Pa. 4 praeferendum] alii. Item questio est de aqua utrum convertatur in sanguinem cum non signaretur *add.* Pa, *cuius redactio hic feliciter desinit.* 4-5 praeferendum... est *om.* (*hom.*) TP. 5 Tutius autem] quia tutius E. || Praesumitur] presumatur A. 9 puro... sacramenti *om.* BEPT. 11 in die *om.* P. 11-12 sumptionem] susceptionem A. 13 Dominus *om.* BETP. 14 aut... impassibile[2] *om.* (*hom.*) P. 15 ergo[1]] corpus *add.* T. || ergo[2] *om.* B. || sit] corpus *add.* T. 16 posset] potest B. 17 Sed *om.* A. || cum] in A. || activo] actui B. 18 et[2] *om.* PT. 19 quod quia EP, et quia T, *om.* quod A, *om.* quia B. || est] ergo *add.* B. 22 dedit] de. ut A, *om.* BETP. 22-23 passibile... modo *om.* (*hom.*) A. 24 et *om.* BETP. 26 subsistit] consistit T, *quod corr.* E. || dicit] dedit A. || dedit *Hugo, om. codd.*

[1] Ex Innocentio III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 24 (PL 217, 873 C). [2] Innocentius III, ib., c. 29 (PL 217, 876 A). [3] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 3 (PL 176, 462s.).

Num. 16: anon. P, f. 60r. Cf. Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 12 (PL 211, 1249 A). — Num. 17: anon. P, f. 60v; anon. Tr, f. 161b; anon. V, f. 132b. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134c-d); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 5, q. 6 (f. 20d-21b); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 2 (IV, 263s.).

videatur dicere contra sacramenti dignitatem; nec 'immortale', ne existimetur credere contra eam veritatem quae fuit mortalis corporis ante resurrectionem. Si vero alterum oportet dicere, praebuit se ut impassibilem. Quia enim mortalis fuit voluntate, non necessitate » contracta, tamen assumpta, « ipsius mortalitatis proprietatem, secundum quod ratio et ordo ipsius temporis postulabat, priusquam eam totam deponeret, aliquando in parte deposuit ». Unde [1] aliquando ostendit claritatem in corpore suo, Matth. 17, 1-2, ut sic invitaret ad aeternam claritatem; aliquando agilitatem, || ambulando super undas, P 181 v Matth. 14, 25-26; aliquando subtilitatem, ut Luc. 4, 29, cum statuerunt eum in supercilio montis; hic vero in sacramento impassibilitatem.

18. *a.* Item, quaeritur utrum sumpsit corpus suum in coena. Et videtur, per illud Ruth 3, 7: *Cumque comedisset Booz*, Glossa [2]: «Cum in coena corporis et sanguinis sacramentum tradidit discipulis; et quia pueri communicaverunt corpori et sanguini, Christus communicavit eisdem ». Ergo sumpsit Christus suum corpus.

b. Item, super Levit. 8, in fine (24): *Cumque de sanguine arietis* etc., Glossa [3] *Ut in bona actione;* dicitur ibi quod « primus sacerdos, et [postea] filii eius ungebantur sanguine, quia Christus in coena [primus] sanguinem suum accepit, et post discipulis suis dedit ». Et ibidem, alia Glossa [4]: « Cum bibit et Apostolis bibere dedit, intelligibilem sanguinem super altare, id est corpus suum, fudit ».

---

1 contra] contrarium A. 2 existimetur] estimetur BETP. || eam] tam A. 3 corporis *om.* BETP, *trp. p.* veritatem (2) A. 4 ut impass.] impassibile B. 5 contracta... assumpta A, *om.* BETP (*Hugo*). 5-6 mortalitatis] mortis A. 6 ipsius A, *om.* BETP(*Hugo*). 6-7 temporis *om.* B. 7 aliquando *om.* A. 9 17] in fine *add.* E. 10 undas] iudas A, aquas ET. 12 statuerunt] constituerunt T. || superc.] supercilium A. 14-25 (p. 182) Item... delectatus est *trp. p.* aedificaretur (p. 175, lin. 29) Pa. 14-15 Item... coena *om.* Pa, *om.* in coena BETP. 15 Et videtur] quod vid. E, *om.* Pa. || per] super BPa. || 3 *om.* A. 16 Glossa] dicit Gl.: Comedit Christus et bibit Pa. || sacramentum] ecclesie *add.* P (*mg.* A[2]), ecclesie et *add.* T, suscepit et *add.* B. 17 tradidit] post *add.* B. || commun.] communicaverant A. 18 communicavit *ita codd.*, participavit *Glossa.* 21 etc. *om.* BETP. || Glossa] dicit Gl. que incipit Pa. || Ut] etc. A. || dicitur... quod *om.* Pa. 24 suis *om.* EPPa. || ibidem... Glossa] in alia gl. ibid. Pa, *om.* alia T. 25 et *om.* E. || bibere *om.* Pa. || intelligibilem *lacuna* Pa. || super altare *om.* T. 26 fudit] fundit TP.

---

1 Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 12 (PL 217, 864 B-C). 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (II, 58v). 3 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 322 B); ex Hesychio in h. l. (PG 93, 883 A). 4 *Ordin.* in h. l.: *Fudit super altare* (PL 113, 322 B); ex Hesychio, l. c.

Num. 18: anon. Tr, f. 156b-d; anon. V, f. 130a-b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 3 (f. 18b); Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 13 (PL 211, 1254); Alb. Magnus, d. 12, a. 15 (XXIX, 321ss.); Bonav., d. 9, a. 1, q. 4 (IV, 205s.).

c. Item, melior est spiritualis manducatio quam sacramentalis. Sed Apostoli sumpserunt sacramentum spiritualiter et corpus Christi sacramentaliter. Si ergo Christus tantum sacramentaliter sumpsisset, melius sumpsissent Apostoli quam ipse.

d. Contra: spiritualiter sumere est corpori mystico incorporari vel amplius firmari; sed neutro modo sumpsit ipse; ergo non sumpsit spiritualiter. Et sumere sacramentaliter ordinatur ad illud: ergo nec sumpsit || sacramentaliter. Sa-
T 154 a cramentum enim Novae Legis, susceptum digne, efficit quod figurat.

e. Respondemus quod non accepit spiritualiter, quia in instanti conceptionis aeque fuit incorporatus sicut tunc corpori mystico, quia tunc summam habuit caritatem. — Dicunt tamen quidam quod sacramentaliter sumpsit, ut daret aliis exemplum sumendi; sicut baptizatus est ut eius baptismus esset typus nostri baptismatis. Sed videtur melius quod non sumpsit sacramentaliter.

E 245 r *f.* Et respondendum est ad primam || glossam quod 'Christum communicare eisdem' dicitur dupliciter: vel quia cum eis sumpsit sacramentum, vel quia eis communicavit suum sa-
A 131 c cramentum; et ultimo modo videtur intelligi. Vel ut sit sensus: cum ipsi manducarent sacramentaliter, in communione || sui corporis mystici eos amplius univit, qui digni erant. Vel sumpsit sacramentum quia utramque Christi naturam novit et in ea delectatus est [a].

a (25) Paschasius[1]: «Exsultant fideles dum se intelligunt ad tantam unitatem Christi sociatos per gratiam et ad tantam fragrantiam caritatis provectos; et ideo quantum (!) bene in hoc mysterio [nostra

2-3 sacramentum... sacramentaliter] corpus Christi et spiritualiter Pa. 3 tantum *om.* A. 3-4 sacramentaliter B, sacramentum AETP. 8 ordinatur ad illud] est ratione illius Pa, aliud *pro* illud A. || ergo *om.* PT. || nec... sacramentaliter] non... sacramentum A. 9 susceptum] acceptum E, sumptum P. 10 figurat] constat autem quod digne suscepit *add.* Pa. [11 Respondemus... accepit] ad hoc dicendum quod accepit sanguinem, scilicet Pa, sumpsit *pro* accepit T. 12 instanti] tempore BETP. || conceptionis] acceptionis TP. || tunc] totum ATP. 14 tamen] autem BETPPa. || sacramentaliter] sacramentum totaliter A, sacramentum B. || sumpsit *om.* Pa. 15 sicut] ipse *add.* E. || eius baptismus *om.* E. 16 baptismatis] baptismi B. 17 sacramentaliter] exemplum *add.* P, esset *add.* T. 18 resp. est] respondemus Pa. 18-19 Christum *om.* BP. 19 eisdem *om.* A. || vel] aut enim Pa, *om.* B. 20 vel] aut Pa. 21 et] hoc *add.* Pa. 22 ipsi] ipsum E. || manducarent] manducaverunt Pa. || communione] communicatione P. 23 qui... erant APa, et tunc (*om.* t. T) intelligitur de communione (communicatione P) corporis mystici BETP. || Vel] quod B. 23-24 sumpsit] ipse *add.* Pa. 24 quia] quod TP. || novit] agnovit Pa. || in] cum B. 28 quantum] quam *Pasch.*

[1] Radbertus, *De corp. et sang. Domini*, c. 11, n. 2 (PL 120, 1308s.).

g. Ad sequentem glossam respondemus quod, cum dicitur 'Christus sanguinem suum accepit', non intelligitur quod sibi accepit, sed ad dandum discipulis. — Alia vero glossa, quae dicit: 'Cum bibit et Apostolis bibere dedit', [sic] potest intelligi, quod primo bibit ipse potum materialem, et postea, cum dixit: *Hic est sanguis meus*, dedit potum intelligibilem discipulis.

19. Item, quaeritur utrum maiorem efficaciam habuit corpus Christi post passionem quam ante, ut Baptismus habuit, quia maioris fuit effectus post quam ante. — Respondemus quod hoc sacramentum ibi completum fuit quoad materiam et quoad formam, scilicet in coena. Sacramentum vero Baptismi quoad materiam fuit institutum ante passionem, non quoad formam: non enim instituta fuit forma adhuc. Habuit ergo Baptismus maiorem effectum post quam ante; hoc autem sacramentum, ut sacramentum passionis, habuit plenum effectum, ut dicit hic Magister: «Non maiorem habet efficaciam» [808, 9].

20. Ante cum aliis discipulis perceperat [808, 14]. Quaeritur de forma, utrum liceat addere vel subtrahere vel mutare. — Respondet Innocentius[1]: «Forma verborum quam Christus expressit», secundum convenientiam idiomatis, quantumcumque potest, «debet observari».

21. Praeterea, quaeritur: cum dicitur 'Hoc est corpus meum', quid demonstretur? an panis, aut corpus Christi? Non panis,

---

figura per aquam admittitur], ut unusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat et in melius mutatum. Unde, licet prius mystice vinum et aqua commisceantur, post consecrationem nonnisi sanguis bibitur; || quia in illo prius ex aqua Baptismatis suscepti, rursus eum esu- P 173r
riendo et sitiendo quotidie potamus sub hoc mysterio» (+ Pa).

1 glossam] auctoritatem BEPT. || resp.] et A. || quod *om.* P. 2 Christus] sacramentum *add.* A. || accepit] suscepit A. 3 vero *om.* E. 3-4 quae... Cum] cum... quod B. 4 potest intelligi] intelligit EPT, intelligitur B. 7 efficaciam] efficacionem A. 8 post... ante] ante p. aut post T. || ut] sicut ET. 8-9 quia... ante *om.* BEPT. 10 ibi] est B. || fuit *om.* BEPT. 12 materiam] naturam A. || fuit institutum *om.* BEPT. || ante passionem *om.* BPT, *trp. p.* formam E. 13 adhuc] ad hoc A. || ergo *om.* T. 14 ante; hoc *om.* T. || autem] tamen P. 15 ut sacramentum *om.* T. 16 dicit *om.* T. 16-17 Non... perceperat *om.* B. 16 habet] habuit A. 17 perceperat] preceperat APT. 18 vel[1] *om.* E. 23 Non] si A. 26 commisceantur] consecrentur Pa.

1 *De s. altaris mysterio*, IV, c. 18 (PL 217, 869 C).

Num. 21: anon. Tr, f. 154c; anon. V, f. 129b. Cf. Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 17 (PL 217, 868 C); Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 11 (PL 211, 1244 B); Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 133c); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 65; Bonav., d. 8, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 191).

quia tunc falsum diceret 'hoc est corpus meum'. Non corpus, quia adhuc non est transsubstantiatio facta cum dicitur 'hoc'. — Respondemus: demonstratio non est huius dictionis absolute, sed secundum quod est pars orationis. Unde ad instans completae orationis refertur ista demonstratio; et non cadit demonstratio super corpus Christi eo quod in se habet sensibilia accidentia quae oculis conspici possunt, sed sub ipso sacramento exteriori quod est sensibile. Unde sensus est: *Hoc est* etc., [id est] res sub hoc signo est corpus meum. Unde haec oratio est recitativa in quantum est proferentis; factiva vero est in quantum est Christi.

22. Item, quaeritur: cum plene et perfecte sit consecratio in his verbis, ad quid adduntur benedictiones super panem et calicem acsi non essent consecrata ? — Innocentius[1] respondet: « Verba principaliter spectant ad historiam, et verbis utimur ad consecrandum panem et vinum; signis utimur ad recolendum ea quae facta sunt per hebdomadam ante Pascha circa Christum. Patet ergo, quantum ad ordinem Eucharistiae consecrandae, quod istud capitulum *Qui pridie quam pateretur* in fine canonis subici debuisset, quoniam in eo consecratio consummatur. Sed quoniam impediret ordinem historiae recolendae, quia quod gestum est in medio, in fine recoleretur, propterea [providus canonis ordinator] praedictum capitulum quasi cor canonis collocavit ». — « Septem[2] autem vicibus signatur in canone. Primo ter, ubi dicitur: *Haec dona, haec munera* etc., propter trinam Christi traditionem, quae facta est a Deo, Iuda

1 diceret] diceretur T. 3 Resp.] haec *add.* BEPT. || huius] huiusmodi A. 5 instans completae] complementum PT, inst. complementi BE. || ista] illa B. 6 super] cum A. || habet] habeat BEP. 7 sensib.] insensibilia B. || quae... possunt *om.* BEPT. 8 exteriori] exteriora T. 8-9 Hoc e. etc. *om.* BEPT. 9 res *om.* T, est *add.* P. 10 factiva] summa PT. || vero] non A. 11 est[1]... Christi] Christi est T. 12 quaeritur *om.* T. 13-14 in... consecrata *om.* (*hom.*) T. 13 adduntur] adducuntur B. 14 calicem] vinum E. || essent consecr.] esset consecratio EP, esset consecratus B. 16 consecrandum... ad *om.* (*hom.*) T. || et] similiter *add.* B. || signis] sanguine A. 17 ante Pascha] ante passionem EPT, *quod corr. in* in passione B. 18 ergo] quod *add.* B. || Euchar.] hostie A. 19 consecrandae] consecrate BEP, *om.* T. || quod *om.* B. || istud] illud B. 21 impediret] impedire EPT. 22 gestum] suggestum T. || medio] memoria EPT. || recoleretur] recolitur *codd.*, poneretur *Innoc.* || propterea] postea A, *om.* BEPT. 23 capitulum] scilicet A. 24 Septem] xxvii B, viii P. 25 ter *om.* P. 26 Christi] ipsius B. || est *om.* E.

1 *De s. altaris mysterio*, IV, c. 2 (PL 217, 888 A-B). 2 Ex eodem Innocentio III, ib., V, c. 14 (PL 217, 895s.). Cf. *Missale Rom.*, in canone.

Num. 22: anon. V, f. 132c. Cf. Bonav., d. 12, p. 1, dub. 5 (IV, 288).

et iudaeo. Secundo quinquies, ubi dicitur: *Quam oblationem tu, Deus, digneris* etc., propter quinque personas: venditoris, venditi, sacerdotum, scribarum et pharisaeorum, scilicet emptorum. Tertio bis, ubi dicitur: *Benedixit ac fregit, Similiter et hunc praeclarum calicem*, in quo designatur benedictio panis qui transsubstantiatur et vini. Quarto quinquies, ubi dicitur: *Hostiam puram* etc., propter quinque plagas Domini commemorandas. Quinto bis, ubi dicitur: *Sacrosanctum Filii corpus*, propter vincula quibus ligatum est corpus, et flagella quibus allisus est sanguis, quae pro nobis sustinuit. Sexto ter, [ubi dicitur: *Sanctificas, vivificas* etc.], propter crucifixionem hora tertia || linguis A 131 d Iudaeorum ter dicentium [1]: *Crucifige*. Septimo quinquies, ubi dicitur: *Et per ipsum, et in ipso*, ter super calicem et bis in latere calicis, propter tres cruciatus quos Christus sustinuit: passionis, propassionis, compassionis, et propter aquam et sanguinem quae de latere Christi fluxerunt »[2]. Hae omnes signationes sunt viginti quinque, qui est ciclicus numerus, ut designetur quod « quantumlibet multiplicetur sacramentum, semper est unum sacrificium ».

DISTINCTIO XII.

1. || **Si autem quaeratur de** || **accidentibus** [808, 18]. XII E 245 v P 182 r distinctio. *a.* Quaeritur utrum accidentia illa sint sine subiecto. Esse enim sine subiecto est proprietas substantiae [3]; sed accidens non fit ibi substantia; ergo non sunt sine subiecto. Quod au-

1 ubi] cum T. 4 dicitur *om.* T. || ac] et *codd.* 7 commemorandas] commendandas A. 8 Sacrosanctum *om.* P. 10 quae] quod E. 12 ter dicentium] credentium A. || Crucifige] ubi dicitur *add.* AP, ubi dicitur: tolle, tolle, Io. XIX *add.* B. 13 ter] cum A. 16-17 signationes] sanguines A, 17 quinque] septem B. || ciclicus] cultus A, cubicus B, eclypticus T. 18 quantumlibet] quodlibet A. || sacramentum] sacrificium BEPT. 19 est... sacrificium] est... sacramentum B, tamen manet unum et idem sacramentum, licet multiplicetur sacrificium E. 21-22 XII dist. *om.* BEPT. 22 utrum... illa] in quo salventur illa accidentia, utrum B. || accid.] accidentalia A. 24 sine] in T.

1 Ioan. 19, 6; Luc. 23, 21. 2 Ioan. 19, 34. 3 Aristot., *Categoriae*, c. 3: « Substantia propriissime et primo et maxime sic dicta est, quae neque de subiecto quopiam dicitur, nec in subiecto quopiam est » (Bekker, 2a 11-13; Didot, I, 2 39-41); Boethius, *In Categorias Arist.*, c. 2: « Et quoniam... id substantiam esse dicens quod in subiecto non esset, accidens vero quod in subiecto esset. Omne enim accidens in subiecto est » (PL 64, 170 D).

Num. 1: anon. P, f. 61v; anon. Tr, f. 161c; anon. V, f. 132c. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134a); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 69; Bonav., hic, p. 1, a. 1, qq. 1-3 (IV, 270ss.).

tem accidens non fiat ibi substantia, sic ostenditur: ratio enim propter quam panis desinebat esse panis, fuit quod, si esset ibi in veritate panis, esset res completa, et ita non esset in aliud ductiva [1]. Sed si de accidente fieret substantia, esset res completa, et ita non esset in aliud ductiva.

b. Praeterea, quae necessitas est ut accidentia sint ibi sine subiecto ? — Praeterea, si sunt ibi accidentia ut accidentia, ergo formae illae possunt denominare aliquod subiectum. Sequitur enim: albedo est, ergo album; eodem modo de quantitate et aliis.

c. Praeterea, de intellectu accidentis est substantia [2]; sed quae unita sunt per intellectum, non separantur per miraculum; ergo nec accidens a substantia.

d. Praeterea, quaestio est, si remanent ibi formae quae possunt famem sedare corporalem et sitim exstinguere, utrum sint ibi proprietas qua panis est panis et proprietas qua vinum est vinum. Et hoc videtur Innocentius [3] dicere, dicens: « Naturales proprietates videntur remanere, scilicet panitas, quae saturando famem expellit; et vinitas, quae sitim exstinguit ».

e. Respondemus, et notandum est quod, cum divina virtute unitae essent humana natura et divina, quae est ens non ab alio, cum ente ab alio quod est corpus, ut esset completa ordinatio divinarum operationum quoad media, conversio facta est corporis corruptibilis in corpus spirituale, ut in hoc sacra-

1 fiat] fuit PT. || enim] autem E. 6-7 quae... si *om.* (*hom.*) T. || sint... accidentia[2] *om.* (*hom.*) A. 7 sunt] sint B. 9 album] est *add.* B. || et] de *add.* T. 14 remanent] remaneant T. 15 corporalem] carnalem T. || sint] sit BP. 16 est panis *om.* T. || proprietas[2] *om.* BE. 17 dicere] innuere B. || dicens *om.* A. 18 panitas] parvitas A. 18-19 saturando] panis more *add.* E. 19 vinitas, quae] unitas est A. || exstinguit *Innoc., om. codd.* 20 Respondemus] resp. est T. || notandum] notum E. || est *om.* B. 21 unitae] unita E. 23 quoad media] quemadmodum B, quoad mediam PT. 24 ut] si PT. || hoc *om.* T.

1 Supra, d. 11, n. 6. 2 Aristot., *Metaph.*, VI (VII), t. 3: « Nihil enim horum est per se natura aptum neque possibile a substantia separari... quoniam subiectum eis determinatum est; hoc autem est substantia et singulare... Bonum enim aut sedens absque hoc non dicitur » (Bekker, 1028a 23-29; Didot, II, 538 15-22). Cf. etiam p. 185, nota 3. 3 *De s. altaris mysterio*, IV, c. 9 (PL 217, 862 C).

§§ *d, h*: anon. V, f. 130d. Cf. Petrus Cantor, *Summa de sacramentis:* « Hic e contrario fit, quia mutatur hypostasis et forma manet; non dico accidentalis tantum sicut rotunditas et huiusmodi, sed etiam substantialis sicut forte panitas » (ed. E. Dumoutet, in *Archives d'hist. doct. et litt. du M. A.*, XIV, 1943-1945, 233); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 68: « Neque remanet ibi materia, neque forma substantialis panis, scilicet paneitas » (p. 69); Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134c); Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 1 (IV, 174ss.).

mento, quae communicant in hoc genere 'corpus'. Item, corporis glorificati fit unio cum anima glorificata, et illorum cum Dei natura. Praeter haec autem conveniebat ens in alio tenere quasi rationem entis non in alio; et iste est de ultimis gradibus ascensionis quoad mutationem. Quod significat Basilius [1] dicens: « Quae sunt ratione separabilia intellectui, sunt Deo actu separabilia ». || Exponit illud Psalmi [2]: *Vox Domini intercidentis* T 154 b *flammam ignis*, ut erit in iudicio: lux erit sine ardore et e converso.

f. Ad obiecta dicendum quod non est possibile accidens esse substantiam [3], nec fit ibi substantia, sed quasi. Color autem est ibi in figura, figura autem in quantitate; quantitas autem, eo quod de genere accidentium propinquior est substantiae: convenit enim in pluribus [4], ex virtute divina recipit proprietatem eius quod est 'non esse in subiecto'. Nec tamen ex hoc sequitur quod sit substantia. Substantiae enim proprietas fuit non esse in subiecto, quod secundum rationem suam non est in subiecto.

g. Ad aliud dicimus quod color denominat ibi quantitatem figuratam, figura quantitatem; quantitas vero quoad denominationem in se reflectitur. Magistri vero dicunt quod nihil denominant.

h. Ad aliud dicimus quod non remanet panitas et vinitas. Panitas enim et vinitas nominant essentiam panis et vini. Remanent tamen proprietates consequentes, quibus potest esse expulsio famis vel sitis *a*.

a (25) Sed obicitur: Aristoteles, in libro *De generatione et corruptione* [5], dicit: « Nutrimentum in eo quod substantia nutrit, in eo vero

1 communicant in] convenit T, convenit communicant P. || Item] iterum B. 2 cum[2]] est quasi T, est illorum cum P. 3 Dei] divina B. || Praeter haec] propter hoc PT. 3-4 tenere... alio *om.* (*hom.*) A, *om.* quasi B, *om.* rationem P. 4 iste] sic T. 5 mutationem] ymitationem E, unitionem T. 6-7 intellectui... separabilia *om.* (*hom.*) T, intellectu *pro* intellectui (6) AP. 7 Exponit] exponitur B, *trp. a.* intellectui (6) P. || illud] idem T. 8 erit[2] *om.* B. 10 dicendum] responde B. 11 Color autem] color aut PT, coloratum B. 12 in[1] *om.* P. || figura autem] aut T. 13 accidentium *om.* B. 14 enim] autem B, cum substantia *add.* E. 15 esse *om.* P. 15-17 Nec... subiecto[1] *om.* (*hom.*) E. 17 quod] quia B. 18 ibi *om.* T. 19 figuratam... quantitatem *om.* (*hom.*) A. 22-23 panitas... Panitas] paneitas... paneitas B. 24 conseq.] sequentes T. 25 vel] et T.

[1] *In Hexaëmeron*, hom. 6, n. 3 (PG 29, 122 C). [2] Ps. 28, 7. [3] Boethius, *In Categorias Arist.*, I, c. 2: « Ut autem accidens in substantiae naturam transeat, vel substantia in accidens, fieri nullo modo potest » (PL 64, 170 C). [4] Boethius, *In Categorias Arist.*, II, c. 3 (PL 64, 202). [5] Lib. I, t. 41: « Secundum enim quod est id quod advenit potentia quanta caro, augmentativum carnis est; secundum autem quod solum potentia caro, nutrimentum » (Bekker, 322a 26-28; Didot, II, 444 12-14).

B 136 v
A 132 a **2.** || **Sed etiam verum corpus Christi esse; et essentialiter** vel **sensualiter,** alia littera [1], etc. [810, 4-5]. *a.* || C o n t r a, supra, distinctione X, cap. *Quae ex eadem ratione* etc. [798, 1], ubi dicitur quod « invisibiliter est sub specie panis et vini » [798, 6]. — Praeterea, corpus est ibi glorificatum; glorificatum autem non est discerptibile a sensu non glorificato.

b. Praeterea, quaeritur quare voluit Ecclesia ipsum [ita] dicere [2], cum in hoc maior haeresis significetur, ut illa pro qua discipuli *abierunt retro* [3] [798, 4-5].

c. R e s p o n d e m u s: dicitur corpus Christi 'sensualiter tractari', non quia ipsum in propria forma sentiatur, sed ut notetur indivisio sacramenti, scilicet veri corporis Christi ibi existentis et speciei panis repraesentantis et significantis, in quibus unum consistit sacramentum. Et ideo attribuitur corpori Christi quod ipsius est sub sacramento.

---

quod quantum augmentat ». Ergo, cum ibi non sit substantia sed accidentia, non poterit esse nutrimentum. — S o l u t i o: dupliciter fit nutrimentum: uno modo per delectationem et repletionem et confortationem, alio modo per conversionem substantiae nutrimenti in substantiam nutribilis. Primis tribus modis nutriunt accidentia; remanserunt enim ibi omnia accidentia, substantia panis mutata in corpus Christi, scilicet spissitudo, durities, quantitas, sapor et odor. Ultimo autem modo non est ibi nutrimentum (+ B).

---

1 Sed... essentialiter] Alii tradunt corpus Christi essentialiter frangi etc. B. 2 etc. *om.* B. 3 etc. *om.* E. 4 invisibiliter] invisibile BP. || et vini *om.* B. 5-6 autem non] vero T. 6 discerptibile] decertibile AE, discertibile PT, perceptibile B. 7 Praeterea] scilicet *add.* A, supra *add.* EPT. || quaeritur *om.* ABE. 8 significetur] significaretur P. || ut] ac B. 10 sensualiter] sacramentaliter B. 11 tractari] contractari A. || quia] quod B. 12 veri] in A, *om.* PT. || ibi *om.* PT. 13 speciei] speciem AEPT, species B. 15 sub *om.* T.

---

1 In littera hic habetur 'sensualiter'; ita quoque Lanfrancus, *De corp. et sang. Domini*, c. 12 (PL 150, 411 A); Ivo Carnot., *Decretum*, II, c. 10; *Panormia*, I, 126 (PL 161, 161 A, 1072 D); Gratianus, *Decretum*, de cons., d. 2, c. 42 (I, 1329), etc. 'Essentialiter' legitur in littera parum supra: « Alii tradunt corpus Christi essentialiter frangi » (809, 28); item ap. Petrum Pictav., *Sententiae*, V, c. 12: « Confessio tamen Berengarii fuit... quod ipsum corpus Christi essentialiter frangatur » (PL 211, 1250 B). 2 Scilicet Berengarium in sua confessione, cuius sunt verba relata initio huius dubii. 3 Ioan. 6, 67.

Num. 2: anon. P, f. 63r; anon. Tr, f. 162a; anon. V, f. 132d. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134c); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 69; Bonav., hic, p. 1, a. 3, q. 1 (IV, 283s.).

d. Ad aliud est responsio quod corpus Christi est in sua forma non discerptibile; sub forma tamen panis est discerptibile. Fit autem expressio sermonis, ut dicatur « corpus Christi in veritate frangi » [810, 5-6], ut repellatur illa haeresis quae dixit corpus Christi non esse ibi in veritate; non autem ut intelligatur corpus Christi in partes suas separari. — Voluit autem Ecclesia ipsum ita dicere, ut omnino esset elongatio ab haeresi extrema; et propter hoc significatur alterum extremum, medium autem credendum. Una enim haeresis extrema est, corpus Christi non esse ibi in veritate; altera est, corpus ipsum in suas partes separari per attritionem || dentium; medium autem est corpus E 246r
Christi esse ibi in veritate et accidentia sub forma panis [dividi] et frangi secundum partes formae. Et est exemplum de virga torta: non rectificari potest [nisi] per quemdam accessum ad oppositam curvitatem.

3. Sed [a] **quia corpus Christi est** etc. [810, 8]; **Panis quem frangimus** [810, 15]. *a.* Quaeritur, si sumat quis panem non frumentinum, utrum consecratum est. Quod si non, si sumat

a (16-20 p. 190) **Corpus Christi dicimus illud quod ex fructibus** etc. [803, 20-21]. Quaestio est si panis ille non sit frumentinus, utrum consecratum est. R e s p o n d e o quod non, quia Christus comparavit se grano frumenti, in Ioan. 12, 24; et ratione significationis, quia sicut illud est electissimum et purissimum inter omnia ex quibus fit panis, recte ergo comparatur Christo qui fuit [de purissimis] sanguinibus beatae Virginis. Caro enim beatae Virginis depurata fuit ab omni labe peccati, de qua sumpta fuit caro Christi. — Sed quid si sumat oblatam non frumentatinam, quam credit esse consecratam, num poterit illa die conficere? R e s p o n d e o quod non, quia iam est pransus. — Sed quid si comperiat ipsam non esse frumentatinam post haec verba: *Hoc est corpus meum* et ante sumptionem ? R e s p o n d e o: inchoet canonem saltem et benedicat frumentinam. Post sumptionem autem sacramenti, ob reverentiam, sumat aliam non frumentinam vel a clericis faciat sumi (Pa).

1 est resp.] resp. BT. || in] sub T. 2 non *trp. p.* Christi (1) B. || discerptibile... discerptibile] decertibile... decertibile AE, discertibile... discertibile PT, perceptibile... perceptibile B. 4 repellatur] pellatur P. 5 ibi *om.* B. || ut *om.* B. 7 ita] autem A. || omnino] omissio PT. 8 hoc *om.* T. 9 extrema *om.* T. 10 ibi *om.* B. || in veritate *om.* P. 11 est *om.* B. 12 ibi *om.* BT. || panis] et vini *add.* B. 14 non... potest A (*corr.* potest *in* debet A²), si... debet BET, que... debet P, rectificatur *add.* B. 16 etc.] c. AP, scilicet E, apostolus B, *om.* T. 17-18 frumentinum] frugmentinum A, frumenticium B, frumentum T. 19-32 Corpus... sumi *ita loco* Sed... sumi (16-20 p. 190) *et bene trp. p.* incorporatio (p. 171, lin. 18) Pa. 28 si] non *add.* Pa.

Num. 3: anon. P, f. 63r; anon. V, f. 132d. Cf. Bonav., d. 11, p. 2, a. 1, q. 4 (IV, 259s.).

oblatam non frumentinam, quam credit esse frumentinam et consecratam, utrum possit eadem die post conficere. Et iterum, si comperiat illam non esse frumentinam post haec verba: *Hoc est corpus meum* et ante sumptionem, quid agendum est ?

b. Respondemus ad primum quod non est consecratum, quia Christus comparavit se grano frumenti [1] ratione significationis. Sicut enim illud est electissimum et purissimum inter omnia grana ex quibus fit panis, ita caro Christi fuit « de purissimis sanguinibus beatae Virginis » [2]. Caro enim beatae Virginis depurata fuit ab omni labe peccati, de qua sumpta fuit caro Christi.

c. Ad alterum dicendum quod non debet illa die conficere, quia pransus est; hoc autem sacramentum, cum sit sacramentum sacramentorum, a ieiunis est celebrandum, maxime cum in hoc sacramento conferatur cibus spiritualis qui praeponendus est omni cibo corporali.

d. Ad aliud dicendum quod inchoandus est canon et benedicenda est frumentina. Post sumptionem autem sacramenti, ob reverentiam, sumat aliam non frumentinam vel a clericis faciat sumi.

P 182 v **4.** Praeterea, « panis [3] fermentatus non debet || sumi, sed azimus, tum ratione facti, tum ratione mysterii. In Ex. 12, 18-19, praeceptum est quod *septem diebus non inveniatur fermentatum in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de coetu filiorum Israel. Primo autem mense, quarta decima die usque ad vigesimam primam, azima comedatis.* Cum ergo Christus quarta decima die comederit cum discipulis suis sero [4], et agnum pas-

2 post] prius T, *om.* P. 3 esse *om.* P. 6 comparavit] comparat PT. 7 purissimum] granum *add.* P. 8 Christi B, *om.* AEPT. 9 de] ex E, *om.* T. || Virginis] Marie *add.* E. 9-10 Caro... Virginis] ipsa enim E, *om.* P. 10 depurata] depurgata B. || fuit *om.* T. || peccati *om.* B. || qua] scilicet *add.* E. 12 alterum] alteram A, aliud T. 15 sacramento] cibo B. 16 corporali] spirituali E. 17 dicendum] dicimus E. 18 sumptionem BE, suggestionem APT, *quod corr.* E. || autem] enim P, *om.* T. 19 reverentiam] autem *add.* P(*mg.* A²). || sumat] summam B. 21 sumi] assumi T. 22 tum¹... In] cum ratione sancti mysterii B. || ratione² *m.* AE. 24 vestris *om.* T. 24-25 de coetu] .x. A, de medio vel *praem.* E. 27 comederit] azima *add.* T. || suis *om.* B.

[1] Ioan. 12, 24. [2] Ioan. Damascenus, *De fide orth.*, III, c. 2 (PG 94, 986 B); versio Burgundionis (Fl, f. 12b). [3] Ex Innocentio III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 4 (PL 217, 854s.). Cf. hic supra, d. 8, n. 16. [4] Matth. 26, 17-21; Marc. 14, 12-18; Luc. 22, 7-15.

Num. 4: anon. Tr, f. 162c-d; anon. V, f. 132d. Cf. Bonav., d. 11, p. 2, a. 2, q. 1 (IV, 260ss.).

chalem comederit ritu legali, cum azimis panibus et lactucis agrestibus [1], constat quod non comedit fermentatum ». Praeterea, « fermentum corruptionem significat; unde I Cor. 5, 6: *Modicum fermentum* etc. Ut ergo nihil nisi sincerum in hoc sacramento significetur, non fermentatum, sed azimum || consecramus, ut I Cor. 5, 8: *Non in fermento veteri* etc. ». A 132b

5. Unde et ipsa gratia partes vocantur [810, 26-27]. Ioan. 6, 54: *Nisi manducaveritis*, super illud dicit Glossa [2]: « Haec gratia morsibus non consumitur; sed spirituali gratia ipsos, me illis dando, in corpus meum converto ».

6. *a.* Praeterea, quaestio est, cum manducatur, quantum duret sub specie. Nam species vadit in ventrem: manetne tunc Christus sub specie ? — Item, Marc. 7, 19, dicitur [3]: *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit et in secessum emittitur;* estne sic de corpore Christi ?

b. Responsio ad primum est per hoc quod dicit magister Hugo [4]: « Postquam sensus corporalis in percipiendo deficit, non est quaerenda praesentia corporalis. Christus de ore transit ad cor ». — Ad alterum dicendum quod auctoritas Evangelii intelligitur de cibo corporali, non de spirituali.

7. Panis est corpus Christi [811, 3]. Super hoc dicit Augustinus in libro *De vera innocentia* [5]: « Caro Christi fidelium est vita, si corpus Christi esse non negligant. Sint corpus Christi, si volunt vivere de spiritu eius, de quo non vivit nisi corpus eius ». Ex quo denotatur quod non tantum corpus Christi verum vivit de spiritu eius, sed etiam corpus mysticum. Sed aliter vivit spiritu increato, et aliter spiritu creato.

2-3 Praeterea] postea A. 3 I] ad *add.* E. 4 Ut] unde E. 4-5 in h. sacr.] sit in h. s. et B. 6 veteri *om.* T. 8 manducav.] etc. *add.* BT. || illud] hoc T. 12 vadit] manet P. 14 in[1]] per ET. || in[3]] per P, *om.* A. 16 Responsio... est] resp. ad pr. BP. 18 Christus] enim *add.* ET. 19 alterum] ultimum A, tertium B, aliud E. 19-20 Evang.] Marci E. 23 negligant *Prosp.*, negant *codd.* || Sint] sunt *codd.*, Fiant *Prosp.* 24 si] sic *mg.* A. || de[1] *om.* AEPT. 27 increato... creato *trp.* E, *om.* et ET.

---

[1] Ex. 12, 8. [2] Potius in Ioan. 6, 63, ap. Lyranum (V, 207r). [3] Verba sunt Matth. 15, 17. [4] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 13 (PL 176, 471 A). Cf. supra, p. 160; Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 15 PL 217, 867 B). [5] Id est Prosper Aquitanus, *Sententiae ex August. delibatae*, n. 340 (PL 45, 1890).

Num. 5: anon. Tr, f. 162b; anon. V, f. 132d. — Num. 6: anon. V, f. 132d. Cf. Bonav., d. 13, a. 2, q. 2 (IV, 309s.). Alia plura ap. H. Betti, *La ragione della permanenza di Cristo nell'Eucaristia*, in *Studi Franc.*, XXV, 1953, 149-168.

8. Corpus Christi tractari manibus etc. [811, 8-9]. Quaestio est autem quare [supra] proprie dicitur quod « forma panis frangitur » [810, 16], licet hic habeatur de ipso corpore sub forma [811, 8-9], et corpus Christi sumitur et comeditur. —
T 154 c Responsio est || quod « ea [1] quae notant corruptionem vel accessum ad eam, referenda sunt ad formam panis; quae vero ad acceptionem, referenda sunt ad corpus Christi ».

9. In singulis partibus totus est, nec per singulos minuitur etc. [811, 13]. *a.* Quaestio est: cum tota forma sit maior sua parte, qualiter possit secundum se totum commetiri secundum continentiam toti formae, et quantumlibet minimae parti secundum continentiam.

b. Praeterea, estne pes in eodem loco in quo manus, cum sub quantulacumque parte sit totus Christus?

c. Praeterea, qualiter potest sine sui contractione esse sub minori forma, quod commetiebatur maiori?

d. Praeterea, cum sit transsubstantiatio ipsius panis, fitne sic transsubstantiatio, ut pars in partem convertatur, aut totum in totum?

e. Praeterea, corpus Christi habet aliquam quantitatem determinatam; minoris vero quantitatis est accipere partem speE 246 v ciei, || quia corpus est divisibile in quantacumque parva [2]; non ergo erit totum corpus Christi sub quavis parte.

f. Responsio ad primum est quod, licet tota species sit maior sua parte, et totum corpus Christi maius sua parte,

1 etc. *om.* E. 2 autem *om.* BEPT. 3 hic] hoc B. || ipso] nostro PT. 4 et[1]] qua B. 5 Resp. est] responde B. || quod] ad *add.* T. 6 eam] ea A. 8 partibus] partitionibus EPT, portionibus *Lomb.* || singulos *Lomb.*, singula *codd.* || etc. *om.* E. 9 est *om.* B. 11 quantumlibet B, quamlibet AET, tantumlibet P. 13 Praeterea] postea A. 15 potest] sumi *add.* PT. 16 commetiebatur] continebatur B. 18 sic *om.* T. 22 quantacumque B, quacumque A, quantumcumque E, quamcumque PT. || parva] parvam P. 24 Responsio... est] resp. ad pr. B. 25 Christi] sit *add.* B.

1 Ex Innocentio III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 9 (PL 217, 862 C). 2 Aristot., *De caelo*, I, t. 2: « Continuum igitur est, quod in divisibilia semper divisibile est. Corpus autem est, quod est divisibile omni ex parte » (Bekker, 268a 6-7; Didot, II, 367 7-8).

Num. 8: anon. V, f. 132d. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134c); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 4 (f. 19a); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 137b). — Num. 9: anon. P, f. 64v; anon. Tr, f. 161d-162a; anon. V, f. 133a-b. Cf. Alb. Magnus, d. 13, a. 10-11 (XXIX, 346ss.); Bonav., d. 10, p. 1, q. 5 et d. 12, p. 1, dub. 4 (IV, 224s., 287). — § *f*: haec responsio impugnatur ab Alb. Magno, d. 13, a. 10 et 11 (XXIX, 347s., 351s.).

tamen corpus Christi totum commetitur se per signationem et continentiam cuilibet parti formae. Et ponitur exemplum de speculo confracto [1], in cuius singulis partibus resultat species corporis oppositi. Similiter, de anima sensibili exsistente in corpore annuloso: quod si in partes dividatur, in singulis partibus est anima secundum sensum et motum [2]. — Si vero quaeratur ratio in talibus, dicendum est quod quaedam situaliter continentur ab aliquo, quaedam vero non. Quae vero situaliter continentur ab aliquo, non commetiuntur se toti et parti secundum substantiam; quae vero non situaliter continentur, commetiuntur se toti et parti. Continetur autem corpus materiale situaliter, ita quod non permittit alterum simul esse in eodem loco. Continetur autem corpus immateriale, quemadmodum est lumen, situaliter, sed compatitur alterum secum. Corpus vero glorificatum non continetur situaliter, ut sit assignare hanc partem ibi et hanc partem hic, secundum partes loci; sed definitive, ut sit hic ita quod non alibi. Corpus vero glorificatum divinum ampliorem habet potentiam: est enim hic, ita quod potest esse alibi cum est hic; et propter hoc, nec continetur situaliter, nec materialiter, nec definitive simpliciter, sed quoad quid: est enim hic ita quod non ubique. Sed hoc || contineri differt ab illo A 132 c secundum quod dicitur contineri a sacramento. In illo enim tenet vestigium illius modi secundum quem Deus est essentialiter in omni re, sive maiori sive minori. In eo enim quod est corpus glorificatum divinum, est ei attribuere quaedam secundum quod glorificatum est, et quaedam secundum quod divinum est. Secundum autem quod est divinum, est duplex attribuere: tum quia potest esse in pluribus locis simul, tum quia

1 se] et *add.* B. 2 cuilibet parti] cuiuslibet sue B. || Et ponitur] supra ponitur (*pro* supponitur ?) A. 4 oppositi. Similiter] opponitur simpliciter A, ponitur exemplum *add.* BEPT. 5 annuloso] anguilloso T, sicut in anguillis patet *add. mg.* E. || quod] et A. || si *om.* T. 7 talibus] omnibus B. || est *om.* B. 8 ab aliquo *om.* B, alter *pro* ab A. || vero[2] *om.* B. 9 non] situaliter *add.* BEPT. 10 vero... situaliter *om.* T, *exp.* non E. 10-11 commetiuntur... Continetur *om.* (*hom.*) T. 12 ita *om.* T. 13 immateriale] materiale T. 15 assignare] ad singulare A. 15-16 ibi... partem *om.* (*hom.*) P. 16 sed] nec *add. mg.* T. 17 alibi] alias T, ibi vel *praem.* E, unde angelus qui operatur in Anglia non potest simul et semel operari in Francia *add. mg.* A[3]. || vero] eius P, enim T. || divinum] Domini B, dominicum PT. 18 est... ita *om.* T. 19 est] sit B. || nec[1]] non BP. 21 contineri] continere *codd.* 22 enim] autem PT. 23 quem] quod BPT. 24 omni *om.* T. 25 ei B, *om.* AEPT. 26 est *om.* B. || et *om.* T. 27 est[3] *om.* B. || duplex] dupliciter T. 28 tum[1] *om.* B. || quia[1]] quod T.

1 Ita Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 4 (f. 18d); idem exemplum refert atque reicit Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 8 (PL 217, 861 B). 2 Aristot., *De anima*, I, t. 93 (Bekker, 411b 19-22; Didot, III, 443 52-444 1).

aequaliter est secundum se totum sub toto et parte, quemadmodum Deus aequaliter est in toto et in parte. Sed in hoc est differentia: quia, cum dicitur Deus esse in toto aut in parte, non continetur, sed continet; cum autem corpus eius dicitur esse sub toto aut parte, continetur. Hoc autem habet de ratione corporis. Non autem circumscribitur: hoc enim removetur propter esse spirituale quod habet, et magis propter esse divinum. Circumscribi enim dicitur loco, cum loco assignantur principium et medium et finis. — De hoc dicit magister H u g o [1]: « Noli putare, quando partes vides in sacramento altaris, quasi
P 183r divisum et separatum sit a se, aut velut per membra || discerptum corpus Christi. Ipse integer manet nec dividitur; sed tibi secundum speciem exhiberi oportebat quod ad mysticam significationem pertinebat. Monstrat tibi foris speciem, in qua sensus tuus erudiatur; [servat] intus corporis sui incorruptionem, in qua unitas eius non dividatur. Videtur pars una, et quasi pars esse videtur; et totum ibi est, nec minus in parte quam in toto. Quotcumque feceris partes, in singulis totum est. Nec mireris, si in pluribus locis est unus, in pluribus locis esse totum. Utrumque mirum. Cogita facientem, desinet esse mirabile. Si vero [mirabile esse] non desierit, tamen incredibile non erit. Si factor omnipotens, nihil impossibile videbitur ».

g. R e s p o n d e m u s ad aliud quod pes non est in eodem loco in quo manus continetur; tamen sub eadem parte formae. Unum enim illorum refertur ad esse partis in toto, et alterum ad esse partis sub signo. Partes autem in suo toto proprium habent situm. Referendo tamen ad locum corporalem, partes corporis glorificati non distinguuntur per partes ipsius. Referendo autem ad signum continens partes corporis divini,

---

1-2 et... et *om.* PT. 2 in[2] *om.* BE. 3 esse] est BE. || in[2] *om.* BEPT. 4 eius *om.* B. 5 aut] sub *add.* E. || continetur] contentum E. || autem *om.* ET. 6 enim] autem E, scilicet circumscribi *add.* B. || removetur] remanet T. 7 propter esse *om.* P. 8 cum] cui AE, in *add.* B. 9 et[1]... finis *om.* T, *om.* et[1] BE. 12 Ipse] enim *add.* E. 13 quod ad] quoad PT. 15 intus] virtus P. || sui incorr. *Hugo*, tui incorr. AEPT, sui incorporationem B. 16 dividatur *Hugo*, dividitur *codd.* || et quasi] vel quasi *et add.* minus in parte quam T. 18 Quotcumque] quantumcumque B. 19 esse *om.* A. 20 desinet] et desinat B. 21 tamen] tunc B. 21-22 Si... omnipotens *om.* T. 22 nihil] incredibile vel *add.* E. || videbitur] videtur BE. 25 illorum *om.* T. || refertur] referatur PT. || et *om.* E. 28-29 ipsius... partes *om.* (*hom.*) T.

---

[1] Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 11 (PL 176, 469s.).

---

§ *g*: cf. *Glossa in Decretum*, de cons., d. 2, c. 78: *Ubi pars est* (col. 2561).

sub eadem parte signi est pars una, sub qua est alia: non enim totum in suis partibus est distinguibile || sub signo. E 247r

h. Ad tertium dicendum quod sine sui contractione est sub maiori forma et minori totum, licet sit in se compositum. Est enim simplex respectu ipsius. Simplex autem respectu compositi non recipit permutationem in partibus.

i. Ad quartum est responsio quod transsubstantiatur totum in totum, quia haec transsubstantiatio est in prius exsistens, quod non recipit in partibus divisionem aut dilatationem, sicut accidit in corpore materiali in quod convertitur nutrimentum.

k. Responsio ad quintum est quod, licet corpus Christi habeat quantitatem determinatam, improportionalis tamen est illa quantitas quantitati in specie panis; et ideo indifferenter potest esse sub specie panis maiori aut minori. Dupliciter autem est improportionale: tum quia glorificatum, tum quia divinum.

10. Quid autem partes illae significent [811, 16]. De significatione istarum partium sumuntur tales versus :

> Hostia dividitur in partes: tincta beatos
> plene, sicca notat vivos, servata sepultos.

Vel aliter secundum Innocentium[1]: « Corpus Christi est universalis Ecclesia, scilicet caput cum membris, iuxta quod ait Apostolus, I Cor. 10, 17: *Unus panis et unum corpus sumus in Domino*. Una pars est ipsum caput; altera vero illi quorum corpora sunt in tumulis, animae vero sunt cum Christo. Et sunt quasi simul hae duae partes. Unde Matth. 24, 28: *Ubicumque fuerit corpus, congregabuntur* etc. Propterea duae partes extra calicem, id est extra passionem, reservantur, || quia, ut A 132d ad Rom. 6, 9: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur;* et Apoc. 21, 4: *Absterget Deus* etc. Tertia pars, in calice posita, significat eos qui adhuc in passione subsistunt, donec ab hac vita migrantes, ad caput suum transeant ».

2 suis BE, illis A, hiis PT. 3 dicendum] dicimus ET. 4 in se *om.* T. 5 ipsius] signi *add.* B. 7 est resp.] respondeo BT. 8 in prius] ipsius PT. 10 accidit] contingit B, *om.* T. 11 Responsio... est] ad quintum resp. B. 12 improportionalis] improportionabilis E. 14 maiori a. minori] minoris a. maioris B. 15 improportionale] improportionabile BE. 17 sumuntur] sumentur B. 19 sicca] fracta B. 22 I] ad *add.* B. 23 illi] illis P, *om.* B. 24 sunt[2] *om.* T. 25 Matth. 24] in Matth. B. 26 etc.] et aquile BE. 28 ad Rom. *om.* T. || resurgens *Innoc.*, resurrexit ABPT, re. E. || ex] a P. 29 Deus] omnem lacrimam *add.* B, omnem lacrimam ab oculis sanctorum *add.* E (*om.* etc.). 30 eos] illos T.

[1] *De s. altaris mysterio*, VI, c. 3 (PL 217, 907s.).

Num. 10: anon. Tr, f. 163a; anon. V, f. 133a. Cf. Bonav., hic, p. 1, a. 3, q. 3 (IV, 285).

B 137 r **11.** || **Post haec quaeritur** etc. [812, 18]; **quotidie immolatur in sacramento** [813, 8-9]. De hoc Innocentius[1]: Quinque de causis fit haec immolatio: quia quotidie peccamus, et ideo
T 154 d paratam oportet esse medicinam; ut *lignum vitae* sit *in medio paradisi*[2], de quo edentes non deficiant; || ut nobis uniatur Christus sacramentaliter, vel potius nos ipsi spiritualiter; ut habeamus memoriam passionis qua passus est pro nobis; ut Iudaei conversi vero Agno loco typici utantur.

12. Nonne per singulos dies offerimus [813, 14]. *a.* Videtur contrarium, quia in die Parasceves non offerimus; ideo reservatur corpus Christi de die praecedenti, et in die Parasceves intingitur vino et sumitur. — Responsio ad hoc est, quod aliud est consecrare et aliud offerre. Non fit illa die consecratio, fit tamen oblatio « in recordationem mortis eius » [813, 15].

b. Sed quaeritur quare in die Parasceves non fit consecratio; praeterea, quare retinetur sacramentum corporis, non sanguinis. — Respondemus ad primum: quia non fuit Christus illo die sub figura oblatus, sed visibiliter in propria specie. Vel hoc est quia dixit[3]: *Non bibam* illud donec *bibam illud novum in regno Patris mei;* et propter hoc non conficitur sacramentum ante repraesentationem resurrectionis, de qua fit hic mentio, in sabbato Paschae. — Ad aliud dicendum quod non reservatur sacramentum sanguinis propter periculum. Opinati sunt autem aliqui[4] quod vinum intinctione corporis convertatur in sanguinem; sed si hoc est, tunc liceret sacerdoti sumenti vinum purum, quo intingeretur corpus Christi, iterum eodem die consecrare.

1 etc. *om.* PT, c. *add.* A, s. *add.* E, cum *add.* PT. 7 qua *om.* T. 9 offerimus] etc. B. 10 contrarium] contra P, per *praem.* T. || ideo] tunc *add.* T. 11 et *om.* PT. 12 et] non *add.* P. || Responsio... quod] resp. E, resp. ad h. q. B. 13 et *om.* E. 14 fit *om.* T. 15 quaeritur *om.* B. 16 praeterea] postea A, queritur *add.* P. || corporis] et *add.* PT. 17 quia] quod PT. 18 in] sub P. || propria] sua T. 19 est] fit E. 21 qua] quo T. || hic B, *om.* AEPT. 22 dicendum] respondendum T. || reservatur B, observatur AEPT. 23 autem] tamen E. 24 aliqui] quidam T. 26-27 consecrare *om.* P, celebrare vel *praem.* E.

1 Non invenimus. Cf. supra, dist. 8, n. 1. 2 Gen. 2, 9. 3 Matth. 26, 29; Marc. 14, 25. 4 Opinio similis tribuitur Mauritio, episc. Parisiensi, in *Summa* Praepositini, IV: « Mauritius, episcopus Paris., dicebat quod ad tactum sanguinis fit transsubstantiatio, sicut ad tactum aque benedicte aqua sanctificatur. Et secundum eum, post ablutionem sumptam celebrare potest sacerdos, quia ieiunus » (Tudert. 71, f. 134b). Cf. E. Dumoutet, in *Archives d'hist. doct. et litt. du M. A.*, XIX, 1943-1945, 208ss.

Num. 11: anon. Tr, f. 153a; anon. V, f. 133b. — Num. 12: anon. P, f. 65v; anon. Tr. f. 163a; anon. V, f. 133b. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 2 (IV, 299).

13. Institutum autem est hoc sacramentum [814, 7]; scilicet **in remissionem peccatorum** [814, 11]. *a.* Quaestio est, cum istud sacramentum sit maius aliis, et in aliquo vel in aliquibus aliorum sit remissio mortalis peccati, utrum in hoc fiat remissio mortalis peccati. Quod videtur, per hoc quod dicitur in collecta [1]: « Sit ablutio scelerum »; scelera autem proprie dicuntur mortalia peccata. — Praeterea, Iulius papa dicit [2]: « Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione dabitur Domino, quando in ipsius sacrificii oblatione erratur » ?

b. Contra hoc est quia, si digne accedit, dimittuntur prius; ergo non tunc dimittuntur. Si indigne, augetur peccatum, quia *sibi iudicium manducat et bibit* [3]. — Si dicitur quod tollit poenam mortalis, sicut in adulto per Baptismum [4], non erit iniungenda poenitentia.

c. Respondemus ad hoc quod venialia delentur virtute sacramenti. Nec sequitur, si est maius, quod quoad hunc effectum sit maius. Dicitur enim maius ratione maioris contenti et || quia significat gratiam unionis, quae maxima est inter gratias. — Valet etiam ad deletionem poenae mortalis peccati, quia per ipsum unimur corpori mystico, vel simpliciter vel magis, et ita efficit || quod nobis valeat satisfactio corporis mystici, scilicet Ecclesiae, quae est satisfactoria pro membris. Nihilominus tamen poena satisfactoria est iniungenda ipsi membro, eo quod non est certum de remissione peccati quoad poenam. P 183 v E 247 v

14. Si autem quaeritur etc. [814, 23]; || **Quotidie Eucharistiam** etc. [814, 24]. De hoc Augustinus, *De inquisitionibus* || *Ianua-* B 137 v A 133 a

1 scilicet *ita* (*pro* infra ?) AEPT, *om.* B. 3 in² *om.* EP. 4 sit... fiat] fit... fit T 6 autem] enim E, *om.* B. 6-7 proprie dicuntur] sunt T. 7 peccata *om.* E. 11 est *om.* T. 12 tunc *om.* T. 12 Si... peccatum] sed... per centum A. 13 sibi] ibi A. || Si] sed PT. 15 iniungenda] adiungenda E. 16 Resp. ad h.] responsio ad h. est E. || delentur] in *add.* A. 17 Nec] et non B. || maius] sacramentum *add.* B. 18 maioris] melioris B. 20 poenae *om.* T. 21 unimur] uniuntur B. 22 et] quia T. 24 est *om.* T. 27 Quotidie] inquit *add.* B(*Lomb.*). || Euchar.] de eucharistia PT. || etc. *om.* BET.

1 *Missale Rom.*, n. 35 inter 'Orationes diversas', Postcommunio. 2 In *Decreto* Gratiani, de cons., d. 2, c. 7 (I, 1315s.). 3 I Cor. 11, 29. 4 Cf. supra, d. 4, nn. 1-3, 19-21.

Num. 13: anon. P, f. 66v; anon. Tr, f. 163a-b; anon. V, f. 133c. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 134d-135a); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 91; Bonav., hic, p. 2, a. 1, qq. 2-3 (IV, 291ss.). — Num. 14: anon. V, f. 133c.

rii [1]: « Non litigaverunt inter se Zachaeus et Centurio, cum alter eorum *gaudens* in domum suam suscepit Dominum [2], alter eorum dixit [3]: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum:* ambo Salvatorem honorantes, ambo miseri, ambo misericordiam consecuti [4]. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique fidelium manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat [5]; sic uniuscuiusque in ore christiani sacramentum quo subiugatus est. Nam ille honorando non audet quotidie sumere, et ille honorando non audet ullo die praetermittere. Contemptum solum non vult cibus iste, sicut [nec] manna fastidium ».

DISTINCTIO XIII.

1. Solet etiam quaeri utrum pravi sacerdotes [815, 12]; **licet pravi sint, consecrant vere** [815, 14-15]. *a.* Quaestio est an aliquis, sciens se esse in mortali, peccet mortaliter tangendo corpus Christi. Quod videtur, per locum a minori: habetur enim II Reg. 6, 3-7, quod Oza, qui tetigit arcam, in qua erant sacramenta quae erant figura corporis Christi, percussus est et mortuus; multo fortius, si tangitur corpus Christi, erit mors spiritualis.

b. Similiter quaeritur de vidente corpus Christi exsistente in mortali: utrum peccet mortaliter. Quod videtur, I Reg. 6, 19: de Bethsamitis qui videntes arcam mortui sunt.

c. C o n t r a r i u m videtur Num. 21, 9, quia qui percussi erant a serpentibus, respicientes in aeneum serpentem fixum in palo, sanabantur. Per quod figurabatur quod percussus a dia-

3 dixit] Domine *add.* T. 5 quod] quia PT. 7 in ore[1] *om.* B. 9 quotidie... audet *om.* (*hom.*) A, *mg.* (*om.* quotidie) B. || ullo] aliquo E, nullo P. 10 iste] ille PT. 16 enim *om.* T. 17 Oza] quidam E. || qui *om.* T. 19 mortuus] est *add.* BP, est et *add.* T. || multo] ergo *add.* E. || tangitur] tangere B. || Christi] et *add.* A. 21-22 vidente... mortali] existente in mortali et vid. c. Christi E, peccato *add.* T. 23 Bethsamitis *ita codd.* 24 Contrarium] contra PT. 25 in[1] *om.* B. || fixum in *om.* B. 26 sanabantur] sanati sunt T. || figurabatur] significabatur B.

[1] *Epist. 54*, c. 3, n. 4 (PL 33, 201s.). [2] Luc. 19, 6. [3] Matth. 8, 8; Luc. 7, 6. [4] I Petri 2, 10. [5] Cf. Augustinus, *Retract.*, II, c. 20 (PL 32, 638).

Num. 1: anon. Tr, f. 162a-b; anon. V, f. 133b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 5, c. 5, q. 3 (f. 19d-20a); Bonav., d. 9, a. 2, q. 2 (IV, 209s.).

bolo per peccatum mortale, sanatur respiciendo corpus Christi. Ergo non est peccatum, sed bonum, videre corpus Christi, quod est medicina quotidianae infirmitatis.

d. Respondemus: visus est a remotis, tactus per immediationem, quia per medium intraneum [1]; et ideo, quia infectio est in tactu polluto - dico autem pollutione peccati; unde dicitur Malach. 1, 12: *Polluistis panem meum;* iste quodam modo attribuitur pani ad maiorem execrationem, cum dicitur ibidem [2]: *Offertis mihi panem pollutum* - tangentes peccant, licet non videntes. Frequentia tamen in videndo propter irreverentiam potest aggenerare peccatum.

e. Ad illud vero quod dicitur in Num. 21, 9, dicendum quod ille respectus in aeneum serpentem significat non respectum visibilem in corpus Christi secundum visum exteriorem, sed secundum visum fidei et compassionis Iesu Christi passi. Hoc enim respectu sanatur percussus a diabolo, non respectu sacramentali.

f. Ad illud vero quod obicitur de Bethsamitis, dicendum est quod hoc non fuit propter visum tantum, sed propter alia peccata; maxime quia arcam Domini penes se volebant detinere.

2. Quaestio etiam est de duobus sacerdotibus, quorum unus simulat se celebrare propter conscientiam peccati mortalis, alter vero celebrat cum conscientia mortalis, instante populo: quis illorum gravius peccet? — Responsio est [3]: «Cum falsa sint abicienda remedia, quae sunt veris periculis graviora, gravius procul dubio videtur offendere, qui sic fraudulenter illud praesumpserit simulare: cum ille, culpam vitando dum facit,

1 respiciendo] respiciens E. 2 Ergo... Christi *mg.* (*hom.*) A, ergo bonum est vid. corpus Chr., quia bona est sanitas; ipsa enim corpus Christi E. 3 quod] quia PT, *om.* E. || est *om.* P. 4 tactus] est *add.* T. 7 iste] et ideo B. 11 aggenerare] aggravare ET. 12 in *om.* B. || 21 *om.* ET. 13 significat] figurat E. 14 secundum] sed PT. || visum] usum B. 15 visum] usum B, respectum E. 18 illud] id T. || Bethsamitis *ita* AEPT, betsamis B. 19 est *om.* B. || propter[2] *om.* T. 20 peccata] et *add.* E. 24 celebrat cum consc.] celabat conscientiam A. || mortalis] peccati *add.* ET. 25 peccet] peccat E. 26 remedia] magis sunt abicienda illa *add.* B. 27 procul... offendere] sine... peccare E. 28 culpam] non *add.* B.

1 Aristot., *De anima,* II, tt. 115-116 (Bekker, 423b 12-16; Didot, III, 460 1-17). 2 Malach. 1, 7. 3 Innocentii III, *Regesta,* XI, n. 146 (PL 215, 1463s.); ap. *Decretales,* compil. III, lib. III, tit. 33, c. 6 (ed. A. Augustini, p. 373); compil. Greg. IX, lib. III, tit. 41, c. 7 (II, 640).

Num. 2: cf. Bonav., hic, dub. 2 (IV, 312s.).

in solius Dei misericordis manum incidat; iste, culpam faciendo dum vitat, non solum Deo, cui non veretur illudere, sed populo quem decipit se adstringat ».

3. Sacrificium vero quasi sacrum factum [816, 5-6]. Notandum est, secundum Innocentium[1], quod « tria sunt Ecclesiae sacrificia, quae in Veteri Testamento sunt significata per propitiatorium, thuribulum et altare, Ex. 36 de iis, scilicet
T 155 a sacrificium poenitentiae, || iustitiae et Eucharistiae. De primo dicitur[2]: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus;* de secundo[3]: *Tunc acceptabis sacrificium iustitiae;* de tertio[4]: *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Super altare caro mactatur; infra thuribulum thus adoletur; ad propitiatorium sanguis infertur. Caro mactatur in contritione; thus adoletur ex devotione; sanguis infertur
E 248 r pro redemptione. In sacrificio compunctionis || vinum doloris
A 133 b in corde, aqua plorationis, panis laboris; in sacrificio || iustitiae panis fortitudinis et constantiae, vinum rectitudinis et prudentiae, aqua mansuetudinis et temperantiae; in sacrificio Eucharistiae panis unitatis, vinum caritatis, aqua fidelitatis ».

4. Quid melius corpore et sanguine Christi [816, 13-14]. Contra, super illud I Cor. 10, 11: *Haec omnia in figura contingebant,* dicit Glossa[5]: « In bonis multo melius figuratum per ipsam figuram quam ipsa figura ». Sed corpus Christi est figura corporis mystici; ergo corpus mysticum est melius. — Contra: est causa illius, ergo melius ipso[6]. — Respondemus ad hoc quod corpus Christi non dicitur proprie figura corporis mystici, sed agnus paschalis et manna dicuntur

---

2 cui] qui A. || non veretur] videtur BPT. 3 adstringat] constringat AE, obligat B. 6 Testamento] lege E. || significata] figurata E. 7 per *om.* B. || scilicet *om.* T. 9 dicitur] ibi *add.* T. 10 sacrif. iustitiae] sacrif. etc. A, etc. P. || Tibi E (*Innoc.*), ibi ABPT. 11 Super] supra E. || thus] caro E. 12-13 ad... adoletur *om.* (*hom.*) P. 13 in] ex T. || ex *codd.*, in *Innoc.* 14 compunctionis ABE (*corr. in* contritionis A[2]), contritionis PT, poenitentiae *Innoc.* || vinum] compunctionis vel *add.* T. || doloris] et compunctionis *add. Innoc.* 16 panis... constantiae *om.* E. || et[1]] in A. 16-17 prudentiae... et *om.* (*hom.*) B. 17 sacrificio BT (*Innoc.*), sacramento AEP. 19-20 Contra] qua A. 20 I] ad *add.* BE. 21 multo] nihilo E, nullo PT. || figuratum] figuratur AEPT, significatum B. 22 quam] pro *add.* T. 24 ergo] est *add.* BT. 26 dicuntur] proprie *add.* B.

---

[1] *De s. altaris mysterio,* III, c. 4 (PL 217, 842s.). [2] Ps. 50, 19. [3] Ps. 50, 21. [4] Ps. 115, 17. [5] Lombardi in h. l. (PL 191, 1620 C). [6] Alanus ab Insulis, *De art. cath. fidei,* prol.: « Omnis causa prior et dignior est suo causato » (PL 210, 598 C).

Num. 3: anon. V, f. 133d. — Num. 4: anon. Tr, f. 163d; anon. V, f. 133c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 5, c. 3 (f. 18a); Alb. Magnus, hic, a. 33 (XXIX, 392s.).

BIBLIOTECA PROVINCIAL N.º SÃO PAULO

figura corporis Christi. Ea enim quae in Veteri Testamento erant, sunt figura eorum quae sunt in Novo. Quae vero sunt in Novo, eo quod non tantum sunt signa, sed etiam causae, figurae proprie non dicuntur. Et secundum hunc modum fit sermo in Glossa. — Si tamen concedatur aliquo modo quod sit figura corporis mystici, et quod etiam in iis teneat regula [1], dicendum est quod corpus mysticum dupliciter accipitur. Uno enim modo est Christus secundum quod homo de corpore mystico, et secundum hoc plura bona sunt in corpore mystico quam in corpore Christi. Si vero accipiatur corpus mysticum 'membra congregationis fidelium', secundum hoc melius est corpus Christi quam corpus mysticum. Dico autem 'corpus Christi' Christum secundum quod est homo.

5. Illi vero qui excommunicati sunt vel de haeresi manifeste notati [816, 21-22]. *a.* Quaestio est propter quid ii non possint conficere sacramentum. Si enim propter praesentiam angelorum, quae requiritur in hoc sacramento [2], videbitur tunc quod sacerdotes mali non consecrent. Aut enim adest praesentia angelorum per invocationem virtutis verborum; aut deest propter malitiam consecrantis. Si primo modo, cum eadem sit virtus verborum, a quocumque habente Ordinem debitum dicantur, in || debita materia et debito loco et intentione, fiet P 184r consecratio; et ita, cum haeretici, licet praecisi, Ordinem habeant, virtute verborum poterunt consecrare. Si secundo modo, ergo nulli mali sacerdotes consecrant.

1-2 corporis... figura *om.* (*hom.*) B. || Ea... erant] que enim erant in v. test. E. 2 sunt[1]] erant E, dicuntur T. 2-3 Quae... Novo *om.* (*hom.*) BP. 2 vero] non T. 3 non *om.* T. 6 teneat] tenet BE. 7 est *om.* B. 9 et *om.* B. || sunt in] sub T. 10 mysticum] Christi tantum E. 13 Christum] ipsum T. || est *om.* PT. 15 ii] isti B. 15-16 possint] possunt BPT. 16 enim] hoc est *add.* BEPT. 17 quae req.] qui requiruntur P. || videbitur] videtur ET, videbatur P. 18 consecrent] consecrant B. 19 per invocationem *om.* T. || virtutis] virtute BT. 20 modo *om.* T. 21 verborum *om.* E. 21-22 dicantur] proferantur *et trp. p.* quocumque E. 22 debito *om.* E. || fiet] fit T. 23 Ordinem] ordines E. 24 virt. verborum *om.* E. || consecrare] conficere E.

---

[1] Alani supra citata. [2] Ut dicitur in litt. (p. 817, lin. 16-17).

Num. 5: anon. P, f. 69r; anon. Tr, f. 163d-164a; anon. V, f. 133d. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 30-32 (XXIX, 388ss.); Bonav., hic, a. 1, qq. 1 et 4 (IV, 302s., 306s.). Albertus ipsum Alexandrum (male intellectum) respicere videtur cum dicit: «Et ideo etiam non videtur quibusdam doctoribus consentiendum, qui hic subtiliendo inquirunt quare haeretici... non conficiant, quia simpliciter falsum est quod dicunt» (p. 390).Cf. K. F. Lynch, *The alleged fourth Book on the Sentences of O. Rigaud*, in *Fr. Studies*, IX, 1949, 120s.

b. Praeterea, aut hoc est quia malus, aut quia haereticus, aut quia praecisus. Non quia malus, quia, ut dicit Augustinus[1]: « Nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote ». — Si quia haereticus, secundum hoc non haberet potestatem baptizandi. Oportet enim Baptismum fieri in fide. Et si dicatur quod oportet fieri in fide Ecclesiae, non autem in fide baptizantis, eodem modo videbitur esse de consecratione: quod ipsa debeat fieri in fide Ecclesiae, non autem consecrantis. — Si vero dicitur quod hoc est quia praecisus, secundum hoc videbitur, si aliquis iniuste excommunicatus est, quod non habeat potestatem consecrandi: praecisus enim est ab Ecclesia militante ad tempus, licet non simpliciter.

c. Praeterea, propter quid dicitur de simoniacis plus quam de aliis peccatoribus, quod non consecrant [817, 18] ? Sicut enim hoc peccatum tollit caritatem, sic et alia mortalia tollunt caritatem, in qua consistit unitas Ecclesiae. — Praeterea, propter quid istud dicitur de his tribus: de haereticis notatis et excommunicatis et simoniacis ?

d. Respondemus[2] quod in hoc sacramento triplex figuratur unitas, scilicet fidei, gratiae et caritatis, quae est gratia communionis. Quia ergo hoc sacramentum per se figurat hanc triplicem unionem in corpore mystico, ei opponitur triplex peccatum, scilicet infidelitatis notorium; simonia, quae ponit gratiam, quae est impretiabile, sub pretio et ita non esse gratiam; et excommunicatio iusta, quae per se opponitur gratiae communionis in corpore mystico. Quia ergo praecisi sunt omnes huiusmodi peccatores ab unitate corporis mystici, et secundum se et secundum caput corporis mystici, non habent exse-

1 aut[2]] vel T. || quia[2] *om.* P. 2 quia[3] *om.* A. || ut *om.* BEPT. 3 a[1]] in *codd.* || a[2]] in B. 6 fieri *om.* T. 7 baptizantis] baptiste B. || videbitur] videtur BE. 8 debeat] debebat AE. || non autem] et non in fide E. 9 dicitur] dicatur E. 10 videbitur] videtur BE. || iniuste] iuste B. || quod E, *om.* ABPT. 14 quod n. consecrant] q. n. consecrent T, *om.* B. 16 Praeterea] queritur *add.* T. 17 istud *om.* BT. || his] istis E. || de[2] *om.* BET. 19 Respondemus] non est hec vera opinio *nota mg.* A[2]. 20 figuratur] est B. 21 communionis] communicationis P. 23 infidelitatis] infidelitas EP. || notorium] notatur A, notoria E. 24 impretiabile] impreciabilis P, principalis T. 27-28 et... mystici *mg.* (*hom.*) A.

1 Immo Paschasius Radbertus, *De corp. et sang. Domini*, c. 12, n. 1 (PL 120, 1310 C); sub nomine Augustini in *Decreto* Gratiani, C. 1, q. 1, c. 77 (I, 385) et hic in litt. (p. 815). 2 Alexander partim corrigit et partim sequitur opinionem Magistri, utique erroneam (ut notatur in margine cod. A) moxque obsoletam, quam inter antiquos item tenuerunt Petrus Pictav., *Sententiae*, V, c. 13 (PL 211, 1257 A); Ps.-Hugo de S. Victore, *Quaest. in epist. B. Pauli*, in I Cor., q. 102 (PL 175, 532 C) etc. De his planius infra, n. 9.

cutionem potestatis secundum ordinem: exsecutio enim ordinate descendit a capite principali usque in ministros Ecclesiae qui vicem capitis gerunt. Licet tamen baptizare, quia Baptismus fit in fide Ecclesiae. Sicut enim per alium contrahitur peccatum originale, ita per alterius fidem fit regeneratio spiritualis in parvulis [1]. Non sic autem est in Sacramento altaris: virtute enim ipsius confertur gratia iam adultis. Convenit enim eum qui tenet vicem ministri Ecclesiae fidem habere, in qua fide consecret. Si vero non habet fidem, dummodo credatur fidem habere et ab Ecclesia approbetur tamquam || habens, etsi non A 133c ei valeat consecratio, valet tamen communicantibus.

e. Ad illud vero quod quaeritur de iniuste excommunicato, dicendum est quod potestatem habet consecrandi. Non enim est extra Ecclesiam triumphantem, licet habeatur separatus a militante. Si vero deponatur sacerdos, licet ei relinquatur character, non relinquitur ei potestas consecrandi, ut I Causa, quaestione 1, *Opponitur* [2].

6. Per manus sancti angeli tui [816, 30]. De hoc Gregorius in *Moralibus* [3]: «Non dicitur angelus orationes nostras Deo offerre, quasi tunc primo noverit Deus quid velimus, qui omnia novit antequam fiant; sed quia necesse habet rationalis creatura temporales curas ad aeternitatem referre, sive petendo quid erga se fiat, sive consulendo quid faciat»; «ut quod Deo iubente implendum esse cognoverit, hoc nobis evidenter vel latenter reportet».

7. Missa nequaquam iure vocari potest [816, 31]. || De hoc E 248 v magister Hugo de S. Victore [4]: «Missa dicta est quasi transmissa, eo quod populus fidelium per ministerium sacer-

3 Licet] eos *add.* E. 7 iam] in P, *om.* T. || enim] etiam B. 8-10 in... habere *om.* (*hom.*) B. 9 vero *om.* T. 10 et *om.* PT. 11 consecratio] consecutio B. 13 est *om.* B. 16-17 ut... Opponitur *om.* B. 18 De] pro P, per T. 20 Deo *om.* T. || quasi] quia E. || qui] quia EP. 21 habet *om.* A. 22 curas] causas T. 23 quid faciat *om.* T.

[1] Cf. supra, d. 4, n. 6. [2] Can. 97, § 2: «Opponitur autem huic sententiae Augustini... Suspenso enim vel deposito sacerdote, nulla ei relinquitur potestas sacrificandi» (I, 395). [3] Immo Augustinus, *Epist. 140* (*ad Honoratum*), c. 29, n. 69 (PL 33, 568), et *Epist. 130* (*ad Probam*), c. 9, n. 18 (PL 33, 501). Eadem in *Glossa* Lombardi super Philip. 4, 6 (PL 192, 254 A-B); hic in litt., d. 45, c. 6 (p. 1010), et ap Innocentium III, *De s. altaris mysterio*, V, c. 5 (PL 217, 891 B-C), unde haec deprompsit Alexander. [4] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 8, c. 14 (PL 176, 472 A-B).

Num. 6: anon. P, f. 69r. — Num. 7: anon. P, f. 69r-v; anon. V, f. 134b. Cf. Bonav., hic, a. 2, dub. 3 (IV, 313)

dotis, qui mediatoris vice fungitur inter Deum et homines, preces et vota et oblationes Deo transmittat. Ipsa etiam hostia sacra 'missa' vocari potest, quia transmissa est primum a Patre nobis, ut nobiscum esset; post a nobis Patri, ut pro nobis intercederet. Primum a Patre nobis per incarnationem; post Patri a nobis per passionem. Modo in sacramento: nobis a Patre
T 155 b primum || per sanctificationem; post Patri a nobis per oblationem, quae pro nobis intercedit ».

B 138 r **8. Quod a brutis animalibus** [818, 5]. || Quaestio est propter quid, si corpus Christi ibi est, non sumitur a brutis animalibus. — Responsio est ad hoc, quod differt sensus in brutis et in nobis. Est enim in nobis ordinatus ad rationem, in brutis vero non. Quia ergo corpus Christi sub sacramento non dicit tantum quod ad sensum pertinet, sed quod ad rationem, quod sensus est a brutis sumitur, scilicet species panis; quod in ordine ad rationem est non sumitur, scilicet corpus Christi.

9. Super illud prius dictum [1]: **Illi vero** etc. [816, 21]. Quidam habent potestatem conficiendi, quidam non. Qui extra Ecclesiam susceperunt Ordines, qui non habent Ordinem existentes in Ecclesia, qui degradati sunt, non habent potestatem. Qui vero habent potestatem, quidam habent auctoritatem exsecutionis, quidam non. Qui habent potestatem, non auctoritatem exsecutionis, ligata est eorum potestas. Qui vero sunt ligati, quidam sunt separati, et quidam non. Qui vero sunt separati, quidam ipso iure sunt separati, quidam non. Qui vero ipso iure sunt separati, aut sunt sicut haeretici notorii, aut schismatici, aut fornicarii notorii. Ii autem sunt separati ipso iure, quia hae-

1 homines] hominem E. 2 etiam] autem P. 3 transmissa] missa PT. || est *om.* E. 6 Modo BE(*Hugo*), tertio APT. 8 quae *codd.*, qua *Hugo*. 9 Quaestio est] queritur B. || est *om.* P. 10 est] sub specie illa panis, quare *add.* B. || animalibus *om.* B. 11 est... quod *om.* BE. || sensus] esse T. 13 vero *om.* E. || dicit *om.* T. 14 quod[3]] enim *add.* B. 15 quod] enim *add.* B. 17 Super... dictum *om.* B. || Illi vero] est P. 19 Ordinem] ordines E. 20 sunt] ipsi *add.* B. 21 Qui vero] corum vero qui B, quidam vero P. 21-22 quidam... potestatem *om.* (*hom.*) A. 23 eorum] horum T. || Qui] quidam T. 24 sunt[1] *om.* P. || et *om.* B. 25 sunt separati *om.* T, et *add.* E. || Qui *corr. in* quidam A[2], quidam P. 26 aut[1] B, ut AEPT. || sicut *om.* ET.

1 Hic supra, n. 5.

Num. 8: anon. P, f. 70v; anon. Tr, f. 164b; anon. V, f. 134b. Alii plures ap. A. Landgraf, *Die in der Frühscholastik klassische Frage Quid sumit mus*, in *Divus Thomas* (Frib.), 30, 1952, 33-50; H. Betti, *La ragione della permanenza di Cristo nell'Eucaristia*, in *Studi Franc.*, XXV, 1953, 149-168. — Num. 9: anon. P, f. 69r.

retici sunt divisi ab unitate fidei, simoniaci ab unitate gratiae, schismatici ab unitate caritatis, qua compaginatur corpus mysticum; fornicarii notorii ab unitate sacramenti. Qui vero non sunt separati ipso iure, sunt sicut excommunicati; qui vero ligati, non separati, sicut suspensi. Quibus ergo relinquitur potestas Ordinis, possunt conficere; quibus vero potestas auctoritatis quoad exsecutionem, simpliciter; sed peccant si fuerint mali. Quibus vero non relinquitur auctoritas exsecutionis, consecrando peccant; si tamen consecrant, consecratum est. Cum ergo dicitur hic, quod « non videntur posse conficere » [816, 22], dividenda || est potestas: vel potestas ex Ordine, vel ex auc- P 184 v toritate. Si ultimo modo, verum est.

10. In sublime altare tuum [816, 30]. « Est [1] altare superius et inferius, interius et exterius. Et unumquodque est duplex. Superius, Deus Trinitas, Ex. 20, 26: *Non ascendes ad altare meum per gradus* », id est non adscribes minus vel maius in Trinitate personis [2]. « Est superius Ecclesia triumphans, Psalmus [3]: *Tunc imponent super altare tuum vitulos.* Altare inferius, Ecclesia militans, Ex. 20, 25: *Si altare lapideum feceris mihi, non aedificabis de sectis lapidibus.* Est altare inferius mensa templi, de qua dicitur [4]: *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris.* Altare interius, cor mundum, Levit. 6, 12: *Ignis in altari semper ardebit* », id est caritas semper in corde [5]. « Est interius altare fides incarnationis, Ex. 20, 24: *Altare de terra facietis mihi* », id est fidem habebis de incarnatione et non solum de divinitate [6]. « Altare exterius, ara crucis, hoc est *altare holocausti*

1 divisi] separati E. 1-2 simoniaci... caritatis *om.* T. 3 fornicarii] fornicatores T. 4 sicut *om.* P. 6-7 auctoritatis] possunt conficere *add.* B. 7 quoad] ad T. 8 auctoritas] potestas T. || exsecutionis] consecrationis P, in *add.* BET. 9 consecrant] exequantur B, consecratur P. || Cum] quod B, *om.* PT. 11 ex² *om.* B, potestas *praem.* T. 12 ultimo] neutro B. 14 et¹ *om.* AEP. || et² *om.* E. || est *om.* EPT. || duplex] dupliciter P, *om.* T. 16 adscribes] ascribet P. || maius] magis P. 18 inferius] est *add.* BT. 21 in... altaris] etc. B. 22 Altare *om.* BP. || interius] est *add.* T. || mundum] crea *add.* P. || altari] meo *add.* BE, tuo *add.* PT. 23 Est] item B. 24 incarnationis] de incarnatione B. 25 habebis E, habes A, habeto B, habe PT. || et *om.* BEPT. 25-26 divinitate] Trinitate B, deitate PT. 26 altare²] ara T.

1 Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, V, c. 5 (PL 217, 891s.). 2 *Glossa interlin.* in h. l.: « Id est gradus in Trinitate non facies, sicut Arius qui dicit maiorem Patrem, minorem Filium », ap. Lyranum (I, 165v). 3 Ps. 50, 21. 4 Ps. 117, 27. 5 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 113, 312 B). 6 *Glossa ordin.* in h. l.: « Id est fidem incarnationis Filii mei habebis »; ap. Lyranum (I, 165v).

Num. 10: anon. V, f. 134a. Cf. Alb Magnus, hic, a. 34, ad 1 (XXIX, 394).

supra quod sacrificium vespertinum », Levit. 6, 9. « Est et altare exterius ecclesiastica sacramenta, Psalmus [1]: *Altaria tua, Domine virtutum* ». — Si vero quaeratur quod altare sumendum et quae debeant perferri, per hoc patet quod dicitur [2]: *Quotquot ex altaris participatione* etc., in quo notatur translatio membrorum Ecclesiae militantis peti in Ecclesiam triumphantem.

DISTINCTIO XIV.

1. Post haec de poenitentia [819, 4]; **secunda tabula post naufragium** [819, 6-7]. *a.* || C o n t r a, in Matth. 3, 2: *Poenitentiam agite*, G l o s s a [3]: « Prima virtus est per poenitentiam perimere veterem hominem ». Ex quo videtur, si per virtutem liberatur homo a naufragio, quod sit prima tabula. — Praeterea, si est secunda tabula, quare non dicitur secundum sacramentum ?

A 133 d

b. R e s p o n d e m u s ad primum quod poenitentia dicitur prima virtus adultis per peccatum lapsis. Non enim valet Baptismus adultis, nisi cum contritione accedentibus, quae est prima pars poenitentiae. Nec est contrarium quod fides dicitur prima virtus [4]: fides enim dicitur prima simpliciter quoad suum actum, qui est primae potentiae, scilicet intellectivae; poenitentia autem dicitur prima in quodam genere, scilicet in adultis declinantibus a peccato. Nec sequitur, si prima virtus, quod prima tabula sit: tabula enim dicitur quoad esse illud quod habet in constitutione navis. Dicitur ergo tunc 'prima tabula' primum Ecclesiae sacramentum. Sed est quaedam tabula figurans a naufragio liberationem, et quaedam non. Baptismus ergo

1 supra] super B. || et *om.* BEPT. 3-5 Si... quo] quod ergo dicitur hic B. 4 debeant] debent P. || perferri] preferri E. 5 etc. *om.* T. 6 triumphantem] Sequitur tractatus de penitentia *add.* E. 10 agite] etc. *add.* P. 12-13 Praeterea] postea A. || Praeterea... tabula *om.* (*hom.*) P. 15-16 dicitur] est T. 17 cum *om.* A. 18 contrarium] contra PT. 19 fides... prima *om.* B. 21 autem] enim PT. || prima *om.* P, scilicet *add.* B. || in[2] *om.* T. 22 Nec seq.] et non seq. B, quod *add.* BT. || quod *om.* T. 23 dicitur *om.* T. || quoad esse *om.* B. 24 habet in constit.] h. institutione A, habetur in constructione B. 25-26 figurans] significans B.

1 Ps. 83, 4. 2 In canone Missae, *Supplices te rogamus.* 3 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 79 B). 4 Gregorius, *Moral.*, II, c. 46, n. 71 (PL 75, 588 C).

Num. 1: anon. P, f. 71v; anon. Tr, f. 164b-c; anon. V, f. 134a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, q. 1 (f. 22d); Bonav., hic, p. 1, dub. 1 (IV, 328s.).

est prima tabula, figurans liberationem a peccato originali; || E 249r
poenitentia secunda, figurans liberationem a peccato actuali in passo recidivum. Prior ergo est illa gratia quae est in Baptismo ea quae est in Poenitentia. Accidit tamen illas coniungi, ut in adulto contrito baptizato.

c. Ad sequens respondemus quod non sequitur, si est secunda tabula, quod secundum sacramentum; sed 'secundum' de numero eorum quae figurant liberationem a peccato. Confirmatio autem et Eucharistia non figurant liberationem a peccato, sed robur gratiae aut consummationem.

2. || **A timore tuo, Domine** etc. [820, 1]; vel **poenitentiae virtus** B 138v
timore concipitur [819, 26]. *a.* Immo videtur quod fide concipitur, quae est initium iustificationis, Act. 15, 9: *Fide purificans corda eorum.*

b. Praeterea, si concipitur timore, quaeritur utrum servili aut initiali aut filiali [1]. — Praeterea, si amor caritatis est principium merendi, quare non dicitur: 'poenitentiae virtus amore concipitur' ?

c. R e s p o n d e m u s quod duplex est conceptio: in intellectu et in affectu. Quantum ad eam quae in intellectu, poenitentiae virtus concipitur fide; quantum ad eam quae in affectu, concipitur a timore primo. Concipitur autem timore initiali. Timor enim initialis non tantum habet respectum ad praemium, sed etiam ad poenam; timor servilis tantum ad poenam; filialis tantum ad praemium. Quia ergo timor initialis respicit poenam satisfactoriam, rectius virtus poenitentiae concipitur timore initiali quoad suum usum. Primo enim est fidei articulus de poena aeterna et de vita aeterna; ad credere autem articulum de poena consequitur timor, qui, si coniungitur cum spe vitae

1 est *om.* PT. || prima *om.* B. || peccato orig.] naufragio peccati originalis E. 2 secunda, figurans] est sec. tabula significans B. || a peccato] ab B. 2-3 in passo recid.] post recid. E, *om.* B. 3 est[1]] effectus *add.* T. || est[2] *om.* B. 4 est *om.* B. || illas] illa PT. 6 sequens resp.] secundum dicendum E. || sequitur, si *om.* T, seq. quod si B. || si] non A. 7 quod] et PT, sit *add.* BE. sed] est *add.* B. 8 figurant] significant B. 8-10 Confirmatio... peccato *om.* (*hom.*) A, enim *pro* autem B. 10 gratiae a. cons.] anime a. confirmationem B. 11-12 etc. ... concipitur] concepimus B. 15 quaeritur] questio E. 16 Praeterea] postea A. 19 quod *om.* ET. 20 quae] est *add.* BE. 21 quae] est *add.* E. 22 a *om.* BE. || primo. Concipitur autem] Primo autem concipitur B. 23-24 non... servilis *om.* T. 24 etiam *om.* B. 29 si *om.* A.

1 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 15, n. 9 (p. 153s.).

Num. 2: anon. P, f. 72r; anon. Tr, f. 165b-c; anon. V, f. 134c. Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 34, nn. 8, 16 (pp. 409s., 413s.); Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 2 (IV, 326).

aeternae, est timor initialis; ad quem consequitur dolere de peccato, quod est usus poenitentiae virtutis.

d. Ad illud, propter quid dicitur potius concipi timore quam amore, dicendum est quod, sicut poenitentia respicit malum a quo declinat poenitens, sic timor respicit malum. Propter ergo respectum ad idem in quod est motus, et ratione generis: quia in utroque est passio, dicitur concipi timore potius quam amore, qui amor respicit bonum. Est ergo timor initium poenitentiae a parte inferiori, amor vero finis a superiori: motus enim ascendendo procedit [a].

3. Contendunt vere poenitentem [820, 10-11]. Matth. 3, 2: T 155 c *Poenitentiam* || *agite*, Glossa [1]: « Qui vere poenitet, punit in se praeteritos errores ». Unde videtur quod de veritate poenitentiae non est 'nolle committere plangenda ulterius' [821, 17]. — Respondemus quod poena est duplex praeteritorum errorum: una iniuncta a sacerdote, altera continuus dolor cum detestatione peccati. Ratione ergo huius ultimae poenae intelligitur illud: « et plangenda ulterius non committere ». Alia

a (10) Quod timor praecedat poenitentiam, probatur per rationem sic: duplex est malum, scilicet culpae et poenae; et adversatur duplici bono potentiae animae. Est enim duplex bonum potentiae animae, scilicet bonum naturae et bonum gratiae. Bono naturae adversatur malum poenae, bono gratiae malum culpae. Bonum naturae voco habilitatem naturalem potentiae ad bonum, sive modus, species et ordo. Modo quaero quod istorum bonorum propinquius se tenet cum poenitentia. Videtur quod bonum naturae, quia potentia non ordinatur ad bonum gratuitum nisi per bonum naturae; ergo constat de necessitate quod potentia magis fugit defectum naturae, quod est malum poenae, quam defectum gratiae, quod est malum culpae. Ergo fuga [poenae] prior est in conceptione poenitentiae quam fuga culpae. Sed fuga poenae est timor, fuga culpae est poenitentia; ergo de necessitate poenitentia timore concipitur (+ B).

1 dolere] tollere A. 3 illud] quod queritur *add.* E. || timore] dolore E. 4 est *om.* BT. 5 resp. malum *om.* T. 6 quod] quantum T. 7 potius] post A. 8 qui] quia BT. 9 a²] parte *add.* PT. 10 enim *om.* B. 11 poenitentem] etc. *add.* B. 12 punit] puniat P. 12-13 in se *om.* T. 14 nolle] velle non B. 15 poena] penitentia P. 16 altera] pena *add.* AP, est *add.* B. 18 illud *om.* P.

1 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 79 A).

Lin. 19-31: ex quaestione Alexandri *De poenitentia* (v. *Summa Hales.*, III-1, p. clvi). — Num. 3: anon. P, f. 72r.

responsio est, quod non convertitur 'vere poenitere' et 'punire praeteritos errores in se'.

4. Lavatur et non est mundus [820, 23-24]. [Contra]: videtur enim oppositio esse, quia si lavatur, est mundus. — Respondemus quod 'lavari' designat ut dispositionem: verbaliter enim designatur; 'mundus' vero designat poenitentiam ut habitum. Ille ergo cui remittitur culpa et statim recidivat, lavatur; qui vero permanet, dicitur mundus. Non enim habet tunc poenitentiam ut || dispositionem, sed ut habitum. A 134a

5. Poenitentia est virtus vel gratia [821, 15-16]. Quaeritur de differentiis diversarum definitionum poenitentiae. Ponitur enim haec una definitio [1]: « Poenitentia est virtus » etc. Alia: « Poenitentia est optima res et perfecta, quae omnes defectus revocat ad perfectum », Augustinus, libro *Quinque responsionum* [2]. Tertiam ponit Augustinus || in libro *De poenitentia*, in fine [3]: « Poenitentia est quaedam dolentis vindicta » etc. P 185a Ponitur quarta definitio, Matth. 4, 17: *Poenitentiam agite* [4]: « Poenitentia est correctio malae mentis ». — Respondemus quod una definitio data est per genus et differentiam, scilicet haec: « Poenitentia est virtus » etc. Altera datur penes subiectum ut materialis: « Poenitentia est correctio malae mentis ». Tertia penes finem, sed duplex est finis: unus ad bonum et alter a malo; secundum quod ad bonum, est ista: « Optima res et perfecta » etc.; secundum quod a malo, dicitur « quaedam dolentis vindicta » etc.

---

1 est B, *om.* AEPT. 3-4 videtur] quia E. 4 enim] hic E, *om.* B. 5 ut *om.* B. 6 enim] dispositio *add.* B. || designat] signat E. 7 ergo] vero BEP. || culpa et statim] et T *om.* statim P. 12 definitio *om.* B. || Poenitentia est *trp. p.* etc. AE, *om.* B. || Alia] etc. *add.* E. 14 revocat] removeat P. 17 Ponitur... definitio] ponit .iiii. definitionem B. || agite] etc. *add.* T. 18 correctio BE (*Glossa*), correptio AP. 19 una *corr. in* quarta A^2, quarta T, *om.* P. 20 etc. *om.* E. || datur *om.* T. 21 ut] aut T. || est *om.* A. || correctio] correptio P. 22 et *om.* B. 23 res] est *add.* T. 24 sec. quod *trp. p.* malo AEPT. || dicitur] est hec B. || quaedam *om.* B.

---

1 Hic in litt.: « Poenitentia est virtus vel gratia, qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus, et plangenda ulterius committere nolumus » (p. 821, lin. 15-17). 2 *Hypognosticon*, III, c. 9, n. 17 (inter opp. August., PL 45, 1631). 3 *De vera et falsa poenit.*, c. 8, n. 22: « Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse » (inter opp. August., PL 40, 1120); hic in litt. (p. 823). 4 *Glossa interlin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 16v).

Num. 4: anon. V, f. 134c. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 1 (IV, 340). — Num. 5: anon. P, f. 71v; anon. Tr, f. 165c-d; anon. V, f. 134c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 4 (IV, 329s.).

6. Poenitentia est virtus vel gratia [821, 15-16]. Quaeritur hic utrum poenitentia sit virtus.

a. Quod videtur, per illud Matth. 3, 2: *Poenitentiam agite*, ubi dicitur [1]: « Poenitentia est prima virtus ». — Praeterea, per se destructivum peccati est virtus et primo destructivum gratia [2]; cum ergo poenitentia primo et per se destruat peccatum, erit poenitentia virtus vel gratia.

b. C o n t r a: poenitentia est signum et causa gratiae; nihil autem est illud cuius est signum aut causa; ergo etc.

c. Praeterea, poenitentia est afflictio, afflictio passio, passio autem non est habitus; ergo non est virtus vel gratia, quae sunt habitus.

d. Praeterea, qui habet unam virtutem, habet omnes, ut in tertio libro, XXXVI distinctione [711, 8]. Sed parvuli habent virtutes, ut habitum est supra, IV distinctione, cap. *Solet etiam quaeri* [3] [771, 17]; parvuli non habent poenitentiam; ergo etc.

e. Praeterea, quaeritur quare in duplex genus ponitur, ut dicatur « virtus vel gratia » [821, 15-16]; gratia enim non est virtus secundum esse suum, nec e converso.

f. R e s p o n d e m u s: poenitentia est virtus vel gratia. Secundum unum esse est virtus, secundum alterum est gratia. Sunt enim duo effectus: unus est remissio culpae, et alter remissio poenae. Nam in contritione remittitur culpa; per confessionem et satisfactionem poena, quae etiam remittitur quandoque per solam contritionem. Quantum ergo ad remissionem
E 249 v culpae, est gratia: effectus enim delendi || culpam est gratiae proprius. Quantum autem ad remissionem poenae, est virtus:

---

3 agite] etc. *add.* T. 4 prima *om.* B. || Praeterea] si *add.* T. 5 pecc.] peccatum P. || destructivum[2]] est *add.* EPT, peccati est *add.* B. 6 poenitentia *om.* T, et gratia et *praem.* B. || destruat] destruant B. 8 et] vel E. 9 illud] aliud T. || aut] vel PT. || causa] gratie *add.* T. 10 Praeterea] aut *corr. in* prima A^2. || afflictio[1] *corr. in* affectio A^2, affectio PT, *om.* B. 11-12 ergo... habitus *om.* (*hom.*) P, *om.* est T. 15 habitum] dictum PT. 16 quaeri] sed *add.* PT, *add. interl.* A^2. 17 in *om.* B. 21 est[1-2] *om.* T. 22 alter] est *add.* B. 24 et] per *add.* E. || poena *om.* PT, remittitur *praem.* E. 26-27 culpae... remissionem *om.* (*hom.*) B. 27 autem] enim E, *om.* PT.

---

1 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 114, 79 B). Cf. hic supra, n. 1, § *a*. 2 Cf. litt. hic (p. 821, lin. 13-14). 3 Hic supra, d. 4, n. 25.

Num. 6: anon. P, f. 71v-72r; anon. Tr, f. 164c-d; anon. V, f. 134c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, q. 3 (f. 23c-24a); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 1 (IV, 318s.). — §§ *d*, *h*: cf. Alb. Magnus, hic, a. 3, arg. 7-8 et ad 7-8 (XXIX, 408, 411); O. Lottin, *Psychologie et morale*, III-1, 125-142, 209-219.

tunc enim homo exsistens in caritate satisfacit, et ita reddit Deo quod ei debetur, quod scilicet est iustitiae. Est ergo opus illud ex caritate et iustitia procedens.

g. Ad illud quod obicitur contra, quod poenitentia est signum et causa gratiae, respondemus quod hoc intelligitur de Poenitentia sacramento. Poenitentiae enim nomen multipliciter sumitur: tum pro attritione sive poenitudine, et secundum hoc, qui poenitet non est in gratia gratum faciente, sed ad eam habilitatur per gratiam gratis datam. Aliquando sumitur pro contritione vel efficacia poenitendi; aliquando pro voluntate conterendi; aliquando pro virtute habilitante voluntatem; aliquando pro sacramento Poenitentiae; aliquando pro actu confitendi; aliquando pro poena iniuncta; aliquando coniunctim, non distinguendo, pro iis, secundum quod ita definitur: Poenitentia est afflictio voluntaria pro peccato propter Deum ad remissionem culpae et poenae. — Est ergo Poenitentia-sacramentum signum et causa gratiae, aliquando signum et non causa, aliquando causa et non signum. Tunc est signum et non causa, quando suscipitur poenitentia a sacerdote, praecedente contritione, in qua gratia infunditur: susceptio || enim iniunctae poenitentiae significat gra- P 185 b
tiam qua remittitur culpa in contritione, cuius tamen non est causa. Est autem causa et non signum, cum est dolor spiritualis in anima non prorumpens in aliquod signum poenitentiae corporale, ut lacrima et huiusmodi. Non autem dicitur causa nisi quia est dispositio subiecti ad suscipiendum. Est iterum causa et signum, cum dolor ille spiritualis in signum corporale prorumpit, et significat gratiam remissionis poenae aeternae virtute passionis Christi et virtute clavium.

h. Ad aliud de parvulo dicimus quod 'habere omnem virtutem' dicitur multipliciter. Uno modo dicitur habere omnem virtutem qui habet || caritatem vel gratiam, in qua omnes vir- A 134 b
tutes tenentur. Altero modo, qui habet genera virtutum, scilicet fidem, spem, et alias. Tertio modo, qui habet quoad usus sin-

---

1 enim *om.* A. 2 scilicet *om.* E. 4 illud] id B. || contra] qua A, in contrarium B. 7 attritione] contritione T. 8 ad eam] a dicta A, ad dicta T. || eam *om.* P. 10 vel] cum BEPT. 11 virtute] voluntate PT. || voluntatem *om.* T. 13 coniunctim] coniunctum A, communiter BPT, consequenter E. 14 distinguendo] diffiniendo T. || iis] sed *add.* P. 15 pro peccato *om.* T. 17 aliquando[1]] est *add.* PT. 17-18 aliquando[2]... causa *om.* (*hom.*) P, *mg.* B. 18 quando] cum T. 18-19 suscip. poen.] accipitur pen. T, recipit penitentiam E. 21 tamen *om.* E. 22 autem] tamen PT. || dolor *om.* T. 23-24 poenit. corporale] corp. penit. exterioris E. 24 ut] est *add.* BEPT. || et] vel BEPT. 25 suscip.] recipiendum B, virtutem *add.* B, gratiam *add.* E. 29 Ad aliud *om.* E. 32 genera virtutum] virtutem gratiam B. 32-33 scilicet... habet *om.* T. 33 alias] al' A, alia BE, caritatem P.

gularum virtutum: habet enim iustus plures usus virtutis, et similiter de aliis. Secundum primum modum est verum communiter de puero et adulto: 'qui habet unam, habet omnes' [a]. Tertio modo non est verum generaliter de omni exsistente in caritate, sed verum fuit de Christo. Habuit enim gratiae plenitudinem etiam quantum ad usus omnes virtutum, non solum quantum ad genera virtutum, qui usus ad imperfectionem non pertineant. — Non ergo sequitur de parvulo: 'ergo habet poenitentiam virtutem'; nam dicit virtutem cuidam usui appropriatam, scilicet ad satisfaciendum pro peccato. Et licet verum sit de Christo quod 'habet omnes', vel [de] aliquibus sanctis qui non ceciderunt per mortale peccatum, non tamen sequitur: 'ergo habet poenitentiam': sonat enim in usum virtutis quoad imperfectionem. Sicut ergo fides non erat in Christo ratione visionis [per speculum] et in aenigmate [1], ita poenitentia non fuit in eo, quia datur intelligi in ratione poenitentiae peccatum praecessisse; non quia non satisfecerit pro peccato, sed nostro, non suo.

i. Ad aliud, quod poenitentia est afflictio, dicimus quod poenitentia est afflictio secundum hoc, quod poenitentia sup-
T 155 d ponit contritionem in quantum || definiebatur sic [2]: 'Afflictio voluntaria pro peccato propter Deum'.

7. Deinde quaeritur, si poenitentia est virtus, utrum generalis aut specialis.

a. Et videtur quod generalis: medicina enim proportionalis est morbo; sed morbus est differens; ergo et medicina. Me-

a (3) Secundum vero secundum modum est verum de adulto qui est in caritate: 'qui habet unam' etc. (+ B).

1 virtutum *om.* P. || iustus] iustitia B. 4 generaliter] universaliter E. 6 etiam] et EPT. || omnes] omnium E. 7 usus ad *trp.* PT. 8 ergo[2] *corr. in* qui A^2, qui PT. 9 nam] penitentia *add.* B. 10 scilicet *om.* PT. 10-11 licet... sit] si... fuit T. 11 aliq. sanctis] aliqui sancti E. 13 enim] penitentia *add.* E. || in *om.* B. 14 erat] fuit T. 15 et *om.* BEPT. 16 in[2] *om.* T. || poenit. peccatum] peccati P. 17 sed B, *om.* AEPT. 18 non] pro *add.* B. 21 sic] et *add.* A. 22 pro] de E. 24 aut] vel B. 25 quod generalis] generalis esse E. 25-26 proportionalis] proportionabilis E. 26 et *om.* E.

1 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 13, nn. 4, 20, 41 (pp. 129, 134, 141). 2 Supra, § *g*.

Num. 7: anon. Tr, f. 164d-165a; anon. V, f. 134d-135a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, q. 3 (f. 23d-24a); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 2 (IV, 320s.); K. F. Lynch, *The alleged fourth Book on the Sentences of O. Rigaud*, in *Fr. Studies*, IX, 1949, 123s.

dicina autem fit per contraria [1]; ergo alia est virtus poenitentiae quae expellit peccatum unum, et alia quae aliud. Aut ergo poenitentia erit generalis virtus, aut plures virtutes.

b. Praeterea, videtur simpliciter quod non sit virtus, sed tantum gratia: quia poenitentia, secundum quod huiusmodi, est meritoria remissionis peccati; sed meritorium remissionis peccati differt a meritorio vitae aeternae; virtus autem, secundum quod huiusmodi, est meritorium vitae aeternae; ergo poenitentia non est virtus.

c. Quod autem sit specialis virtus, videtur: quia « est quaedam vindicta dolentis » etc. [2]; sed vindicatio ad iustitiam pertinet. — Praeterea, « poenam tenere est idem quod || poenitere » [3]; sed hoc est iustitiae; ergo et poenitere est iustitiae. P 185 c

d. Quod autem non sit una sola virtus, sed plures, videtur per definitionem poenitentiae in libro *Quinque responsionum* [4]. Alia enim virtus est quae revocat defectum irascibilis ad perfectum, et alia quae defectum aliarum virtutum sive virium. Poenitentia autem fuit revocans omnes defectus ad perfectum; ergo est plures virtutes. Hoc autem videtur per hoc Is. 16, 11: *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit*, Glossa [5]: « In qua si una corda fuerit corrupta, non reddit melodiam ». Ergo omnibus virtutibus lugendum est pro peccatis.

e. Videtur etiam poenitentia pertinere ad beatitudinem luctus, de qua Matth. 5, 5 [6]. Poenitentiae enim est plangere sive lugere pro peccatis, et pertinet ad illam beatitudinem.

---

1 autem] vero E. || ergo] et *add.* B. 2 peccatum unum *om.* T. || peccatum... et] novum peccatum B. || aliud] alterum E. || Aut *om.* T. 7 differt] dividitur E, diffinitur AT. || virtus] dividitur APT (*mg.* A). 9 poenitentia *om.* B. 10 virtus *om.* A. 11 etc. *om.* EP. 12 poenam *corr. in* penitentia A^2. 13 est[1] *om.* A, *interl.* B. 14 sola *om.* P. 15-16 Quinque... enim] 5 ad Rom. aliam enim divisionem P. 17 virtutum sive *om.* E. 18 autem] enim PT. 19 est *om.* ET. || hoc[2]] illud E, *om.* P, quod *add.* B. 21 corrupta *ita* (*pro* rupta) *codd.* 22 lugendum B, utendum AEPT. 23 etiam] enim T. 24 Poenitentiae] penitentia B. || enim *om.* PT. || sive *om.* P. 25 peccatis] peccato E. || et] quod B. || beatitudinem] sicuti videtur *add.* E.

---

1 Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 3 (Bekker, 1104b 17-18; Didot, II, 16 47-48); *Ethica vetus:* « Medicinae autem per contraria innatae sunt fieri » (ed. C. Marchesi, p. III, lin. 18-19). 2 Ps.-Augustinus, *De vera et falsa poenit.*, c. 8, n. 22 (PL 40, 1120). Cf. hic supra, n. 5. 3 Ps.-Augustinus, ib., c. 19, n. 35: « Poenitere enim est poenam tenere » (PL 40, 1128); hic in litt. (p. 823, lin. 15). 4 *Hypognosticon*, III, c. 9, n. 17: « Poenitentia ergo res est optima et perfecta, quae defectos revocat ad perfectum » (inter opp. August., PL 45, 1631). Cf. hic supra, n. 5. 5 *Ordin.* in h. l.: « Sicut cithara sonum compositum non emittit, si una corda rupta fuerit »; ap. Lyranum (IV, 37r); ex Hieron. in h. l. (PL 24, 238 C). 6 *Beati qui lugent*, ubi *Glossa ordin.*: « Pro suis vel aliorum peccatis » (PL 114, 89 D).

E 250 r *f.* || Respondemus: sicut supra dictum est [1], poenitentia habet multipliciter esse. Habet enim unum esse secundum quod per eam culpa deletur, et quoad hoc habet esse gratiae ad omnem virtutem. Respectu ergo deletionis culpae est poenitentia gratia indistincte ordinans ad omnem virtutem. In quantum autem satisfit pro culpa per poenitentiam, habet poenitentia aliquando usum unius virtutis, aliquando alterius, ut pro diversis fit satisfactio. In quantum autem Deo satisfit in poena quae sibi debetur, est generalis iustitiae. Sic ergo secundum unum esse est poenitentia gratia indistincte, non ponendo esse virtutis. Secundum reliquum vero modum est poenitentia gratia quae est virtus, indistincte ad singulas. Secundum tertium modum est iustitia. Et hoc patet per auctoritates prius positas [2]. — Ponitur autem poenitentia in duplex genus, quia poenitentia remissionem duplicis mali respicit: scilicet culpae, quod fit per se a gratia; et poenae, quod fit per se a iustitia virtute, vel ab unaquaque virtute indistincte, si consideretur id quod est poena non sub ratione poenae.

g. Ad ultimum dicimus quod alterum est lugere pro peccato suo, et alterum pro incolatu hic et dilatione patriae [3]. Poe-
A 134 c nitentiae || est lugere pro peccato; beatitudinis pro irriguo superiori et inferiori [4].

8. *a.* Quod poenitentia sit in synderesi, videtur per hoc ad Rom. 8, 26: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;* exponitur a Hieronymo, super Malach. 2, 15 [5], pro synderesi, super illud: *Custodite spiritum vestrum.* Ergo est synde-

2 multipliciter *corr. in* multiplex B. || esse^2] Christi *add. mg.* A^2. || secundum *om.* PT. 5 ad$_1$ in B. 6 autem *om.* P. || satisfit] satisfecit A, satisfacit E. || poenitentiam] et *add.* A. 7 aliquando^1] aliquem T. || usum] usus E. 8 satisfit] satisfacit AE. 10 gratia] gratie PT. 11-13 est... iustitia] oportet eam esse principium motus ad delendum et principium deletionis culpe *interl.* B. 14 autem] enim PT. 16 a ... per se *om.* T. || a^2] et PT. 17 si *om.* PT. 18 non *om.* E. || sub *om.* A. 20 pro *om.* P. || hic] hoc BEP, *om.* T. || et] est B, *om.* E. 21 irriguo *om.* T. 22 et] vel B. 23 sit] est PT, *om.* A. 24 gemitibus inenarr. *om.* E. 26 illud] hoc T.

1 Hic supra, n. 6, § *f.* 2 Hic supra, § *d.* 3 Ps. 119, 5: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* 4 *Glossa ordin.* in Matth. 5, 5: « Pro suis vel aliorum peccatis, qui est ab irriguo inferiori; sed qui fit ab irriguo superiori, est ex desiderio caelestis patriae » (PL 114, 89 D). 5 *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 425v), sed expressius in Ezech. 1, 10, ib. (IV, 210v); utraque ex Hieron. in hh. ll. (PL 25, 22 A-B, 1563 A). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 40, n. 1 (p. 380).

Num. 8: anon. Tr, f. 166a-b; anon. V, f. 135b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, q. 3 (f. 23c); Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 1 (IV, 323).

resis gemere pro peccatis; ergo et poenitere. — Item, Psalmus: *Quare tristis es, anima mea,* Glossa[1]: « Adhuc agam poenitentiam pro peccatis »; et sunt verba syndereseos consulentis sensualitatem. Sed hoc est poenitere; ergo etc.

b. Contra: cuius erat delictum, eius et poenitentia; ergo liberi arbitrii est poenitere. — Praeterea, in poenitentia est dolor et gaudium[2]; sed unius potentiae non est simul dolor et gaudium; ergo non est syndereseos poenitere. — Praeterea, dicit Ioannes Damascenus[3] quod « poenitentia est reversio ab eo quod est praeter naturam ad id quod est secundum naturam »; sed hoc non est syndereseos; ergo etc.

c. Quod concedimus. Ad obiecta || respondemus quod, P 185 d quantum est de se, semper inclinat liberum arbitrium ad gemitum pro peccato praeterito. — Similiter illud quod dicitur in Psalmo, intelligitur per regulam Tichonii[4]: attribuitur synderesi quod est ipsius hominis secundum liberum arbitrium, dictante synderesi; per regulam: « Quod totius est, attribuitur parti ».

9. Qui ergo a malis sic mentem revocat [822, 6]. *a.* Videtur quod non sufficiant [haec] ad poenitentiam: Esau flevit pro commisso, Gen. 27, 38. — Praeterea, fleat aliquis suum peccatum et proponat de cetero non peccare: numquid propter hoc poenitet ? — Respondemus: intelligitur quod defleat ex caritate; aliter non est satisfactoria. Sola enim bona quae fiunt ex caritate Deo placent simpliciter, ut infra, proxima distinctione: *Quibusdam tamen videtur* [834, 7]. Neque Esau flevit nisi ex invidia et damno temporalium[5].

1 Item *om.* P. 3 consulentis] consolantis BE(*Altiss.*). 4 est *om.* A. 5 et] erat BE, est P, erit T. 10 ad] in B. 12 respondemus] dicendum E. 14 Similiter] super BPT. || in *om.* P. 16 est *om.* P. 17 per regulam] pro regula E, quam *add.* B. 19 sufficiant] sufficiat PT. 20 Praeterea] postea A. 20-21 peccatum *om.* T. 21 propter hoc] propterea E. 22 Resp.] quod *add.* T. || ex] in B. 24 ex] in BEPT. || ut] patet *add.* T. 26 temporalium] temporali E.

1 Lombardi in Ps. 41, 6-7: « Agit de conturbationibus, contra quas ratio confortat animam sensualem... Vel ita: *spera* et sperare potes, *quoniam adhuc* in praesenti *confitebor illi*, id est de peccatis poenitentiam agam » (PL 191, 418 C-D); ex Cassiodoro in h. l. (PL 70, 303 B-C). 2 *De vera et falsa poenit.*, c. 13, n. 28: « Semper doleat et de dolore gaudeat » (inter opp. August., PL 40, 1124). Cf. infra, n. 11. 3 *De fide orth.*, II, c. 30 (PG 94, 975 A); versio Burgundionis (Fl, f. 11d). 4 *Liber de septem regulis*, reg. 4 (PL 18, 33ss.); quam exponit August., *De doctrina christ.*, III, c. 34 (PL 34, 83ss.). 5 Cf. *Glossa interlin.* in Hebr. 12, 17: *Non enim invenit poenitentiae locum, quamquam cum lacrimis inquisisset eam:* « Non poenituit ut debuit... ex indignatione et dolore amissi honoris contra fratrem, non ex vera poenitentia »; ap. Lyranum (VI, 159v-160r).

Num. 9: cf. anon. V, f. 134d (sola § *a*).

b. Sunt autem conditiones convenientis poenitentiae his versibus [notatae]:

> Sit discreta, frequens, humilis, sit et integra, munda,
> Accusans, pudibunda, volens, generalis, amara,
> Provida, propria, vera, dolens, individualis.

Adapta quindecim gradibus Psalmorum [1]. 'Discreta' attenditur principaliter in confessione et satisfactione: unde exigitur opus prudentiae. 'Frequens' retorquetur ad confessionem; 'humilis' ad tres partes: confessionem, contritionem et satisfactionem; 'integritas', quoad tempus: ut non hodie de uno et post de alio; 'munda' ad satisfactionem: ut in caritate faciat; 'accusans' ad confessionem; 'pudibunda' ad confessionem et contritionem; 'volens' communiter ad tres; 'generalis', ut conteratur de omnibus peccatis; 'amara' quoad contritionem et satisfactionem; 'provida' quantum ad circumstantias; 'propria': quod non de alieno, sed de tuo peccato; 'vera', ut solum de delictis; 'dolens' quoad continuationem in posterum; 'individualis', ut simul de omni, ad contritionem.

B 139 r **10. Inanis est poenitentia** etc. [822, 15]; || **quae vero sine caritate fiunt** [822, 26-27]. Ambrosius, in libro *De poenitentia* [2], super illud Psalmi [3]: *In salicibus in medio eius:* « Si caro nostra menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo aliena terra quae non domatur cultoris exercitio, non potest fructus caritatis, poenitentiae, pacis afferre ».

11. Hic semper doleat [822, 25]. *a.* Quaestio quomodo dolor et gaudium sint simul. Non enim videtur eadem vis simul posse moveri diversis motibus in specie [4]. — Similiter quaeritur, cum medicina debeat fieri per contraria [5], et quaedam pec-

1 convenientis] convenientes B, consuetis T, consuetudinis P. || poenit.] in *add.* B. 3 Sit] res ABEP. || humilis *om.* P. || sit et] sed B. 4 volens *om.* E. 10 quoad] ad E, vero ad T. || ut *om.* B. || non *om.* AEPT. 11-12 ut... confessionem[1] *om.* P, satisfactionem *pro* confessionem T. 12 pudibunda ad conf. *om.* (*hom.*) B. 19 Inanis est poenit.] penitentia est virtus AEPT, *om.* B. || etc. *om.* BE. 21 In salicibus *om.* P. 25 Quaestio] queritur E, est *add.* B. 26 sint] sunt T. || vis simul] insimul P. 28 debeat] debet ABE. || contraria] opposita T.

1 Id est Ps. 119-133, qui « Cantica graduum » dicuntur. 2 Lib. II, c. 11 (PL 16, 522 C); in *Decreto* Gratiani, de poen., d. 3, c. 3 (I, 1223). 3 Ps. 136, 2. 4 Aristot., *De anima*, II, t. 147 (III, c. 2): « Fieri non potest ut idem simul... motibus contrariis moveatur» (Bekker, 426b 29-31; Didot, III, 464 23-25). Cf. etiam *Physic.*, VIII, t. 71 (Bekker, 264a 28-29; Didot, II, 362 4). 5 Aristot., supra, p. 213, nota 1.

Num. 11: anon. P, f. 76r; anon. Tr, f. 166b-c; anon. V, f. 135a-b. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 7 (IV, 342s.).

cata || in dolore sint sive passione, ut peccatum invidiae, quali- T 156a
ter potest dolore curari hoc peccatum. — Praeterea, cum est poenitentia, utrum exigitur tam dolor sensibilis quam rationalis, [vel] aut rationalis aut sensibilis tantum.

b. Respondemus ad primum per Gregorium dicentem in *Moralibus* [1]: « Spes de regno laetificat, mentis infirmitas de irae offensione perturbat. Unde simul tremor laetus et timor securus ». Dicendum est ergo quod simul potest esse dolor actualis de peccato et gaudium habituale de dolore vel e converso; vel ita quod dolor et gaudium ad diversas || vires P 186a referantur, ut dolor sit in libero arbitrio secundum conversionem ad inferius, gaudium vero in eo secundum superiorem eius portionem.

c. Ad aliud dicimus quod dupliciter potest medicina spiritualis contrariari peccato: vel sicut contraria sunt || dolor et E 250v || gaudium [2]; vel sicut dolor de peccato sive dolore et dolor A 134d sicut de bono proximi. In quibusdam ergo peccatis dolor est medicina gaudii quod est in voluptate; in aliis vero peccatis dolor de dolore est medicina primi doloris. Hoc tamen intelligendum est, quod in omni peccato est aliquo modo gaudium sive delectatio: omne enim peccatum voluntarium [3]. Unde licet invidus doleat de bono proximi, delectatur tamen in malo proximi. Eodem modo de exsistente in accidia, qui fastidit in bonum aeternum et tamen delectatur in bonis exterioribus temporalibus.

d. Ad tertium respondemus quod quaedam sunt peccata in quibus communicat pars sensibilis cum rationali, et quaedam in quibus peccat sola rationalis. Semper ergo requiritur dolor rationalis sive spiritualis, aliquando etiam dolor sensibilis.

---

1 sive] in *add.* E. || ut peccatum] sicut peccata E. 4 rationalis aut *om.* BEPT. 5 per] quod A. 7 offensione] offensionem A. 8 timor] amor B. || est *om.* T. || ergo *om.* P. 9 vel] et T. 12 vero *om.* T. 14 aliud] illud P. || potest med. spir.] possumus dicere medicinam spiritualem E. 15 sunt] sicut B. 16 sicut *om.* P. || et] vel B. 17 sicut *om.* BEPT. 18 voluptate] voluntate PT. || vero] autem T. 19 Hoc *ita* (*forte pro* hic) ABPT, sed E. 20 est[1] *om.* T. 22 proximi] ipsius B. 23 in[1] *om.* T. 24 aeternum] internum B. 24-25 temporalibus *mg.* A[2]. 27 sensibilis] de dolore rationabili (rationali PT) et sensibili (sensuali T) *add.* PT (*mg.* A[2]). || rationali] rationabili B, ratione E. 28 sola] vis *add.* E. 29 sive] seu B, vel T. || dolor *om.* B.

---

1 Non invenimus. Cf. infra, d. 17, n. 1, § *f.* 2 Aristot., *Categoriae*, c. 7: « Calefacere et refrigerare sunt contraria, et calefieri et frigefieri, et laetari et dolere » (Bekker, 11b 2-4; Didot, I, 17 5-7). 3 Augustinus, *De vera religione*, c. 14, n. 27: « Usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium » (PL 34, 133).

e. Sed de hoc quaeritur utrum possit esse dolor spiritualis intensus sine sensibili. — Et responsio est ad hoc quod, sicut est quaedam delectatio in parte rationali in qua non communicat sensibilis, ut dicit Remigius[1]: « Sunt enim quaedam delectationes animales, quaedam vero corporales »; eodem modo contingit dolorem spiritualem esse, non coniuncto sensibili; in pluribus tamen coniuncti sunt.

12. De poenitentia perfectorum etc. [823, 28]. Ambrosius de hoc[2]: « Sicut caritas alia est incipiens, alia proficiens, alia perfecta, sic poenitentia alia incipientium etc. Sicut autem caritati, licet nondum perfectae, in Baptismo datur venia peccatorum, ut quamvis post intelligatur peccaturus, tamen tunc sit renatus: non aqua tantum, sicut Iovinianus [tradidit], sed aqua et Spiritu, sicut Hieronymus[3] [contra eum scribit]; sic incipientium poenitentiae venia non negatur, quae quadam ratione perfecta potest dici, quia toto corde gemit et dolet, licet alia ratione imperfecta, quia non usque in finem duratura. Secundum primum modum intelligitur illud Ioannis Chrysostomi[4]: 'Perfecta poenitentia' etc. », infra, in XVI distinctione, in principio [839, 7]; quantum ad secundum intelligitur illud Augustini, supra in proximo: « Hic semper doleat et de dolore » etc.[5] [823, 25].

13. Illud autem quod Ambrosius [824, 16]; **Solemnis vero poenitentia** [824, 24]. Distinctione 50, cap. *Haec autem poenitentia*[6], determinatur forma solemnis poenitentiae, quae debet esse « in capite Quadragesimae », quam solus debet facere episcopus cum presbyteris poenitentium qui modum culpae noverunt. — Non autem imponenda est nisi pro crimine « quod

2 resp. est ad h.] resp. B. 4 Sunt] sicut E. 5 vero *om.* PT. 9-10 incipiens... perfecta *om.* A. 10 incipientium] alia proficientium *add.* T. || autem] enim BE. 12 quamvis B, qua unio AEP, unio T. 15 venia *om.* E. 16 quia] quod PT. 19 infra] ita AP. || in *om.* PT. || XVI] xlii *codd.* 22 et de dolore *om.* B, gaudeat *add.* E. 23 vero] nominibus PT, nominibus *add. mg.* A^2. 24 Haec autem *om.* A. 25 determinatur forma] determinat formam B.

[1] Id est Nemesius Emesenus, *De natura hominis*, c. 18 (PG 40, 678 B). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 17, n. 5 (pp. 175s.). [2] Immo Gratianus in *Decreto*, de poen., d. 3, c. 22 (I, 1215). [3] *Adv. Iovinianum*, II, n. 1 (PL 23, 281 D). [4] Sermo spurius *De poenitentia* (ed. Paris. 1570, V, 767 B); in *Decreto*, l. c, c. 8 (I, 1212). [5] Cf. supra, p. 215, nota 2. [6] In *Decreto* Gratiani, d. 50, cc. 63-64, quibus praemittitur dictum incipiens: *Haec autem poenitentia* (I, 201).

Num. 13: ex *Glossa in Decretum*, d. 50, c. 64 (col. 355s.). Cf. anon. Tr, f. 166c-d; anon. V, f. 135b; Bonav., hic, p. 2, dub. 9 (IV, 343s.).

totam urbem commoverit », ut XXVI Causa, quaestione 6, cap. ultimo [1]. — Non || iterari autem convenit, quia est sacra- P 186 b
mentum eiectionis Adae a paradiso; introductio autem non fit in paradisum nisi post mortem. Unde in praedicta distinctione dicitur [2]: « Cum crebris suspiriis et gemitu denuntiet episcopus eis, quod sicut Adam eiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia eiciuntur. Post iubeat ministris quod expellant eos, clero dicente [3]: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, ut, videntes sanctam Ecclesiam pro suis facinoribus commotam, poenitentiam non parvipendant ». Immittantur tamen in ecclesiam in Coena Domini; et tamen non communicabunt cum aliis in Eucharistia aut osculo; et sic erit usque ad octavam Paschae. Et tunc exibunt et erunt extra usque ad talem diem [sequentis anni]. — Si autem bene poenitet, poterit habere ingressum ecclesiae, si episcopus viderit expedire; quandoque autem usque ad finem vitae manebit. De primo habetur in XXXIII, quaestione 2, *Latorem* [4]; si autem solemnis, ut de Astulpho: XXXIII, quaestione 2, *Admonere* [5]. — Si autem solemnis datur reconciliatio, tantum fiet ab episcopo, vel a sacerdote de mandato episcopi, si non possit commode fieri ab episcopo. In articulo autem necessitatis potest fieri a sacerdote, ut XXVI, quaestione 6, cap. 1 et penultimo [6]. — Haec autem non est imponenda sacerdotibus aut diaconibus, ut distinctione 50, *Confirmatum est* [7]. Quod etiam non liceat clerico, eadem distinctione, *Illud quoque* [8]. Sed si fuerit sacerdos depositus, ut *De poenitentia*, distinctione 6, *Sacerdos* [9], licet. Publicam autem potest || agere manens sacerdos, ut distinctione 28, *Presbyter* [10], et A 135 a
similiter 30, *Si quis presbyter* [11]. Videtur tamen contrarium,

3 a] de BPT. 4 distinctione] diffinitione A. 9 ut *om.* B. || commotam] convinctam APT, devictam B, iniunctam E. 10 Immittantur] mittantur AP, mittuntur B, mittentur E. 10-11 ecclesiam] ecclesia EPT. 11 Domini E, *om.* ABPT. 12 erit] erunt T, essent P. 13 Et... diem *om.* E, *om.* Et B. 14 autem] enim PT. 16 vitae *om.* P. || manebit] manebunt B, sue *praem.* E. 17-18 Latorem... q. 2 *om.* T. 17 Astulpho] al' *codd.* 18 datur] detur B. 19 a *om.* APT. 22 autem] tamen E, *om.* PT. 23 imponenda] a *add.* B. 23-24 Confirmatum] confirmandum BE. 23-24 Confirmatum... distinctione *om.* T, autem *pro* etiam P. 25 Sed *om.* BPT. 26 Publicam] penitentiam PT. || autem *om.* P. 27 Presbyter] sacerdos A. 28 similiter] super B, *om.* E. || contrarium] contra PT.

1 Cap. 14 (I, 1041). 2 Scilicet in *Decreto* Gratiani, d. 50, c. 64 (I, 201). 3 Gen. 3, 19. 4 Causa 33, q. 2, c. 15 (I, 1157). 5 Ib., c. 8 (I, 1152ss.). 6 Causa 26, q. 6, cc. 1 et 13 (I, 1036, 1040). 7 *Decretum*, d. 50, c. 65 (I, 202). 8 Ib., c. 66 (I, 202). 9 *Decretum*, de poen., d. 6, c. 2 (I, 1244). 10 *Decretum*, d. 28, c. 9 (I, 103). 11 Ib., d. 30, c. 17 (I, 110).

82 distinctione, *Presbyter* [1], ubi dicitur quod presbyter vel sacerdos « non debet publice poenitere » inter laicos; sed hoc verum est in crimine occulto.

B 139 v **14. Adhuc iterum parcas** [825, 6]. Super illud Iob: *Scio quod non parceres delinquenti*, 9, 28, ita dicit Gregorius [2]: « Aut ipse homo poenitens hoc in se punit, aut hoc ipse cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur ». Unde habetur quod Deus non parcit. — Respondemus per illud in Thren. 3, 22: *Misericordia Domini est quod non sumus consumpti.* Dupliciter ergo parcit: vel non infligendo poenam aeternam, vel poenam solemnem temporalem, licet debeatur.

E 251 r **15. Quis non semper peccaret ?** [826, 5]. Contra hos dicit Augustinus, *De poenitentia* [3]: « Cur Dominus pedes Petri lavisset, et hoc idem Ecclesiam cur facere docuisset [4], nisi quoniam quotidiana est offensio, oportet ut quotidiana sit remissio » ?

16. Si ad summum quis perveniat [826, 29]. Contra: non est summum in malitia, ut habetur in Psalmo [5]: *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Praeterea, malum infinitum, bonum finitum. — Respondemus: non dicitur 'summum' quia non possit esse peius, sed quia non est peior; unde removet actum, non possibilitatem.

P 186 c **17. Et tamen graviter postea in numeratione** [827, 7-8]. T 156 b *a.* Quaeritur quare propter hoc David punitus fuit [6], cum in I Reg. 11, 8, sub Saule, et alibi in libro I Paralip. 5, 17, sub Ioathan, rege Iuda, legatur populus numeratus, nullus tamen

---

1 dist. *om.* P. || presbyter vel *om.* BE. 2 sed *om.* PT. 4 parcas] parcis *Lomb.* || Scio] sciens *Vulg.* 5 9] Resp. PT. || ita] ubi T. 6 ipse²] ipso A. 8 Unde] ut PT. 9 per] super P. || 3 *om.* PT. 11 parcit: vel] p. illis P, parvulis parcit T. || vel poenam *om.* P. 12 licet] non *add.* T. || debeatur] deleatur B. 13 peccaret] etc. *add.* E. 15 Ecclesiam] contra AEPT, econtra B. 16 quoniam] quia E. || ut] quod BE. 20 malum] est *add.* B. 26 alibi *erasit* B. || in lib. I] et li. A, in I B, in li. EPT. 27 Ioathan B, Ionatha AEPT. || numeratus] esse *add.* B.

---

1 *Decretum*, d. 82, c. 5 (I, 292). 2 *Moral.*, IX, c. 34, n. 54 (PL 75, 889 C); in *Decreto*, de poen., d. 1, c. 82 (I, 1182). 3 *De vera et falsa poenit.*, c. 5, n. 14 (inter opp. August., PL 40, 1118); in *Decreto*, de poen., d. 3, c. 32 (I, 1220s.). 4 Ioan. 13, 5-15. 5 Ps. 73, 23. 6 II Reg. 24, 10; I Paral. 21, 8.

Num. 15: anon. V, f. 135c. — Num. 16: anon. P, f. 79r; anon. V, f. 135d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 12 (IV, 344). — Num. 17: anon. P, f. 79r; anon. V, f. 135d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 13 (IV, 344s.).

ob hoc punitus. — Praeterea, propter quid populus fuit punitus, non delinquens, ut patet ibi [1] ?

b. Respondemus quod punitus fuit quia superbivit vel potuit superbire numerando. Numeravit autem Saul populum propter expeditionem in pugnam.

c. Ad aliud dicimus quod punitus est populus propter habitudinem quae est populi ad principem. Unde dicit Augustinus [2]: « Ostenditur in ipsa poena Achor quantum sit bonum in populo sociato ipsa universitas, ut non in se ipsis singuli, sed partes in toto aestimentur ». B 140 r

18. || **Relinquitur secunda poenitentia** etc. [827, 20-21]. Contra, Hieronymus, in prologo Amos [3], ubi dicitur: « *Super tribus sceleribus, et super quatuor non convertam* [4], Glossa: « Tertio indulgentiam peccatorum Dominum posse dare significat, quia quarto eadem admittentibus peccata nec poenitentiam nec indulgentiam daturum enuntiat ». — Contra, Matth. 18, 22: *Non dico septies, sed septuagies septies.* — Respondet Glossa Hieronymi [5] super illud Amos: « Primum peccatum est mala cogitare, secundum consentire, tertium opere implere, quartum non poenitere. Qui in tribus prioribus peccat et poenitet, convertit eum Deus ad vultum suae clementiae; si vero non poenitet, avertitur vultus clementiae ».

---

1 punitus] est *add. interl.* B. || Praeterea *om.* PT. || quid] etiam *add.* PT. || fuit *om.* T. 2 patet B, *om.* AEPT. 8 Achor] Achan *Vulg.*, 9 in[1] *om.* T. || populo sociato] pop. saciato AET, pop. sanctificato *corr.* B, pop. salvato P, populi societate *Aug.* || universitas *Aug.*, caritas *codd.* 10 singuli *Aug.*, singula AEPT, singulis B. 11 etc. *om.* BEP. 11-12 Contra] econtra PT. 15 quarto eadem] quatuor eisdem PT. 16 daturum enuntiat] denuntiat datam B, datur ut enuntiat (efficias T) PT. || enuntiat] efficiat E. 17 dico] tibi *add.* T. || septies[2] *om.* AB. 19 opere *om.* A. 20 quartum] contrarium A. 21 et *codd.*, si *Glossa.* || suae] suum P.

---

[1] II Reg. 24, 17: *Dixitque David... Ego sum qui peccavi; isti qui oves sunt, quid fecerunt?* [2] *Quaest. in Heptat.*, VI, q. 8 (PL 34, 778s.); *Glossa ordin.* in Iosue 7, 1; ap. Lyranum (II, 11v). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 33, n. 18 (p. 323). [3] In prologo *Ozias rex*, adscripto Hieronymo in *Glossa ordin.*, ap. Lyranum (IV, 358r). [4] Amos 1, 3. [5] *Ordin.* in Amos 1, 3, ap. Lyranum (IV, 358r); partim ex Hieron. in h. l. (PL 25, 996 A).

Num. 18: anon. P, f. 79r; anon. V, f. 135c-d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 11 (IV, 344).

DISTINCTIO XV.

1. Non consurget duplex tribulatio [828, 13]. Contra, in Psalmo [1]: *Induatur sicut diploide confusione sua;* et in Eccli. 11, 16: *Error et tenebrae peccatoribus concreata sunt.* Sed ista sunt poenae peccatorum; ergo pro una culpa non tantum una poena. — Respondemus quod illa duo pro una poena reputantur, quia sicut peccavit in anima et corpore, ita puniendus est in utroque; quia *per quae peccat quis, per haec torquetur*, ut Sap. 11, 17. — Similiter ad alterum dicimus. Cum cooperentur intellectus et affectus ad peccatum: haec enim duo sunt in libero arbitrio, cum dicatur « facultas rationis et voluntatis » [2], convenit ut utrique poena infligatur pro peccato. 'Tenebra' autem infligitur intellectui, 'error' autem affectui in operabilibus.

2. Alii hic et in aeternum [829, 3]. Iob 19, 11: *Iratus est contra me;* super hoc Gregorius dicit [3]: « Cum virtutem patientiae nostrae flagella transeunt, valde metuendum est ne, peccatis nostris exigentibus, non quasi filii a patre, sed quasi hostes a Domino feriamur ».

3. Quinque modis flagella contingunt [829, 4]. *a.* Notandum est quod flagellum infligitur aliquando ratione boni, aliquando
A 135 b ratione mali. Ratione boni, aut in flagellato, aut in || flagellante. Si in flagellante, tunc est sicut de caeco nato [4]; quod fuit ad gloriam Dei. Si in flagellato, aut ut habilitetur ad gratiam, aut ut conservetur gratia, aut ut augeatur. Si ut habilitetur, sicut

---

2 Non] Et sicut de predictis auctoritatibus etc. *praem.* B (*mg.* A²). 2-3 in Ps. *om.* B, *om.* in T. 3 Induatur] induantur B. 4 peccatoribus *Vulg.*, ho. *codd.* || sunt *om.* B. 5 poenae] pena T. || non] erit *add. interl.* B. 11 dicatur] dicitur *codd.* 12 pro *om.* A. 13 autem... operabilibus] in op. affectuum T. 14-18 Alii... feriamur *trp. p. n. 3 codd.* 16 patientiae *Greg.*, potentiae *codd.* || nostrae] mee T. 17 quasi¹ *om.* T. || a *om.* T. 18 feriamur] feriantur T. 19 Notandum] notum AT. 20-21 aliquando²... boni *om.* (*hom.*) T. 21 aut¹] ut AEP. || in² *om.* B. 22 sicut] quasi E. 23 Si *om.* E. 24 conservetur] servetur T. || sicut] sic E, ut T.

---

[1] Ps. 108, 29: *Induantur... pudore, et operiantur sicut diploide confusione sua.* [2] In litt., II, d. 24, c. 3 (p. 421). [3] *Moral.*, XIV, c. 37, n. 45 (PL 75, 1063 A-B). [4] Ioan. 9, 3.

Num. 1: anon. P, f. 81r; anon. Tr, f. 167c-d; anon. V, f. 136a. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 1 (IV, 358). — Num. 3: anon. P, f. 81v; anon. Tr, f. 167d (sola § *a*); anon. V, f. 136b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 4 (XXIX, 475ss.); Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 359).

de Maria Magdalena [1]; si ut conservetur, ut in Paulo [2]; si ut augeatur, ut in Iob. Si vero ratione mali, malum aut culpae aut poenae. Si ratione mali culpae, hoc idem est cum praecedenti, quia remittere peccatum est habere gratiam. Si ratione mali poenae, aut satisfactoriae, aut condemnantis. Si satisfactoriae, sic in Maria, sorore Moysi [3]; si condemnantis, ita in Herode [4], ut primo libro, XLVI distinctione, cap. *Hinc patet* [284]. Cum || ergo tot sint differentiae inflictionis flagelli, tres concidunt sub hoc quod est «ad corrigenda peccata» [829, 6]. Nam in correctione peccati est habilitatio ad gratiam, deletio peccati et satisfactio culpae per poenam. P 186 d

b. Notanda est etiam altera divisio inflictionis flagellorum, quae his versibus notatur:

Erudit et vertit, probat et laetum facit, arctat,
Confortat, satiat, consummat, deinde coronat.

'Erudit', Ier. 6, 7-8: *Per omne flagellum et dolorem erudieris, Ierusalem* [5]. 'Vertit', id est convertit, Psalmus [6]: *Multiplicatae sunt infirmitates eorum*, et *postea acceleraverunt*. 'Probat', Eccli. 27, 6: *Vasa figuli probat fornax*. 'Laetum facit', Iac. 1, 2: *Omne gaudium existimate, fratres;* Is. 26, 9: *Anima mea desiderabit te de nocte*. 'Arctat', Is. 28, 19: *Vexatio dat intellectum*. 'Confortat', Iob 6, 9: *Solvat manum suam et succidat me* etc. 'Satiat', id est fecundat, Ex. 1, 12: *Quanto magis opprimebant* etc. 'Consummat', Matth. 5, 10: *Beati qui persecutionem patiuntur*. 'Coronat', II ad Cor. 4, 17: *Id quod momentaneum est et leve* etc.

4. Vel ut iustis merita etc. [829, 4-5]. *a.* Contra, Iob 6, 2: *Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui.* — Sed con-

1 Maria *om.* P. || Magdalena *erasit* B. || conservetur] gratia *add.* T. || si[2]] vero *add.* T. 2 vero *om.* E. || malum] tunc E. || aut[1]] autem AP. 4 habere *om.* T. 5 sic] sicut PT. 6 ita] sic E, ut T, ita ut P. 8 tres] tria B, iiii. P. || sub] super B. 14 et vertit] evertit B. 16 6: Per... flagellum] vi. per vim flagelli B, videtur parcere per omne fl. P, *om.* Per omne T. || erudieris *om.* T. 17 id e. conv.] evertit B. 18 et *om.* BEPT. 19 Omne *om.* T. 20 fratres] etc. E. || desiderabit] desiderabat BT, desideravit *Vulg.* 20-21 de nocte] etc. P. 21 dat] dabit *Vulg.* 23 Ex. 1] dicitur de filiis Israel *add. mg.* B. 25 Id] idem APT, *quod corr.* B. || quod *om.* P. || est *om.* P. || et *om.* ABT. 26 etc. *om.* EP. || Contra *om.* T.

1 Anon. P, f. 81v, legit: «Sic Maria a demonio vexari permissa est». S. Bonav., l. c., adducit exemplum de Maria, sorore Moysi, ut hic infra, lin. 6. 2 II Cor. 12, 7. 3 Num. 12, 10. 4 Act. 12, 23. 5 Iuxta Septuaginta, teste *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 120v) 6 Ps. 15, 4.

Num. 4: anon. Tr, f. 167d; anon. V, f. 136c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 3 (IV, 359).

tra, Iob 16, 18: *Haec passus sum absque iniquitate;* et infra, 19, 6: *Nunc intelligite quia Deus non aequo iudicio afflixerit me.* Super hoc Gregorius [1]: «Iustus Conditor tot verberibus in beatum Iob non vitia illius curavit exstinguere, sed merita augere». Aequum ergo fuit quod fecit propter augmentum boni meriti; non tamen videbatur aequum, quod credebatur punire causa peccati.

b. Sed quod poena illa proveniret de merito, habetur Rom. 8, 28: *Omnia cooperantur in bonum*, ubi dicit Glossa [2]: «Mors et omnia mala ex merito originalis peccati procedunt». — Item, Gregorius in *Moralibus* [3]: «Quidquid mali sustinemus, pro peccatis nostris accidere manifestum est».

c. Respondemus ad illud Iob 6, 2, quod ipse meruit
E 251 v || iram merito respectu peccatorum praecedentium. — Illud vero ad Rom. 8, 28, intelligitur de merito ratione originalis peccati. Illud vero Gregorii intelligitur tum pro peccato originali, tum pro peccatis venialibus. Unde quod in tempore in parte notat causam meritoriam in se, et in origine in parte.

5. Quid in infernum sequatur [829, 8-9]. Contra, Augustinus, *De poenitentia* [4]: «Quidquid permiserit Deus pati, sciat esse flagellum corrigentis, non damnantis». — Respondemus: intelligitur illud de poena in praesenti quantum est in Deo, qui *vult omnes salvos fieri* [5]; sed in nobis est causa damnationis, ut in Sap. 1, 13, 16: *Deus mortem non fecit*, sed homines *manibus et verbis accersierunt eam.*

B 140 v **6.** || **Attende his verbis** [829, 20]; **non praeveniri sententiam** [830, 7]. Contra, quia secundum hoc sententia iudicis supremi

1 et infra] Iob B. 2 Nunc intelligite] videtur intelligere AEPT. || quia] quod B. || Deus *om.* P. || aequo *om.* T. || Super] similiter A. 3 in beatum] verberatum B. 5 propter] per *codd.* 6 videbatur] videtur E. || quod] quia B. || punire causa *trp.* AEP, eum *praem.* B. 7 de] ex B. 8 Glossa B, *om.* AEPT. 11 pro] ex T. || est] et *add.* P. 12 ipse] non *add.* B. 16 tum] tunc E. || in tempore] idem *praem.* P, *supplendum forte* patimur. 20 sciat] sibi *add.* B. 21 intelligitur *om.* B. 22 Deo] eo P. 23 in *om.* E. 24 manibus et verbis] mali et non AP, mali et ver. E, mali T. || accersierunt eam] aliter scierunt P, *om.* B. 26 Contra *om.* P. 26-1 (p. 225) sententia... praeveniretur] sententiam... prevenirent P.

[1] *Glossa ordin.* in Iob 17, 2: «Non in tantum peccavit ut haec flagella mereretur, quoniam non pro culpa corrigenda, sed pro gratia augenda percussus est»; ap. Lyranum (III, 38r); ex Gregorio, *Moral.*, XIII, c. 30, n. 34 (PL 75, 1032 C). [2] Lombardi in h. l. (PL 191, 1449 A). [3] Immo Hieronymus, *In Ezech.* 5, 16 (PL 25, 57 A); in *Glossa ordin.* super h. l., ap. Lyranum (IV, 219v). [4] Non invenimus in hoc libro, sed legitur *In Ioan.*, tr. 7, n. 7: «Quod te permiserit pati, flagellum corrigentis est, non poena condemnantis» (PL 35, 1441). [5] I Tim. 2, 4.

Num. 5: anon. P, f. 81v; anon. Tr, f. 167d. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 4 (IV, 360) — Num. 6: anon. Tr, f. 167d; anon. V, f. 136c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 5 (IV, 360).

non praeveniretur per poenam temporalem. — Sed contra, Ioan. 20, 22-23, ubi dicitur: *Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis* etc.; et Matth. 16, 19: *Quodcumque solveris* || etc. — A 135 c
Respondemus quod poenitentiae iniunctae, vel a sacerdotibus || vel ab || Apostolis, iniunctae sunt a Domino auctoritate, ab illis ministerio, ut infra, distinctione XVII [1]. Non ergo praevenitur sententia iudicis per sententiam sacerdotum, quia quae est sacerdotum ministerio, est iudicis auctoritate. P 187 a T 156 c

7. Ut ille qui Israelitae [830, 10]. Videtur hic dicere quod culpa huius Israelitae esset levis. — Contra: ille blasphemaverat, ut Levit. 24, 14: *Educ blasphemum*. Sed hoc peccatum est in Spiritum Sanctum, ut in Marc. 3, 29; quod *nec hic nec in futuro* [*remittetur*], in Matth. 12, 32. Ergo non fuit levis culpa. — Respondemus quod blasphemia est grave peccatum, sed non est peccatum in Spiritum Sanctum, nisi cum fuerit ex certa malitia. Unde qui blasphemabant Filium Dei, credentes esse purum hominem, nec hoc advertebant per miracula, blasphemabant; sed non habebant spiritum blasphemiae, quod est irremissibile peccatum [2]. Dicimus ergo quod in eo erat duplex peccatum: unum quod maledicebat Israelitae, alterum in blasphemando Deum. Cum ergo dicitur 'culpa levis' [830, 12], intelligitur de illa in proximum, quae punienda erat per iudicem saecularem [a].

a (23) **Pluit Dominus super unam civitatem** etc. [3] [830, 23-24]. Gregorius [4] intelligit de pluvia gratiae gratis datae, ut quando timore servili vel fide vel huiusmodi cessat quis ab opere malo; et illi [5] male

1 poenam] penitentiam E. 3 remiseritis] peccata *add.* E. || Quodcumque solveris] quecumque solveritis B. 5 ab Apost.] a prelatis B, ab episcopo T, *om.* EP. 7 sacerdotum] sacerdotes T. 8 est[2] *om.* P. 10 Contra *om.* T. 12 in[2] *om.* P. || quod] quia T. 13 futuro] etc. *add.* E. || in] ut B. 14 grave] grande P. 15 peccatum *om.* T. || Sanctum *om.* B. 16 certa *om.* B. 17 esse] eumdem B. 20 quod] quia B.

1 Respicitur potius dist. 18, cc. 4-6 (pp. 858-864). 2 Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 43, nn. 1, 6 (pp. 409s., 412ss.). 3 Amos 4, 7. 4 *In Ezech.*, I, hom. 10, n. 23 (PL 76, 895 B-D); hic in litt. (p. 830s.). 5 De quibus hic agitur in litt. (p. 830).

Num. 7: anon. P, f. 83r; anon. V, f. 136c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 6 (IV, 360). — Lin. 24ss. (additio A[2]): anon. P, f. 83r; anon. Tr, f. 167c; anon. V, f. 136c; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 142d). Cf. H. Lio, *Nuove fonti domenicane nei Commentarii dello Pseudo-O. Rigaldi al IV libro delle Sentenze*, in *Fr. Studien*, XXXIII, 1951, 407ss.; K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher*, in *Fr. Studies*, XIII, 1953, 133ss. Non animadverterunt cl. auctores hunc textum ad genuinam *Glossam* Alexandri vix pertinere.

8. His responderi potest [831, 8]; **ad poenitentiam paulatim veniat** [831, 14]. Unde videtur quod gratia praeveniens sit in mortali peccato. Dicitur enim quod «ex fonte gratiae id cordi instillatur» [831, 13-14]: quid enim aliud instillatur nisi gratia? — Contra, secundo libro, distinctione XXVI, 3 cap., ubi dicitur quod gratia praeveniens est «fides cum dilectione» [439, 4-5]. — Respondemus quod est gratia gratis data, non gratum faciens, quae praevenit dum est in peccato, habilitans ad gratiam gratum facientem; et est gratia gratum faciens, quae praevenit opus meritorium, delens culpam et informans liberum arbitrium. Cum ergo dicitur hic 'ex fonte gratiae' etc., intelligitur de gratia gratis data habilitante peccatorem ad poe-

---

intelligebant de gratia gratum faciente. — **Nulli bis poenitentiam imponit** [831, 6]. Si cuiquam iniuncta sit poenitentia, et ipse partim in caritate, partim extra caritatem compleat, numquid, dum iterum confitebitur, iterum est resumenda tota poenitentia? — R[espondemus]: aliquando imponitur alicui poenitentia continua secundum tempus, aliquando interpolata. Continua, ut si mulieri, quae multos corrupit per ornamentum capitis, sit datum quod non lavet caput usque ad annum. Si rumpatur, iteranda est poenitentia a capite, nisi ille qui potest, velit eam remittere. Si interpolata, ut verbi gratia datum est alicui quod ieiunet decem diebus non continue, si ieiunavit tantum quinque in caritate, et quinque extra caritatem, non tenetur ieiunare nisi quinque (+ *mg.* A3). — Praeterea, obicitur de transgressione [sabbati], quia videtur in hoc quod collegit lignum in sabbato [830, 11], quod mortaliter peccaverit. Praeterea, regula generalis est, quod non moriebatur aliquis in Lege nisi pro mortali peccato. — Responsio est, et loquor de sabbato, non dicendo an sit morale praeceptum, an caerimoniale, sed loquor ita in genere, et dico quod sabbatum, in quantum pertinebat ad pietatem [et] ad cultum Dei, sic transgressio sabbati mortalis erat. In quantum vero poterat considerari figura quaedam, sic transgressio venialis potuit dici respective, quia transgressio caerimonialium in respectu ad transgressionem moralium levis erat. Vel dicuntur illae culpae leves, quia secuta est eas statim poenitentia (+ B2).

---

2 in *corr. in* cum B. 3 id] illud B. 4 quid enim] quod autem P.

Num. 8: anon. P, f. 84r; anon. Tr, f. 168a; anon. V, f. 136d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 1 (IV, 376).

nitentiam. In secundo vero libro dicitur de gratia gratum faciente, quae primo delet culpam [a].

9. Nam cum delicta omnia [831, 28]. In Matth. 8, 15: *Et tetigit*, Glossa [1]: « Christus modo rogatus, modo ultro curat, ostendens se contra vitiorum passiones semper annuere fidelium precibus, et ea nonnunquam quae ipsi non intelligunt, vel intelligenda dare, vel pie petentibus etiam non intellecta dimittere ».

10. Si patienter fert poenam [832, 1-2]. De hoc Gregorius [2]: « Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est ». Quae est ista agnitio ? — Respondemus quod agnitio culpae dicitur dupliciter: vel operativa, vel speculativa. Et est agnitio culpae in se ipsa, et est agnitio in sustinentia poenae: prima speculativa, altera operativa. Intelligitur ergo illud Gregorii de secunda, non de prima, quae confessione exprimitur.

11. Ad id autem quod obicitur de satisfactione [832, 5]; **Est enim satisfactio poenitentiae** [3] [832, 10]. *a.* Obicitur contra definitionem: quia qui abstinet a peccato, excidit causam peccati; sed possibile est peccatorem a peccato abstinere vel continere, nec praebere aditum suggestioni alicuius peccati futuri, et tamen non satisfacit. — Praeterea, sit ita, quod doleat de peccatis praeteritis et proponat de cetero non committere: numquid propter hoc satisfacit ?

---

a (2) Praeterea, ex hoc videtur quod, sine gratia de novo infusa, ille qui est in peccato non possit abstinere per liberum arbitrium solum ab aliquo actu peccati: quod falsum est. Propter hoc dicendum quod gratia appellatur hic largo modo etiam ipsa naturalia hominis et liberum arbitrium (+ B).

---

1 vero *om.* E. 3 Et *om.* P. 4 tetigit] tenuit *codd.* || ultro *om.* P. 5 semper] quia T. || annuere] anime AP. 7 dare *om.* T. || vel pie petentibus] ut pia penitentibus P. 11 est[1]] sed queritur *add.* B. 12 dicitur *om.* APT. 13 Et est] est enim B. 13-14 ipsa... speculativa *om.* T, *om.* agnitio B. 14 prima] est *add.* B. 17 obicitur] dicitur P. 19 qui *om.* E. || excidit *om.* T. 21 nec] vel non PT. 22 satisfacit] satisfaciet B. || Praeterea] postea A. || sit... quod] si ita P.

---

[1] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 31r). [2] *Registrum epistolarum*, XI, ep. 64 (PL 77, 1195 B). [3] « Est enim satisfactio poenitentiae, ut ait Augustinus [i. e. Gennadius, *De eccl. dogmatibus*, c. 54 (PL 58, 994 C)], peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere ».

Num. 11: anon. P, f. 86r; anon. Tr, f. 168a; anon. V, f. 136c-d. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 361ss.).

P 187 b *b.* || Praeterea, non est hominis excidere causas peccati, sed satisfacere; ergo satisfacere non est excidere causas etc. — Praeterea, de quibus causis intelligitur hoc? Aut enim de privatione peccati, aut de contemptu Dei, aut de ipsa deformitate, aut de intentione perversa. Sed nullum illorum potest homo excidere; ergo non satisfacit excidendo causas peccati.

c. Praeterea, infra, in eadem distinctione, ultimo capitulo, habetur: « Scelus corrigit, quae odium commissi criminis » [1] etc. [838, 7-8]. Quaeritur qualiter se habet haec definitio ad praecedentem, cum videatur satisfactionis utraque. — Praeterea, dicit Anselmus in libro *Cur Deus homo* [2], quod « satisfacere est Deo honorem reddere ».

d. Respondemus quod excisio causarum peccati non est tantum per abstinentiam a peccato in futuro: in hoc enim non exciditur causa peccati transacti. Sed si peccavit aliquis per gulam, excidat causam per ieiunium; si per avaritiam, per opus eleemosynae.

e. Causa autem peccati vocatur delectatio in apparenter delectabili, et dolor super quo non est dolendum. Est autem causa peccati sicut formalis; et hanc non excidit nisi solus Deus per
A 135 d gratiae infusionem, || secundum quod malum definitur « privatio boni » [3], id est gratiae. Est iterum contemptus, qui est causa efficiens coniuncta peccati [4]; et hanc iterum solus Deus
E 252 r delet prout sonat in habitum. Est iterum deformitas || sive macula imaginis, quae est proximus effectus peccati; et hanc iterum solus Deus excidit. Est iterum reatus poenae aeternae, secundum quod definitur peccatum « meritum poenae aeternae » [5]; et hunc iterum solus Deus excidit. De his ergo causis non intelligitur, cum dicitur 'peccatorum causas excidere': hoc enim so-

1 Praeterea] postea A. || hominis] hominum P. 2 causas] peccati *add.* BET (*interl.* B). || etc. *om.* T. 8 quae *Lomb.*, qui *codd.* 9 haec *om.* B. 11 in libro *om.* T. 15 aliquis] quis T. 16 excidat] excidit BE. || causam] peccatum E, peccati illius *add. interl.* B. 18 apparenter] apparenti B. 19 et *om.* T. 20 per] in E. 23 peccati] peccato P. || iterum] nisi *add.* T. 24-25 sive... effectus *corr. in* que est suo modo quasi causa formalis deformans B. 25-26 iterum] etiam P. 28 excidit *om.* B. || ergo causis *om.* A.

1 « Illa enim vera est poenitentia, quae peccatum abolet; quod illa sola facit, quae scelus corrigit; illa vero scelus corrigit, quae odium commissi criminis... cum desiderio satisfaciendi affert » (p. 838, lin. 6-9). 2 Lib. I, c. 11 (PL 158, 377 A). 3 Augustinus, *Enchiridion*, c. 11 (PL 40, 236). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 34, n. 3 (p. 329). 4 Augustinus, *De natura et gratia*, c. 29, n. 33: « Omne peccatum Dei contemptus est » (PL 44, 263). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 42, n. 17 (p. 408). 5 Cf. Alex., ib., d. 35, n. 1 (p. 335).

lius Dei est. — Cavendum est etiam illud quod dicitur secundo libro, XXXIV distinctione, 1 cap. [487]. Ibi enim dicitur [1] quod peccatum causam non habet; et dicit Augustinus, XII *De civitate* [2]: « Non est causas efficientes quaerere peccati, sed deficientes, cum sint peccata defectiones. Similiter enim est quaerere, acsi aliquis vellet videre tenebras et audire silentium ». Sed hoc dicitur ibi, quod peccatum non habet causam efficientem, hoc est ex primo faciente, scilicet Deo faciente; nec habet causam finalem: finalis enim causa summum bonum. Sed loquitur hic de causis materialibus peccatorum: peccatum enim, cum sit privatio, privatoriam habet causam.

f. Ad illud quod obicitur de altera definitione, dicimus quod differt haec ab illa; quia illa definitio respicit correctionem culpae, haec vero satisfactionem poenae. Primo enim dimittitur culpa: quod fit cum illa correctione; consequenter fit satisfactio poenitentiae per excisionem causarum peccati, de quibus hic loquitur. Haec autem excisio causarum non potest fieri sine caritate.

g. Ad illud Anselmi dicimus quod 'reddere honorem Deo' dicitur dupliciter: vel in agnitione culpae per confessionem, vel in susceptione poenae ad satisfactionem; quorum utrumque requiritur ad plenam satisfactionem.

12. ‖ **Inter ipsa facinorosa eleemosynas** [832, 13]. Quaeritur B 141 r utrum contingat exsistentem in peccato satisfacere.

a. Videtur enim, per hoc quod dicitur Levit. 25, 25-27: *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam, et non habuerit proximum, et ipse ad redimendum pretium potuerit invenire, compu-*

1 etiam] tamen B. ‖ dicitur *om.* P. 2 Ibi... dicitur] alii enim dicunt PT. 4 civitate] Dei *add.* P. 5 defectiones] defectus B. 6 aliquis E, *om.* ABPT. 7 Sed] et T. ‖ ibi] vel P. 9 bonum] est *add.* E. 12 dicimus *om.* A. 15 quod] que P. 16 poenitentiae] pene BPT. 17 causarum *om.* T. ‖ potest] fit preter T. 20 Deo *om.* B. 21 ad] per T. 24 peccato] mortali E. 26 et] suam et voluerit propinquus esse, potest redimere quod ille vendiderat. Si autem E (*Vulg.*). 27 potuerit] poterit EPT. ‖ invenire] prevenire APT, *quod corr.* B.

1 Cf. Alex., ib., d. 34, n. 2 (p. 328), et verba Ps.-Dionysii, *De div. nomin.*, c. 4, § 32 (PG 3, 731 D; PL 122, 1145 B), allegata ib., n. 4: « Malum est praeter naturam, rationem, voluntatem et causam » (p. 330, lin. 29). 2 Cap. 7: « Nemo igitur quaerat efficientem causam malae voluntatis... Causas porro defectionum istarum, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, velle invenire, tale est ac si quisquam velit videre tenebras vel audire silentium » (PL 41, 355).

Num. 12: anon. Tr, f. 168b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 10, arg. 4 et ad 4 (XXIX, 484s.); Bonav., hic, p. 1, q. 3 (IV, 353s.).

tabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit. Glossa interlinearis[1]: Si *pretium* « satisfactionis » *potuerit invenire, fructus*
T 156 d « conversationis » || *computabuntur a tempore quo* « peccavit ». *Et quod reliquum est,* « satisfactionis et correctionis, apponet dia-
P 187 c bolo » *emptori,* || *sicque recipiet,* « satisfactione reddita », *possessionem.* — Similiter infra, in eodem capitulo[2]: *Sin autem ipse potuerit,* Glossa[3]: Computabuntur fructus *a tempore venditionis,* id est « ex quo peccavit »; *usque ad annum iubileum,* id est « perfectam remissionem peccatorum ».

b. Item, ad idem, in Thren. 3, 52, alphabeto: *Venatione ceperunt,* Glossa[4]: « Fide deficiente, contingit satisfacere ». — Item, in Ex. 1, 21, de obstetricibus, quibus Dominus paravit *domos quia timuerunt;* et tamen mentitae erant Pharaoni. Hoc autem non esset, nisi exsistens in uno peccato posset satisfacere de altero.

c. Contra, Ier. 4, 3: *Novate vobis novale, et nolite serere super spinas,* Glossa[5]: Spinae sunt mortalia peccata, « quae suffocant » bona opera.

d. Quod concedimus, exponendo auctoritatem Levitici sic: quia haec praepositio 'ex' vel 'a tempore', cum sit ordinalis, potest notare terminum intra vel extra; si extra, tunc verum est; et est sensus: post illud tempus quo peccavit, quia toto tempore peccati fuit venditus. Et tunc, quod competit reliquum satisfactioni, designatur. Intelligendum autem est quod duplex est possessio spiritualis: una contra culpam, altera contra poenam. Prima est in receptione gratuitorum, secunda in perfecta curatione naturalium vulneratorum. Hic ergo intelligitur de possessione in perfecta curatione naturalium, quae recipitur
A 136 a post || satisfactionem completam; ante tamen satisfactionem completam recipitur possessio gratuitorum.

2 Si] sed A. 3 Et *om.* B. 5 sicque] sic ergo E, sic quia T. 8 ad] in AT. 10 alphabeto] alphabeta AEP, *fortasse legendum est* alphabetico (*littera alphabeti praemissa huic versui est* Sade). 13 et... Pharaoni] et cum matre erant pharaonis PT. 14 esset] accidit modo E. || in] primo *add.* P. || posset] possit B. 16 Contra... 4] sed contra T. 18 bona opera] et devorat E. 21 si extra *om.* (*hom.*) BP. 22 tempus *om.* B. 23 toto *om.* B. || tempore] scilicet *add.* PT. || Et *om.* PT. || quod *om.* P. 24 est *om.* P. 27-28 vulneratorum... naturalium *om.* (*hom.*) BE. 29 post] per PT.

1 In h. l., ap. Lyranum (I, 259). 2 Levit. 25, 49-50. 3 *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 260r). 4 *Interlin.* in Thren. 3, 54: « Et si fides deesset, poena satisfaceret »; ap. Lyranum (IV, 194r); ex Paschasio Radberto in h. l. (PL 120, 1187 A), vel Ambrosio, *In Psal. 118,* serm. 18, n. 2 (PL 15, 1452 D); hic in litt. (p. 830, lin. 30-31). 5 *Interlin.* in h. l.: « Quae suffocant semen »; ap. Lyranum (IV, 117r).

e. Ad illud in Threnis dicimus, secundum dictam expositionem auctoritatis Ambrosii[1], quod fides vocatur ibi conscientia peccati[2], sine qua contingit satisfacere, non autem sine fide virtute.

f. Ad illud Ex. 1, 21, dicimus quod Dominus paravit eis domos sub conditione, si non cecidissent per peccatum mortale[3]. Caritati enim perseveranti debetur aedificatio aeterna.

13. Date eleemosynam [832, 15], *a.* Quaeritur quare hoc habeat specialiter eleemosyna contra peccatum, cum dicatur in Glossa[4] super Marci 9 cap., 25: *Factus est* etc.: «Medicina uniuscuiusque vulneris adhibenda est. Non enim sanat oculum, quod sanat calcaneum. Ieiunio pestes corporis, oratione pestes mentis sanantur».

b. Quod autem specialem habeat effectum, Matth. 12, 13: *Extende* etc., Glossa[5]: «Nil plus valet ad curationem quam eleemosynarum largitas; quia frustra pro peccatis suis rogaturus manus suas ad Deum expandit, qui has ad pauperes pro posse non extendit».

c. Respondetur[a] 29 Eccli., 15: *Conclude eleemosynam in sinu pauperum, et ipsa orabit Altissimum*[6]. Et eodem, 28, 4: *In hominem sibi similem non habet misericordiam, et de peccatis suis*

a (19) Solutio: sicut supra dictum est[7], 'satisfacere est peccatorum causas excidere'; et diximus quod causam peccati vocat delectationem in apparenti delectabili, sive in cibo et potu, sive in honoribus, sive in rebus temporalibus, sive in luxuria. Sed horum omnium quasi fundamentum est sustentamentum vitae, vel secundum sustinentiam, vel secundum abundantiam. Cum ergo eleemosyna sit contra istud fundamentum, habet etiam quamdam rationem ad omnia illa; et propter hoc attribuitur hoc eleemosynae (+ *mg.* B).

1 dicimus] quod *add.* AT. 3 qua *om.* P. 4 virtute] que est virtus E. 7 enim] autem PT, *om.* A. 8-9 habeat] habet B. 14 habeat *om.* B. 15 Extende] manum *add.* E. || ad curat.] curationi BE(*Glossa*), *om.* ad A. 17 expandit] quis extendit E. 19 Respondetur] R. AEPT, responsio est *corr.* B. || 29] in B. 20 pauperum] pauperis BE. || eodem] ecclesiastico B, exo. PT, in *praem.* BE. 21 non h. misericordiam *om.* B.

1 Hic in litt. (p. 831, lin. 25-29). 2 Ut Rom. 14, 23: *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.* 3 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 38, n. 8 (pp. 494-497). 4 *Ordin.* in Marc. 9, 28: *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio* (PL 114, 215 A); ex Ps.-Hieron. in h. l. (PL 30, 616 C). 5 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 125 A-B). 6 *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo.* 7 Hic supra, n. 11.

Num. 13: anon. V, f. 136c.

deprecatur. Et 19 Prov., 17: *Foeneratur Domino, qui miseretur pauperis*. Unde colligitur quod maxime motivum ad Dei misericordiam super peccato vel poena peccati est eleemosyna. Non autem dicit [1]: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* [832, 15], ut sufficiat eleemosyna ad mundationem culpae, sed ut sit principalius motivum ad remissionem peccati ex Dei misericordia.

E 252 v *d.* || Nihilominus 'uniuscuiusque vulneris est propria medicina' a sacerdote adhibenda, ut contraria contrariis curentur.

P 187 d Levit. 25, 50: *Supputata*, Glossa [2]: « Secundum || ea quae peccavit oportet pretium reddere. Quod gula peccavit, ieiunium corrigat; quod garrulitas admisit, silentium deleat, et sic contraria contrariis » etc.

14. Multa sunt genera eleemosynarum etc. [832, 16-17]. *a*. Septem sunt eleemosynae spirituales et septem corporales. De corporalibus enumerantur sex Matth. 25, 35-36, et septem Tobiae in principio et in fine [3].

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Spirituales eleemosynae septem :

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.
Praeter hoc docere ignorantem.

b. Ita sume numerum corporalium: eleemosyna ex compassione, compassio propter defectum eius cui compatimur; secundum ergo numerum defectuum corporalium in genere, numerus eleemosynarum corporalium erit. — Primus defectus, respectu substantiae corporis: est enim paratum ad foetorem et dissolubile. Contra hunc sepultura: non quia prohibeat cor-

1 deprecatur] deprecatus est B. 2 motivum] moveri P. 4 autem dicit] enim dicitur B. || omnia... vobis] etc. E. 5 suff. eleemosyna] dicat sufficere eleemosinam E. 6 peccati] pene B. 10-11 ea q. peccavit *om.* P. 11 oportet] debet E. 12 admisit] ad minus fit B, commisit E, ante risum P. 13 etc. *om.* E. 14 sunt *om.* T. 16 enumerantur] est enumeratio E. 17 in[2] *om.* A. 19 Spirituales eleem. ET, spiritualis eleemosina ABP. 22 eleemosyna] eleemosinarum BPT, fit *add.* E. 23 compassio] est *add. interl.* B. 26 corporis] corporalis B. 27 hunc] hoc est B.

1 Luc. 11, 41. 2 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 371 D); ex Hesychio in h. l. (PG 93, 1137 A). 3 Tob. 1, 10-20; 12, 12.

Num. 14: anon. P, f. 85v; anon. V, f. 136c-d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 2 (IV, 366s.); H. Lio, *Nuove fonti*, in *Fr. Studien*, XXXIII, 1951, 392ss.

ruptionem, sed foetorem a vivis. Unde propter vivos fit, ut dicit Augustinus ad Paulinum, *De cura pro mortuis agenda* [1]: « Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, obest pio vilis aut nulla ». Omnia quae iuxta morem geruntur in iis « magis sunt solatia vivorum, non adiutoria mortuorum ». Et haec auctoritas est in fine huius libri [1008, 5-7]. — Secundus, quantum ad proportionem componentium, quando recedunt a mensuratione sanitatis. Respectu huius, visitatio infirmorum. — Tertius defectus, quantum ad deperditionem substantiae, ut famis; et hoc dupliciter: vel quoad defectum calidi cum humido, vel quoad frigidum cum humido [2]. Contra unum cibatio, contra alium potatio. — Quintus defectus, passio ex agentibus exterioribus; et hoc dupliciter, quia vel ex agentibus remotis vel propinquis, et subtilibus vel grossis. Si agens fuerit propinquum, eleemosyna prohibens vestitio; si remotum, hospitatio. — Septimus defectus, impotentia deserviendi animae in motu: debet enim corpus quantum ad diversas partes et quantum ad se totum esse organum animae. Et iste est captivorum. Reparans hunc est redemptio captivorum. — Quod autem isti defectus sint, patet, quia oportet corpus vivere et salvari et non laedi ab extrinseco, ut sit organum || conveniens motus voluntarii A 136 b ab anima procedentis.

c. Septem vero spirituales eleemosynae sunt secundum septem defectus ex parte animae. Primus est ignorantia. Contra hunc doctrina. Secundus, perplexitas operis quae est in ratione inclinante ad opus. Contra hunc consilium. Et sunt isti duo ex parte potentiae cognitivae. — Defectus autem quantum ad affectum aut est culpae, aut poenae. Si poenae, aut est reparatio per factum, aut per verbum. Si per factum, tunc dicitur 'ferre'; si per verbum, tunc est solatio. Si vero respectu culpae, aut est

1 vivis... fit] viciis... sic A. 2 pro *om.* AEP. 3 Si] scilicet E. 4 iuxta] contra AP, circa BET. 5 adiutoria] ad victoriam E. 6 huius *om.* T. || Secundus] effectus est *add.* B. 8 huius] est *add. interl.* B. 9 defectus] modus E, est *add.* B. 11-12 unum... alium] primum... secundum E. 12 defectus] est *add.* B. || passio *om.* B. 12-13 exterioribus] superioribus E. 14 et] ex BEP, vel T. || agens] ut frigus *add. interl.* B. 15 vestitio] vestimentum E. || hospitatio] hospitium B. 18 captivorum] incarceratio *add. interl.* B. 18-19 Reparans... est] reparatio scilicet E, *corr.* reparans *in* repellens B. 21 voluntarii] voluntatum E. 25 perplexitas] prolixitas PT, est *praem.* E. 26 isti] hii PT. 28 affectum B, effectum AEPT. || aut[2]] est *add.* ET. 30 est[1]] dicitur B. || solatio] consolatio BEPT. || respectu *om.* T.

1 Cap. 2, n. 4 (PL 40, 594). 2 Aristot., *De animal. partibus*, II, c. 3 (Bekker, 649s.; Didot, III, 233s.).

reparabilis ab homine per adiutorium, aut non. Si reparabilis, aut supra peccatum in te, aut in alium. Si in te, tunc dicitur re-
T 157a missio; si in alium, correptio. Si non est || reparabilis nisi simpliciter a Deo, tunc est orandum, ut in obstinatis et impoenitentibus.

15. Circa eleemosynam quaeritur quid sit, quibus debeat fieri, de quibus, quis et quantum et propter quid et qualiter.

I. Eleemosyna dicitur ab 'eleys', quod est misereri, et
P 188a 'moys', quod est aqua; || inde eleemosyna quasi misericordia in se ipso contriti, ut per contritionem sui primo misereatur, et postea proximi per compassionem. Eleemosyna est opus misericordiae ex compassione miseriae proximi.

II. *a.* Quibus, per hos versus nota:

> Ut natura, fides petit, aetas, morbus egenti,
> Tempus, causa, locus, verecundia, trade petenti.

'Natura', id est cognatio. Illis sunt danda non spiritualia; sed parentibus secundum 'fidem', id est spiritualibus cognatis.

b. Item, quaeritur an liceat dare peccatori. Eccli. 12, 5: *Da bono, et ne dederis peccatori* [1]. — Respondemus: non est dandum peccatori consideratione peccati, sed naturae. Unde « qui [dat indigenti peccatori], non peccatorem, sed iustum nutrit; non culpam diligit, sed naturam », Gregorius [2]. Et Matth. 10, 41: *Qui recipit iustum* etc., Glossa [3]: « Mercede non carebit suscipiens, etsi iniustus sit qui suscipitur ».

c. Quis ordo sit servandus in datione eleemosynae, non tantum in genere, sed in numero, non est definire, sed unctio

---

2 supra] quia T. || peccatum BE, peccat A, peccatur PT. || alium] alio E. || in te[2]] vite A. 3 correptio] correctio BET. 4 et] in *add.* E. 4-5 impoen.] penitentibus A. 8 dicitur *om.* A. || eleys] alex. B. 9 inde] unde E. 10 contriti] contrito B. || ut E, *om.* ABPT. 11 postea] post EPT. 12 ex] cum E. 13 nota] notat P. 14 petit, aetas] p. et etas E, pietas et PT. 15 Tempus] temporalia E. || trade] tarde E. 16 cognatio] cognatis B. 17 parentibus... id est] cognatis... scilicet E. || cognatis] danda sunt spiritualia beneficia *add.* E. 18-19 Eccli... peccatori *om.* (*hom.*) E. 19 bono] bona B. || dederis] des PT. 20 dandum] dare E. 22 Et] in EPT. 23 Glossa *om.* B. 24 suscipiens... suscipitur] recipiens... recipitur E. 26 sed[1]] et *add.* T. || numero] sed *add.* B.

---

[1] Vulgata: *Da bono, et non receperis peccatorem.* [2] Rectius Rabanus in Eccli. 12, 5 (PL 109, 846 D). [3] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 38v).

Num. 15-16: anon. P, f. 85v-86v; anon. V, f. 137a-b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 8, c. 1 (f. 179a-182a); H. Lio, *Nuove fonti*, 392ss.; *Determinatio "superflui" in doctrina Alex. Halensis eiusque scholae*, Romae 1953, 53ss.

in iis docebit [1], ut in III libro Bernardus [2]. || Sunt autem E 253r
quatuor insolubilia: de scandalo vitando, de beneficio erogando, de corripiendo fratrem, de puniendo vel praemiando.

III. *a*. De quibus: scilicet de propriis vel acquisitis, etiam turpiter et iniuste, dummodo transferatur dominium. Iniustam acquisitionem faciunt quatuor: officii turpitudo, ut meretricis, histrionis; fraudis inductio in emptione; indebita praeter rapinam acceptio, ut in falsis iudiciis et testimoniis et magnis salariis; acceptionis prohibitio, ut furtum, rapina, simonia.

b. Et nota quod de ablatis debet esse restitutio, de superfluis dispensatio, de necessariis autem proprie fit eleemosyna satisfactoria. Quae autem sint superflua, haberi potest per comparationem ad sermonem otiosum vel superfluum. Otiosus dicitur, qui « caret ratione iustae necessitatis aut piae utilitatis ». Ita dicit Augustinus in libro *De Trinitate* [3]. Iusta autem necessitas est, quam lex permittit naturae et Decalogi. Ratio autem iustae necessitatis est ratio excusans intentionem aut in casu retentionem. Permittit autem ratio iustae necessitatis multa secundum mores viventium et pro scandalo vitando. Iusta autem necessitas respectu sui, intentio piae utilitatis respectu proximi. Si vero neutrum horum inveniatur, peccatum est in retentione.

IV. Quantum autem dari debeat, determinat Apostolus, ad Cor. II, 8, 13, super illud: *Ex aequalitate* [4]; et Luc. 11, 41: De

---

1 III] iiii. PT. || Bernardus] Respondemus sicut patet ibi E. 2 quatuor *om.* T. 3 corripiendo] corrigendo P. 4 vel] et T, de *add.* P. 5 et] vel E. || transferatur] in iustum *add.* ET. 7 inductio] ut *add.* EPT. 8 et[2] *om.* P. 10 quod] quia E. 11 autem] aut A. 12 haberi] queri EPT. 13 otiosum vel *om.* E. || Otiosus] sermo *add.* E. 14 aut p. utilitatis *mg.* A[2]. 15 autem *om.* T. 16 et *om.* PT. 17 aut] et BEPT. 18 retentionem] remotionem P. || autem] aut A. 19 et *om.* BPT. 20 necessitas] est *add.* B. || utilitatis] est *add.* B. 21 vero... horum] autem... istorum E. 21-22 retentione] intentione B. 23 dari] dare BT. 24 aequalitate] qualitate BPT.

---

1 I Ioan. 2, 27: *Sed sicut unctio eius docet vos de omnibus.* 2 Scil. in *Glossa*, III, d. 29, nn. 13-14 (p. 346ss.), ubi dicta Bernardi ad rem afferuntur. 3 Immo Gregorius, *Moral.*, VII, c. 37, n. 58: « Otiosum quippe verbum est, quod aut ratione iustae necessitatis, aut intentione piae utilitatis caret » (PL 75, 800 C). Cf. etiam *Regula pastor.*, III, c. 14 (PL 77, 74 A). 4 *Glossa* Lombardi in h. l.: « Hoc ideo dicit, ut quantum quis habet, dividat cum sanctis, quia non plus exigitur quam sibi retinere debet... Vel *ex aequalitate* suppleat vestra abundantia illorum inopiam; non utique haec dico secundum paritatem, sed ut sustententur de rebus vestris sicut et vos. Haec est aequalitas, ut qui accipiunt spiritualia, tribuant carnalia » (PL 192, 59 A).

eo *quod superest, date eleemosynam* [1]; sed [haec] non est satisfactoria, licet valeat ad salutem.

V. Propter quid: absque quaestu et inani gloria, et propter Deum, ut sit declinatio a malo et conversio ad bonum.

VI. Qualiter. Ad eleemosynae formam haec exiguntur: compassio proximi, Is. 58, 10: *Cum effuderis esurienti animam tuam* etc.; benignitas verbi, Eccli. 18, 16: *Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic et verbum melius quam datum;* abundantia dati, P 188 b Tobiae [2]: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue;* hilaritas || dantis, Eccli. 35, 11: *In omni dato hilarem fac vultum tuum;* condescensus per humilitatem dantis ad recipientem, Prov. 28, 27: A 136 c || *Qui despicit pauperem exorantem* etc.; discretio, Eccli. 12, 5: *Da iusto, et ne dederis peccatori;* acceleratio, Prov. 3, 28: *Ne dicas amico: Vade* etc.; intentio recta, Matth. 6, 3: *Nesciat sinistra* etc.; ex pietate, I ad Tim. 4, 8: *Pietas ad omnia* valet; ex caritate, I ad Cor. 13, 3: *Si distribuero omnes facultates meas;* quod etiam a se ipso incipiat, Eccli. 30, 24: *Miserere animae tuae placens Deo.*

VII. Quis. Notandum quod, sicut in corpore humano sunt organa et membra, organum autem est proprie membrum officiale [3], ita in corpore mystico Ecclesiae. Membrum nutritur ut sit organum, ut operetur ministrando. Membrum interius prius recipit alimentum ab organis, et a membris transit in organa. Sic in corpore Ecclesiae: organa sunt ministri et praelati Ecclesiae, membra sunt pauperes. Sic ergo ministri se debent habere ad pauperes ut organa ad membra; et sicut pluribus indiget habere organum quam membrum, non propter se tantum, sic de rebus Ecclesiae plus pertinet ad ministros quam ad alios. Sunt autem res Ecclesiae Dei ut a quo dantur, Ecclesiae ut cui, praelati autem ut dispensatoris; pauperum autem sunt ut quibus

---

1 sed] si E. 3 inani] vana E. || et[2] *om.* PT. 8 Sic] sicut P. 9 Tobiae] similiter *add.* P. 9-10 dantis] dati APT, *quod corr.* B. 11 dantis *om.* T. 12 exorantem *om.* E, deprecantem *Vulg.* 13 dederis] des BPT. || peccatori] etc. E. || acceleratio] occultatio AEP, *quod corr.* T, occulta et velox B. 14 sinistra] tua *add.* E. 15 ex caritate *om.* T. 16 omnes... meas] omnem fa. m. ABPT, etc. *add.* EP. 17 ipso *om.* T. 18 Notandum] nota B. 19 autem *om.* ET. 21 interius *om.* T. 22 alimentum] nutrimentum E. 25 ut] sicut E. 26 tantum] vel tamen *add. mg.* B. 28 cui] dantur *add.* T. 29 praelati... dispensatoris] prelato... dispensatori APT.

---

1 Beda in h. l.: «Quod necessario victui et vestimento superest, date pauperibus... Neque enim ita facienda iubetur eleemosyna, ut teipsum consumas inopia, sed ut tui cura corporis expleta, inopem quantum vales sustentes» (PL 92, 483 C-D). 2 Tob. 4, 9. 3 Cf. Ps.-Augustinus, *De spiritu et anima*, c. 15 (PL 40, 791).

debent dispensari. Tenetur autem non tantum praelatus pauperibus, sed etiam clericus quicumque, immo etiam laicus. Tenetur autem praelatus principaliter eis qui subsunt praelationi suae, laicus cognatis, clericus eis qui sunt coniuncti sibi spiritualiter.

16. *a.* Item, quaeritur utrum de illicite acquisito possit fieri eleemosyna, ut de meretricio, usura, aleato, histriato vel simonia. — Dicitur enim Eccli. 34, 21: *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata.* Ibidem, 23: *Dona iniquorum non respicit Altissimus.* Et Deut. 23, 18: *Non offeres mercedem prostibuli.* — Et Gregorius in *Moralibus* [1]: « Eleemosyna Redemptoris oculis placet, quae non ex illicitis vel ex iniquitate congeritur, sed quae de rebus concessis et iuste acquisitis impenditur ».

b. Quod concedunt quidam [2]. Sed alii [3] dicunt quod de non licite acquisitis, si transferatur dominium, potest fieri eleemosyna. Unde Augustinus in *Quaestionibus Exodi* [4]: « Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum ». Quod exponitur tripliciter [5]: « Vel: qui reddit illicite ablata, facit de malo bonum; vel: qui pauperibus dispensat quod cum labore acquisivit; vel: quod ex turpi causa possidetur, ut quod mathematicus ex arte sua possidet, id est divinator. Haec in bonum possunt converti ». Et Augustinus, *Ad Macedonium* [6]: « Si viam vitae mutaverint aut excellentioris conscenderint sanctitatis || gradum, facilius ea quae hoc modo acquisierunt tamquam sua pauperibus largiuntur, quam eis a quibus accepta sunt tamquam aliena restituant. Qui vero aliqua furtis aut rapinis aut calumniis abstulerint, reddenda potius quam donanda censemus ». T 157b

1-3 pauperibus... praelatus *om.* (*hom.*) B, *om.* pauperibus P. 2 quicumque *om.* E. || immo] sed E. || etiam²] et ET, etiam et P. 3 autem] etiam P. || praelatus *om.* AE. 4 cognatis] cognitis E. 6 aleato] furto *add.* E. || histriato] histrionatu PT. 8 Dona] data B. 11 vel] sed E. || ex² *om.* BT. 13 quidam *om.* AEP. || Sed] et B. 14 de non licite] in non illicite A, de (aliis *add.* P) non licite BPT, etiam de illicite E. || transferatur] transfertur B, transferantur *et add.* in iustum T. || potest fieri] fiat E. 16-17 exponitur] inde *add.* B. 19 quod¹ *om.* EP. 20 ex *om.* P. || possunt] possit PT. 21 Et] unde T. 22 conscenderint] condescenderint B. 23 acquisierunt] acquisierant B. 23-24 tamquam... accepta *om.* B, largiantur *pro* largiuntur AE. 24 sunt tamquam] sicut tamen B. 25 aut rapinis] vel dampnis B. 26 abstulerint] abstulerunt E. || donanda] danda PT.

[1] Immo in *Registro epistolarum*, IX, ep. 106 (PL 77, 1030 A). [2] Haec opinio refertur etiam in *Glossa in Decretum*, C. 14, q. 5, c. 2 (col. 1405), sed iterum anonyma. [3] Ita Innocentius III, *De eleemosyna* (PL 217, 758); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 149 (p. 151). [4] Immo in *Sermone 113*, n. 3 (PL 38, 650); in *Decreto* Gratiani, C. 14, q. 5, c. 14 (I, 741). [5] A Gratiano, l. c. [6] *Epist. 153*, n. 24 (PL 33, 664); in *Decreto* Gratiani, C. 14, q. 5, c. 15 (I, 742).

c. Ad id quod obicitur de Eccli. 34, 21, dicimus quod facienda est vis in hoc quod dicitur 'ex iniquo', quia iniquum dicitur, cuius dominium adhuc residet apud proximum et
P 188 c aliqua || vi vel dolo detinetur.

d. Ad illud Deuteronomii dicimus quod eleemosyna potest fieri de meretricio; non tamen accipienda est oblatio, si fuerit meretrix publica. Hoc autem ideo, ut citius convertatur ad verecundiam et contritionem peccati.

17. Qui per eleemosynas largissimas etc. [833, 8]. *a.* Videtur per illud I ad Tim. 4, 8: *Pietas ad omnia utilis est*, quod valeat eleemosyna in mortali peccato ad vitam aeternam et vitationem gehennae. Si [1] quis in operibus pietatis exercitatus fuerit, et « si lubricum carnis patitur, procul dubio vapulabit[2], sed non peribit ». Aut ergo intelligitur de lubrico veniali, aut mortali. Si de veniali, falsum est quod sequitur: 'vapulabit'; per
E 253 v eleemosynas enim potest satisfieri pro veniali. || Praeterea, similiter posset dici de alio bono opere sicut de eleemosyna. Si de mortali, tunc videtur verum quod praehabitum est.

b. Respondemus quod facienda est vis in hoc quod dicit 'operibus pietatis', quia non tantum intelligitur opus pietatis illud quod est eleemosyna, sed etiam in quantum datur ex pietate. Hoc autem modo valet ad vitam aeternam et vita-
A 136 d tionem gehennae. — || Sed qualiter est hoc verum: 'vapulabit sed non peribit' ? Intelligendum est in hoc quod maximus est effectus eleemosynae. Non autem loquitur hic de praescitis, sed praedestinatis, in quibus multiplicatio operum pietatis est maxima habilitatio ad gratiam rehabendam, si [quis] interim ceciderit per mortale. Non ergo ponit hic necessitatem, sed maximam dispositionem ad hoc quod non pereat. Unum ergo est in necessitate, scilicet quod 'vapulabit'; reliquum vero in habilitatione.

1 id] illud BP. || de *om.* T. 2 quia] non *add.* A. 4 dolo] odio P. 7 publica] manifesta E. 11 peccato] facta E. 12 exercitatus] excommunicatus E. 16 enim] autem E. || veniali] peccato *add.* E. || Praeterea *om.* P. 17 alio] aliquo B. 20 dicit] in *add.* P. || quia] quoniam E. 21 illud] id B, *om.* E, *trp. p.* intelligitur (20) T. 22 autem *om.* A, hoc *add.* B. 23 hoc *om.* PT. 24 sed] et P, *om.* B. 25 hic] hoc B. 26 sed] de *add.* T. || operum] operis E. 27 habilitatio *corr. ex* sollicitatio B. || interim] iterum PT. 29 dispositionem] habilitationem *add. mg.* E. || ergo est *om.* B. 30 vero *om.* ET, est *add.* T.

1 *Glossa* Lombardi in I Tim. 4, 8 (PL 192, 348s.). 2 Luc. 12, 47-48.

Num. 17: anon. V, f. 137a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 8, c. 1, q. 1 (f. 179c); Bonav., hic, p. 1, q. 2, arg. 1 et ad 1 (IV, 351s.).

18. Etsi eleemosynas largas faciant [833, 27]. Ex quo videtur a simili quod solvens decimas in mortali non satisfecit, sed teneatur iterum solvere, sicut poenitentiam in mortali factam. — Respondemus quod ille cui iniunctum est dare eleemosynam pauperibus, tenetur Deo et illis. Quantum est de pauperibus, liberatur; non autem in eo quod Deo tenetur, cui non placent nisi quae fiunt in caritate. Similiter solvens decimas Deo tenetur et ministro eius. Si autem solverit, absolvitur a ministro; sed quia non in caritate, non valent ad vitam aeternam. — Praeterea, ad aliud institutae sunt decimae, et ad aliud eleemosynae. Nam decimae ad hoc ut esset *cibus in domo* Domini, ut Malach. 3, 10; et propter hoc absolvitur ipse, licet in mortali decimas solverit. Sed eleemosyna est ut sit satisfactoria pro peccato et meritoria vitae aeternae: quorum neutrum fit sine caritate.

19. Non dicenda est illa peccati satisfactio [834, 1]. *a.* Quaeritur, cum poenitentia sit iteranda ab eo qui peregit in mortali, utrum sit iteranda usque ad finem vitae: quia non placet nisi in caritate facta, et *nescit homo an odio vel amore sit dignus*, Eccl. 9, 1; ergo nescit an poenitentia facta placet Deo, et nullus se debet committere discrimini.

b. Praeterea, supra, in auctoritate Augustini, *De poenitentia* [1], habetur quod oportet poenitentiam esse perseverantem usque in finem, ubi dixit quod «ex fide doleat et non semper se doluisse doleat» [823, 26-27]. Sed nescit an ex fide doleat; ergo nescit || an poenitentia placeat Deo. Sicut enim habetur P 188 d ad Hebr. 11, 6: *Sine fide impossibile est Deo placere.* In dubiis [2]

2 satisfecit] satisfacit PT. 3 teneatur] tenetur E. || sicut] similiter B. 4-5 eleemosynam *om.* T. 5 pauperibus *om.* B. || illis] pauperibus B, pauperibus scilicet *add.* E. 6 non... quod] sed non inquantum E. 7 quae fiunt] quod fuerit B. 8 eius] ecclesie E. || autem] ergo BEPT. || solverit] solvat B. 9 valent] ei *add.* E. 10 sunt decimae *om.* A. || et *om.* B. 11 esset] essent ABPT. 12 hoc] absolvit et propter hoc *add.* P. 13 decimas *om.* T. 14 et] ut sit *add.* E. 15 caritate] nil ergo restat nisi ut doleat quia non in caritate fecit *add.* B. 17-18 ab... iteranda *om.* (*hom.*) E. 18 utrum] si T. || ad] in E. 19 an] utrum E. 20 an] si T. || facta *om.* T. || Deo *om.* P. 23 habetur quod *om.* P. || oportet] oportuit APT. 24 dixit] dicit E. 26 an poenit.] si T. || placeat] placet B. || Sicut] ut T.

[1] *De vera et falsa poenit.*, c. 13, n. 28 (inter opp. August., PL 40, 1124); supra in litt., d. 14, c. 2 (p. 823). [2] *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 12, c. 1: «In dubiis via est tutior eligenda» (ed. A. Augustini, p. 410); compil. Greg. IX, lib. V, tit. 27, c. 5 (ed.

Num. 18: anon. P, f. 86v; anon. V, f. 137b. — Num. 19: cf. Bonav., hic, p. 1, q. 3, arg. 4 et ad 4 (IV, 353).

autem semper vergendum est in securiorem partem; ergo semper tenetur facere poenitentiam sive iterare.

c. Praeterea, *horrendum est incidere in manus Dei viventis*, ad Hebr. 10, 31. Sed, acta poenitentia, nescis an satisfeceris; sed si non est satisfactum, incidis in manus Dei. — Videtur tamen contrarium II Reg. ultimo, 14: *Melius est ut incidam in manus Dei quam hominis*, quia *multae sunt eius misericordiae.*

d. Praeterea, in Luc. 10, 35, habetur: *Quodcumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi.* Cum ergo tutiori via sit incedendum, iteranda semper est, nisi reveletur tibi quod adimpleveris debito modo.

e. Respondemus: poenitentia facta in mortali est iteranda; in fide autem facta et caritate non semper iteranda, ut si per signa credis fecisse in fide et caritate. Verbi gratia, si habuisti delectationem in agendo poenitentiam, si Deum super omnia dilexisti et in eius praeceptis delectatus es, et non conscius [es] alicuius peccati mortalis.

f. Ad id autem quod obicitur, utrum peccat omittendo iterationem, dicimus quod non, quia credit per signa interioris iucunditatis quod fuerit in fide; quia, ut dicit Augustinus[1] supra, tertio libro, distinctione XXIII, cap. *Notandum:* « Fidem ipsam videt quisque in corde suo esse, si credat » [659, 1-2].

g. Ad aliud dicimus quod aliud est manere in dolore pro peccato usque ad finem, et aliud iterare poenitentiam iniunctam. Securitas autem est iterare, nisi fuerint magna fidei et caritatis indicia.

h. Ad aliud dicimus quod hoc non est contra illud quod dicitur in libro Regum, quia unum illorum respicit Dei mise-

---

1 est *om.* B. 2 facere] agere B. 3 Praeterea] postea A. 4 nescis... satisfeceris] nescit... satisfecerit B. 5 incidis] incidit B. 6 contrarium] contra PT. 6-7 Melius... multae *om.* E. 6 est *om.* A. || ut incidam] mihi incidere T. 8 Quodcumque] quod quecumque E. 9 tibi] etc. *add.* B. 10 incedendum] utendum EPT. || semper] tamen P. || est] penitentia *add. mg.* B. || tibi] alicui E. 9-11 adimpleveris] impleverit eam E. 12 Resp.] de *add.* A. 12-13 iteranda] est *add.* E. 13 autem *om.* E. 14 credis] credat B. 15 habuisti delect.] habuisset delect. B, habuisti *add.* AP, habuisset *add. et exp.* B. 16 non] si non es E. 18 id] illud BET. || peccat] peccet BT. 19 dicimus] dicendum E. || credit] credidit P. 20 fuerit] fuit E. || ut] sicut T. 23 aliud[1]] illud P. 24 ad] in BEPT. 25 Securitas] securius *corr. ex* securus B. 27 dicimus *om.* B. || hoc *om.* PT. || non] nomen E. 28 quia] quod E, et P. || illorum *om.* PT.

Friedberg, II, 830); Innocentius III, *De s. altaris mysterio*, IV, c. 24: « Ego vero semper in dubiis quod tutius est iudico praeferendum » (PL 217, 873 C). Cf. O. Lottin, *Psychologie et morale*, II, 407-417. 1 *De Trinit.*, XIII, c. 1, n. 3 (PL 42, 1014).

ricordiam, et alterum Dei iustitiam; et unum illorum in via, alterum post mortem.

20. || **Quibusdam tamen videtur** [834, 7]; **satisfactio praecedens** etc. [834, 10]. *a.* Primo quaeritur quare non vivificatur poenitentia acta in fictione, adveniente caritate, ut effectus Baptismi [1]. B 141 v

b. Praeterea, videtur quod bona quae facta fuerant in caritate, mortificata || per sequens mortale, reviviscant iterum per caritatem. Quod videtur per illud Amos 4, 11, super illud: *Sicut torris raptus de incendio*, Glossa [2]: « Qui suo vitio Sodomites est, si in eo arserint omnia vitia Sodomae, in antiquum statum restituetur ». Unde habetur quod bona mortificata non tantum reviviscunt, sed aeque placent. — Similiter in Zach. 8, 13, super illud: *Benedictio*, Glossa [3]: « Revertentur in pristinum statum cum egerint poenitentiam ». A 137 a

c. Quod autem mortificentur, videtur per illud Ioel. 1, 18: *Disperierunt*, Glossa [4]: « Qui a iustitia declinaverit et malum fecerit, pristinae virtutes nihil ei proderunt ».

d. Praeterea, dicitur in Iac. 2, 20: *Fides sine operibus mortua est*, Glossa [5]: « Quibus reviviscit fides ». Sed videtur quod, si est mortua, non potest reviviscere. Per simile de operibus: opera enim mortua non reviviscunt, adveniente caritate, ut supra, XIV distinctione, 2 cap. habetur, ubi dicitur quod « quae sine caritate fiunt, mortua et inania generantur, et ideo » etc. [822, 26-27]. — Praeterea, virtus est || vivificatrix || operum, non e converso. P 189 a T 157 c

1 et[1] *om.* PT. || illorum *om.* T, est *add. interl.* B. || via] et *add.* P. 4 vivificatur] iustificatur E. 5 acta] facta BE. || Baptismi] habere videtur *add.* B. 6 fuerant] fuerunt E, in veritate *add. mg.* A[2], || in] vera *add.* P. 8 super illud *om.* T. 9-10 Sodomites ABP (*Hieron.*), Sodomitis unitus E(*Glossa*), sodomitico T. 10 si *om.* A, cum *praem.* P. || arserint] igne penitentie *add.* B. || vitia] opera B(*Glossa*). 12 tantum *om.* T. || sed *corr. in* nec T. || aeque] tantum E. || Similiter] sed *codd.*, etiam *add.* E, contra *add. mg.* T. 14 cum] si T. 15 Quod autem] quodam A, *om.* autem PT. 18 in *om.* E. 19 fides] id est per quorum causam, scil. per caritatem, quia fides per dilectionem operatur *add. mg.* B. 20 est] sit (fides *interl.*) T, *om.* P. || potest] possit T. 22 ubi] ut A. || quod *om.* B. || quae *om.* AE, *corr. ex* quod B. 23 mortua] sunt *add.* T. 24 operum] et *add.* BT.

1 Cf. supra, d. 4, nn. 5, 7. 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 363v); ex Hieron. in h. l. (PL 25, 1033 A). 3 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 414r); ex Hieron. in h. l. (PL 25, 1472 D). 4 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 353r); ex Hieron. in Ioel. 1, 19 (PL 25, 961 C). 5 *Interlin.* in Iac. 2, 17: *Fides, si non habeat opera, mortua est;* ap. Lyranum (VI, 212v).

Num. 20: anon. P, f. 87r; anon. V, f. 137c. Cf. Bonav., d. 14, p. 2, qq. 2-3 et d. 15, p. 1, q. 4 (IV, 337ss., 354ss.).

e. Praeterea, non potest vivificari nisi cuius virtus aliquo modo permanet in corpore; sed bona opera secundum se et secundum radicem suam recesserunt; ergo penitus mortua sunt adveniente peccato; ergo non possunt vivificari.

f. Praeterea, opera facta in caritate sunt quibus debetur vita aeterna; ergo sunt vitalia. Qualiter ergo mortificantur ?

E 254 r *g.* || Praeterea, quaeritur, si opera quaedam dicuntur viva, quaedam mortua, quaedam mortificata, utrum similiter sit dicere de virtutibus naturalibus. Dico autem 'naturales' virtutes habitas praeter gratiam gratum facientem.

h. R e s p o n d e m u s ad primum quod aliter est de Baptismo et aliter de poenitentia. In Baptismo enim ratione sacramenti, quod tantum trahit virtutem effectus a passione Christi, recedente fictione, elicitur effectus. Poenitentia autem trahit virtutem a passione Christi, et praeter hoc ex opere nostro, quod est satisfactorium poenae. In quantum ergo trahit virtutem ex opere nostro, quia non placet Deo, praeter id quod Dei est, non valet poenitentia ad satisfactionem quae fit in mortali. Fictio enim non ponit idoneitatem quae est ex parte suscipientis. — Causa autem huius est, quia peccatum quod debet per poenitentiam deleri, ex propria voluntate contrahitur; et ideo satisfactorium illius debet esse voluntarium quod Deo placet cum fit. Hoc autem non est praeter caritatem. Peccatum autem quod principaliter per Baptismum deletur, ex voluntate primi parentis contrahitur. Sicut ergo per alium contrahitur, ita per alium est satisfactorium.

i. Ad aliud dicimus quod bona reviviscunt in caritate facta, adveniente caritate, licet mortificata sint per peccatum sequens mortale sive intercidens. Non tamen fit restauratio 'in antiquum statum' dignitatis, licet in antiquum puritatis. Maior enim est dignitas status innocentiae quam poenitentiae. Est etiam duplex puritas: a culpa, a poena. Reversio ergo fit in statum

3 suam] penitus *add.* T. || ergo... sunt *om.* T. 6 aeterna] per se *add. interl.* B. || ergo s. vitalia *om.* T. || Qualiter] qualia T. || mortificantur] quod enim vitale est per se non potest mori, sicut anima *add. mg.* B^2. 8 mortua, quaedam *om.* B. 9 autem *om.* E. 10 habitas] habilitas P. || praeter... facientem] sine gratia gr. faciente E. 14-15 virtutem] effectum T. 16 ergo] autem E. 19 ponit] nisi *add.* BEPT. || idoneitatem] in idoneitatem B. || ex] in PT. || suscipientis] respectu Dei *add.* B. 22 quod] ut B. || placet] placeat BE. 25 contrahitur[1]] trahitur A. 26 est] debet esse E. 27 bona] opera *add.* BE. || reviviscunt... facta] in caritate scilicet facta rev. E. 28 adveniente] iterum *add.* E. || sint] fuerint BE. 29 sive] si PT, *quod corr. in* vel T. 30 antiquum] statum *add. interl.* B. || puritatis] pietatis PT. 31 est *om.* BPT. || dignitas status] dignitatis status (est status *interl.*) B. || etiam] enim P. 32 a[2]] et B, et a E. 32-1 (p. 243) Reversio... culpa *om.* P, et pena *add.* B.

puritatis a culpa, non autem semper a poena, quia multoties pronior est ille qui pluries peccavit.

k. Ad illud Ioel. 1, 18, dicimus quod loquitur de declinatione a iustitia eius qui malum facit finaliter, vel pro tempore illo in quo est in peccato; quia tunc non proderunt ei virtutes ad vitam aeternam.

l. Ad illud Iac. 2, 20, dicimus quod duplex est reviviscere: unum a torpore, et hoc modo fides reviviscit per opera; aliud a peccato per gratiam, et secundum hoc fides non reviviscit per opera, sed opera magis vitam recipiunt a fide.

m. Ad aliud dicimus quod non esset reviviscere, nisi aliquo modo virtus esset in corpore. Sicut enim in corpore humano, si mortificetur || membrum, manente virtute in principalibus A 137b membris, poterit reduci ad usum membri per transfusionem mediantibus principalibus membris; sic est in corpore mystico. Licet enim mortificetur aliquod membrum quod est in corpore Ecclesiae, et ita desinit esse in corpore mystico, quia adhuc vita remanet in principalibus membris, et maxime in capite, vivificari potest iterum membrum per caritatem || influentem vel P 189b gratiam. Habent enim se virtutes naturales ut virtutes infixae in membris, et virtutes gratuitae ut virtutes influentes. Nec est defectus virtutis influentis si membrum mortificetur, sed defectus membri. Similiter non est defectus caritatis, si mortificetur opus vel informis fiat virtus naturalis, sed est defectus liberi arbitrii.

n. Ad aliud dicimus quod vita aeterna non debetur operibus in caritate, nisi fuerint cum perseverantia. Simpliciter ergo sunt vitalia in caritate perseverante; secundum quid, si in caritate fiunt et ex caritate; et talia possunt mortificari. Aliud autem est 'mortificari' et 'esse mortuum'. Nam 'mortuum' dicitur opus quod, cum fit, privatur vita; non quod vita praecesserit, sed quia, quantum est in se, est possibile ad vitam. Bonum enim in genere habet primam possibilitatem ad

---

2 pronior] purior PT. 3 de *om.* A. 4 eius *interl.* B, *om.* AEPT. || qui] quia PT. 5 tunc *om.* T. 7 quod] quia T. 8 a torpore] a corpore A, ab operatione E. || et... modo] hoc T. 9-10 peccato... magis] fide operante per dilectionem, et hoc modo opera E, hoc modo *pro* secundum hoc T. 10 fide] se B. 12 virtus] vita T, *om.* P. || enim *om.* E. 14 transfusionem] spirituum *add. mg.* A^2. 16-17 Licet... mystico *om.* (*hom.*) P. 16 aliquod] aliud B, aliquando E. || quod est *om.* T. 19 vel] per *add.* E. 20 ut] et T. 21 virtutes^2 *om.* E. 22-23 sed... mortificetur *om.* (*hom.*) P, sed est def. ipsius membri... mortificetur E. 28 si *om.* A. 29 et^1] vel B. 30 autem *om.* T. || et] aliud *add.* T. 32 quia *om.* PT. || in] de T. || possibile] erat *add. interl.* B.

vitam gratiae; bonum ex circumstantia habet dispositionem superadditam; opus vero ex caritate habet formam completam. Similiter intelligendum est respectu vitae gloriae: bonum enim in caritate habet primam possibilitatem; bonum in finali caritate habet dispositionem superadditam; bonum vero in gloria habet formam completissimam.

o. Ad aliud dicimus quod aliter est in virtutibus naturalibus, et aliter in operibus. Opera enim dicuntur [tum] mortificari, tum esse mortua, tum viva, participando vitam gratiae. Virtutes autem dicuntur tum informes, tum formatae, quia virtutes naturales, adveniente gratia, unionem habent cum ea, non unitatem. Unde non sunt essentialiter gratuitae, sed participatione; unde non dicuntur mortuae, sed a forma sua privari, licet forma earum sit vita. — Praeterea, aliter est de operibus et virtutibus, quia opera quae fiunt in mortali non possunt vivificari: non enim secundum substantiam permanent adveniente caritate, nec habuerunt vitam cum fiebant; sed virtutes naturales, licet sint cum mortali, possunt vitam suscipere, quia permanent adveniente gratia.

E 254 v **21. Quibusdam** etc. [834, 7] ; || **quae dicuntur remunerari** [835, 12]. Videtur per hoc quod minus peccet fidelis quam infidelis in eodem genere peccati. — Cuius contrarium II Petri 2, 21: *Melius est viam veritatis non agnoscere* etc. — Habetis tamen contrarium, ut videtur, I ad Cor. 3, 12: *Foenum* et *stipulam*, Glossa[1]: « Prodest eis ex parte Christum credidisse ». — Respondemus quod fidelis non tantum punietur pro iis quae ad fidem pertinent ut infidelis; sed [plus] quoad alia quae poterat nosse peccata per fidem [a].

a (28) In eisdem plus peccat fidelis quam infidelis; sed in pluribus peccat infidelis, quia in iis quae sunt fidei et in aliis quae non novit esse vitanda per lumen fidei (+ *mg.* A[3]).

1 vitam gratiae] ipsam gratiam B. 4 bonum] autem *add.* B. 5 gloria] gratia E. 7 aliter *corr. in* aliud B, aliud E. 8 aliter] aliud ABE. 9 tum[1]] etiam *add. interl.* B. || tum[2]] esse *add.* T. 10 formatae] informate B. 12 non *om.* A. 13 unde] et *add.* E. 14 earum E, eorum ABPT. 15 quia *om.* P. 16 permanent] remanent E. 17 habuerunt] habebant ET. 22 Cuius *om.* BPT. || contrarium *corr. in* quia B. 23 Petri 2 *om.* A. 23-24 Habetis] habetur BE. 24 ad *om.* E. 25 et *om.* PT. 27 punietur *corr. in* peccat A[2]. || fidem] finem PT. 28 poterat] non poterant PT. || fidem] vel magis vel tantum punietur *add.* E.

[1] Lombardi in I Cor. 3, 15 (PL 191, 1561 B).

Num. 21: anon. P, f. 87v. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, II, tr. 30, q. 2 (f. 114b-c).

22. Ad tolerabilius extremi [835, 14]. *a.* Quaeritur si bona huiusmodi, facta in caritate vel praeter, dummodo in peccato mortali decedat, valeant ad diminutionem poenae aeternae. Secundum hoc enim, cum aliquantum bonum faciat deletionem aliquantae poenae in acerbitate, et non est poena in infinitum acerba huic vel illi: ergo tot possent fieri bona huiusmodi, quod totaliter dimitteretur poena, et ita decedens in mortali non esset dignus poena aeterna.

b. Praeterea, dicitur communiter quod bona facta extra caritatem et in caritate valent « ad tolerabilius extremi iudicii supplicium sentiendum » [835, 14]. Quod non videtur de illis quae fiunt praeter caritatem, nam illa opera sunt mortua; sed opera huiusmodi mortua non respiciunt illud quod aeternum est, quia deest gratia, per quam est respectus ad res aeternas; non || ergo P 189c T 157d valent ad meritum vitae aeternae vel diminutionem poenae aeternae.

c. Praeterea, dicunt a l i q u i quod non valent ad diminutionem poenae exterioris, sed ad facilius sustinendum || eam. A 137c Quod iterum non videtur: quia bonum huiusmodi est bonum in genere; unumquodque autem bonum remuneratur bono sibi proportionali. Sed facilius sustinere poenam non est proportionale bono in genere. Est enim primo bonum in genere, et postea bonum ex circumstantia, et deinde bonum gratiae vel dimissionis poenae.

d. Praeterea, nihil diminuitur de acerbitate ignis agentis. Cum ergo adiungatur passibile aequaliter activo, aequaliter aget, nisi fuerit prohibens ex parte passivi. Sed immediatum ad activum est ipsa anima exsistens in mortali; ergo aequaliter recipiet acerbitatem poenae.

---

1 Ad *om.* PT. 2 caritate] et tamen mortificata *add. interl.* B. || praeter] post PT. 3 dimin.] dimissionem P. || aeternae *om.* T. 3-4 Secundum] si B. 4 enim] autem E. || faciat] valeret ad *interl.* B. || deletionem] diminutionem E. 6 huic *corr. in* isti B. || possent] possunt E. || fieri] esse B. 7 totaliter] liberaretur et *add.* T. || dimitteretur] dimittetur AE. 9 Praeterea] postea A. || dicitur] dicit P. 9-10 extra caritatem] ex caritate T. 13 quia *om.* A. 14 ergo *om.* A. 15 aeternae *om.* PT. || vel] ad *add.* T. || diminutionem B, dimissionem AEPT. 17-18 diminutionem B, dimissionem AEPT. 19 est *om.* A. 20 unumquodque] omne E. || autem *om.* P. || bono *om.* A. 22 Est... genere *om.* (*hom.*) A. 25 Praeterea] postea A. || diminuitur] dimittitur P. 26 activo, aequaliter *om.* (*hom.*) PT. 27 nisi... passivi *om.* T. || immediatum] immedianter P, nonne T. 28 activum] actum PT. || ipsa] ista B. 29 recipiet] accipiet PT.

Num. 22: anon. P, f. 88v; anon. V, f. 137c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 2, q. 9 (f. 138d); Bonav., hic, p. 1, q. 6 et p. 2, dub. 8 (IV, 357s., 379).

e. Similiter quaeritur de bonis operibus quae fiunt in caritate. Cum 'nullum bonum irremuneratum' [1] secundum condignitatem eius, quod bonum est proprie quo remuneratur bonum opus in caritate in decedente in mortali? Si enim perseverasset, remuneraretur per bonum aeternum. Praeterea, eo quod est in caritate factum, debetur ei aliquid quod non tantum est temporale.

f. Respondemus quod aliter est de operibus factis in caritate, et aliter de operibus quae non fiunt in caritate: dico in decedente in mortali. Est enim duplex poena: interior, quae est in verme conscientiae pro malis operibus; et exterior, quae fit in afflictione ignis aeterni. Valent ergo bona in genere ut non tantum doleat interius quantum ille qui mala in genere fecit. Vermis enim conscientiae in duo dividitur: tum pro malis factis, tum pro bonis omissis. Omissio autem boni duplex: vel quia non est bonum in genere, vel quia non est bonum gratiae. Bona ergo in genere valent quantum ad diminutionem vermis conscientiae, non respectu bonorum in caritate omissorum, sed respectu bonorum in genere omissorum. — Aliter autem est de bonis in caritate factis. Quia enim bonis in caritate debebatur vita aeterna si perseverasset, cum non perseveraverit, remuneratur adhuc in eo quod respicit poenam. Sed est diminutio poenae tum quoad durationem, tum quoad acerbitatem. Quoad durationem non potest diminui, quia peccato sine fine debetur poena sine fine. Unde dicit Augustinus

3 eius *om.* B. 5 remuneraretur] remuneratur PT, non *praem.* T. 6 non] tamen *add.* A. 9 in caritate B, *mg.* A, *om.* EPT. 10 interior] scilicet *add.* E. 11 in verme] ex v. B, vermis E. 15 omissis] dimissis E. 15-16 duplex: vel] tum vel AB, tum E, vel dum P, dum T. 16 genere] tum *add.* B. 17 diminutionem B, dimissionem AEPT. 18-19 in... bonorum *om.* (*hom.*) A. 20 enim] cum B. 20-21 caritate] factis *add.* T, *add. mg.* A^2. 21 debebatur] debeatur P. 21-22 cum n. persev.] tamen licet non perseveravit E, et *pro* cum B. 22 resp.] respuit A. 23 diminutio] dimissio APT. 23-24 tum[1]... diminui] quoad acerbitatem, non quoad diminutionem durationis B.

[1] Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 9: « Nullum bonum irremuneratum esse potest » (PL 176, 576 B); nisi potius respiciatur auctoritas illa communis: « Nullum bonum irremuneratum, nullum peccatum impunitum » (v. Petrus Pictav., *Sententiae*, II, c. 9; III, c. 3: PL 211, 970 A, 1050 C; Simon Tornac., *Disputationes*, disp. 3, q. 1: ed. J. Warichez, p. 24). Cf. *Glossa* Lombardi in Rom. 2, 6: « Cum auctoritas dicat: Nullum malum impunitum et nullum bonum irremuneratum » (PL 191, 1341 D); Augustinus, *Enarr. in Ps. 118*, serm. 23, n. 3: « Nec recte factum infructuosum, nec peccatum creditur impunitum » (PL 37, 1567); Boethius, *De consol. philos.*, IV, pr. 1: « Nec sine poena unquam esse vitia, nec sine praemio virtutes » (PL 63, 787).

in libro *De distinctione sacrificiorum* [1]: « Aeternam voluit peccator habere peccati perfruitionem, et ideo aeternam inveniet peccati punitionem ». — Diminutio autem quoad acerbitatem est duobus modis: vel ex parte ignis affligentis, vel ex parte animae patientis. Quantum est ex parte activi, non diminuitur; sed quantum est ex parte passivi, diminuitur respective, quia minus punitur quam ille qui continuavit se in peccato. Praeterea, huiusmodi bona in caritate pro aliqua poena peccati satisfecerunt || transacta, pro qua maiorem acerbitatem poenae P 189 d aeternae sustinuisset.

g. Ad id vero quod obicitur, dicendum quod non diminuitur acerbitas ex parte passivi pro peccato post perpetrato, ratione cuius damnabatur; sed pro peccato prius perpetrato, si aliquod erat. Si vero nullum, tunc valet, ut praedictum est, ad tolerantiam supplicii interioris vel exterioris [a].

23. Satis arbitror; qui asserunt de uno crimine [836, 22].

a. || Dicit Gregorius in *Moralibus* [2]: « Mali aliquando, victa E 255 r una nequitia, pedem lavant, altera regnante ». — Et in Psalmo [3]: *Lavabo per singulas noctes lectum meum.*

b. Quod autem de omnibus oportet poenitentiam agi, dicit Gregorius [4]: « Conversio dicitur quasi cordis undique versio. Si autem cor nostrum undique a malo ad Deum conversum fuerit, mox suae conversionis fructum meretur, ut Deus, ab ira conversus ad misericordiam, peccati praestet indulgentiam, cuius primo praeparabat vindictam ».

c. Respondemus quod intelligitur hoc de actu culpae vel pronitate, non de ipsa culpa. — Reliquum vero, quod in Psalmo dicitur, intelligitur quoad dolorem frequentem pro pec-

a (15) Unde totum hoc et omnes auctoritates quae dicunt quod valent ad diminutionem poenae, intelligendae sunt per accidens (+ B2).

2 inveniet] invenit PT. 6 quantum... passivi] nec ex parte patientis B. || diminuitur] nisi *add.* B. 7 continuavit] continuat B. 8 caritate] facta *add.* T. 11 id *corr. in* aliud B. 12 post *om.* PT. 13 damnabatur] condemnabatur B. 14 nullum] erat *add.* B. || praedictum] dictum E. 16 arbitror] de illis *add.* P. 17 victa] incerta APT. 18 nequitia] malitia BT. || Et] item B. 20 agi] agere E. 22-23 conversum] versum B. 23 mox] undique *add.* B. 27 pronitate] potestate PT. 27-28 in Psalmo] inpresso A. 28 dicitur *om.* B.

[1] *Epist. 102: Sex quaestiones contra Paganos*, q. 4, n. 27 (PL 33, 381); titulus *De distinctione sacrificiorum* spectat ad q. 3. [2] Lib. VII, c. 28, n. 35 (PL 75, 785 D). [3] Ps. 6, 7. [4] Verba sunt Gratiani in *Decreto*, de poen., d. 1, c. 34 (I, 1166).

Num. 23: anon. P, f. 90r; anon. V, f. 137b. Cf. Bonav., hic, p. 1, q. 2 (IV, 351s.).

catis; non quod singulis noctibus lavetur culpa, sed ablutio fit quoad poenam debitam culpae.

24. Totum enim hominem sanavit [837, 6]. *a.* Habetur contrarium Marc. 8, 23-25, de caeco in cuius oculos expuit Dominus, et post vidit *homines velut arbores ambulantes*, et post per
A 137 d impositionem manuum plene vidit. || Unde videtur quod non 'totus' statim sanabatur.

b. Contra, in Matth. 9, in duabus glossis. Super illud: *Fidem illorum videns*, Glossa [1]: « Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, ut intus et extra sanaret hominem » ! Et in eodem, super illud: *Surrexit*, Glossa [2]: « Magna virtus ! Sine mora imperium salus comitatur ».

c. Respondemus quod non est contrarium, quia, etsi non simul, tamen totum sanavit hominem, scilicet in anima et corpore. — Ad aliud respondemus quod totum simul ab omni culpa sanat semper, sed non ab omni poena peccati. Unde Glossa [3] super illud Marci: « Quem uno verbo poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humanae caecitatis ostendat, quae vix et quasi per gradus ad lucem redeat ».

B 142 r **25.** || **Poenitentia vera ad baptismi puritatem conatur ducere** [837, 15-16]. *a.* Contra, in Amos 5, 1: *Non adiciet ut resurgat virgo;* et in 8, 14: *Cadent et non resurgent*, Glossa [4]: « Non revertentur ad priorem felicitatem ». — Similiter obicitur de Adam, qui poenituit et non fuit reductus ad priorem statum innocentiae. — Praeterea, Baptismus delet culpam et poenam; poenitentia vero interior non delet poenam totaliter.

b. Respondemus quod intelligitur sic: 'Non adiciet ut resurgat virgo', quia non potest esse quin fuerit corrupta

---

3-4 contrarium] contra EPT. 5 homines *om.* T. 5-6 per... manuum] impletionem pene E, per unionem m. PT. 10 valuit] fides *add.* E. 11 Et *om.* PT. 14 contrarium] contra PT. || quia, etsi] licet enim T. 15 et] in *add.* B. 18 Quem] in *add* B. 19 curat] sanat E. || quae] quod E. 20 quasi] quare A. || gradus] gradum PT. 22-23 ut res. virgo] v. ut r. *codd.*

---

[1] *Ordin.* in Matth. 9, 2. (PL 114, 115 B); ex Beda in Luc. 5, 20 (PL 92, 387s.). [2] *Ordin.* in Matth. 9, 7 (PL 114, 115 D); ex Beda in Luc. 5, 25 (PL 92, 389 A). [3] *Ordin.* in Marc. 8, 23 (PL 114, 210 D); ex Beda in h. l. (PL 92, 211 C). [4] *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 368v).

Num. 24: anon. P, f. 90v; anon. Tr, f. 171c; anon. V, f. 137d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 9 (IV, 379). — Num. 25: anon. P, f. 90v. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 10 (IV, 379).

per peccatum. — Ad illud || Amos 8, 14, dicimus quod loquitur de illis qui cadunt per mortale et non resurgunt per poenitentiam. P 190a

c. Ad illud vero quod [obicitur] de Adam, dicimus quod reductus fuit ad priorem statum puritatis a || culpa, sed non ad eamdem dignitatem status, quia status innocentiae est dignior quam poenitentiae. T 158a

d. Ad ultimum dicimus quod poenitentia interior non conatur ducere ad puritatem Baptismi quoad depurationem a poena, sed a culpa.

26. Qui deflet damna temporis [837, 19]. *a.* Ex hoc videtur quod non sit vera poenitentia sine lacrimis exterioribus, maxime in illis qui flent pro damnis temporalibus. — Praeterea, quaestio est utrum peccet qui non deflet pro peccatis, cum pro temporalibus defleat; cum dicatur Ier. 6, 26: *Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.*

b. R e s p o n d e m u s quod quidam est dolor animae secundum communicationem cum corpore, et quidam secundum incommunicantiam, sicut est delectatio. Quantum ad illum dolorem qui est in communicantia, « culpabiliter durus est, qui deflet damna temporis » etc. [837, 19]; quantum ad alterum non, quia in illo non sequitur corpus passiones animae. Dicitur autem 'culpabiliter durus', non quia semper peccet peccato mortali, sed quia duritiam habet, secundum quam est proclivitas in culpam.

27. Item [837, 28]; **Ex praemissis** [838, 4]; **si non restituat ablatum** [838, 27]. *a.* Quaeritur an restitutio ablatorum sit pars poenitentiae. Quod videtur, quia peccatur et in Deum et in proximum et in se: cuilibet ergo est satisfaciendum; alioquin non est poenitentia, si non satisfaciat proximo.

---

1 dicimus] dicendum B, *om.* AP. 2 mortale] peccatum *add.* B. 4 vero *om.* E. || quod[1] *om.* BEPT || de *om.* P. 6 eamdem] eam A, prioritatem vel *add.* E. || quia status *om.* (*hom.*) B. 13 in *om.* B. || Praeterea] prima B. 14 quaestio est] queritur E, *om.* est A. 14-15 deflet... defleat] flet... fleat E. 15 dicatur] dicat B. || Ier.] Iac. AEP. 18 communicationem] coniunctionem PT. 19 incommunicantiam] communicantiam PT. || Quantum] ergo *add. interl.* B. 20 communicantia] communicanti B. 21 temporis etc.] temporalia tamen B. 27 an] si PT. 28 et[1] *om.* BPT.

Num. 26: anon. P, f. 91r; anon. Tr, f. 171c. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 11 (IV, 379s.). — Num. 27: anon. P, f. 92r; anon. Tr, f. 173a; anon. V, f. 138a-b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 5, q. 1 (f. 33b-c); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 4 (IV, 375s.).

b. Praeterea, sint hic duo auferentes in eisdem circumstantiis, praeter hoc, quod iste est impotens reddere, ille potens et reddit; huic, qui non potest, iniungitur amplior poenitentia: ergo restitutio est pars poenitentiae.

c. Praeterea, « contraria contrariis curantur », ut habetur super illud Levit. 25, 50: *Supputata* [1]. Sed aliquis peccat per rapinam, per furtum et consimilia; ergo convenit eis medicina restitutionis.

d. Contra hoc videtur per definitionem peccati. Sicut enim habetur in libro *De libero arbitrio* [2]: « Peccatum est aversio a bono incommutabili, cum conversione ad bonum commutabile »; et in libro *De vera religione* [3]: « Spreto incommuta-
A 138a bili bono, mutabilibus adhaerere ». Ex ratione ergo peccati || arguitur quod delinquitur tantum in Deum; ergo Deo tantum satisfaciendum. Sed restitutio est de satisfactione respectu hominis; non ergo est pars poenitentiae.

E 255v *e.* Praeterea, ex ratione satisfactionis || quam dat Anselmus [4] idem arguitur: « Satisfacere est Deo debitum honorem impendere ». — Item, in Psalmo [5] dicitur: *Tibi soli peccavi.*

f. Responsio. Ad hoc dicunt Magistri [6] quod sacerdos quaedam iniungit ad fundamentum satisfactionis, scilicet abstinere a peccato et restituere ablatum; quaedam ad satisfactionis expeditionem, ut cum iniungit vitare pravas societates, secundum illud I Cor. 15, 33: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Et de utroque habetur Gen. 19, 17: *Noli respicere post*
P 190b *tergum, neque stes in omni regione* etc. || Quaedam sunt ad substantiam satisfactionis, ut ieiunare, dare eleemosynam et similia; quaedam ad perfectionem et securitatem satisfactionis iniunguntur, ut opera supererogationis, de quibus Luc. 10, 35:

1 Praeterea] postea A. || sint] sunt B, si E. 2 hoc E, *om.* ABPT. || iste] hic B. || impotens... potens *trp.* E. || et] potens *add.* E. 3 reddit] reddat T. || potest] reddere *add. mg.* B. || amplior] amplius B, maior E. 5 Praeterea] postea A. 6 super *om.* T. 7 eis] ei ET. 9 Contra hoc] contrarium E. || defin.] distinctionem P. 13 bono] rebus *add.* PT. 14 quod] quia B. || tantum[2]] est *add.* E. 17 Praeterea] postea A. 17-18 Anselmus BE, Augustinus APT, *quod corr.* B. 19 dicitur *om.* P. 21 scilicet *om.* T. 22 ablatum] ablata B. 23 pravas] malas T. 25 prava E(*Altiss.*), preterea (*vel* pra) APT, mala preterea B. || Et *om.* PT. || habetur] dicitur E. 26 neque] ne PT. 26-27 substantiam satisf. *Altiss.*, satisfactionem ABE, satisfaciendum PT. 27 eleemosynam] eleemosynas BE. 27-28 et similia *om.* T.

1 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 113, 371 D). Cf. hic supra, n. 13, § *d.* 2 Augustini, lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269). 3 Immo *De lib. arbitrio*, l. c. 4 *Cur Deus homo*, I, c. 11 (PL 158, 377 A). 5 Ps. 50, 6. 6 Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 4 et c. 5, q. 1 (f. 31b, 33c).

Quodcumque supererogaveris, reddam tibi. In eo etiam qui accedit ad confessionem et non vult poenitere, iniungitur ei quod « interim faciat quidquid boni potest, ut Deus cor eius illustret ad poenitentiam » [842, 20-21].

g. Ad obiectum dicendum quod propter hoc iniungitur restitutio in satisfactione, quia peccatur in proximum, qui est imago Dei. Et ideo vult Dominus, cui est satisfaciendum, quod proximo restituatur.

h. Ad aliud obiectum dicendum quod maior poenitentia iniungitur non restituenti, quia dissipavit bona fratris sui.

i. Ad tertium dicendum quod restitutio non est proprie medicina rapinae, sed largitas. Rapina enim est species cupiditatis, cui largitas opponitur. Iustum autem est ut satisfaciat, qui aliena rapuit, sua largiendo.

k. Sed quid si non habet unde reddat? De hoc Augustinus *Ad Macedonium* [1]: « Si aliena res, propter quam est peccatum, reddi possit et non redditur, poenitentia non agitur, sed simulatur ». Si vero non habet unde reddat, « dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est poenas luat ». Hoc autem intelligitur si nec nunc nec post est in solvendo. Sed si esset in solvendo, licet res quam abstulit sine culpa sua periisset, teneretur reddere aestimationem illius. Si vero fuerit res consecrata: si irrationalis est, debet pretium restitui, non ipsa res; quia res consecrata non debet ad profanos usus converti. Si vero esset alicuius ecclesiae, restituenda esset illi. De hoc habetur XIV, quaestione 6 [2].

2 quod] ut T. 2-3 interim] iterum EP. 3 potest] poterit B. 5 dicendum] dicimus T. 8 restituatur] fiat restitutio E. 9 aliud] illud BP. || dicendum] dicimus T, *om.* A. 11 tertium] aliud E. 13 autem] enim EPT. || satisfaciat] restituat B. 14 rapuit] rapit B. 17 possit] potest B. 18 dum *om.* PT. 19 quo] alio APT. 20 luat] lavat B. 21 Sed... solvendo *om.* (*hom.*) B, *om.* in[2] E. 22 sua *om.* T. || illius *om.* B. 24 quia res] sed quia B. || profanos] suos *add.* B.

[1] *Epist. 153*, c. 6, n. 20 (PL 33, 662). [2] *Decretum* Gratiani, C. 14, q. 6, c. 1 (I, 742s.), ubi et praecedens auctoritas Augustini.

DISTINCTIO XVI.

1. In perfectione poenitentiae tria observanda sunt [839, 5]. Hic quaeritur utrum sint illa tria partes subiectivae vel integrales poenitentiae.

a. Quod non sint integrales, videtur: quia contritio aliquando sufficit ad deletionem culpae et poenae. Hoc autem non esset, si omnes essent de esse poenitentiae.

b. Quod non sint subiectivae, videtur: quia rationem eius non recipiunt: non enim confessio est « voluntaria afflictio pro peccato propter Deum » [1]. — Praeterea, sicut habebitur distinctione XVII, cap. 1, « poenitentia vera est dolor cordis et amaritudo animae » [2] [847, 1-2]; sed haec ratio non conveniet confessioni.

c. Praeterea, « sacramentum, ut praehabitum est [3], simplex est »; Poenitentia autem est sacramentum; non ergo videtur habere partes. Nec sunt partes eius secundum quod est virtus: alia enim est in contritione et alia in confessione.

d. Praeterea, quaeritur propter quid hoc solum sacramentum aliquo modo concidit in intentione virtutis.

e. R e s p o n d e m u s quod aliter est loqui de poenitentia secundum quod est satisfactoria, et aliter de ipsa ut est virtus, aliter ut est sacramentum. Secundum enim esse sacramentum est duobus modis loqui: vel ex parte eius cuius est signum vel
A 138b causa, || vel ex parte eius per quod institutum est, vel ex parte eius quod est signum vel quod est causa. Si ex parte eius per quod institutum est, simplex est. Institutio autem eius facta est

3 illa tria] ille P. || vel] aut T. 3-4 integrales] ipsius *add.* E. 8 subiectivae *om.* A. || quia] quod P. 10 Praeterea] penitentia *add. codd.* || habebitur] habetur BET. 12 conveniet] convenit BET. 12-13 confessioni *corr. in* satisfactioni A, satisfactioni PT. 16 eius *om.* T. 19 concidit] concidat E. 21 ut] secundum quod B. 22 sacramentum[2]] sacramenti EPT. 23 vel[1]] ut PT. 24-26 vel[2]... est[1] *om.* (*hom.*) P. 25 eius[1]] per *add.* A. || quod est[2] *om.* B.

[1] Hanc definitionem poenitentiae v. supra, d. 14, n. 6, § *g*. [2] Ambrosius, *Sermo 25*, n. 1 (PL 17, 655). [3] Hic supra, d. 3, n. 6, § *a*.

Num. 1: anon. P, f. 92v; anon. V, f. 138b. Cf. Steph. Langton, *Quaestiones* (cod. Duacen. 434 II, f. 15d-16c); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, qq. 1-2 (f. 22d-23b); Bonav., hic, dub. 1 (IV, 397).

in collatione potestatis clavium et in eo quod dicitur Iacobi in fine [1]: *Confitemini alterutrum peccata vestra;* quod primo particulariter signatum est Luc. 17, 14: *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* — Quoad illud similiter cuius est signum, scilicet gratiae, simplex est: est enim gratia deletionis peccati. — Id vero quod est signum, divisibile est: nam quoddam signum est in contritione, quoddam in susceptione poenitentiae in confessione, quoddam in satisfactione. Est enim in contritione signum || deletionis || culpae; in susceptione vero poenitentiae in confessione, signum deletionis poenae purgatoriae in quam commutata est aeterna; in satisfactione vero signum deletionis poenae temporalis. Si ergo quaeratur cuius sunt partes, dicendum est quod eius quod est signum: ad perfectionem autem signi ista requiruntur. — Si vero quaeratur cuiusmodi partes, dicendum est quod sunt partes quoad esse, et sunt partes quoad bene esse. Quoad esse est pars contritio; quoad bene esse est pars confessio cum satisfactione, prout satisfactio est praeter contritionem. Nec est hoc contrarium, quod poenitentia secundum sui rationem potest praedicari de contritione, quia in ipsa contritione consistit esse poenitentiae, secundum quod est causa deletionis peccati. — Aliter autem est in esse signi: secundum hoc enim tam confessio quam satisfactio sunt de esse poenitentiae; principalius autem confessio ratione poenitentiae susceptae. Dico autem de poenitentia secundum quod est satisfactivum Ecclesiae. Aliter enim est loqui de poenitentia ut est satisfactivum Ecclesiae, et aliter ut est sacramentum. Nam ut sacramentum, ita potest compleri in contritione; ut est satisfactivum || Ecclesiae, non fit sine suscepta poenitentia a sacerdote ex vi clavium in confessione. P 190 c T 158 b E 256 r

f. Ad alterum dicendum quod aliter est in hoc sacramento quam in aliis. Non enim iustificatur homo a peccato mortali sine voluntate eius, ut dicit Augustinus [2]: « Qui creavit te sine te, non iustificat te sine te ». Quia vero peccatum origi-

3 signatum] significatum E. 5 est[1] *om.* P. 7 in[2] *om.* A. 8 Est] Non A. 10 est] et *add.* P. 11 deletionis *om.* B. 14 cuiusmodi] sint *add.* T. || est *om.* T. 17 praeter contr.] sine contritione T. || hoc *om.* B. 18 contrarium] contra EPT. || secundum] sed A, preter T. 19 de] in A. 21 autem] enim T. || enim] autem E. 23 autem[2]] quod *add.* A. 24 sec. quod] ut T. 25 enim] autem E. 26 et *om.* BE. || aliter] de penitentia *add.* T. || ut[2]] est *add.* T. || ita] sic T, tota (*corr. ex* ita) B. 27 contritione] satisfactione T, sed *add. mg.* B. || est *om.* E. 33 iustificat] iustificabit B.

[1] Iac. 5, 16. [2] *Sermo 169*, c. 11, n. 13 (PL 38, 923).

nale per alium contrahitur, potest deleri in sacramento Baptismi; et similiter intelligendum de aliis sacramentis. Quia ergo dolor voluntarius requiritur in contritione, formatus gratia, necesse est adesse poenitentiam virtutem.

2. Sicut tribus modis Deum offendimus [839, 10]. Ex hoc videtur quod, qui tantum peccat corde, non debet satisfacere nisi contritione: contritio enim fuit medela peccati in corde [839, 8]. — Respondemus quod, sicut distinguitur triplex peccatum: corde, ore, opere, quod per 'manum' [839, 10] intelligitur; eodem modo consummatur peccatum interius per tria: per sensualitatem, in quam per suggestionem aut motum carnis traicitur peccatum; et inferiorem partem rationis, in qua est delectatio, per quam ingreditur peccatum sicut per os; et superiorem partem, in qua consensus ad delectandum, per quam consummatur peccatum sicut extra perficiebatur in opere. Licet ergo peccatum sit in corde, tamen oportet satisfieri contritione, confessione, satisfactione, quia erat ibi peccatum sicut cordis, sicut oris, sicut operis.

3. Altera quasi prolata [839, 15]. Per quod designatur quod primum peccatum in corde, secundum in opere, tertium in ore; contra [quod] supra habetur [1]. — Respondemus quod dupliciter peccatur ore: uno modo defendendo peccatum suum et excusando, et hoc adiungitur cum peccato 'malae consuetudinis' [839, 16]; et est etiam maius peccatum illo, quia refertur ad obdurationem peccati, quod maius est quam peccatum simplicis operis. Est iterum peccatum oris, cum aliquis simplici verbo peccat, et secundum hoc non est circumstantia alterius peccati; et sic intelligebatur supra, cum dicitur: « corde, ore, manu » [839, 10].

---

1 alium] alterum E. 2 et *om.* PT. || intelligendum] est *add.* BEPT. 7 contritio] tritio A. 8 peccatum] in *add.* BPT. 10 tria: per *om.* (*hom.*) B. 11 in quam per] inquantum ad P. 12 traicitur] contrahitur PT. || et] per BPT. 13 sicut] tamquam T. || et *corr. in* per B. 18 sicut[1] *om.* B. || sicut or., sicut] oris et E. || oris, sicut *om.* B. 20 peccatum] est *add.* E. 22 quod *om.* T. || peccatur] in *add.* T. 23 et[1] *om.* PT. || hoc] modo *add.* T. 24 etiam *om.* PT, hoc *add. interl.* B. 26 simplicis] simplicitatis B. || oris *om.* P. 28 dicitur] dicebatur E.

---

1 Hic in litt., ubi dicitur: « Corde, ore, manu » (p. 839, 10).

Num. 2: anon. P, f. 92v; anon. Tr, f. 171d-172a; anon. V, f. 138b. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 397s.). — Num. 3: anon. P, f. 92v.

4. || **In varietate personae** [840, 12]. Supra habitum est [1] de quindecim conditionibus poenitentiae. Quas sic debetis distinguere. Quaedam sunt ex parte peccati quod oportet confiteri, scilicet quod sit 'vera, propria, generalis, specialis, individualis'. Oportet enim confiteri quod est || peccatum suum, et in genere et specie et propria ratione individuali. — Ex parte confitentis quaedam requiruntur ex parte rationis, quaedam ex parte voluntatis. Ex parte voluntatis, quod sit 'volens', quod sit 'munda'. Oportet enim cum voluntate per gratiam formata poenitere. Ex parte rationis, quod sit 'discreta' et 'provida'. Discreta quantum ad circumstantias aggravantes peccatum; versus [2]:

B 142 v

P 190 d

> Aggravat ordo, locus peccata, scientia, tempus,
> Aetas, conditio, numerus, mora, || copia, causa,
> Et modus in culpa, status altus, lucta pusilla.

A 138 c

Oportet esse 'providam', propter ea per quae potest esse recidivum peccati. — Ex parte virtutis passivae, quod sit 'pudibunda', et 'dolens', et 'amara'. Quae referuntur ad tria quae dicit B e r n a r d u s [3] oportere esse in poenitentia, scilicet pudorem, dolorem et timorem, super illud in Canticis [4]: *Fragrantia unguentis optimis.* — Ex parte sacerdotis, 'accusans'; respectu Dei, 'humilis'; 'frequens' et 'integra', quoad tempus. Quod sic intellexerunt: ut omnia pluribus sacerdotibus pluries, et non particulatim pluries diversis.

5. In varietate personae [840, 12]. *a.* Quaeritur, si aliqua sit cognita a suo episcopo, utrum teneatur confiteri; quia haec est circumstantia aggravans. Sed si hoc, tunc prodet alterius

1-2 de quindecim] dist. XV de B. 2 poenitentiae] peccati T. || debetis] debemus E. 3 parte... quod] opere... quas B. 4 vera *om.* T. 6 et[1]] in *add.* T. 7 requiruntur] exquiruntur P. 10 rationis] oportet *add.* BEPT. 12 peccata] persona PT. 13 numerus] nunc BP. 17 et... et] quod... quod BEPT. 20 accusans] excusans A. 22 intellexerunt] intelligitur BEPT. 23 et] quod *add.* B. || particulatim] particulam PT. 24 Quaeritur *om.* A. || aliqua] mulier *add.* E. 25 utrum] ipsa *add.* E. 26 est *om.* PT. || prodet] prodit B, prodem P.

[1] Dist. 14, n. 9, § *b.* [2] Ex noto poëmate *Poeniteas cito peccator*, edito inter *Opera* Petri Blesensis (PL 207, 1154 D) et alibi, de quo v. B. Hauréau, *Notices sur les oeuvres de Jean de Garlande*, in *Notices et extraits des manuscrits*, XXVII-2, p. 10-13. [3] *In Cantica*, serm. 16, nn. 4-7 (PL 183, 850s.). [4] Cant. 1, 2.

Num. 4: anon. P, f. 93v; anon. V, f. 138c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 9 (IV, 400). — Num. 5: anon. V, f. 138c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 3, q. 4 (f. 29a-c); H. Lio, *Nuove fonti*, in *Fr. Studien*, XXXIII, 1951, 403ss.

secretum. Praeterea, revelat pudenda patris: propter hoc maledictus fuit Cham [1]. — Respondemus quod non dicitur hic de confessione, sed de consideratione quae requiritur primo in contritione. — Sed quid ageudum est in confessione ? Respondemus quod confitendum est sacerdoti huiusmodi, de licentia proprii sacerdotis, qui personam non noverit; et sic crimen alienum non prodit.

b. Praeterea, quaeritur quae circumstantiae aggravant et quae non, et si omnes circumstantiae sint confitendae. — Respondemus quod illae aggravant quae dictae sunt; quarum quaedam sunt ex parte personae peccantis vel in quam peccatur, quaedam autem ex parte peccati. Praeterea, effectus sequens aggravat peccatum, sicut de peccato Arii [2]. Non oportet autem omnes circumstantias confiteri, sed principales, quae amplius aggravant peccatum.

6. [**Secundum quantitatem culpae, quantitas poenae,** 840, 6-7]. *a.* De hac quantitate poenae, Augustinus in libro *De natura boni* [3]: « Cuilibet culpae qualis et quanta debeatur poena, non est humani iudicii, sed divini ». Quod autem poena proportionari debet culpae, Is. 27, 8: *In mensura contra mensuram* etc.; et Luc. 6, 38: *Eadem mensura qua mensi fueritis* etc.

b. Sed potest esse quod sacerdos in infligendo poenam sit nimis remissus vel austerus. Esto ergo quod ultra debitum iniungat. Deinde perficit poenitens poenitentiam secundum quod est a Deo taxatam; decedens ergo post peractam evolabit. — Sed contra: non perfecit sibi iniunctam; ergo adhuc obligatus, perficiet in purgatorio.

c. Respondemus: triplex est forum: Dei, Ecclesiae et propriae rationis. Secundum forum Dei non est debitor, in quo est post hanc vitam; secundum forum Ecclesiae est debi-

1 Praeterea] postea A. 3 hic] hoc B. 4 est *om.* T. 5 sacerdoti huiusmodi] aliis sacerdotibus B, *om.* huiusmodi E. 5-6 de... sacerdotis *trp. p.* noverit E. 7 prodit] proderit P. 9 sint] sunt B. 10 dictae] dicta B, de esse PT. 11 personae *om.* P. 12 autem] vero E, *om.* T. || effectus] eventus BE. 14-15 quae... aggravant] aggravantes B, magis *pro* amplius T. 17 Dei] ex PT. || poenae] peccati AEPT, *om.* B. 18 natura boni] naturalibus B, nat. hu. PT. 20-21 In... 6 *om.* P. 21 et *om.* ET. || fueritis *om.* E. 22 quod] qua A. || in *om.* BPT. 23 ergo *om.* PT. 26 iniunctam] penitentiam *add.* E. 28 Dei] et *add.* PT. 29 Dei] et proprie rationis *add.* PT.

1 Gen. 9, 22-25. 2 *Decretum*, C. 24, q. 3, c. 16 (I, 995). 3 Cap. 19 (PL 42, 554).

Num. 6: anon. P, f. 93r; anon. V, f. 138b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, q. 2 et c. 4, q. 4 (f. 23b-c, 33a-b); Bonav., d. 20, p. 2, dub. 1 (IV, 541).

tor dum est hic; et ita potest esse debitor || secundum forum T 158 c
Dei, non Ecclesiae, et e converso. Patet autem de praedicto quod, licet esset hic debitor secundum forum Ecclesiae, non tamen cum decessit, quia iam erat in foro Dei, in quo non erat iam debitor. — Potest autem aliquis esse debitor secundum forum propriae rationis, non secundum forum Dei et Ecclesiae: ut cum non credit se satisfecisse de foro mentis et Dei. I ad Cor. 11, 31: *Si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicaremur.* Et dicit Augustinus in sermone *De poenitentia* [1]: « Ascendat homo adversum se tribunal mentis suae, ne hoc contingat quod Dominus comminatur [2]: *Arguam te et statuam contra* || *faciem tuam.* Adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi || confitentis per lacrimas E 256 v profluat. Postremo ab ipsa mente talis proferatur sententia, ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis Domini ». Unde corollarium, quod in statu poenitentiae non est comunicandum corpori et sanguini Domini. Sed hoc intelligitur dum est primo in interiori poenitentia, de qua hic loquitur. P 191 a

7. Omnis ista varietas [840, 23]. Super illud Psalmi [3]: *Confitebimur tibi* etc.: « Anima in confessione lavatur ». — Contra: aut hoc intelligendum est de poena, et sic falsum, quia hoc fit in satisfactione; aut a culpa, et hoc in contritione. — Respondemus quod deletio quoad culpam fit duobus modis: vel respectu Dei, et sic in contritione; vel respectu Ecclesiae, et sic in confessione, quoad forum poenitentiale.

8. Omnem qualitatem vitii, defleat [840, 27-28]. *a.* Unde videtur quod aliud est malum carere virtute, et aliud peccatum habere. Si hoc, nonnisi omissionis, cum omne malum cul-

2 Dei... Ecclesiae *trp.* E, Dei et n. Eccl. T. || et] sed P, non *add.* T. 3 esset] sit B. 4 erat] erit B. 5 iam *om.* T. 7 cum *om.* T. 8 nosmetipsos] utique AEP, nos ipsos BT. 9 sermone] foro A, fine E. 11 te *trp. p.* contra ABPT. 12 cogitatio] cognitio PT. || consc.] conscientie A. 13 Inde quidam E(*Aug.*), inde quid APT, ita quod *corr.* B. 14 profluat] effluat T. 16 corollarium] corporaliter AE, convincitur B, cor PT. 17 Domini] non est *add.* T. 17-18 intelligitur] intelligendum est T. 21 Anima... lavatur *ita codd.*, Omnia... lavantur *Glossa.* 23 a] in E. || et hoc *om.* A. 26 quoad f. poenit. *om.* T. 29 Si] sed EPT. 29-1 (p. 258) culpae sit *trp.* PT.

[1] *Sermo 351*, c. 4, n. 7 (PL 39, 1542). [2] Ps. 49, 21. [3] *Glossa* Lombardi in Ps. 74, 2 (PL 191, 698 D).

Num. 7: anon. P, f. 94r. — Num. 8: anon. P, f. 94r; anon. V, f. 138c. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 9 (IV, 399s.).

pae sit peccatum; ergo, cum continue caruit virtute, continue videtur omittere.

A 138d *b.* Praeterea, teneturne || peccator in quolibet instanti poenitere ? Si hoc, in quolibet instanti omittit, dum est in peccato.

c. Respondemus quod idem malum culpae est habere peccatum et carere virtute, sed sub altera ratione dicitur. Aliunde enim dicitur malum, et aliunde peccatum. Dicitur enim malum ex carentia boni, et dicitur peccatum ex indebita conversione ad mutabile bonum, in quo est delectatio. Et ita non erunt duo peccata: unum transgressionis, et alterum omissionis.

d. Ad aliud dicimus quod non in quolibet instanti omittit; sed tunc omittit, cum, considerando suum peccatum, advertit se abiisse « in regionem dissimilitudinis », Luc. 15, 13 [1].

9. Cohibeat etiam se a ludis [841, 26]. Reg. II, 23, 14-16 [2]. Gregorius [3]: « Cogitandum est ut qui illicita commisit, a quibusdam licitis se abstineat, ut per hoc suo satisfaciat Conditori; qui commisit prohibita, abscindat concessa, et se reprehendat in minimis, quem meminit peccasse in maximis ».

10. Etsi non dignos poenitentiae [841, 30-31]. Dicit Hugo [4]: « Aliud est poenitentia, aliud fructus poenitentiae. Poenitentia est facti improbatio, fructus poenitentiae est correctio delicti. Sed quia secundum mensuram delicti correctionis mensura pensanda est, ideo fructus dignos poenitentiae oportet facere. Si in correctione minor est afflictio quam in culpa delectatio, non est dignus fructus. Sed quia non potest sciri quando condigna est, necesse est semper poenitere. Da operam ut culpa sit cum fine, devotio sine fine ». — Ambrosius, in libro *De poenitentia* [5]: « Facilius inveneris qui servaverit innocentiam, quam qui congrue egerit peccati poenitentiam. [An quisquam illam

3 Praeterea] postea A. || instanti] statu E. 4 Si hoc *corr. in* sicut B. || instanti *om.* P, ut videtur *add. interl.* B. 10 erunt] committit PT. || et *om.* P. 11 dicimus quod *om.* B. 12 sed t. omittit *om.* (*hom.*) A. || cum *om.* P. 16 se *om.* P. 17 abscindat] abscondat P, etiam sibi *add.* E. 20 poenitentia] et *add.* BEPT. 22 quia] quare PT. 23 ideo] in AEPT, *om.* B. 24 in[1] *om.* A. 27 in libro *om.* T. 28 inveneris] invenies B.

[1] De filio prodigo, qui *peregre profectus est in regionem longinquam.* Cf. Augustinus, *Confessiones*, VII, c. 10, n. 16: « Et inveni longe me esse a te in regione dissimilitudinis » (PL 32, 742). [2] De David sitiente: *O si quis mihi daret potum... At ille noluit bibere, sed libavit eam Domino.* [3] *In Evang.*, II, hom. 34, n. 16 (PL 76, 1256 C). [4] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 2 (PL 176, 555 A-B). [5] Lib. II, c. 10, n. 96 (PL 16, 520 B); ex *Decreto* Gratiani, de poen., d. 1. c. 56, § 1 (I, 1173).

Num. 10: anon. P. f. 95v.

poenitentiam putat], ubi acquirendae ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copulae coniugalis usus? Renuntiandum est saeculo, et ipsi somno minus indulgendum quam natura postulet ».

11. || **Et sicut sunt digni** [842, 10]; **miles vel negotiator** [842, 14]. B 143 r Super hoc Leo papa [1]: « Poenitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis adstringi; || quia difficile est inter P 191 b ementis et vendentis commercium non intervenire peccatum ». Et Eccli. 26, 28: *Difficile exuitur negotians a negligentia.* Et iterum Leo papa [2]: « Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post poenitentiam redire ad militiam saecularem ». Sed hoc intelligitur principaliter quantum ad solemnem poenitentiam, cui convenit continue dolere usque ad finem vitae.

12. Alicui officio deditus [842, 14]. *a.* Gregorius, in quadam homilia [3]: « Sunt pleraque negotia quae sine peccatis exhiberi, aut vix, aut nullatenus possunt ». Quae igitur ad peccatum implicant, ad haec animus necesse est ut post conversionem non recurrat ».

b. De hoc obicitur: numquid militia vel negotiatio exerceri non possunt? Immo videtur. Dicitur enim Luc. 3, 13, publicanis: *Nihil amplius quam [quod] constitutum est vobis exigatis.* Et ibidem dicitur militibus [4]: *Estote contenti stipendiis vestris.* Ergo non sunt huiusmodi officia reprobata.

c. Respondemus quod illud Gregorii sic intelligitur: quod non possunt de facili exerceri sine peccato; unde non potest agere securam poenitentiam. Vel potest haec implicatio, quod sine peccato exerceri non possit, retorqueri ad praecedentia.

13. Bona quae iniuste abstulit [842, 19]. *a.* Quaeritur qualiter potest restituere qui dedit prava consilia animarum, et

1 ubi[2] *om.* P. || vini] virium PT. 6 utilius] dignius P. 7 adstringi] constringi B, obstringi *Leo.* 10 Et *om.* PT. 11 militiam] malitiam BP, *om.* T. 12 intelligitur] intelligendum T. 13 vitae] sue *add.* T. 14-28 Alicui... praecedentia *om.* B. 15-16 exhiberi] exerceri *et trp. p.* nullatenus (16) E. 18 non *om.* APT. 21 amplius] aliud PT. || exigatis] faciatis *Vulg.* 22 contenti] in *add.* P. 29-30 qualiter] quibus E.

1 *Epist. 167*, inq. 11 (PL 54, 1206 B); ex *Decreto* Gratiani, de poen., d. 5, c. 2 (I, 1240). 2 Ib., inq. 12 (PL 54, 1206s.); ex *Decreto*, ib., c. 3 (I, 1240). 3 *In Evang.*, II, hom. 24, n. 1 (PL 76, 1184); ex *Decreto*, ib., c. 7 (I, 1241s.). 4 Luc. 3, 14.

Num. 11-12: anon. P, f. 96r; anon. V, f. 138d. Cf. *Summa Hales.*, III-2, nn. 466, 490-491; Bonav., hic, p. 1, dub. 15 (IV, 402). — Num. 13: anon. P, f. 96r; anon. V, f. 138b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 5, q. 3 (f. 34a-b).

sic per consequens plures animas occidit. Vel qui prave docuit, per quod aliqui lapsi sunt in haereses vel pravos mores. Vel qui habet curam ecclesiae, et occasione negligentiae et imperitiae suae plures animae occiduntur spiritualiter. Vel indiscretus
A 139 a || medicus qui plures incisione vel alia operatione occidit. Vel qui defraudavit verum heredem a sua hereditate per partum suppositum vel alio modo. Vel qui est incendiarius. Vel qui dedit ad usuram. Vel qui vivit scienter de usura. Vel qui habet bona usurae indistincte mixta cum aliis. Vel qui tuetur usurarium. Vel qui dat consilium aut auxilium spoliatori, qui per crocodilum designatur, Levit. 11, 29. Vel qui est indiscretus tutor, sub quo bona pupilli dissipantur. Vel qui est imperitus advocatus et prosilit in causam iustam, et occasione eius periclitatur;
T 158 d
E 257 r vel defendit causam || iniustam. Et qui est mango vel sophisticus mercator. Vel qui alicui detraxit famam eius.

b. Responsio: in Ex. 22, 6: *Si egressus fuerit* etc., Glossa [1]: « Qui hoc commiserit, dignam gerat poenitentiam, et quod per inertiam laesit, studiose restituat ». Hoc est contra hoc quod dictum est: 'occasione negligentiae' etc.

c. Item, in Ex. 21, 33: *Si quis aperuerit cisternam*, Glossa [2]: « Ex morte iumentorum debet pretium, quia illud amisisse convincitur. Operienda est ergo cisterna Ecclesiae coram parvulis ». Contra illos de doctrina.

d. Item, contra dantes prava consilia per asperitatem, Ex. 21, 22: *Si rixati fuerint* etc., Glossa [3]: « Qui laeserit, instruat et reparet animae quae perdidit, cum honore et modestia sive mansuetudine ».

e. Contra illum qui dedit prava consilia per imperitiam vel remissionem, Ex. 21, 18: *Si rixati fuerint*, Glossa [4]: « Im-

2 quod] que T. || aliqui] alii B. || haereses] heresim E. 3 occasione] occasionem A. 5 occidit] excidit B. 7 dedit] dat B. 8 ad *om.* E. 9 usurae] de usura B. || tuetur usurarium] tenetur ad usuram PT. 10 Vel *om.* B. || qui... aut *om.* T. 12 imperitus] indiscretus E. 13 iustam] iniustam B. 14 iniustam] et inhonestam *add.* E. || Et] vel PT. || mango] magon B, mago E. 15 eius] suam T. 18 restituat] et *add.* P. 20 cisternam] etc. *add.* EPT. 21 quia] quod PT. 22 convincitur] commetitur PT. || est *om.* APT. 23 de *om.* P. 24 dantes] illos qui dant B. || Ex.] in Exo. PT. 25 etc. *om.* B. || laeserit] lesit T. 26 quae] quoad P. 28 dedit] dat PT. || prava cons.] pravum consilium B. 29 fuerint] etc. T, *om.* E.

[1] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 261 A). [2] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 169v), et ap. Rabanum in h. l. (PL 108, 116 C). [3] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 259 C); ex Origene, *In Exodum*, hom. 10, n. 4 (PG 12, 372 B). [4] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 257 C); ex Rabano in h. l. (PL 108, 112 B).

pensam promissae emendationis in medicos, id est doctores, impendat, qui infirmatum baculo consolationis erigant et fomentis praedicationis in pristinum dilectionis gradum restituant ».

f. Contra remissos, || Ex. 22, 14: *Qui a proximo quidquam,* P 191 c Glossa [1]: « Mors aut debilitas peccatoris iusto non imputatur, si eius curam strenue gessit et quasi Deo praesente; aliter damnum reddere compellatur ».

g. De eo qui laesit per infidelitatem, Ex. 21, 22: *Subiacebit damno,* Glossa [2]: « Qui sibi conscius fuerit tanti scandali, ponat animam suam pro anima scandalizati, et usque ad mortem det operam quomodo ad fidem restituatur ».

h. De incendiariis et raptoribus, quod oportet restituere modis omnibus quibus possunt. Hoc habetis in *Primis,* V, titulo *De damno dato* [3], ubi dicit: « Si quis domum vel aream cuiuscumque incenderit voluntarie, sublata vel incensa omnia restituet ». — In eisdem, V, *De usuris,* De restitutione usurariorum, *Plures clericorum* et *Cum tu sicut asseris* [4], ubi dicitur quod restituendae sunt ipsis [a quibus extorserint] vel heredibus vel pauperibus per manum Ecclesiae, et possessiones de usuris comparatae debent vendi ut fiat restitutio. Et *Tua nos duxit fraternitas* [5], ubi dicitur de filiis usurariorum vel de extraneis ad quos bona sunt devoluta, quod debent restituere. Et *Consuluit* [6], ubi dicitur de negotiatoribus et usurariis intentione. Et titulo *De adulteriis et stupro* [7], ubi dicitur de defloratione virginis et restitutione facienda.

---

1 promissae *om.* B. 2 infirmatum] infirmantur ABE, infirmum *Glossa.* 3 gradum] statum PT. 3-4 restituant] restituat AB. 6 peccatoris iusto] peccoris iusto B, pecoris pastori *Glossa.* 7 curam] vitam *codd.* 8 compellatur] compelletur BPT. 9-10 Subiacebit damno *om.* P. 10 tanti scandali] de tanto scandalo T. 12 det] debet (vel det *interl.*) B. 13 raptoribus] dicimus *add.* T. 14 habetis] habetur E. || in Primis *interl.*, Extra. *in textu* B. 15-16 cuiuscumque] alicuius E. 16-17 restituet] restituat B. 17 eisdem] Extra. B. 17-18 usurariorum] usurarum B. 19 ipsis] ipse B. || vel[1] *om.* B. 20 et] vel PT. 21 nos duxit] nobis dixit E. 23 quos] que AB. || restituere] reddere T. 24 et usurariis *om.* T. 25 Et] in B.

---

1 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 261 B-C). 2 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 259 D); ex Origene, *In Exodum,* hom. 10, n. 4 (PG 12, 373 C). 3 *Decretales,* compil. I, lib. V, tit. 31, c. 7 (p. 143); compil. Greg. IX, ib., tit 36, c. 6 (II, 879). 4 Compil. I, ib., tit. 15, cc. 1 et 5 (p. 133); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, cc. 1 et 5 (II, 811s.). 5 Compil. I, ib., c. 11 (p. 134); compil. Greg. IX, ib., c. 9 (II, 813s.). 6 Compil. I, ib., c. 12 (p. 135); compil. Greg. IX, ib., c. 10 (II, 814). 7 Compil. I, lib. V, tit. 13, cc. 1-2 (p. 131); compil. Greg. IX, ib., tit. 16, cc. 1-2 (II, 805s.).

i. De consiliariis autem ad factum, argumentum quod aeque sunt puniendi cum ipsis malefactoribus in *Primis*, V, De homicidio, *Sicut dignum* [1]. Et similiter de adiutoribus in facto et qui nolunt impedire cum possint et ad eos pertinet. Unde, sicut ibidem dicitur [2]: « Non caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare ». Et titulo *De falso crimine* [3], ubi dicitur quod « falsus testis prout crimen est punietur », « et qui veritatem occultat ».

A 139 b **14.** || **Praedictis vero** [842, 26]; **Tres sunt actiones poenitentiae** [843, 3]. *a.* Quaestio est de ratione huius divisionis. Per hoc enim videtur significare quod quaedam poenitentia est sacramentum praecedens Baptismum.

b. Praeterea, quaeritur utrum iniungenda sit ei poenitentia, qui poenitens accedit ad Baptismum.

c. Praeterea, videtur contrarium ei quod dicitur supra, IV distinctione, cap. *Solet quaeri* [769, 19], ubi dicitur quod Baptismus « non requirit planctum aut gemitum » [770, 11-12].

d. Praeterea, dicit quod « una actio poenitentiae est post Baptismum, quae fit pro illis peccatis quae Legis decalogus continet » [843, 11-12]. Ex quo videtur quod omnia peccata mortalia reducuntur ad Decalogum, aut non est tantum actio poenitentiae pro illis. — Praeterea, secundum hoc videtur quod non differat poenitentia ante Baptismum et post: utraque enim est de huiusmodi peccatis, nam de originali non sumitur poenitentia.

e. Praeterea, quaeritur utrum debet esse contritio ante Baptismum pro originali peccato in adulto.

f. R e s p o n d e m u s quod haec differentia poenitentiae accipitur non solummodo secundum differentias peccatorum,

---

2 sunt] sint PT. || cum *om.* ABE. 3 dignum] dicimus *codd.* || similiter] super B. || nolunt] nolint B. 4 cum] dum E. 6 Et] in *add.* B. 7 crimen] certum B. 8 occultat *sequitur spatium album (4 lin.) in* AE. 10 huius] unius A. 11-12 quaedam... praecedens] est pen. quedam preced. ante T. 13 ei] illi T. 15 supra *om.* PT. 18 est] fuit T. 19 fit] fuit PT. || pro illis] vel pro P. 21 actio *om.* PT. 22 Praeterea] postea A. 26 Praeterea] item E. 27 pro] de P. 28 haec *om.* E. 29 solummodo secundum] omnino per B.

---

[1] Compil. I, lib. V, tit. 10, c. 7 (p. 129); compil. Greg. IX, ib., tit. 12, c. 6 (II, 794s.). [2] L. c.; ex *Decreto* Gratiani, C. 2, q. 7, c. 55 (I, 501). [3] Compil. I, lib. V, tit. 16, cc. 1-2 (p. 135); compil. Greg. IX, ib., tit. 20, c. 1, id est c. 2 compil. I, aliud non ponitur (II, 816s.).

Num. 14: anon. P, f. 96v; anon. Tr, f. 173b; anon. V, f. 138c-139a. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, qq. 1-2 et dub. 1-2 (IV, 403ss., 411s.).

sed secundum statum poenitentis. Oportet autem accipere non exteriorem poenitentiam, sed interiorem, quae consistit in contritione.

g. Ad alterum dicimus quod non est poenitentia sacramentum antecedens Baptismum, prout poenitentia est sacramentum Ecclesiae. Poenitentia enim, prout est sacramentum Ecclesiae, || P 191 d consistit in suscepta poenitentia post confessionem a sacerdote iniungente. Haec autem non est in illa poenitentia quae est ante Baptismum: habet enim Baptismus vim huius et superaddit.

h. Ad tertium dicimus quod non est illud contrarium, quod supra dicitur; quia hic fit sermo de poenitentia interiori, supra autem dicitur quod 'non requirit Baptismus gemitum aut planctum' exteriorem. Nec iterum interiorem requirit quantum est de se, sed hoc requiritur ad dispositionem eius qui debet baptizari.

i. Ad sequens dicimus quod in Decalogo sub ratione generali continentur omnia praecepta, ex quorum transgressione accidunt peccata mortalia. In illis enim tota moralis instructio habetur, ut supra habitum est, XXXVI distinctione tertii libri, cap. *Cum sint duo praecepta* [714, 5], ubi dicitur quod « omnia moralia ad caritatem referuntur: pertinent enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta » [714, 13-14]. Nec in hoc quod dicit 'pro illis peccatis' etc. [843, 11-12], intelligitur distinctio huius poenitentiae a praecedenti; sed in hoc quod dicitur 'post Baptismum' et 'ante Baptismum' [843, 11, 13]. Est enim quaedam poenitentia, cuius poena satisfactoria est ex virtute passionis Christi et virtute Baptismi habentis virtutem ex ipsa; et haec est prima poenitentia. Est poenitentia secunda, cuius poena satisfactoria est ex caritate informante dolorem poenitentialem et alia opera poenitentiae.

k. Ad ultimum dicimus quod contritio non est || super E 257 v originali peccato per se accepto. Est enim dolor exiens ex propria voluntate; unde satisfactorius pro peccato quod ex propria voluntate contrahitur. Originale autem non est huiusmodi; unde super eo non est contritio.

---

6 enim] autem E. 8 Haec] hoc P. 9 huius] huiusmodi ET. 13 aut] vel ET. 14 iterum] etiam *corr. ex* interim B. 20 ut] unde ABE. 21-22 ubi... moralia *om.* B. 24 dicit] dicitur T. || pro] de PT. 25 huius] eius A. || dicitur *om.* B. 27 est *om.* T. 29 Est poenitentia *om.* B, et *praem.* E. 33 enim *om.* T. || ex] a T. 34 satisfactorius] est *add.* B.

15. Sed illa quae humanae [843, 21-22]. *a.* Super hoc Augustinus in sermone *De poenitentia* [1]: « Haec quamvis singula letali vulnere ferire non sentiantur, sicut homicidium vel adulterium, tamen simul omnia congregata, velut scabies, quo plura [sunt] necant, aut nostrum decus ita exterminant, ut a
T 159a sponsi *speciosi* || *forma prae filiis hominum* [2] castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianae poenitentiae desiccentur ». Ex quo videtur quod veniale fiat mortale. Cui consonat illud Gregorii [3]: « Nihil adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet ».

b. Contra: per proportionem poenae ad poenam. De hoc super illud in Psalmo: *Non enim qui operantur iniquitatem,*
A 139c ubi dicit Glossa [4]: || « Si quotidie carnis fragilitate peccant, non tamen amant, nondum operantur iniquitatem ».

c. Respondemus quod non dicitur hic quod veniale, per se vel multiplicatum, sit mortale vel fiat; sed amor sive contemptus sequens est mortale peccatum.

16. Ideo ieiunium etc. [843, 27]. *a.* Notandum quod venialia dimittuntur per tunsionem pectoris, per dominicam orationem, per Eucharistiam, per aquae benedictae aspersionem,
P 192a per generalem confessionem, per levem poenitentiam, per Unctionem Extremam, per proximi compassionem, per dimissionem peccati in nos. — Sunt etiam || alia per quae remittitur mortale, quae notantur per hos versus [5]:

Sunt septem delere quae crimina possunt:
Fons, eleemosyna, martyrium, conversio fratrum,
In se peccatum dimittere, flere reatum,
Sanguinis et carnis Christi perceptio digna.

4-5 quo... necant *Aug.*, que... necat *codd.* 5 nostrum *corr. in* verum B. || ut] et E, aut PT 6 castissimis E(*Aug.*), castis B, castigationis APT. 8 fiat] facit P. || Cui] quia A. 9 quod non] quin E. 12 super illud *om.* T. 13 ubi] de hoc T. 19 dimitt.] tum *add.* ABE. || per tunsionem] percussione B. 23 peccati] quod fit *add. interl.* B. || remit. mortale] remittuntur mortalia E. 25 quae] modi qui (que B) BT. 27 peccatum] peccanti B. 28 Christi] Domini T. || perceptio] susceptio BT.

---

[1] *Sermo 351*, c. 3, n. 5 (PL 39, 1541). [2] Ps. 44, 3. [3] Sub nomine Augustini in *Decreto* Gratiani, d. 25, c. 3, § 4 (I, 92s.) et in *Glossa ordin.* in I Cor. 11, 27, ap. Lyranum (VI, 51r-v). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 42, n. 3, § *c.* [4] Lombardi in Ps. 118, 3 (PL 191, 1406 D). Cf. Alex., l. c. [5] Cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 6 (PL 191, 104 B).

Num. 15: anon. V, f. 139a. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 3, q. 1 (IV, 409s.). — Num. 16: anon. P, f. 97v; anon. V, f. 139a. Quoad § *b:* Bonav., hic, p. 2, dub. 3, 5 (IV, 412s.).

b. Sed potest quaeri utrum ille qui dicit: *Dimitte nobis debita nostra* [1] etc., et non habeat debita, vel non dimittat debita, mortaliter peccet. — De hoc Augustinus, in sermone *De poenitentia* [2]: « Si non habemus peccata, et tundentes pectora dicimus: *Dimitte nobis debita nostra* », vel non conservo dimittimus, « ex hoc ipso graviter nullo dubitante peccamus, cum inter ipsa sacramenta mentimur ».

17. Quae autem pro venialibus [844, 5]; **quotidiana oratio fidelium** [844, 8]. Quod aspersio habet effectum dimittendi, Alexander papa, *De consecratione*, distinctione 3, *Aquam* [3]; ibi dicitur: « Aquam sale aspersam populis benedicimus, ut cuncti aspersi sanctificentur et purificentur. Sanctificat enim et purgat, et cetera bona multiplicat, et insidias diaboli subvertit, et a phantasmaticis versutiis homines defendit ».

18. || **Sufficit dominica oratio** [844, 18]. *a.* Quaeritur quid per se est expulsivum venialis peccati. Cum enim culpa et gratia per se opponantur, videtur quod per aliquam gratiam veniale tollatur. Non ergo sufficit dominica oratio. B 143 v

b. Praeterea, ieiunium et similia non tollunt: oppositi enim est tollere suum oppositum [4]. Haec autem non sunt in eodem genere primo cum veniali peccato, cum non sint nata fieri circa idem [5].

c. Praeterea, infra dicitur quod exigitur « aliquantula contritio » [844, 19]. Quod non videtur: si enim contritio minima est sufficiens ad deletionem mortalis peccati, mortale autem improportionale est veniali, non ergo videtur veniale per se deleri ex contritione.

d. Praeterea, ex vi aliquantae contritionis dimittitur mortale quantum ad culpam et poenam; proportionalis autem est

---

2 debita²] et *add.* A, si *add. interl.* B. 6 peccamus] vel *add.* T. 9 effectum] potestatem P. || dimittendi] peccata *add.* T. 10 consecr.] consecrationibus ABE, con. PT. || ibi] ubi PT. 14 phantasm.] fantasmatibus P. 19 oppositi] oppositum A. 23 infra] ita ABP. 25 peccati] culpe BEPT. 25-26 mortale... veniali] mortali... veniale B.

---

1 Matth. 6, 12. 2 *Sermo 351*, c. 3, n. 6 (PL 39, 1541s.). 3 Cap. 20 (I, 1358). 4 Aristot., *Physic.*, I, t. 81: « Contraria sui invicem perimendi vim habent » (Bekker, 192a 21-22; Didot, II, 260 13-14). 5 Aristot., *Categoriae*, c. 8: « Manifestum vero est circa idem aut specie aut genere nata fieri contraria » (Bekker, 14a 15-16; Didot, I, 21 25-26).

Num. 18: anon. P, f. 97v; anon. Tr, f. 173d-174a; anon. V, f. 139b; anon. Bruxel. 1542, f. 203r (ap. A. Landgraf, *Ein anonymes Werk aus dem Bereich des Odo Rigaud*, in *Collectanea Fr.*, XIII, 1943, 6-8). Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 116, 118,

poena contritionis cuicumque poenae contritionis; improportionale autem in genere peccati est mortale veniali; ergo nulla ei poena contritionis debetur. Non ergo ex contritione per se deletur veniale quoad poenam.

e. Praeterea, videtur quod non semper puniat Deus citra condignum. Nam sit quod aliquis doleat multum pro veniali: ex hoc videtur quod maior erit poena quam culpa; nam illa poena, cum sit aliquantae contritionis, proportionalis est illi poenae qua remittitur mortale. Culpa autem venialis in infinitum minor est culpa mortali; ergo maior est poena in suo genere quam culpa in suo.

P 192b *f*. Respondemus quod gratia per se || est expulsivum venialis peccati quoad culpam. Quod autem hic dicitur, ad satisfactionem referendum est, ubi dicitur quod aliqua « dominica oratio cum aliquo ieiunio et eleemosynis sufficit » [844, 18].

g. Sed nonne potest gratia simul stare cum veniali ? Et si hoc est, tunc non expellit. — Respondemus quod, licet gratia non expellat simpliciter, gratia tamen contritionis expellit. Est enim gratia contritionis duplicem dolorem informans: unum spiritualem, ex parte voluntatis rationalis; et alius est dolor sensualis, qui est ex parte sensualitatis. Gratia ergo quae informat dolorem spiritualem, delet culpam mortalem. Inerat enim culpa mortalis secundum illam partem.
A 139d Gratia vero quae sensualem dolorem || informat, tollit venialem, quae erat ex illa parte.

h. Sed estne gratia illa maior, quae tollit veniale, ea quae tollit mortale, aut aequalis, aut eadem ? Et videtur quod maior: quia quaelibet gratia gratum faciens tollit mortale, sed non quae-
E 258r libet tollit veniale; || ergo aliqua superadditio fit in illa quae tollit veniale. — Quod autem sit eadem, videtur per hoc, quod in contritione una infunditur gratia; sed ex illa infusa remittitur tam veniale quam mortale; ergo est eadem qua utrumque remittitur. — Respondemus quod eadem est gratia. Superadditio autem illa non est in intensione gratiae, sed in adiunc-

2 mortale veniali] veniale mortali B. 3 debetur] veniali *add.* B. 6 sit] ita *add.* B. 7 erit] sit B. || quam culpa *om.* P. 10 minor est *trp.* PT, *om.* est A, *mg.* est B. 10-11 mortali... culpa *mg.* (*hom.*) A^2. 12 poena] culpa A. 11 in suo *om.* B, genere *add.* T. 17 est *om.* B. || tunc *om.* E. 18 expellat] expellit PT. 19 Est] cum PT. 25 erat... parte] inerat secundum illam partem T. 26 Sed *om.* A. || ea] quam ea B, quam E. 28-29 quaelibet *om.* B. 30 in *om.* B. 31 sed] et EP. 32 eadem] gratia *add. interl.* B. 34 in^1] ex T. || intensione] additione E.

tione doloris sensualis cum gratia. Praeterea, intelligendum quod veniale peccatum et est poena peccati et culpa. Est autem culpa ut dispositio ad culpam mortalem, poena autem respectu originalis peccati. In quantum ergo est poena, non sic tollitur per hanc gratiam. In quantum vero est dispositio ad culpam, eo quod non est in eadem vi in qua est gratia, potest simul manere cum ea; sed quia reformat liberum arbitrium quoad voluntatem et rationem, et ita per consequens quoad posse super sensualitatem, gratia illa quae tollit mortale peccatum, tollit etiam in contritione veniale peccatum. Hoc autem quod hic dicitur, ad satisfactionem pro peccato veniali referendum est, ita quod praeordinetur contritio cum confessione [844, 19-20].

i. Ad aliud dicimus quod non est similis proportio culpae ad culpam et poenae ad poenam, nisi sumatur illa poena quae primo culpae debetur. Debetur enim culpae mortali primo poena aeterna, et veniali non aeterna. Sicut ergo non est proportio in duratione non aeterni ad aeternum, sic non est proportio culpae venialis ad mortalem. Comparatio autem illa quae facta est, fuit respectu poenae temporalis debitae mortali peccato, non ex se, sed || ex virtute misericordiae Dei et sa- T 159b
cramenti. Fit ergo ibi proportio poenae temporalis ad poenam temporalem, secundum quam non sumebatur collatio culpae ad culpam. Nec sequitur, si aliquanta contritio dimittit mortale quantum ad culpam || et poenam, quod nulla poena debeatur ve- P 192c
niali. Quod enim aliquanta contritio delet mortale quantum ad culpam et poenam, est de virtute gratiae, quae delet culpam; et de virtute eius coniunctae cum poena contritionis, quae delet poenam. Non ergo hoc est ex virtute poenae per se, sed ex virtute gratiae informantis poenam.

k. Ad aliud dicimus quod non est maior poena quam culpa. Licet enim minor poena sufficeret pro veniali, non tamen quod superadditur est ultra condignitatem, quia poena non satisfaciens pro culpa, promovet ad bonum meriti. Praeterea, licet ille

---

1 sensualis] sensibilis P. || intelligendum] est *add.* BEP. 2 et[1] *om.* BE. || et[2]] est *add.* T. 4 originalis] mortalis B. || non sic *om.* P. 5 vero] autem E. 8 super] per T, *om.* P. 9 gratia] ergo PT. 13 est *om.* P. 15 primo[1]] proprie *add.* B. || primo[2] *om.* B. 16 ergo] enim PT. 17 aeterni] eternali B. 18 ven. ad mortalem] mortalis ad venialem T. 20 peccato *om.* E. || misericordiae *om.* T. 22 non *om.* T. 23 sequitur] quod *add.* T. 24 poena] culpe *add.* PT. || debeatur] debebatur AT. 24-25 veniali] mortali T. 25 contritio *om.* A. 26 est *om.* P. || de] ex PT. 27 et *om.* BPT. || coniunctae] coniuncta B. 28 hoc est *om.* PT. || ex[2] *om.* B. 30 quam *om.* T.

dolor virtute gratiae informantis sufficeret ad deletionem mortalis, nihilominus est proportionalis huic veniali. Quod enim sufficit ad deletionem mortalis quoad poenam, non est de iustitia, sed de misericordia; reliquum vero plus de iustitia quam misericordia.

19. Per contriti cordis sacrificium [844, 26]. *a*. Nonne similiter oportet adesse ieiunium et orationem, cum haec tria [1] sint generalia satisfactoria ratione triplicis reconciliationis ? Oportet enim animam Deo reconciliari: quod fit in oratione; proximo: quod fit per eleemosynam; sibi: per carnis maceratio- nem. — Sunt etiam haec tria contra triplicem concupiscentiam, de qua I Ioan. 2, 16. Est enim orationis humilitas contra vitae superbiam, eleemosyna contra concupiscentiam mundi, ieiunium contra carnis concupiscentiam.

b. De hoc dicit Augustinus in sermone *De monte* [2]:
A 140a « Si vis orationem tuam volare in caelum, || fac ei duas alas: ieiunium et eleemosynam ». Ieiunium tollit pondus carnis sive luxuriae, eleemosyna pondus avaritiae, humilitas orationis pondus superbiae.

c. Ad obiectum vero dicimus quod ieiunium et oratio intelliguntur per 'gemitum humilitatis et sacrificium cordis contriti' [844, 26]. Gemitus enim humilitatis ad passionem carnis refertur; sacrificium cordis in oratione, quae est pius affectus mentis in Deum directus [3], perficitur.

20. Sed quaeritur, cum sint plures aliae poenae quae iunguntur ad satisfactionem, quare istae principaliter enumerantur.

a. De hoc Augustinus ad Probam, *De orando Deo* [4]: « Ieiunia et ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis

2 est] sibi P. 9 in oratione] per orationem PT. 15 De... monte *om.* P. 16 alas] orationem *add.* E. 20 vero *om.* E. 21 et *om.* P. 23 cordis] ad orationem refertur quia *add. interl.* B. 26 satisfactionem] satisfactorium P. || istae] prime B.

1 Tertium, scilicet eleemosyna, expresse ponitur in littera (p. 844, lin. 27), non autem ieiunium et oratio; et haec est ratio huius dubii. 2 *Sermo 62*, n. 11 (inter opp. August., PL 39, 1864). Cf. *Enarr. in Ps. 42*, n. 8: « Vis orationem tuam volare ad Deum ? Fac illi duas alas, ieiunium et eleemosynam » (PL 36, 482). 3 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 17, n. 24 I (p. 181). 4 *Epist. 130*, cc. 13-14, nn. 24-25 (PL 33, 504).

Num. 19-20: anon. P, f. 98r; anon. Tr, f. 174a-b; anon. V, f. 139b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 4, q. 2 (f. 31c-32c); Bonav., d. 15, p. 2, a. 1, q. 4 et a. 2, qq. 2-3 (IV, 367s., 372ss.).

concupiscentiae refrenatio, maximeque eleemosynae, multum adiuvant orationem, ut possimus dicere[1]: *In die tribulationis Deum exquisivi manibus meis*». «Molestiae tribulationesque temporales», tamquam horum adiutoria, «plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbiae, vel ad probandam exercendamque patientiam». Ex quo relinquitur quod aliae poenae inflictae sunt sicut quaedam adiutoria vel orationis vel ieiunii vel eleemosynae.

b. Licet ieiunium et eleemosyna importent secum poenalitatem || quamdam, propter quam videntur satisfactoria, non P 192 d videtur hoc esse verum de oratione. Non enim videtur poenalis, sed ex se delectabilis. Unde significatur per unguentum in Eccl. 10, 1: *Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti* etc. || Et E 258 v in Apoc. 5, 8, significatur per *phialas plenas odoramentorum;* unde ibi dicitur: *Quae sunt orationes sanctorum.* Et Ex. 30, 34, per *thus lucidissimum*, ubi loquitur de compositione thymiamatis. — Respondemus quod in oratione duo considerantur: unum ex parte superiori, et alterum ex parte inferiori. In oratione enim quae est pura et devota, abstrahitur anima a carne, cum qua consequitur passio ex carnis parte et gemitus pro peccatis. Aliud ergo habet oratio esse in quantum oratio, et aliud in quantum satisfactoria. Secundum illud esse ad sursum est meritoria, si fuerit ex caritate. Quantum autem ad alterum esse, scilicet ex humilitate gemitus, est satisfactoria pro peccato. — Similiter ieiunium, cum definitur sic[2]: Abstinentia a cibo et potu secundum formam Ecclesiae, causa satisfaciendi pro peccatis, vel causa vitandi peccata vel obtinendi vitam aeternam, habet duplex esse; et secundum hoc habet duplex medium. Est enim altera medietas eius in quantum est opus temperantiae, et altera in quantum est opus iustitiae. Secundum enim medietatem in abstinendo proportionalem naturae, accipitur ieiunium ut ad temperantiam refertur. Secundum autem medie-

3 meis] t. B. || Molestiae tribul.] molestieque B, quia *pro* que P. 4 plerumque prosunt] plurimumque possunt PT. 7 sicut] quasi T. || vel² *om.* A. 9 Licet] autem *add.* B. 10 videntur] esse *add.* T. 11 videtur² *om.* B. 12 significatur] designatur T. 13 perdunt *om.* B. || unguenti *om.* AB. || etc. *om.* E. 15 Quae] quod E. 16 lucidissimum] nitidissimum B. || compositione] dispositione B. 18 parte² *om.* B. 21 et *om.* P. 22 sursum] suesum AP, *lacuna* E. 23 esse *om.* P. 24 peccato] veniali *add.* PT, *add. mg.* A². 27 vitandi] dimittendi B. 29 opus *om.* B. 29-30 temperantiae ... opus *om.* (*hom.*) A. 30 enim] autem B, *om.* PT.

[1] Ps. 76, 3. [2] Ita Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 7, c. 5, q. 2 (f. 175b).

tatem proportionalem peccato pro quo satisfit, et rationi quae debet satisfacere, accipitur ieiunium ut ad iustitiam refertur; et sic est [abstinentia] satisfactoria, non autem vitae aeternae meritoria. Quod autem sit ieiunium Deo acceptum, habetur Is. 58, 6: *Nonne hoc est ieiunium* etc., Glossa[1]: «Ieiunium Deo acceptum est non solum a cibis, sed ab omnibus illicitis abstinere».

c. Item, cum orare sit pars eleemosynae spiritualis, qualiter ponitur satisfactorium e diverso dividens cum eleemosyna?

d. Respondemus ad primum quod haec tria ponuntur principaliter satisfactoria, quia proximum ad vitam est salvatio vitae; et propter hoc, manente vita, voluntaria poena ex parte carnis est prima subtractio ab iis quae solvunt vitam. Sed hoc est ieiunium; ergo est principale satisfactorium ex parte carnis. Similiter principale ex parte proximi est salvare vitam eius. Sed hoc principaliter fit per eleemosynam; ergo eleemosyna
A 140 b est || principale satisfactorium quoad proximum. Quia vero nihil placet plus Deo ex parte nostra ad satisfaciendum quam recognitio peccati et propriae impotentiae et supplicatio veniae, hoc autem fit in oratione satisfactoria: principaliter ergo satisfactorium quantum ad Deum est oratio. — Differt autem haec oratio ab illa quae est pars eleemosynae spiritualis. In hac enim oratur pro dimissione proprii peccati quoad poenam; in illa vero pro dimissione alieni peccati: quod ad eleemosynam pertinet.

e. Ad tertium dicimus per illud Augustini, libro *Confessionum* X[2], ubi dicit: «Docuisti me, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Et cum salus sit causa edendi, se tamquam pedissequa periculosa iucunditas adP 193 a iungit et plerumque praeire || conatur, ut eius causa fiat quod salutis causa me facere vel dico vel volo. Nec idem modus est utriusque: nam quod saluti satis est, delectationi parum est.

1 satisfit] satisfacit *et om.* et PT. 2 debet] deberet T. 3 satisfactoria *corr. in* satisfactorium B. 3-4 non... meritoria] si autem... meritoria *mg.* A[2], sic *pro* non BE. 4 sit] sic P. || ieiunium] est *add.* P (*interl.* A[2]). 6 ab *om.* ABPT. 8 qualiter] quare B. 9 e] ex B. 11 quia... vitam] et pr. vite T. 12 poena] vita T. 13 prima] preterea T. || solvunt] salvant *codd.* 16 fit *om.* PT. 22 enim] autem BPT. 24 dimiss.] diminutione B. 26 per] quod BPT. || August.] in *add.* B. 26-27 Confess.] de conf. P. 27 dicit] dicitur B. 29 se *om.* T. 30 plerumque *Aug.*, plerisque *codd.* 32 utriusque *Aug.*, utrisque *codd.*

1 *Ordin.* in Is. 58, 3: *Ecce in die ieiunii* (PL 113, 1300 C). 2 Cap. 31, n. 44 (PL 32, 797s.).

Et saepe fit incertum utrum necessaria corporis cura subsidium petat, an voluntaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. In hoc incerto praeparat anima excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret || negotium voluptatis ». Haec de medio sobrietatis. — Nunc de medio ieiunii, idem supra [1]: « Nunc cum quotidianas corporis ruinas reficimus, suavis est mihi necessitas, et adversus istam necessitatem suavitatis pugno ne capiar; quotidianum bellum gero in ieiuniis, saepius in servitutem redigens [2] corpus ». T 159 c

DISTINCTIO XVII.

1. Hic oritur quaestio [845, 4]; **per solam cordis contritionem** [845, 5-6]. Una quaestio est an contritio sit gratiae non sub ratione virtutis, aut sub ratione virtutis; et si est, cuius; et quae differentia inter contritionem et attritionem; et utrum possit attritio fieri contritio; et quae sit forma contritionis, quae materia.

a. Quod autem sit gratiae simpliciter, videtur per hoc, quod est dolor voluntarius cum remissione peccati. Sed gratiae per se est remittere peccatum; ergo contritio est gratiae. — Praeterea, dicit Dionysius in 8 *Hierarchiae* [3] quod opus gratiae triplex est: purgare, illuminare et perficere. Purgare autem est prius, quod respicit deletionem peccati aut ignorantiae sive nescientiae; illuminatio respicit veritatem, consummatio bonitatem. Primum ergo opus gratiae est secundum se, cum

2 cupiditatis] capacitatis AEP. 3 In] et B. 4 satis sit] satisfecit P. 7 cum] est B, tamen T, *om.* P. || quotidianas... ruinas *Aug.*, cotidiana... ruina AEPT, cotidianam... ruinam B. 8 et] vel E. || adversus] si versus B. || necess. suavitatis A, suavitatem BEPT (*Aug.*). 14 cuius] eius B. 20 remittere] dimittere T. || contritio] actio B. 22 et *om.* PT. 22-23 autem *om.* E. 24 consummatio] sive perfectio *add. interl.* B. 25 ergo] scil. purgatio *add. interl.* B.

[1] Ib., n. 43 (PL 32, 797). [2] I Cor. 9, 27. [3] *De cael. hierarchia*, c. 8, § 2 (PG 3, 239 C-D; PL 122, 1054 D); ap. *Dionysiaca*, II, 880s. Expressius in *De eccl. hierarchia*, c. 5, § 3 et c. 6, § 5 (PG 3, 503 A-B, 535 D; PL 122, 1096 B, 1103 D-1104 A); ap. *Dionysiaca*, II, 1327s., 1400s.

Num. 1: anon. P, f. 99r; anon. V, f. 139c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 2, q. 1 (f. 26a-d); Bonav., d. 16, p. 1, a. 1, qq. 1-2 et d. 17, p. 1, a. 2, q. 3 (IV, 383ss., 429s.).

consequentia sint etiam ipsius gratiae, non virtutis. — Haec autem tria respondent tribus quae sunt in definitione caritatis, cum dicitur: *Caritas est de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*, I ad Tim. 1, 5.

b. Quod autem prudentiae sit, videtur per hoc quod dicit Bernardus[1], Cant. 1, 2: *Fragrantia unguentis optimis*. Dicit enim: « Unguentum contritionis dolorem faciens », quod est « cum anima incipit cogitare vias suas, et colligit et congerit
B 144 r et conterit in mortariolo conscientiae multas || et varias species suorum peccatorum ». Sed hoc est prudentiae; ergo et contritio est opus prudentiae.

c. Quod autem sit timoris, videtur per Augustinum, in libro *De poenitentia*[2], ubi dixit quod « carnifex est timor ». Et praeterea, supra habitum est, in principio huius tractatus, quod « poenitentiae virtus timore concipitur » [819, 26].

P 193 b *d*. Quod autem sit iustitiae, videtur || per hoc, quod est punitio pro peccatis. Quod etiam videtur per illud supra, ubi dicebatur: « Quaedam dolentis vindicta puniens in se semper quod dolet admisisse » [823, 12-13]; hoc enim ad poenitentiam contritionis refertur.

e. Quod vero non sit unius, sed plurium simul, scilicet spei et timoris, tamquam duarum molarum, habetur Psalmo *Inclina, Domine*, versu *Deduc me, Domine* etc., Glossa[3]: « Hae sunt duae molae inter quas molitur christianus ut fiat panis Christi, scilicet spes et timor. Unde in Deut. 24, 6: *Non accipies loco pignoris superiorem vel inferiorem molam* »[4].

f. Huius gratia quaeritur utrum simul contritus moveatur illis duobus motibus. Quod videtur, per illud in Glossa[5]: « Utraque miscenda sunt, ut sub spe timeamus et sub timore laetemur ».

---

1 non virtutis *corr. in* ut virt. *et add.* contra B. 5 sit *om.* T. 7 enim] est *add.* B. 9 mortariolo] mortario PT. || et varias *om.* T. 13 dixit] dicitur B. 14 supra *om.* B. 16 sit *om.* E. 18 dicebatur] dicitur A. 19 admisisse] commisisse B. 20 contritionis *om.* T. || refertur] confertur B. 21 vero] enim E. || simul *om.* B. 22 habetur] in *add.* ET. 23 Inclina] me *add.* AE. || etc. *om.* E. 24 inter quas] in quibus T. 26 vel] et *Vulg.* 27 moveatur] movetur PT. 28 in *om.* P. 29 et *om.* PT. 30 laetemur] spe levemur B.

---

1 *In Cantica*, serm. 10, nn. 4-5 (PL 183, 821 A). 2 *Sermo 351*, c. 4, n. 7 (PL 39, 1542). Cf. supra, d. 16, n. 6, § *c*. 3 Lombardi in Ps. 85, 11 (PL 191, 803 B). 4 Cf. *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 359r); ex Gregorio, *Moral.*, XXXIII, c. 12, n. 24 (PL 76, 687s.). 5 Lombardi in Ps. 85, 11 (PL 191, 803 B).

g. Quod autem differentia sit || inter attritionem et con- A 140c
tritionem, habetur ex hoc, in Psalmo: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus* etc., Glossa[1]: «*Contribulatus*, in quo datur spes veniae convertendis, si velint poenitere». Deinde sequitur: *contritum*, de quo dicitur quod «spiritus contritus est sacrificium quo peccata solvuntur». Et similiter super illud Psalmi: *Laboravi in gemitu meo*, Glossa[2]: «Enumerat aerumnas quibus poenitens atteritur». Et sequitur: *Lacrimis meis stratum meum rigabo*, Glossa[3]: «Rigatio ad interiorem partem pertinet, ubi ostenditur fletus [usque] ad intima cordis permanare».

h. Quod autem possit attritio fieri contritio, videtur per hoc, quod ex fide informi, a qua fit attritio, potest fieri fides formata, per quam est contritio gratia superveniente. — Contra: ex timore servili fit attritio, ex initiali timore contritio; sed timor servilis non fit initialis[4]; ergo nec attritio contritio.

i. Respondemus quod in contritione est deletio culpae et deletio poenae in parte. Quantum ad deletionem culpae, est effectus gratiae per se, in quantum purgat liberum arbitrium a peccato. Quantum ad deletionem poenae in parte, est primo motus fidei. Dico autem ['primo'] quoad naturam, non semper quoad tempus. Dico autem 'motum fidei' non quantum ad quemcumque articulum, sed quantum ad hos articulos: remissionem peccatorum, vitam aeternam, poenam aeternam. Fides enim poenae aeternae incutit timorem, fides autem vitae aeternae imprimit motum spei; inter hos duos motus est motus contritionis, quo se homo annihilat pro peccato quo erga Deum deliquit. Et iste motus est iustitiae, praehabito motu prudentiae in cogitatione viarum suarum et consideratione peccati cum suis circumstantiis. Unde Bernardus[5]: «Intra aestuantis pectoris ollam simul coquuntur omnia igne quodam poeniten-

---

2 ex hoc *om.* B. 3 contribulatus *om.* B. || etc. *om.* E. 4 poenitere] et *add.* BPT. 5 quod] de quo A. 6 peccata] pena PT. || solvuntur] sequitur APT. || similiter *om.* PT. 10 permanare] permanere E, pertinere B. 11 attritio fieri *trp.* P, *om.* attritio B. 11-12 contritio... attritio *om.* (*hom.*) P. 12 attritio] contritio B. 14 timore[2] *om.* E. 15 attritio] fit *add.* E. 16-17 culpae et deletio *om.* (*hom.*) P. 17 in parte *om.* B. 20-21 quoad... autem *om.* (*hom.*) B. 21 quantum *om.* E. 24 incutit... aeternae *om.* (*hom.*) A. 25 imprimit] incutit T. || est motus *om.* (*hom.*) A. 28 cogitatione] cognitione B. || cum] et B. 30 coquuntur] coquat *Bern.*

---

[1] Lombardi in Ps. 50, 19 (PL 191, 491 D); iuxta Cassiodorum in h. l. (PL 70, 369 C). [2] Lombardi in Ps. 6, 7 (PL 191, 107 A). [3] Lombardi, ib. (PL 191, 107 D). [4] Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 34, n. 15 (p. 412s.). [5] *In Cant.*, serm. 10, n. 5 (PL 183, 821 A).

tiae et doloris, ut possit dicere cum Psalmista [1]: *Concaluit cor meum* » etc. Per hoc patet cuius est actus essentialis conteri, et quod motus ille non est simplex, sed compositus, in quo plures actus praeexsistunt.

k. Ad illud quod obicitur, utrum simul moveatur motu
P 193 c spei et || timoris, dicendum quod non oportet, sed quod unus sit in actu et alter in habitu. Nisi velimus hoc modo dicere: cum est recessus ab uno termino et accessus ad alterum, est unus
E 259 v motus [2]; recessus autem a malo || per timorem fit accessus ad bonum per spem. Sed non est omnino simile in motibus corporalibus et spiritualibus.

l. Ad illud vero quod posset quaeri de forma contritionis et materia, dicendum quod gratia est forma contritionis, dolor autem voluntarius, tum sensualis, tum spiritualis, materia. Quis autem effectus huius formae et quis huius materiae, infra habebitur, ubi agetur quis est effectus contritionis [3].

m. Ad illud quod obicitur, utrum attritio possit fieri contritio, dicimus quod non. Non enim simile est sicut in naturis, quod ipsa dispositio ultimata est necessitas. Nec est simile de fide informi et formata, sed de fide informi et ipsa gratia. Fides enim informis nunquam erit illa gratia quae illam informat. Praeterea, motus attritionis est exsistentis in peccato: unde opus mortuum est; opus vero contritionis est exsistentis in gratia,
T 159 d et ita est vitale; || mortuum autem non potest esse vitale.

2. Votum enim pro operatione iudicatur [845, 20]. *a.* C o n t r a, infra, eadem distinctione, in fine, ubi dicitur quod «ipsa erubescentia est gravis poena et pars divini iudicii» [857, 6-7]. — Praeterea, nonne magis meretur qui dat eleemosynam quam qui non dat, licet fuerit in voluntate dandi ? — Praeterea, nonne magis efficit sacerdos qui iniungit poenitentiam quam qui vult iniungere ? Quod sic, patet per illud quod dicitur infra, in ea-

1 doloris] dolore B. || Psalmista B, ps. AEP. 2 etc.] intra me E. 5 illud] aliud PT. 7 et *om.* ET. 9 fit *trp. p.* malo B. 12 illud] id P. 13 dicendum] est *add.* BT. || contritionis *om.* T. 14 spiritualis] est *add.* E, pro *add. interl.* B. 14-15 Quis... quis] qui... qui T. 16 habebitur] hr *codd.* || agetur A, agitur BEPT. 17 illud] aliud P. 19 ultimata] ultima P. || est[1]] sit T. 21 illa *om.* B. 22 exsistentis] existens BP. 23 vero] gratie P. || exsistentis] existens BP. 25 pro operatione] per apertum B. 29 licet] non *add.* B. 31 quod dicitur *om.* T.

1 Ps. 38, 4. 2 Cf. Aristot., *Physic.*, III, tt. 18, 20-21 (Bekker, 202a 13-21, 202b 10-19; Didot, II, 275 29-39, 276 15-25). 3 Infra, d. 18, n. 1.

Num. 2: anon. P, f. 99r. Cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 1 (IV, 432).

dem distinctione, cap. *Nunc priusquam* [853, 10], ubi dicitur: « Etsi non tam cito sicut si solverentur a sacerdote » [854, 6-7].

b. Respondemus quod hoc intelligitur hic quantum ad dimissionem culpae, vel quantum ad meritum vitae aeternae; non autem quantum ad meritum dimissionis poenae vel remissionis. Praeterea, aliud est ipsum sacramentum quod || operatum est, aliud est operantis actio [1]. Cum dicitur 'votum pro operatione iudicatur' [2] [845, 20], non intelligitur quod votum iudicetur pro sacramento operato. Specialem enim habet effectum sacramentum, quem non habet actio qua fit sacramentum, a sacerdote procedens. Intelligendum est etiam quod hic non accipitur 'votum' sicut infra, XXXVIII distinctione, ubi agitur de voto [967-972]; sed accipitur hic 'votum' firmum propositum confitendi. A 140 d

3. Ore tacente veniam [846, 5]. In Ex. 14, 15: *Dixit Dominus ad Moysen:* Quid clamas ? Glossa [3]: « Voces apud aures Dei non faciunt verba, sed desideria. Aeternam enim vitam si ore petimus nec corde desideramus, clamantes tacemus ».

4. Nemo vero resuscitatur [846, 14-15]. Super illud Psalmi [4]: *Numquid medici suscitabunt,* Glossa [5]: « Nemo confitetur nisi suscitatus, nemo autem vivit perpetua damnatione dignus. Patet quod antequam quisque confiteatur peccatum, || quod a reatu suae praevaricationis, quo aeterna sibi debebantur supplicia, per gratiam internae compunctionis absolvitur ». P 193 d

5. Quod qui negantur etc. [846, 19]; **Non potest quisquam gratiam Dei accipere** etc. [847, 4-5]. *a.* De quatuor quae exiguntur ad iustificationem habetur etiam in illo Psalmo [6]: *Deus repulisti,* versus: *Commovisti terram et conturbasti eam* etc. Unum

---

2 si *om.* E. 3 hic *om.* T. 4 meritum] motum T. 7 est[2] *om.* T. 8 votum] opus B. 9 sacramento] sacramenti B. 10 actio] operatio T. 18 nec corde] et c. non E, non corde P. 21 autem] enim B. 22 quisque] quisquam T. 25 etc. *om.* E. 26 etc. *om.* P. 27 etiam *om.* BEPT. || Psalmo] ut quid *add.* P. 28 versus] ibi T. || etc. *om.* BE.

---

[1] Cf. supra, d. 1, n. 8, § *g.* [2] Cf. supra, d. 4, n. 14, § *d;* Alex., *In II Sent.*, d. 41, n. 1 (p. 391). [3] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 225 A); ex Gregorio, *Moral.*, XXII, c. 17, n. 43 (PL 76, 238 C). [4] Ps. 87, 11. [5] Gratiani in *Decreto*, de poen., d. 1, c. 34, § 1 (I, 1166). [6] Ps. 59, 4. Cf. *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 553 B-C).

Num. 4: cf. Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 433). — Num. 5-6: cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 106, 113-115; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 2, c. 1, qq. 1-4 (f. 135a-136b); Phil. Cancellarius, *De iustificatione impii* (cod. Duacen. 434 I, f. 120a-d); Bonav., hic, p. 1, aa. 1-2 (IV, 418ss.).

est infusio gratiae, alterum motus liberi arbitrii in Deum, tertium motus contritionis sive detestationis in peccatum, quartum remissio peccati. Duo istorum sunt Dei, et duo hominis. Per hoc quod dicitur: *Commovisti terram*, notatur motus liberi arbitrii a gratia. Per *conturbasti eam* notatur motus liberi arbitrii in peccatum. Per hoc: *quia commota est*, motus liberi arbitrii in Deum. Per hoc: *sanat contritiones*, notatur remissio peccati.

b. Quaeritur ergo quare haec quatuor exigantur, et quo ordine, et utrum sint simul tempore; et principaliter quaeritur utrum infusio gratiae sit prior quam remissio peccati vel e converso. — Praeterea, in quo differat iustificatio prout est in parvulo et prout est in adulto; [item, prout est in adulto] converso ad fidem, prout est in poenitente fideli, prout est in exercitante se in operibus bonis; et utrum omnino sit similiter iustificatio post passionem et ante. — Praeterea, quaeritur quare timor vel spes non ponitur unum horum quae exiguntur ad iustificationem impii.

c. Quod autem non similiter sit iustificatio in parvulo et adulto, videtur: iustificatio enim in adulto est per motum liberi arbitrii; in parvulo non, sed per sacramentum fidei.

d. Praeterea, alter terminus est cum convertitur ad fidem, et alter cum, manente fide, convertitur ab iniustitia ad iustitiam; ergo non est similiter iustificatio in adulto converso et in poenitente fideli: in hoc enim fidei motus est, in illo autem non.

e. Per iam dicta etiam patere potest, quod non est idem gratia quod fides. Nam in parvulo proprie dicitur iustificatio quoad gratiae receptionem; in adulto converso ad fidem, quoad fidei receptionem; in fideli poenitenti, quoad gratuitae iustitiae receptionem; in exercitante vero quoad iustitiae consuetudinalis receptionem. In omnibus autem iis accipitur iustificatio a iustitia generali, non prout est iustitia quaedam virtus e diverso divisa contra prudentiam et alias. Iustitia autem, ut dicit

---

4 terram *om.* BET. 5 gratia] in peccata *add.* B. || Per... eam] item per hoc quod dicitur perturbasti *interl.* B. 6 quia] quod ABP. 7 in Deum B, *om.* AEPT. || hoc] quod *add.* E. 8 quatuor] duo P. 11 prout] que T. 13 exercitante] exercitate A, exercitare E, exercente T. 14 similiter] naturaliter AE, similis B. || iustificatio *om.* T. 16 horum] eorum T. 18 sit] fit B. || et] in *add.* BET. 19 enim] autem E. 20 in... sed] sed in parv. est B. 23 adulto] modo *add. interl.* B. || converso] ad fidem *add.* B. 24 in[1] *om.* B. || enim] autem B. || autem *om.* E. 26 etiam *om.* B. 28 receptionem] susceptionem T. 30-31 in... receptionem *om.* (*hom.*) T, *om.* vero B. 31 autem *om.* T. 32 non] scilicet B. 33 et] vel B.

Anselmus in libro *De veritate* [1], «est rectitudo || voluntatis P 194 a
propter se servata». Sed haec non est prima ratio iustitiae || ge- E 260 r
neralis. Prima enim est rectitudo vitae, || quae est in parvulo; A 141 a
secunda rectitudo intellectus, in adulto converso; tertia est rectitudo voluntatis ad debitum; quarta est rectitudo usus. Et ita per prius et posterius dicitur iustificatio de istis.

f. Per dicta etiam patet quod plura exiguntur ad iustificationem poenitentis fidelis quam parvuli vel conversi adulti. Exigitur enim infusio gratiae, quae communis est; et remissio peccati, quae similiter communis est, sed hic originalis peccati, ibi vero actualis. Exigitur motus liberi arbitrii, qui non est communis parvulo, sed adulto. Liberum autem arbitrium est «facultas rationis et voluntatis» [2]. Motus autem rationis principaliter exigitur in converso ad fidem; cui superadditur in poenitente motus voluntatis, ut satisfaciat secundum quod debet; ex quo, ex consequenti, requiritur motus in peccatum vel contra. Sic ergo remissio peccati fit per tria, in quibus figuratur opus Trinitatis; per gratiam, a qua potestas est vivificandi animam; et per motum rationis illuminatae per gratiam fidei; et per motum voluntatis detestantis peccatum: accensae per caritatem, paratae per iustitiam ad satisfaciendum. Primus actus est Patri appropriatus, secundus Filio, tertius Spiritui Sancto; remissio vero est actus communis.

g. Ex dictis etiam patet quis sit ordo: nam primo est gratia ut animae superfusa, secundo prout illuminat intellectum ad peccatum videndum, tertio prout est ad detestandum peccatum per contritionem. Et secundum hunc modum est gratia consummans, cum liberatur anima secundum se et secundum rationem et voluntatem a peccato.

h. Ad id vero quod quaeritur de spe et timore, dicendum est quod haec intelliguntur in contritione, in motu qui fuit

---

3 enim *om.* P. 5 est *om.* T. || rectitudo] rectus B. 6 iustif. de istis] iustitia de illis T. 7 dicta] predicta BT, iam dicta E. || etiam] ergo B. 9 est *om.* T. 9-10 et... est *om.* (*hom.*) E. 10 quae similiter *trp. codd.* 10-11 orig. peccati... actualis] originale peccatum... actuale T. 11 est *om.* P. 13 rationis[2] *om.* P. 14 cui] et B. 17 contra] peccatum *add.* E. 18-19 a... animam] fidei B. 20 et *om.* P. 22 est P. appr.] P. appropriatur T. 23 communis] rationis E. 25 animae] anima ABT. || prout] ut T. 27 Et *om.* B. 28 anima] et *add.* T. 29 et] secundum *add.* E. 30 id] illud P. || quaeritur] dicitur B. 31 est *om.* BPT. || qui] quis A.

---

[1] Cap. 12 (PL 158, 482 B). [2] Ut dicitur in litt., II, d. 24, c. 3 (p. 421).

contra peccatum. Contritio enim est 'simul tritio' liberi arbitrii
T 160a inter || duas molas: spem erigentem et timorem deprimentem.

i. Ad aliud dicimus quod gratiam est dupliciter considerare, et uno modo simul est cum remissione peccati, alio modo praecedit. Si enim accipiatur gratia gratum faciens, simul infunditur gratia et remittitur peccatum; et haec proprie dicitur gratia 'infusa'. — Si vero sumatur gratia gratis data, quae superfunditur animae, illa potest esse prior tempore quam remissio peccati; et secundum hoc ista iam ordinata incipiunt a gratia gratis data et procedunt usque ad gratiam gratum facientem, et tunc oportet loqui de fide informi et iustitia informi. — Si vero omnia ista dicantur esse in gratia gratum faciente, aut sumetur remissio peccati quoad culpam, aut quoad
P 194b poenam. Si primo modo, tunc simul tempore; secundum || prius tamen et posterius natura sunt haec quatuor. Si vero de remissione quoad poenam, possunt esse secundum prius et posterius tempore sicut natura. Simul autem in instanti oportet esse infusionem gratiae gratum facientis et remissionem culpae quoad culpam.

6. *a.* Quod autem remissio peccati sit prior, habetur per illud in Psalmo 62, 3: *Sic in sancto apparui tibi*, Glossa[1]: «Nisi quis prius deficiat a malo, nunquam pervenit ad bonum quod Deus est». Non enim excipit nova vita, nisi vetus exciderit. — Et similiter super illud: *Confessionem et decorem induisti*, Glossa[2]: «Prius est in Ecclesia confessio peccatorum, per quam foeditatem deponit; deinde decor virtutum, per quem placet sponso *specioso forma prae filiis hominum*»[3].

A 141b *b.* || Contra hoc tamen, Ioannes[4] dicit quod «malitia est tenebra intelligibilis»; sed tenebra per lucem advenientem expellitur; ergo prior infusio quam remissio.

1 enim] autem E. || tritio] contritio P. 2 molas] scilicet *add.* E. 7 gratis data] gratum dans A. 7-8 superf.] superinfunditur E. 9 iam *om.* T. 11 et[1] *om.* T. 15 tamen *om.* P. || haec *om.* P. || vero *om.* P. 16 secundum *om.* T. 17 natura] primo tamen modo *add. interl.* B. || in instanti] tempore B. 18 culpae] peccati E. 20 peccati *om.* B. 21 in Ps.] psalmi PT. 22 nunquam B (*Glossa*), non ET, *om.* AP. 23 enim] cum AET. || nova vita] novam vitam B. 27 sponso *om.* T. || specioso T, *om.* AEP, *interl.* B. 28 tamen *om.* BEPT. || Ioannes] Damascenus *add.* BEPT. 30 infusio q. remissio] (est *interl.*) infusio B, est gratie inf. q. peccati remissio E.

1 Lombardi in h. l. (PL 191, 572 B); ex August. in h. l., n. 9 (PL 36, 753). 2 Lombardi in Ps. 103, 1 (PL 191, 927 C); ex August. in h. l., nn. 4, 6 (PL 37, 1338, 1340). 3 Ps. 44, 3. 4 Damascenus, *De fide orth.*, II, c. 4 (PG 94, 875 B); versio Burgundionis (Fl, f. 6c). Cf. hic supra, d. 1, n. 18, § *a*.

c. Praeterea, dicit Ambrosius in *Apologia David*[1]: « Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem, tegitur per caritatem. Sic iniquitas, quae aestimatur habitudo mentis iniustae. Prius ergo est ut per gratiam ipsa iniquitas deleatur, et excidatur radix et seminarium peccatorum ».

d. Praeterea, ibidem dicit[2]: « Quemadmodum intrans in anima sapientis disciplina imprudentiam tollit et scientia ignorantiam, sic perfecta virtus iniquitatem et remissio peccatorum delet omne peccatum ». Sed quid aliud dicitur ibi 'remissio peccatorum' nisi gratia remittens ? Ergo per infusionem gratiae remittitur peccatum.

e. Quod est concedendum. Et sunt simul tempore; et haec prioritas et posterioritas ad naturam refertur. Prius autem natura dicitur dupliciter. Dicitur enim 'natura' uno modo forma, alio modo materia[3]. Secundum ergo quod natura est materia, prius est remissio peccati quam infusio gratiae: hoc enim proximius est ad liberum arbitrium recipiens iustificationem. Infusio autem gratiae ex parte agentis vel formae est prior: nam gratia creata similitudo est gratiae increatae, per quam tollitur dissimilitudo quae fuit in libero arbitrio per privationem ipsius.

7. Quid ergo super his sentiendum [848, 8]; **Sicut enim praecepta est nobis** [848, 23]. *a.* Super hoc Augustinus, *De poenitentia*[4]: « Non facilius ab inimico ducimur, quam cum superbiendo eum imitamur; nec vehementius eum prosternimus, quam cum humilitate Deum sequimur; nec acriores ei dolores infligimus, || quam cum plagas peccatorum nostrorum confi- E 260 v
tendo et poenitendo sanamus ». — Sed numquid sanat homo plagas peccati sui ?

---

1 David *om.* E, omne *add.* E. 2 donatur... Donatur] condonatur... condonatur T. 3 Sic] sicut T. 4 aestimatur] existimatur AT. 5 ipsa *om.* T. 7 ibidem] idem B. || intrans] intrat P. 8 sapientis *ita codd. et Decr.*, sapientiae *Ambr.* 10 delet *om.* T. 15 natura[2] *om.* B. 16 ergo] hoc B. 17 materia] et *add.* P. || est *om.* B. || hoc] ber. peccatum B. 18 recipiens] recipere T, et ex parte eius *praem.* B. 22 ipsius] illius BEPT. 25 cum] cum quod A, quod ET, quod cum P. 26 prosternimus] sternimus T. 27 Deum] Christum T. 28 nostrorum *om.* P.

---

1 Cap. 13, n. 62 (PL 14, 877 B-C); in *Decreto* Gratiani, de poen., d. 3, c. 25, § 4 (I, 1217). 2 L. c., n. 63 (PL 14, 877 C); in *Decreto*, l. c. 3 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 5, n. 9 (p. 60). 4 *Sermo 351*, c. 3, n. 6 (PL 39, 1542.)

b. Respondemus ad hoc quod sanatio respicit vulnus; vulnus autem est poena peccati. Liberum ergo arbitrium per gratiam potest se sanare satisfaciendo ab huiusmodi vulnere, sed non a causa ipsius vulneris. Sicut enim per peccatum fit homo minus habilis ad bene operandum, ita per satisfactionem, in qua 'exciduntur causae peccatorum' [832, 10-11], fit habilitatio ad bene operandum.

8. *a.* Item, quaestio est: cum contritio sit donum Spiritus Sancti, sicut infra habetur in eodem capitulo [848, 28], utrum reducatur ad aliquod septem donorum. — Quod videtur: sicut
P 194 c enim timor || qui est introductivus amoris est quoddam donum [703, 14-16], eodem modo videtur de dolore qui est in contritione, et pudore qui est in confessione.

b. Praeterea, si contritio et confessio sunt in praecepto, sicut hic habetur [848, 23], ergo tenetur unusquisque ad confitendum et conterendum. Sed si tenetur ex praecepto, ergo alicubi est expressum praeceptum quod sit confitendum sacerdotibus.

c. Praeterea, si aliquis conteritur super pluribus peccatis contritione generali, quorum non est memor, cum illis quorum est memor omnia ei dimittuntur. Numquid, si [quod] reducatur post ad memoriam, tenetur conteri super illud ? — Quod videtur, per simile in confessione. — Quod non oportet, videtur per hoc, quod deleta est culpa sicut super aliis: « Impium enim est a Deo dimidiam sperare veniam », ut praedictum est, XV distinctione, cap. *Satis arbitror* [837, 12-14]. Si vero deletur quoad culpam simpliciter, non oportebit iterum conteri super illud.

d. Respondemus quod, cum contritio dicitur donum Spiritus Sancti, intelligendum est 'donum' secundum communem rationem ad virtutem et donum. Si tamen vellemus appropriare pietatis donum, circa duo consisteret: est enim com-

---

2 est *om.* T. 4 ipsius] illius B. 5-7 ita... operandum *om.* (*hom.*) B. 8 sit] est B. 10 reducatur] reducitur B. || Quod videtur *om.* B. 11 enim] est B. || amoris] timoris AEPT, *quod corr.* B. 11-12 donum] bonum B. 14 sunt] sint P. 15 hic] videtur et *add.* P. 17 alicubi] alicui AEP, aliquod B. 19 conteritur] conteratur T. || super] se B. || peccatis] in *add.* PT. 21 est *om.* P. || reducatur] reducit B, reducat ET. 22 post] postea E. 23 confessione] sed *add. interl.* B. 24 per h. quod] quia E. || super] de E. 25 dimidiam] diminutam ABEP. 26 delctur] deleretur ABE. 27 oportebit] oportet T. 29 est *om.* A. 30 tamen] autem T. 30-31 appropriare] dicere quod *interl.* B. 31 consisteret] consistit T.

Num. 8: anon. P, f. 101r; anon. V, f. 140a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 121 (quoad §§ *b, f*); Bonav., d. 16, p. 2, a. 2, q. 2 (IV, 407s.): quoad §§ *c, g*.

passio sui et compassio proximi; secundum quod pietas est respectu sui, ita elicit contritionem, quae est dolor de peccatis. Convenientius autem est ut dicatur quod 'donum' sumitur communiter ad virtutem. Est enim unaquaeque virtus [« bona qualitas mentis], quam Deus in nobis sine nobis operatur » [446, 5-7]: quod ad rationem doni pertinet; et secundum hoc, conteri de peccatis, quod ad iustitiam pertinet, ad donum Spiritus Sancti consequenter pertinet.

e. Ad illud quod obicitur, 'sicut timor est quoddam donum, sic pudor et dolor', dicendum est quod non est simile, || quia dolor et pudor respiciunt peccatum, sed timor respicit A 141c poenam. Gratia autem virtutis est per se expulsiva peccati; sed gratia doni, ut dicit Gregorius[1] super illud Iob 1, 19: *Ventus vehemens*, tollit poenam peccati. Cum ergo timor habeat determinatum obiectum, erit quoddam donum; sed dolor et pudor habent generale motivum, et propter hoc sunt generales passiones quae a diversis virtutibus possunt elici.

f. Quod quaeritur, utrum confiteri sacerdotibus sit in praecepto, dicendum quod est duplex confessio: operis et oris. Secundum ergo quod ita generaliter accipitur || confessio, prae- T 160b ceptum fuit tam Novae Legis quam Veteris, ut habetur Levit. 6, 7 et 8, ubi dicitur qualiter confitebantur sacerdotibus peccata sua per oblationes. Secundum autem quod sumitur confessio oris, ita praeceptum est in Nova Lege; et exprimitur ibi illud praeceptum a Domino: *Ite, ostendite vos sacerdotibus*, Luc. 17, 14. Licet enim ad litteram videretur ibi praecipi confessio operis, secundum tamen mysticum intellectum praecipiebatur confessio oris [852, 1-3]. Praeterea, sumi potest ex hoc quod dicitur Matth. 3, 2: *Agite poenitentiam*. Qualiter enim agerent poenitentiam nisi esset eis iniuncta? Iniungitur autem eis in confessione, et sic, ex consequenti, praecipitur eis confessio. — Quod autem esset confessio in praecepto Veteris Legis et Novae, si-

1 et] etiam *add.* E. 6 quod] quo P, etiam *add. interl.* B. || doni *lacuna* T. 7 quod] quo P. 9 illud *om.* P. || est *om.* P. 10 est[1] *om.* BT. 13 illud *om.* T. 14 peccati *om.* T. 15 obiectum] subiectum P. 17 virtutibus] motibus T. 18 Quod *om.* E, ad illud *praem.* T. 19 dicendum] est *add.* B. || est *om.* T. 21 Veteris] legis *add.* B. || habetur] in *add.* P. 23 Secundum] hoc *add.* T. 24 est *om.* B. || et *om.* B. 27 praecipieb.] precipitur T. 28 hoc] eo P. || dicitur] dicit B. 29-30 Qualiter... poenitentiam *om.* (*hom.*) T, autem *pro* enim P. || agerent... eis[1]] ageret... ei AE. 30 autem] enim E. || eis[2] *om.* T. 32 praecepto] preceptis P.

[1] *Moral.*, II, c. 48, n. 77 (PL 75, 592s.). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 34, n. 4 (p. 407).

gnificari potest ex hoc, quod Ioannes praecepit poenitentiam
P 194 d agere [1] ante tempus gratiae, et similiter || Christus, qui fuit dator gratiae, Act. 2, 38; ibi enim dicitur: *Poenitentiam agite.* Praeterea, datae sunt claves ministris ecclesiarum, quae essent supervacuae nisi esset confessio, qua sacerdos instruitur quantum ad clavium exsecutionem. — Est autem confessio utilis ad septem: ad cognitionem peccati, quia sacerdos facit ipsum cognoscere quantitatem sui peccati; unde Levit. 13: iudicium leprae pertinet ad sacerdotem. Est utilis etiam ad purgationem peccati, quia erubescentia est magna pars poenitentiae, ut habetur hac eadem distinctione, cap. ultimo [857, 5-6]. Est etiam utilis ad taxationem poenae: secundum quantitatem enim peccati et iudicium sacerdotis taxanda est poena poenitenti. Est etiam utilis ad infusionem gratiae, quia quandoque conteritur in ipsa confessione qui prius non conterebatur; si vero habet gratiam in contritione, utilis est confessio ad augmentum gratiae.
B 144 v Est iterum utilis ad relaxationem poenae || in parte ex virtute clavium. Est iterum utilis ad gloriam, Ios. 7, 19: *Da gloriam Deo et confitere;* hoc dictum est de Achor.

g. Quod vero ultimo quaeritur, dicendum quod sicut est in confessione, ita in parte est in contritione. Si enim reduxerit
E 261 r ad memoriam peccata || mortalia oblita, tenetur confiteri; et similiter super iis tenetur conteri, secundum quod contritio refertur ad dolorem gratuitum. Dolor enim gratuitus ille est satisfactorius pro poena peccati. Licet enim prius esset omnis culpa deleta, non tamen suscepta est sufficiens poenitentia quoad poenam omnis peccati, sed fortassis illorum peccatorum quae confessus est.

9. Iam secundum quaestionis etc. [849, 5]; **an oporteat confiteri sacerdoti** [849, 6-7]. *a.* Quaeritur de confessione, si est

1 hoc] eo P. || praecipit *om.* P. 3 gratiae] et *add.* P. || Act. *corr. in* Mt. B. 6 confessio *om.* P. 10-11 habetur] in *add.* E. 12 quantitatem] qualitatem P. 13 poena] penitentia B. 14 etiam] enim B. 17 iterum] etiam E. || in parte] imposite B, imperate T. 20 Quod vero] ad illud vero quod T, *om.* vero E. || ultimo] ultra B. || dicendum] est *add.* B. 21 reduxerit] reduxit BP. 23 super] in T. || tenetur *om.* T. 24 gratuitum B, *om.* AEPT. 26 suscepta... poenitentia *corr. in* suscepit sufficientem penitentiam B.

[1] Matth. 3, 2.

Lin. 6-19: cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 6, c. 3, q. 1 (f. 28b); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 1 (IV, 437). — Num. 9: anon. P, f. 102r-103r; anon. V, f. 140a-b. Quoad §§ *b-g*: Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 6, c. 1, q. 1 et c. 3, qq. 1-2 (f. 22d-23a, 28b-d); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2 (IV, 438ss.).

sacramentum, utrum similiter sit sacramentum Novae Legis et Veteris; si vero dissimiliter, in quo est differentia. — Praeterea, cum sit sacramentum Novae Legis, sacramentum autem est «quod imaginem gerit et causa exsistit» [746, 14-15]: quaestio est cuius gerit imaginem vel cuius gratiae est causa: non enim videtur habere similitudinem cum remissione peccati. — Praeterea, si est praeceptum, utrum sit praeceptum morale aut sacramentale. — Praeterea, sicut oportet conteri in caritate, utrum ita teneatur homo confiteri in caritate. Praeterea, utrum possit differri confessio sine peccato, et utrum liceat alii sacerdoti quam proprio confiteri sine eius licentia. — Ultimo, utrum effectum ampliorem recipiat hoc sacramentum per passionem Christi, quem prius || non habuit, et utrum sit maior tentio A 141d ad confessionem nunc quam ante passionem.

b. Quod autem sit communiter Novae Legis et Veteris sacramentum, habetur per hoc Is. 43, 26: *Dic iniquitates tuas ut iustificeris* [1]; et Iob 31, 33: *Si abscondi peccatum meum quasi homo.* — Quod autem sit Novae Legis sacramentum, patet per illud in fine Iacobi [2].

c. Videtur etiam quod maxime sit sacramentum Veteris Legis, quia plus est confessio operis quam oris; sed in Veteri Lege tenebantur ad confessionem operis, in Nova ad confessionem oris: quare videtur esse magis sacramentum Veteris Legis quam Novae. — Praeterea, sacramentum Veteris Legis est quod non efficit || quod figurat [3]; sed confessio non efficit re- P 195a missionem peccati cuius est signum; ergo est sacramentum Veteris Legis.

d. Praeterea, si est sacramentum Novae Legis, quam similitudinem habet cum remissione peccati: oportet enim, ut dictum est [4], aliquam similitudinem esse inter signum et illud cuius est signum. Sed similitudo est per convenientiam in aliqua dis-

1 utrum... sit] si est similiter T. 2 dissimiliter] differt B. 3 autem *om.* T. || est *om.* B. 4 imaginem gerit *corr. in* in imagine sive in signo gratie B. 5 cuius[1]] gratie *add.* B. || est causa] causa existit T, *om.* est P. || enim *om.* T. 7 praeceptum[2] *om.* T. || aut] an P. 8 sicut] si P. || oportet] debet B. 8-9 utrum ita *om.* AP, utrum BE, si ita T. 11 confiteri *om.* PT. 14 ad conf. nunc *om.* E. || passionem] Christi *add.* B, fuerit *add.* E. 16-18 habetur... sacramentum *om.* (*hom.*) E, videtur *pro* habetur B, *om.* per hoc T. 22 operis... confessionem *om.* (*hom.*) AP. 23-24 Legis *om.* E. 24 Novae] legis *add.* T. 25 quod[2]] sed P.

1 Vulgata: *Narra, si quid habes, ut iustificeris.* 2 Iac. 5, 16: *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra.* 3 Cf. supra in litt., d. 1, c. 6 (p. 748), et in *Glossa* ib., n. 1, et d. 4, n. 1. 4 In litt., d. 1, c. 4; d. 4, c. 7 (pp. 746, 771), et in *Glossa*, d. 4, n. 22.

positione: quae ergo est hic communis dispositio? Nihil enim videtur hic deleri, sicut ibi fit deletio culpae. — Praeterea, si confessio habet similitudinem, aut eamdem habet quam satisfactio, aut aliam.

e. Respondemus ad hoc quod est sacramentum communiter Veteris Legis et Novae; appropriatum autem ut sit sacramentum Novae Legis, prout confessio duo importat: ostensionem peccati et susceptionem poenae, taxatae secundum iudicium sacerdotis, relaxatae ex vi clavium, quae vim habent ex passione Christi. In ostensione autem fuit convenientia cum eo quod fuit in Veteri Lege, sed residuum est proprium Novae Legis. Praeterea, ostensio oris est expressa in Nova Lege; et quia peccatur non tantum quantum ad genus peccati, sed etiam quoad circumstantias peccati, ideo appropriatur Novae Legi ut fiat confessio peccati cum omnibus circumstantiis peccati. Quod non erat in Veteri: solum enim ipso opere oblationis genus peccati erat manifestum.

f. Ad illud quod postea quaeritur, dicendum est quod, in quantum est sacramentum Novae Legis, efficit quod figurat. Nam ostensio prima ore, ratione erubescentiae adiunctae, si fuerit cum gratia, delet quamdam partem poenae; poenitentia vero suscepta ex vi clavium relaxat aliquid iterum de poena. Et ita confessio, quantum ad utramque sui partem, est causa remissionis peccati quoad poenam. Non dico 'totius poenae': huius enim est satisfactio sacramentum.

g. Si vero quaeritur quae sit communis dispositio secundum quam significat remissionem peccati, dicendum quod obligatio ad poenitentiam iniunctam peragendam significat remissionem poenae. « Omnis enim rei signum est, cuius est causa », ut praehabitum est in tractatu de Baptismo, IV distinctione, cap. *Si quaeritur cuius rei* etc. [771, 7-8]. Remissio autem poenae significat remissionem culpae prius factam, et sic per illud medium confessio, ratione ultimae suae partis, significat remis-

---

1 hic] hec T. || Nihil] non B. 5-6 communiter *om.* T. 6 appropriatum] appropriatur P. 7 Legis *om.* E. || prout] preterea B. 8-9 taxatae sec. iudicium] secundum taxationem T. 12 ostensio... expressa] confessio... expressio B. 14 circumstantias] circumstantiam A. 16 Veteri] lege *add.* BE. 16-17 genus... manifestum] erat peccatum manif., ipsum scilicet genus peccati E. 18 est *om.* B. 19 Novae] veteris E. 20 ostensio prima *corr. in* confessio primo facta B. 23 confessio] penitentia T. 25 est *om.* T. 27 remissionem] remispene (!) P, pene *add. mg.* A^2. || dicendum] est *add.* B. 29 poenae *om.* P. 30 de Bapt.] baptismi T.

sionem culpae. — Praeterea, in parte prima confessio est detestatio peccati cum circumstantiis eius. Quae detestatio peccati significat contritionem primo praecedentem natura, licet non tempore. In qua contritione est divisio secundum considerationem peccati et circumstantiarum eius; haec autem divisio significat deletionem peccati quoad || genera peccatorum et T 160 c
circumstantias eorum. Sic ergo confessio secundum has partes per haec media significat remissionem peccati cum deletione eius. — Praeterea, confessio significat deletionem peccati. Per hoc enim quod ligatur poenitens in confessione ad poenam temporalem, commutatur poena purgatoria, per quam fit dimissio poenae aeternae, || et ita per || consequens dimissio peccati quoad P 195 b A 142 a
reatum illius poenae. — Praeterea, in confessione ab ore expelluntur peccata cum detestatione: quae expulsio significat expulsionem quam facit Dominus ab ore interiori, scilicet corde. — Praeterea, sicut habetur in hoc capitulo, «lacrimae lavant delictum» [849, 15]; ratione ergo lacrimarum, quae saepe fluunt in confessione, significatur ablutio peccati interior. — Praeterea, in confessione recognoscit homo delictum suum quo erga Deum deliquit: quae recognitio significat recognitionem Dei, qua miseretur rationali creaturae condonando peccatum.

h. Si vero quaeratur ad cuius virtutis effectum reducatur confessio, si meritoria fuerit, potest haberi super illud Psalmi: *Ecce enim veritatem dilexisti*, ubi dicit Glossa[1]: «Id est confessionem». Ex quo accipitur quod confessio est quaedam species veritatis virtutis vel quidam usus.

i. Praeterea, si quaeratur ratione quorum articulorum fides movet ad confessionem, dicendum quod ratione istorum specialiter, qui sunt: «Sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum». In confessione enim convenit fidem habere || quod Ecclesia catholica habeat po- E 261 v

1 confessio] confessionis B. 2 eius *om.* B. 3 licet] forte *add. interl.* B. 4 divisio] vel distinctio *add. interl.* B. 4-5 consider.] contritionem T. 12 peccati *om.* T. 13 reatum illius] tedium alterius (*corr. ex* alius) B. 16 hoc] scilicet *add.* P. 20-21 Dei ... condonando] per quam miseretur Deus est enim (!) creature addonando B, condolendo *pro* condonando A. 22 vero *om.* EP. || quaeratur] queritur T. 25 accipitur] habetur T. 27 quaeratur] queritur B. 28 movet] manet AEP, movit B. || dicendum] est *add.* E. || istorum] horum B. 29 sunt] in *add.* P. 31 habeat] habet T.

[1] Lombardi in Ps. 50, 8: «Quia in confitendo dixit veritatem» (PL 191, 488 A); ex Cassiodoro in h. l. (PL 70, 363 C).

§ *i*: cf. Alb. Magnus, d. 16, a. 17 (XXIX, 581s.).

testatem solvendi et relaxandi de poena. Hanc autem potestatem habet ratione capitis sui, quod influit principalioribus membris Ecclesiae hanc potestatem. Praeterea, oportet habere fidem quod merita Ecclesiae, non solum militantis, sed etiam triumphantis, valent ad remissionem peccati. Unde dicitur infra, illo cap.: *Nunc priusquam* [853, 10], in hac eadem distinctione [1]: «Nisi Ecclesiae unitas succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui» [854, 20-22]. Et iterum ibidem [2]: « Credendum est quod omnes orationes Ecclesiae et opera iustitiae et misericordiae succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem» [854, 22-24]. Praeterea, nisi haberet fidem remissionis peccati, non confiteretur peccatum vel poenitentiam iniunctam susciperet.

k. Si vero quaeratur utrum confiteri sit praeceptum morale aut sacramentale - nam si morale, tunc omni tempore tenebatur homo ad illud - dicendum est quod confiteri peccatum duo dicit: unum ex parte confessionis, alterum ex susceptione poenitentiae. Confessio autem fit tum ore, tum opere. Confiteri ergo peccatum confessione oris vel operis est morale: hoc enim nihil aliud est nisi suum delictum erga Deum recognoscere. Confiteri autem sacerdoti ore peccatum cum principalibus circumstantiis peccati, et iniunctam poenitentiam ex vi clavium suscipere, est sacramentale.

l. Si vero quaeratur utrum teneatur homo confiteri in caritate, eo quod oportet conteri et satisfacere in caritate sive in gratia gratum faciente, dicendum est quod confiteri, quantum ad hoc quod habet adiunctam sibi satisfactionem ex erubescentia, debet esse in caritate; sed non oportet quantum ad narrationem

---

1 autem] enim P. 1-2 potestatem *corr. in* penam A^2, *om.* B. 2 principalioribus] principalibus B. 3 habere] haberi B. 4 quod] quia T. 5 infra] in *add.* B. 8 manibus] manu E. || anima] mea vel *add.* P. 11 recognoscenti] cognoscenti P. || conversionem] confusionem B. 13 vel] cum P. 14 confiteri] confessio B. 15-16 tenebatur... illud] tenetur... hoc B. 16 est *om.* BT. 16-17 peccatum] peccata E. 17 confessionis] et *add.* T. 17-18 susceptione] parte susceptionis (suscepte T) BT. 18 tum[1]] in *add.* A. 19 peccatum] peccata E. 20 enim] autem B, *om.* P. 22 circumst. peccati] peccatis T. 24 homo *om.* B. || in] cum T. 28 esse] confiteri B. || quantum] quod B.

---

[1] Ex Ps.-Augustino, *De vera et falsa poenit.*, c. 12, n. 27 (PL 40, 1123). [2] Ex Ps.-Augustino, l. c.

---

§ *k*: cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 3, q. 2 (f. 28d). — § *l*: cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 3, q. 3 (f. 28d-29a); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 3 (IV, 446s.).

peccati, nisi dicatur 'teneri' quod non importet transgressionem si non fiat. Teneri enim dupliciter dicitur: vel ne incurrat peccatum, vel ne incurrat aliquod accidens peccati, ut obdurationem; et sic tenetur confiteri, id est peccatum narrare cum circumstantiis, tentione congrui, || non praecepti. P 195 c

m. Si vero quaeratur utrum teneatur magis confiteri in Nova Lege quam in Veteri, et utrum magis post passionem quam ante, dicendum quod magis in Nova et etiam post passionem quam ante, quia in Veteri Testamento tenebatur immolare carnem alienam, in Novo autem Testamento tenetur immolare propriam; et magis post passionem, in qua Christus pro nobis propriam carnem mactavit. Hoc autem quantum fieri debeat, ex contritione confitentis discernitur et sacerdotis [relinquitur discretioni]. Unde necessarium || est confiteri. Praeterea, convenit confiteri ut reconcilietur poenitens Ecclesiae per claves Ecclesiae, ut Ios. 5, 2: *Fac tibi cultros lapideos* [1]. A 142 b

n. Si vero quaeratur utrum possit differri confessio - dicitur enim in Eccli. 5, 8: *Non tardes converti ad Dominum de die in diem*, et in Soph. 2, 14: *Vox cantantis in fenestra et corvus in superliminari* - r e s p o n d e m u s quod licet differre propter perfectiorem sacerdotem. Aliter autem est apud perfectissimos, aliter apud perfectiores, aliter apud incipientes. Perfectissimis est quolibet die confiteri quo est opportunitas; minus perfectis ter convenit in anno; incipientibus tempore quadragesimae est necessarium et ad hoc tenentur[2], et semper in casu difficilis aegritudinis.

---

1 peccati] exigatur caritas *add. interl.* B. || nisi] si T. || dicatur] diceretur P. 2 dicitur E, *interl.* B, *om.* APT. 2-3 peccatum... incurrat *om.* (*hom.*) T, *om.* ne incurrat B. 3 aliquod] dampnum *add.* T. || ut] vel B. 5 tentione] tamen ratione T. 7 Lege *om.* AB. 8-9 dicendum... ante *mg.* (*om.* quam ante) A^2, magis *pro* etiam E. 9 Testam. *om.* E. 10 autem Test. *om.* E. 11 et *om.* E. 13 debeat] debet B. || contritione] discretione BEPT. 14 Unde] utrum P. || est *om.* A. 15-16 per claves] per causas AEP, per capud B, parens T. 16 ut] unde E. 17 quaeratur] queritur BE. 18 enim *om.* E. || in *om.* T. || Dominum] Deum *add.* E. 18-19 de... diem *om.* P. 19 cantantis] clamantis B. 20 differre] differri T. 21 perfectiorem] discretiorem B(*Altiss.*), discernentem T, perfectionem P, *quod corr.* A. 22 Perfectissimis] perfectissimi E. 23 quolibet die] cotidie P. || quo e. opp.] quo est ei AP, qua cum c. B, quo est c. T, *om.* E. 24 ter *corr. in* quater B. 25 tenentur] tenetur ABT.

---

1 *Glossa interlin.* et *ordin.* in h. l.: « Quia in petra, quae Christus est, purgamur »; ap. Lyranum (II, 8r-v). 2 Ex concilio Lateran. IV (1215); ap. *Decretales*, compil. IV, lib. V, tit. 14, c. 2: *Omnis utriusque sexus* (p. 793); compil. Greg. IX, ib., tit. 38, c. 12 (II, 887).

---

§§ *n-o:* cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 3, q. 5 (f. 30b-d); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 2 (IV, 444s.).

o. Si vero quaeratur utrum liceat alieno sacerdoti confiteri sine proprii licentia petita vel habita, dico quod aliter est in clericis et laicis; aliter in transeuntibus et moram facientibus aliquamdiu; aliter in iis in quibus necessitas, cum quadam superioris dispensatione ad quem pertinet administratio totius Ecclesiae. Laicis igitur moram facientibus non licet, sed transeuntibus licet. Clericis residentibus, praedia habentibus, non licet; non habentibus, ubi occurrit necessitas, cum superioris dispensatione licet.

p. Praeterea, fit talis argumentatio: iste ante hoc instans non tenebatur confiteri aliquod peccatum, nec post factus est reus alicuius peccati: ergo adhuc non tenetur confiteri. — Si concedatur, c o n t r a: iste reduxit ad memoriam mortale commissum prius et quod non est specialiter confessus, generali tamen confessione deletum est: ergo tenetur confiteri. — R e s p o n d e m u s quod tenetur confiteri hoc peccatum, ut certa sit taxatio poenitentiae super hoc peccato. Et supple in argumentatione: non est factus post reus alicuius peccati, nec est debitor alicuius poenae.

10. Satisfactionem non lego [849, 14]. Supple: per confessionem et poenitentiam iniunctam peractam digne. Tamen in G l o s s a super Ioannem: *Domine, tu scis quia amo te*, G l o s s a[1]: « Trinae negationi redditur trina confessio, ne minus lingua amori serviat quam timori. Sicut fuit indicium timoris negare pastorem, sic officium amoris pascere Domini gregem ». Sed non est confessio peccati, sed laudis.

11. Ut deleas illa [850, 1]. *a*. C o n t r a, Is. 43, 25: *Ego sum qui deleo iniquitates propter me*. Praeterea, virtus sive gratia

1 vero *om.* E. 2 dico] dicimus T. 3 aliter] et P. || et[2] *om.* P. 4-6 aliquamdiu... facientibus *om.* (*hom.*) *et suppl. supra lin.* laicis moram facientibus B. 4 in quibus] est *add.* E, *om.* in T. 4-5 superioris *om.* P. 8 non habentibus *om.* B, autem *add.* P. 10 talis argum.] tale argumentum BE. || instans] tempus B. 12 alicuius *om.* T. 13-14 commissum] factum E. 14 et *om.* E. 15 confiteri] peccatum *add.* B. 16 quod *om.* B. || hoc peccatum *om.* B. 17 taxatio] relaxatio E. || poenit.] pene T. 17-18 argum.] argumento E. 18-19 nec... poenae *om.* E, *om.* est BT. 21 digne] indigne P. 24 indicium *corr. in* vicium B. 26 non... sed] hec... sive T. 27 Contra *om.* T.

[1] *Ordin.* in Ioan. 21, 17 (PL 114, 424 D); ex August., *In Ioan.*, tr. 123, n. 5 (PL 35, 1967).

§ *p*: ex Praepositino, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 132c). Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 127 (p. 129). — Num. 11: anon. P, f. 103r. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 3 (IV, 448).

est « quam Deus in nobis sine nobis operatur » [445, 5-7]; || ergo, cum gratia expellat peccatum, erit deletio peccati non a nobis. E 262 r

b. Praeterea, videtur dicere quod non sit confitendum sacerdoti, cum sit || conservus [850, 3]; cum infra habetur quod oportet venire ad antistites [851, 5]. P 195 d

c. R e s p o n d e m u s: non dicitur hoc, 'ut deleas' peccata, eo quod hominis sit delere culpam, sed eo quod hominis per gratiam est delere per poenam peccatum et est hominis quantum in ipso est facere; Domini autem culpam delere.

d. Ad aliud dicimus quod non negat hic confessionem faciendam sacerdoti; sed non est confitendum conservo qui 'exprobret' peccata [850, 3]. Et loquitur de confessione publica coram multis, ad quam non tenetur homo de occultis peccatis.

12. Sui ipsi iudices fiant [850, 13]. Numquid est hominis se ipsum iudicare? Numquid sibi poenitentiam infligere? Numquid per tales poenas temporales commutantur aeterna supplicia? Numquid debet ferre sententiam excommunicationis in se ipsum? — R e s p o n d e m u s: haec omnia sunt referenda ad hoc, ut homo sit paratus ad iudicium Ecclesiae, ad sustinendam poenam iniunctam, ad hoc ut per iniunctam poenam commutetur aeterna et simpliciter dimittatur per ipsam peractam; ad hoc ut, si convenit peccato, sustineat sententiam excommunicationis. Est autem hic excommunicatio separatio a communione altaris. Aliter enim sumitur infra, sequenti distinctione, cap. *Ligant quoque sacerdotes* [864, 3].

13. Sed quod sacerdotibus [850, 30]; **sed || etiam in tanto scandalo est aliorum** [851, 11]. Hic notandum quid scandalum; utrum sit veniale peccatum aut mortale, aut aliquando sic, aliquando sic; utrum peccatum separatum ab aliis aut annexum; deinde quid dimittendum est pro scandalo. A 142 c

---

2 expellat] expellit T. 5 cum[2]] et B. || habetur] habeatur ET. 7 Resp.] quod *add.* B. || hoc] hic B. 7-8 peccata] illa BT. 9 per p. peccatum] penam peccati T. 13 publ.] publicata AE. 16 infligere] infligit B. 18 debet] quis *add.* E. 19-20 sunt refer.] referuntur T. 21 iniunctam[1]] inflictam E. 21-22 poenam *om.* P. 22 dimittatur] etiam *add.* T. 23 convenit] conveniatur B. || sententiam *om.* P. 24 hic] hec BT. 26 quoque] ergo P. 28 est *om.* T. 30 aut *om.* P. || annexum] uni *add.* B.

Num. 12: anon. P, f. 103v. — Num. 13: anon. P, . 103v-104v; anon. V, f. 140b-c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 30, qq. 1-4 (f. 257a-259c); *Summa Hales.*, II-2, nn. 858-865.

I. *a.* Definitur Num. 31, 2, super illud: *Ulciscere prius filios Israel*[1]: «Scandalum est ubi recte ambulanti deceptio submittitur ad ruinam». Dicitur enim scandalum a 'scandalon', quod est obex vel impactio vel casus; et haec sunt secundum prius et posterius. Nam primo est obex, per quod impactio pedis, id est affectus, et sic consequenter casus per peccatum. Obex autem refertur ad scandalum active dictum; casus ad scandalum passive dictum; impactio fit ex utroque.

b. Definitur iterum, Matth. 18, 8, scandalum secundum quod active dicitur, super illud: *Scandalizat*[2]: «Scandalum est dictum vel factum minus rectum alteri praebens occasionem ruinae» [a].

c. Sumitur autem scandalum tum materialiter, tum formaliter. Materialiter Christus erat *lapis offensionis* et *petra scandali*, in Is. 8, 14. — Dupliciter autem fit scandalum: aut imitatione, aut iudicio. Imitatione, cum alius ad exemplum alterius peccat; iudicio, cum ex consideratione facti alterius scandalizatur. — Est iterum scandalum activum et passivum.

II. *a.* De activo videtur quod omne sit mortale peccatum. Dicitur enim Matth. 18, 7: *Vae mundo a scandalis*, id est imminet aeterna damnatio mundanis propter scandala; illa autem non debetur nisi mortali peccato. — Ita in eodem cap.[3]: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola* etc.; sed hoc non est nisi per scandalum fiat mors spiritualis; ergo scandalum infirmorum est mortale.

b. Si sic, contra: iocando potest [quis] scandalizare ut fornicando; unde relinquitur quod aliquod scandalum est veniale.

a (12) Vel scandalum est, ut dicit Hilarius[4], mentis arbitrium impediri (+ T).

1 super *om.* T. 4 impactio] pactio P, *quod corr.* B. 5 pedis] pedum E. || id est] et P. 6 sic *om.* E. 6-7 Obex... active *om.* P. 8 fit *om.* T. || ex] in B. 9 iterum *om.* T. || scandalum *om.* T. 10 dicitur] sumitur T. || illud] qui *add.* B. 13 autem] dupliciter *add.* B. 14 erat] fuit E. || petra] lapis ABEP. 16 Imitatione *om.* A. || alius] aliquis T. 17-18 scandalizatur] scandalizaretur B. 21-22 autem] que P, damnatio *praem.* B. 22 Ita] item P. 23-24 expedit... mola *om.* B. 24 hoc *et* est *om.* T. 26 Si sic] sed BEPT. || iocando] iactando B.

[1] *Ordin.* in h. l. (PL 113, 433 B); ex Origene in h. l., hom. 25, n. 1 (PG 12, 763 C). [2] *Interlin.* in h. l.: «Scandalizat qui dicto vel facto minus recto occasionem dat ruinae»; ap. Lyranum (V, 56r); ex Hieron. in Matth. 15, 12 (PL 26, 107 C). [3] Matth. 18, 6. [4] *Tract. super Psalmos*, ps. 140 (9), n. 15: «In his enim nobis est scandalum, quotiens ad necessitatem irascendi, arguendi... provocamur» (PL 9, 832 B).

c. Praeterea, in Matth. 16, 22, Petrus scandalizavit || cum P 196a
dixit: *Absit a te, Domine;* sed non videtur cecidisse a caritate, cum ex fervore dilectionis carnalis hoc dixerit. Beda[1] enim [dicit], Marc. 8, 33: *Vade retro me:* «Mihi videtur error Apostoli de pietatis affectu veniens et nunquam incentivum videbitur diaboli». — Sed videtur quod mortaliter peccavit per infidelitatem, ex alia Glossa[2] ibidem, ubi dicitur: «Non putat posse fieri ut Filius Dei occidatur». Sed hoc est contra articulum fidei de passione Verbi.

d. Respondemus quod in primis auctoritatibus loquitur de mortali scandalo; ut in Sap. 1, 11: *Os quod mentitur, occidit animam;* non tamen omne mendacium mortale cuicumque. Et distingue triplex principium voluntariae operationis: gratia, natura et libido. Ubi ergo libido est principium sola, est principium actionis demeritoriae; ubi immiscet se natura, venialis peccati principium est; ubi virtus, meritoriae actionis principium; ubi natura aut ratio, nec est principium meriti nec demeriti.

e. Ad illud vero quod quaeritur, utrum Petrus scandalizavit peccando mortaliter aut venialiter, videtur quod mortaliter, per hoc quod Dominus dixit: *Vade retro, Satana*[3], id est meae voluntatis adversarius. Nec est hoc inconveniens, quia nondum fuit confirmatus *virtute ex alto*[4]. — Sed videtur potius dicendum, secundum glossam Bedae[5], quod peccavit venialiter. Ex quodam enim affectu pietatis hoc dixit, quo dilexit Dominum carnaliter. Nec dicitur secundum hoc 'adversarius

---

1 in *om.* P. 3 cum *om.* B. || carnalis] naturalis BT. || dixerit] dixit B. || Beda] bene P, respondit E. || enim *om.* BT. 4 me *om.* T, satana *add.* E. || Mihi] non *add.* B. 5 affectu *om.* T. 5-6 videbitur] videbatur BT, videtur E. 6 per *om.* A. 7 Glossa] interlineari E, super P. || putat *om.* T. 8 contra] extra E. 12-13 cuicumque] cuique T. 13 distingue] distinguit T. || triplex] est *add.* B, genus vel *add.* T. 14 principium sola *trp.* P. 14-15 sola... principium *om.* (*hom.*) T, *om.* principium P. 16 virtus] vel gratia *add.* E. 17 principium[1]] est *add.* E. || natura aut ratio] alia autem ratio B, vel *pro* aut E, *om.* aut ratio T. 18 nec] vel ET. 19 vero *om.* E. || scandalizavit] scandalizaverit T. 21 id est *om.* B. || meae] mere ABE. 22 voluntatis] voluntati PT. || quia] per hoc quod T. 23-24 dicendum] quod *add.* P. 25 dixit, quo *om.* T. 26 carnaliter] corporaliter B. || sec. hoc *om.* B.

---

1 In h. l. (PL 92, 214 A). 2 *Ordin.* in Marc. 8, 32, ap. Lyranum (V, 105r); paulo aliter *Interlinearis* in Matth. 16, 22, ap. Lyranum (V, 52v); ex Beda in hh. ll. (PL 92, 79 C, 213 D). 3 Matth. 16, 23; *Glossa interlin.:* «Adversarie voluntatis meae», ap. Lyranum (V, 52v); ex Beda in h. l. (PL 92, 79 C). Cf. etiam *Interlin.* in Marc. 8, 33: «Adversarius... quia contraria loquitur voluntati meae», ap. Lyranum (V, 105r); ex Beda in h. l. (PL 92, 214 A). 4 Luc. 24, 49. 5 Supra allegatam sub § *c.*

voluntati', eo quod nollet illud quod Dominus voluit: cum
A 142 d enim scivit Dominum velle, resipuit; sed hoc dixit quia vitam ||
Domini temporalem dilexit, non respiciendo ad vitam spiritualem et profectum passionis.

f. Ad illud vero quod obicitur, quod peccavit per infidelitatem, dicendum est quod non, quia non pertractavit nec discredidit.

g. Notandum quod non tenet haec argumentatio: iste scandalizat, ergo ille scandalizatur. Scandalum enim activum occa-
E 262 v sionem ruinae praebet alii in quantum est || in se; et est simile Ioan. 1, 9: *Illuminat omnem hominem venientem* etc., nec tamen omnis illuminatur. Similiter, *vult omnes salvos fieri* [1] quantum in se est, nec tamen omnes salvi fiunt.

h. De scandalo passivo notandum quod aliquando mortale est, aliquando veniale, aliquando indifferens. Mortale est, cum aliquis peccat mortaliter alterius exemplo; veniale, cum dicit mendacium ioci; indifferens, cum in aliquo remittitur fervor caritatis ex consideratione peccati in alio.

III. *a.* Quaeritur utrum sit peccatum separatum ab aliis. Et videtur quod sic, quia aliqua actio potest esse in se recta, et tamen potest esse aliqua occasio ruinae in altero; ut si aliquis coit cum coniugata coram alio, nihil est ibi non rectum, nisi quod coram alio; et haec est propria circumstantia scandali; ergo est peccatum separatum ab aliis.

b. Praeterea, alia est intentio in hoc peccato et in aliis. Nam hic est intentio dandi occasionem ruinae alii. « Affectus autem nomen operi imponit » [2], ut secundo libro, cap. de intentione, id est distinctione XL [518, 29-30]; ergo aliud est peccatum.

P 196 b
T 161 a
B 145 r *c.* C o n t r a: 'coram || alio' est circumstantia peccati; sed circumstantia et actus non sunt duo peccata; ergo scandalum || non est peccatum separatum ab aliis.

d. R e s p o n d e m u s quod uno modo potest esse peccatum separatum, ut si intendat hoc; alio modo non est peccatum

---

1 voluntati] voluntatis T. || eo *om.* P. 2 resipuit] respuit BEP. || sed] et B. 5 vero *om.* ET. || obicitur] dicitur T. 6 est] *om.* BT. 9 Scandalum B, prebet AEPT. 11 etc.] in hunc mundum T. 12 fieri] in *add.* B. 15 est[2] *om.* BEPT. 17 cum *om.* A. 19 Quaeritur] etiam *add.* B. 20 aliqua *om.* B. 21 aliqua *exp.* B. || altero] alio E. 22 coit] iaccat B. 22-23 nihil... alio *om.* (*hom.*) AB, sibi *pro* ibi P. 24 aliis] alio T. 26 alii] alteri ET. 28 id est *corr. in* in B. || est[2] *om.* T. 29 peccati *om.* T. 31 ab aliis *om.* B. 33 intendat] intendit T. || peccatum *om.* T.

---

[1] I Tim .2, 4. [2] Ambrosius, *De officiis*, I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66).

separatum, ut si attendatur quantum ad hanc circumstantiam 'coram alio' tantum, et tunc feratur intentio super ipsum actum et non super circumstantiam hanc, 'coram alio'. Si vero ratione privationis consideretur peccatum, tunc potest esse duplex privatio, non dico duae.

e. Si vero quaeratur de scandalo passivo, dicendum est quod alterum genus peccati est passivum scandalum quam aliud in quod ruit. Verbi gratia, si aliquis videt fornicari et cadit in peccatum fornicationis, separatum est scandalum a fornicatione. Si vero ipsa occasione labatur in peccatum non aliud, scandalum in se quidem peccatum est. Si vero peccet immediate, alterius imitatione, scandalum dispositio peccati est.

IV. I ad Cor. 6, 12: *Omnia licent.* Utrum liceat sua repetere cum scandalo alterius, an propter hoc dimittendum.

a. De hoc Gregorius[1], Iob 39, 16: *Frustra laboravit, nullo cogente:* « Cum curam rerum [eiusdem] nobis itineris necessitas imponit, quidam dum eas rapiunt, solummodo sunt tolerandi; quidam vero, servata caritate, prohibendi. Non tamen sola cura ne nostra substrahant, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant. Plus ipsis raptoribus debemus metuere, quam rebus irrationabilibus defendendis inhiare. Illa enim [etiam] non rapta morientes amittimus; cum illis vero, nunc conditionis ordine etsi corrigi || studeant, post susceptionem mu- A 143 a
neris unum sumus ». « Qua in re solerter intuendum est, ne per necessitatis metum cupiditas rerum subrepat, et zelo succensa, prohibitio usque ad odiosae turpitudinis contentionem erumpat, et dum pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, apparet quod plus res quam proximus amatur ».

b. Ex qua auctoritate accipitur quod licet imperfectis repetere sua amore iustitiae, non cum contentione, ad cohibitionem pec-

1 separatum *om.* ABEP. || attendatur] intendatur E. 2 tunc *om.* E. || feratur] feretur *codd.* || intentio] sententia T. 5 dico] tamen *add.* E. 6 passivo] passionis P. || est *om.* T. 7 scandalum *om.* T. 7-8 aliud in] illud T. 8 cadit] cadat EBP. 10 ipsa... labatur *om.* T. 11 in se *om.* T. || quidem] quid A, quam E. 13 licent] mihi *praem.* B, sed queritur *add.* T. || sua *om.* P. 14 an propter] aut P. 15 Gregorius] super *add.* P, super illud *add.* T. || laboravit *Vulg.*, laboravi *codd.*, et *add.* P. 17 eas *Greg.*, ea *codd.* 21 defendendis] defendendum A, defendendo B, deferendum T. || inhiare *om.* T. || enim *om.* P. 23 studeant] in eternum mansuri *add.* B. || post suscept.] per perceptionem T. 24 unum sumus *Greg.*, unde scimus AP, (non *exp.*) sumus B, idem sumus E, ante Deum T. || Qua] quam T. || intuendum] utendum P. 27 dum] cum E. 28 res] rex B. 29 accipitur] habetur T. 30 cum] tamen E. || contentione] intentione A. || ad cohibit.] cum cohibitione T.

1 *Moral.*, XXXI, c. 13, nn. 22-23 (PL 76, 585 D-586 B).

cati, qua malis consulitur ne amplius peccent. Assignatur etiam alia causa: propter unitatem Ecclesiae conservandam. Tertia causa est consolatio infirmorum: infirmis enim data sunt temporalia non solum ad sustentationem, sed etiam ad consolationem. Quarta causa, quia nescitur utrum ille a quo petitur scandalizatur; aliter enim esset si certum esset. Licet ergo repetere propter has causas cum scandalo passivo proximi. — Perfectis autem non licet suo nomine. Quidam tamen repetunt nomine Capituli. Quibusdam tamen non licet etiam nomine Capituli. — Cum autem activo nulli licet repetere sua; unde I ad Cor. 8, 13: *Si esca mea scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum.* — Notandum tamen quod aliud est
P 196 c licitum et aliud expediens. || Nam licitum considerat genus actionis, scilicet repetere sua; expediens vero comparando circumstantias ad finem vel personam. Cum ergo in expedienti cadat respectus utrum coram alio vel non, quamvis sit licitum, non tamen expediens est.

c. Quod autem non liceat repetere sua alicui cum scandalo, videtur per Glossam[1] super Matthaeum: *Vae mundo a scandalis*, 18, 7; dicit quod «vitare debemus scandalum quantum possumus sine peccato». — Sed contra hoc est, quod Ecclesia sustinet quod repetamus, etiam cum manifesto scandalo. — Respondemus quod Ecclesia respicit quod licitum est; praemissa autem auctoritas respicit quod est expediens.

d. Sed adhuc obicitur quod non licet repetere sua. Meliora enim sunt opera misericordiae quam iustitiae; sed tenemur dimittere quandoque opera misericordiae propter scandalum, ut in Matth. 6, 1: *Attendite ne iustitiam vestram* etc. — Respondemus quod opera iustitiae sunt sine quibus non potest unitas Ecclesiae conservari; opera vero misericordiae superadduntur; quae, licet non sint dimittenda omnino propter scandalum, tamen sunt aliquando differenda vel occulte danda.

---

1 malis] malum A. || etiam] autem E. 2 alia *om.* P. 4 ad[2] *om.* E. 5 causa] est *add.* P. 5-6 scandal.] scandalizetur P. 9 etiam *om.* BP. 10 Cum] scandalo *add.* B. 11 meum *om.* ABE. 12 carnem] carnes E. 13 et *om.* T. 14 scilicet *om.* T. || vero *om.* P. 16 sit *om.* T. || non[2] *om.* AE. 18 liceat] licet B. 19 videtur] patet E. 20 scandalum] scandala A. 22 quod] quia P. 23 licitum] iustum T. 26 enim] autem E. 28 vestram] faciatis coram hominibus *add.* E. || etc.] ergo multo fortius opera iustitie *add. interl.* B. 30 vero *om.* B. 31 quae... sint] quelibet non sunt B. 32 occulte] occulto BT.

---

[1] *Ordin.* in Matth. 18, 6: *Qui autem scandalizaverit:* «Nota quod in quantum potes sine peccato, vitare scandalum proximi debes»; ap. Lyranum (V, 56r); ex Gregorio, *In Ezech.*, I, hom. 7, n. 5 (PL 76, 842 C).

e. Ad illud Matthaei dicimus quod, salva triplici veritate vitae, doctrinae et iustitiae, quantum possumus vitare scandalum || debemus. Si enim aequa sint, non est curandum de scan- E 263r
dalo vel non est dimittendum, ut si scandalizetur quia non fornicatur vel aliud mortale non committit; 'doctrinae', ut si scandalizetur eo quod praedicat articulos fidei; 'iustitiae', ut si contra ipsum feratur sententia. — Numerus autem harum causarum sic habetur: causa enim accipitur aut ex parte sui, non referendo ad alium; et sic sola veritas vitae est in causa: praeferenda enim tua vita spiritualis alterius vitae spirituali. Si vero relatione ad alterum, aut est in iis quae pertinent ad fidem communem, aut in iis quae pertinent ad communia opera. In duobus enim consistit unitas ecclesiastica: in unitate fidei, ad quod pertinet veritas doctrinae; in unitate pacis, ad quod pertinet veritas iustitiae.

14. Christus hanc praepositis Ecclesiae tradidit potestatem [851, 23-24]. *a.* De hoc magister Hugo[1]: «Propterea Deus factus est homo, ut se ad confabulandum homini proximum et familiarem exhiberet; ut in una eademque persona et suum genus || homo inveniret, cui fiducialiter infirmitatem suam re- A 143b
velaret; et supra hominem Deum credens, de accepta ab illo peccatorum suorum remissione non diffideret. Deinde, ut dispensationis gratia largius multiplicaretur, Deus-Homo homines puros participes fecit suae potestatis, ut officium eius implerent poenitentium confessionem suscipiendo, et potestatem eius exercerent poenitentibus et confitentibus peccata remittendo».

b. «Sed quare non praeceptum dedit generaliter peccata sua hominibus confitendi, sicut discipulis dedit peccata confitentium dimittendi potestatem»? — Respondet[2]: «Ut medicorum more aegros venientes || susciperent et sanarent. Sed quasi cer- P 196d

2 et *om.* T. 3 aequa *corr. in* aliqua horum B, econtra E, *supple* facta. 4 est *om.* T. 6 praedicat] predicatur B, predicet E, non *praem.* T. 7 ipsum] eum T. || sententia] iustitia B. 8 aut *om.* P. 9 alium] aliud P. || in *om.* ET. || enim *om.* B, est *add.* EP. 10 tua] mea B. || relatione] relative T. 12 opera] operis T. 14 doctrinae... veritas *om.* (*hom.*) PT. 17-18 Propterea... homini] propter *et om.* Deus... homini E. 18 proximum *om.* T. 19 et] per T. 19-20 suum... homo] genus homo hominem B. 21 supra] super BT. || credens] cernens B, tradens P. || illo] illis P. 23 Deus] et *add.* P. 25 suscipiendo] recipiendo B. || potestatem] potestatis A. || eius *om.* T. 27 dedit *om.* T. 29 Respondet] R. *codd.*

[1] Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 1 (PL 176, 551 D).
[2] Hugo, ib. (PL 176, 552 A-B).

Num. 14: anon. P, f. 105r.

tum esse voluit quod aegri salutem libenter quaererent», cognita medici potestate. «Infirmum ipse morbus sufficienter admonet, nec opus habet praecepto si dolet. Sed medici, quia negligentes in sua curatione aegros invenerunt», maxime cum non semper poena peccati sentiatur, «eos ad salutem quaerendam excitaverunt et praecepto attraxerunt, dicentes[1]: *Confitemini alterutrum peccata vestra*».

15. Ut indulgentiam Dei nisi supplicationibus etc. [851, 22]. Ex hoc videtur quod quantacumque fuerit contritio, non delet
T 161 b peccatum quoad culpam || et poenam. — C o n t r a, infra XX distinctione, 1 cap., versus finem, ubi dicitur: «Nisi forte tanta fuerit» etc. [874, 27]. Quod etiam sic probatur: contritio delet aliquantam partem poenae debitae ex misericordia Dei, et non est infinita quantitas eius cum sit temporalis; ex Dei misericordia ergo tanta potest esse contritio quod totam delebit. — R e s p o n d e m u s quod non negatur hic solam contritionem posse delere peccatum quoad culpam et poenam quoad Deum, sed non in foro Ecclesiae. Praeterea, unitas caritatis, qua unitur corpus mysticum, iuvat ad remissionem peccati, virtute cuius supplicationes sacerdotum obtinent peccati indulgentiam a Deo; et ita, licet possit remitti, non tamen de facili praeter supplicationes sacerdotum virtute unitatis Ecclesiae.

16. Dixit enim: Ora monstrate [852, 4]. *a*. Ex hoc arguitur quod nullus per alium potest peccata confiteri, nec per scriptum, sicut hic exprimitur [852, 3]. Quid ergo erit de mutis? de non communicantibus idioma? — R e s p o n d e m u s: aliter est in potentibus, aliter in impotentibus simpliciter vel secundum quid. Quod hic dicitur, de potentibus simpliciter intelligitur; et rationem subiungit: «Qui per vos peccastis, per vos erubescatis: erubescentia enim partem habet remissionis» [852, 6-7].

2 medici] medicorum T. || potestate] super *add.* B. 3 opus *om.* AEPT. 4 invenerunt] invenirent BT. 5 eos *om.* P. 8 nisi suppl. *om.* B. 9 quantacumque B, quantulacumque AEPT. 11 1 *om.* T. 12 etc.] et tan. A, et tem. P. 13 aliquantam] aliquam E. 14-15 ex Dei miser. *om.* T. 15 quod t. delebit *om.* B. 19 remissionem] sive *add.* P. 19-20 virtute... peccati *om.* (*hom.*) AP. 21 possit] posset BT. 21-22 praeter suppl.] supplicatione T. 24 peccata *om.* T. 25-26 de non comm.] et de nescientibus E, *om.* de T. 27 potentibus] et *add.* T. || aliter in imp. *om.* (*hom.*) P. 29 erubescatis] erubescite BT.

[1] Iac. 5, 16.

Num. 15: anon. P, f. 105r; anon. V, f. 140c. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 107. — Num. 16: anon. P, f. 105v; anon. V, f. 140c. Quoad § *a:* Bonav., hic, p. 2, dub. 6 (IV, 449).

b. Super quo quaeritur: si erubescentia in confessione est pars remissionis poenae quae ad satisfactionem pertinet, et similiter contritio, videtur quod tam contritio quam confessio sint partes satisfactionis. Qualiter ergo est eis opposita? — Respondemus quod nomen satisfactionis dupliciter dicitur. Uno enim modo accipitur communiter ad satisfactionem iniunctam et non iniunctam, exteriorem et interiorem, secundum quod supra definiebatur, distinctione XV, cap. *His responderi potest* [831, 8], ubi dicitur: « Satisfactio poenitentiae est causas peccatorum excidere » [832, 10-11]. Et secundum hunc modum contritio ratione doloris, et confessio ratione erubescentiae est pars satisfactionis. — Altero modo [est] satisfactio appropriata satisfactioni iniunctae et expletae; et dicitur satisfactio quia tunc satis actum est. Si enim vera fuerit contritio et humilis confessio et debita satisfactio, cum susceptione debitae poenitentiae peractae, satis actum est pro peccati remissione ex Dei misericordia. Et secundum hunc ultimum modum nec contritio nec erubescentia est pars satisfactionis.

17. Fit enim veniale per confessionem [852, 10-11]. Ex quo videtur quod in confessione || deleatur culpa: non ergo in contritione. Hoc etiam facit pro illa opinione, quod reatus poenae aeternae solvitur in confessione ex virtute clavium[1]. — Respondemus: quantum ad faciem Ecclesiae intelligitur veniale fieri in confessione, iam suscepta poenitentia. Reliquum vero intelligitur quoad faciem Dei. Vel potest dici 'veniale' quia in parte fit venia quoad poenam, propter erubescentiam et poenitentiam susceptam, ut non || ex tunc imputetur ad poenam aeternam, cum non esset in eo contemptus confitendi: vinculo enim confessionis ligabatur in contritione. P 197a A 143c

18. Iustitia enim sola damnat [852, 19]. Contra quod supra dicitur in eodem: « Servat iustitiam in misericordia » et e

3 contritio[1]] videtur contritio quia P. 5 dicitur] accipitur T. 6 enim *om.* BT. || modo *om.* P. 7 et n. iniunctam *om.* (*hom.*) T. || et interiorem] et non int. E, *om.* T. 10 Et *abrasit* P. || modum *om.* T. 12-13 appropriata... et[2]] appropriate et iniuncta et expleta B. 13 actum] factum B. 15 satisfactio *om.* ABEP. || poenitentiae] et *add.* B. 16 actum] factum B. || pro... misericordia *om.* B, ad p. remissionem... misericordia EPT. 21 etiam] enim T. 24 fieri] factum B. || Reliquum] illud T. 25 intelligitur *om.* T. || potest] habet P. 26 venia] veniale P, *om.* T. || quoad] ad T. || propter] quoad T, et *praem.* B.

[1] Cf. infra, p. 320ss.

Num. 17: anon. P, f. 105v; anon. V, f. 140d. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 7 (IV, 449). — Num. 18-19: anon. P, f. 106r; anon. V, f. 140d.

converso [852, 15-16]; et quod dicitur in Psalmo [1]: *Universae viae Domini* etc. — R e s p o n d e m u s quod hoc intelligitur quoad principalitatem. Iustitia enim principaliter respicit poenam, misericordia vero principaliter gloriam sive gratiam. Praemium autem, quia respicit meritum, non tantum respicit mise-
E 263v ricordiam, || sed et iustitiam: misericordiam quoad collationem gratiae, iustitiam quoad usum liberi arbitrii per gratiam.

19. Pro Christo, fit dignus misericordia [852, 21-22]. Ex hoc videtur quod aliquis mereatur misericordiam, et ita primam gratiam. — R e s p o n d e m u s quod duplex est misericordia: in remissione culpae et remissione poenae. Primam nullus meretur ex condigno, licet congruum sit quod Dominus misereatur secundum contritionem. Secundam vero potest mereri, et de illa intelligitur hic; quae fit post dimissionem culpae et reatus poenae aeternae.

20. Nunc priusquam etc. [853, 10]; **Nunquid aequivalet alicui socio confiteri** [853, 17]. Quaeritur quid conferat confiteri socio, cum non habeat potestatem solvendi vel ligandi. — R e s p o n d e m u s: triplex est absolutio: una ex officio, ut sacerdotis; altera ex vitae merito, ut quilibet sanctus impetrat absolutionem; tertia ex fidei unitate, ut socius; unde [2]: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Vel etiam valet confessio socio ratione erubescentiae, et desiderio sacerdotis, cum non possit habere copiam. Quarta vero absolutio est a Christo ratione passionis.

21. Curet quisque sacerdotem quaerere [853, 23]. Quaeritur quare non sufficit confessio divisim facta diversis sacerdotibus, cum sint omnes tamquam unus sacerdos. — R e s p o n d e m u s quod omnes sunt unus quantum ad potestatem ligandi et solvendi, sed non quantum ad scientiam discernendi. Non dico quantum ad auctoritatem, sed quantum ad donum scientiae annexum. Praeterea, non sic coaequaretur confessio con-

2 Domini] misericordia *add.* E. 3 enim *om.* P. 3-4 poenam] penitentiam P. 4 vero *om.* BE. 4-5 Praemium] primum P. 5 quia] quod BP. 6 et *om.* BP. 13 scc. contritionem] servi contriti BE. || vero *om.* E. 14 dimissionem] remissionem E. || culpae *om.* P. 18 vel] et B. 21 tertia B, *om.* AEPT. || ego *om.* A. 22 te] etc. *add.* T. || socio *om.* T. 24 est *om.* B. 25 quisque *Lomb.*, quippe *codd.* || quaerere] sed *add.* B. 27 unus *om.* T. 29 et] atque B. || non[1] *om.* T. 31 Praeterea] postea A. || coaequaretur] coequatur EPT, *quod corr.* AB.

[1] Ps. 24, 10. [2] Ps. 118, 63.

Num. 20: anon. P, f. 107r; anon. V, f. 141a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 124; Bonav., hic, p. 3, dub. 1 (IV, 463). — Num. 21: anon. V, f. 141a.

tritioni. Sicut enim contritionem oportet esse de omnibus in facie Dei ut dimittatur culpa, sic oportet esse confessionem de omnibus, ut simul dimittatur culpa quoad Ecclesiam. Est enim Ecclesia sponsa Christi, cui oportet satisfacere. Sicut enim non placet regi si tribuatur ei aliqua emenda et reginae non tribuatur emenda, sic accidit de rege caelesti et sponsa eius.

22. Ne cum negligens [853, 26-27]. Quaeritur utrum negligentia sacerdotis potest esse causa mortis aeternae in poenitente. Quod non videtur, quia in || contritione deletur omnis P 197b. culpa et commutatur poena infernalis in purgatoriam. Licet ergo negligens fuerit sacerdos in iniunctione poenitentiae debitae, non propter hoc videtur confitens esse debitor mortis aeternae. Quid est ergo quod hic dicitur: « Negligatur ab illo » etc. [853, 27] ? — Respondemus: si sacerdos iniungat alicui pro mortali aliquam poenitentiam indiscrete et iste adimpleat, non absolvitur quantum ad Deum; immo, licet sit contritus, debitor est poenae purgatoriae. Immo, si hanc habuerit discretionem [ac simul opportunitatem] de cognoscendo discreto sacerdote et negligentiam habuerit accedendi, fit debitor poenae aeternae. Et sic intelligitur quod hic dicitur: « Cum negligens circa se » etc. [853, 27]. Aliter autem est si fuerit simplex et credat illum esse discretum. De hac negligentia dicit Hugo[1]: « Pigritia tua et negligentia tua occasionem torporis quaesivit, non correptionem. Vidit hoc Deus, et dedit tibi secundum cor tuum, ut non invenires quod non quaerebas accipere. Nec tamen dico ut desperes, etiam si hoc contingat, ut homo qui exterius curandis peccatorum vulneribus medicamentum apponit, aliquid minus sufficiens tribuat. Quod minus foris agitur, efficacius intus operatur ».

23. Etsi non tam cito sicut si solverentur [854, 6-7]. Quaeritur de duobus, || quorum || unus habet voluntatem confitendi A 143d T 161c

2 ut] simul *add.* PT. 2-3 sic... culpa *om.* (*hom.*) B. 3 ut... culpa *om.* T, *om.* simul P. 4 oportet] debet T. || Sicut] si P. 5 si] ut B. 5-6 et ... emenda *om.* (*hom.*) E. 8 potest] possit E. 11 poenitentiae] pene T. 12 confitens] penitens PT. || esse *om.* P. 14 si *om.* P. || alicui] illi P. 15 iste] ille PT. 16 contritus] tamen *add.* BT. 17-18 discretionem *om.* P. 18 cognoscendo] et inveniendo *add.* B. 18-19 sacerdote... accedendi *om.* P, de accedendo *pro* accedendi T. 21 etc. *om.* EP. 22 illum] eum T. 23 tua[2] *om.* BE. 24 tibi *om.* A. 25 non[2] *om.* PT. 25-26 tamen *om.* PT. 28 aliquid *om.* T.

[1] *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 3 (PL 176, 556 A-B).

Num. 22: anon. P, f. 107v; anon. V, f. 141a. — Num. 23: anon. P, f. 108r; anon. V, f. 141a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 124 (p. 126).

et conteritur, et alter similiter et confitetur: uter citius evolabit, omnibus aliis paribus? Videtur quod aequaliter, per hoc quod supra dictum est[1], quod »votum pro operatione iudicatur» 1 cap., eadem distinctione [845, 20]. — Contra: ex vi clavium aliquid remittitur, sicut hic dicitur [854, 6-7]; ergo confitens citius evolabit. — Respondemus quod aliter est de merito vitae aeternae et aliter de merito remissionis poenae. Quantum enim ad meritum vitae aeternae sunt pares; sed non quantum ad meritum remissionis poenae quoad durationem. Aliquid enim relaxabitur huic ex virtute clavium quod non illi.

24. In quibus figuraliter continentur sacerdotes Ecclesiae [854, 14]. Quod sit confitendum homini, dicit Augustinus in libro *Confessionum* X[2]: « Hic est fructus mearum confessionum, ut confitear coram te, non tantum secreta exsultatione cum tremore, et secreto moerore cum spe, sed etiam in auribus credentium filiorum hominum, sociorum gaudii mei et consortium mortalitatis meae, civium meorum et mecum peregrinorum, quibus iussisti ut serviam si volo tecum de te vivere».

B 145v **25.** || **Nisi enim Ecclesiae unitas** [854, 20]. *a*. Ex hoc videtur quod nulli sufficiat contritio ad remissionem culpae et poenae. Praeterea, ex hoc videtur quod, habita contritione, adhuc sit peccator in potestate diaboli. — Respondemus quod non loquitur hic de unitate Ecclesiae supplente quoad poenitentiam pro peccatore; sed prout unitas Ecclesiae meretur exsistenti in peccato primam gratiam, qua conteratur super suis peccatis.

b. Sed quaeritur utrum sufficiat generalis confessio, sicut generalis contritio. — Respondemus quod fit confessio non tantum generalis, sed specialis et individua, ut sciatur quae
P 197c poena et quanta sit iniungenda. Ad contritionem || vero non semper est necesse, licet expediat ad diminutionem poenae, quia fit in facie Dei qui novit singula peccata, a quo « non est dimidiam sperare veniam » [837, 13-14].

1 et[2] *om.* B. || similiter et] super B, *om.* et PT. 2 quod] alter *add.* P. 3 pro operatione] per operationem AB. || iudicatur] supra *add.* B. 7 et... poenae *om.* A. 8 enim] est B, *om.* E. 10 ex *om.* E. 15 et] sed E. 16 sociorum] credentium A. || et *om.* A. 18 serviam] sentiam B. 20 sufficiat] sufficit BPT. 24 meretur] supplet B. 25 super] illis *add.* E. 26-27 sicut g. contritio *om.* B. 27 fit *om.* A. 28 individua] individualis B. 30 quia] quod BPT. 31 singula] omnia B. 32 veniam *om.* T.

1 Hic supra, n. 2. 2 Cap. 4, n. 6 (PL 32, 781s.).

Num. 25-26: anon. P, f. 108v; anon. V, f. 141b.

BIBLIOTECA PROVINCIAL N.o SÃO PAULO REDENTORISTA

26. Ideoque non petat sacerdotes [854, 26]. Contra: Ecclesia militans quandoque errat in aliquibus ministris. Sit ergo quod separetur aliquis ab Ecclesia militante per errorem episcopi alicuius. Iste non est ligatus quoad Deum; ergo quoad Deum, si fuerit sacerdos, potest absolvere aliquem confitentem; et solvendus non quaerit nisi salutem aeternam: ergo quoad hoc non est talis minus petendus quam alius. Si vero intelligatur quod hic dicitur de diviso ab Ecclesia triumphante, tunc nulli malo sacerdoti esset confitendum. — Respondemus: dicuntur 'divisi', qui sunt divisi per censuram ecclesiasticam; unde, dummodo possit habere alium, non est accedendum ad ligatum || iniuste. Unde in distinctione 6 *De poenitentia* [1] dicitur quod « Iudas, qui poenitens ivit ad phariseos, nihil invenit nisi auxilium desperationis ». E 264r

27. Cum igitur ex his etc. [855, 14]; **sufficit soli Deo** etc. [855, 18-19]. Contra: aut peccata aut ingratitudo redeunt in recidivante. Cum ergo non cognoscatur quanta sit ingratitudo nisi per cognitionem peccatorum remissorum, relinquitur quod oportet etiam scire super quibus est ingratus et quot, et ita oportet confiteri iterum peccata, licet sint occulta. — Respondemus quod, quantum est de illo crimine occulto, non oportet confiteri nisi semel. Sed quia ingratitudo est aliud crimen, ideo ratione ingratitudinis, cuius quantitas non potest dignosci nisi per peccata praecedentia, oportet ea confiteri. Et ideo habent aliqui in consuetudine quolibet anno confiteri || omnia quae ad memoriam reducunt. A 144a

28. *a.* Quaeritur etiam hic utrum bene iniungat sacerdos qui iniungit poenitenti quod faciat quidquid boni potest. — Item, quaeritur, si omne opus virtutis est cum labore aliquo, utrum omne sit satisfactorium; nam quod est tale, est poenale.

---

3 aliquis] sacerdos *add. interl.* B. 6 salutem] vitam B. 9 nulli] a *add.* P. 10 qui] quia PT. || eccles.] ecclesie PT. 11 est *om.* P. 12 in *om.* A. || poenitentia] penitentibus *codd.* 13 phariseos] iudeos T. || nihil] aliud *add.* T. 16 ingratitudo] egritudo AP, aut *add.* P. || redeunt] redit B. 17 cognoscatur] recognoscatur B, cognoscat PT. 27 etiam] autem P, *om.* B. 27-28 iniungat *et* qui *om.* B. 29 virtutis] virtus A.

---

[1] *Decretum* Gratiani, de poen., d. 6, c. 1 (I, 1243).

Num. 27: anon. P, f. 109v. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 129; Bonav., hic, p. 3, dub. 4 (IV, 464). — Num. 28: anon. P, f. 109v.

b. Si vero bene iniungit sic iniungendo, videtur quod nihil relinquitur supererogationi. — Praeterea, secundum hoc, unusquisque qui peccaret postea, post talem poenitentiae susceptionem, dupliciter peccaret: tum quia non faceret bonum, tum quia non faceret iniunctum.

c. Respondemus: non sequitur, si sic iniùnctum fuerit alicui poenitenti, quod non relinquatur aliquid supererogationi. Unum enim et idem opus est satisfactorium secundum aliquid, et secundum aliquid meritorium vitae aeternae. Ratione enim poenalitatis est satisfactorium; ratione voluntatis informatae caritate, meritorium vitae.

d. Ad aliud dicimus quod dicitur 'satisfactorium' duobus modis: vel a satisfactione secundum quod opponitur contritioni et confessioni, ut disparatum ab eis; et secundum hoc non omne opus virtutis est satisfactorium quantum est de se, sed quantum est de susceptione poenitentis. Si vero satisfactio large sumatur ad exteriorem et interiorem poenitentiam, sic omne opus virtutis, cum sit laboriosum, est satisfactorium. In eo enim quod est poenale voluntarium, est satisfactorium; in eo quod virtutis, est meritorium. Nec sequitur quod ipse dupliciter peccet, qui huiusmodi poenitentiam suscipit: licet enim aliquando non faciat bonum, nihilominus residuum boni quod facit est pro || eo satisfactorium. P 197 d

29. Ideo enim quis peccatum suum celat [856, 22-23]. Augustinus, libro *De poenitentia* [1]: «Quid infelicius, quid perversius, quam de ipso vulnere, quod latere non potest» etc. ut supra [2]. Et infra [3]: «Multi corriguntur, ut Petrus; multi tolerantur, ut Iudas; multi nesciuntur, *donec veniat Dominus et illuminet abscondita tenebrarum* [4]». Item, Psalmus [5]: *Quo-*

---

1 iniungit] iniungat PT. || iniungendo] tunc E. 2 relinquitur] relinquat E. || supererog.] supererogationem AE. || secundum hoc] si hoc P, *om.* E. 3 postea, post] post per B. 4 bonum] bene B. 7 quod] quia P. 8 sec. aliquid *om.* B. 10-12 ratione... satisfactorium *om.* (*hom.*) P. 11 vitae] eterne *add.* ET. 12 dicitur] est B. 14 ab eis] est P. 15-16 sed... de *om.* P. 17 sic E, *om.* ABPT. 18 enim *om.* BP. 18-19 quod... eo *om.* (*hom.*) P. 19 eo] autem *add.* T. 26 quod] vel P. 27 ut supra *om.* B. || Et infra] et ita B, etc. P.

---

[1] *Sermo 351*, c. 4, n. 9: «Quid enim est infelicius, quid perversius, quam de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, et de ligatura eius erubescere» (PL 39, 1545). [2] Supra non reperimus hanc auctoritatem in littera, sed verba Augustini eam immediate praecedentia, scil. p. 851, lin. 1-14. [3] Ib., n. 10 (PL 39, 1546). [4] I Cor. 4, 5. [5] Ps. 31, 3.

niam tacui etc., Glossa[1]: « Sana membra medico ostendebat, vulnerata tegebat; et ideo non fuit curatus ».

30. || **Species enim superbiae est** [856, 25]. Quaeritur hic quid B 146 r
hypocrisis; utrum magis sit peccatum peccare occulte aut manifeste; quot sunt species huius peccati; utrum sit unum peccatum aut plura; utrum omne tale mortale, aut aliquod veniale; propter quid tantum || damnatur hypocrisis a Domino. T 161 d

I. *a*. Dicit Glossa[2] super Matthaeum: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis*, 6, 1: « Hypocrita est qui simulat id quod non est, alterius personae repraesentator ». — Sed hoc non videtur convenire omni hypocritae. Quatuor enim sunt species hypocrisis, ut habetur in expositione magistri Richardi[3] de quatuor pardi [alis], Dan. 7, 6. Sunt enim quatuor alae quibus vehitur hypocrita: iactantia de bono manifesto, excusatio de malo manifesto, simulatio boni occulti, dissimulatio mali occulti. Sed in his omnibus non vult videri quod non est, sed aliquando non videri quod est; ergo non est haec definitio hypocrisis.

b. Praeterea, velle videri bonus est bonum in genere; ergo velle hoc est velle bonum; non igitur hypocrita ob hoc erit hypocrita. — Praeterea, si velle videri bonus est bonum, ergo, non alio posito fine, erit bonum; sed hoc propter se videri; ergo velle videri bonus propter se non est malum.

---

1 tacui *om.* PT. 2 vulnerata] vulnera B. 4 hypocrisis] est *add.* PT, sit *praem.* E. || magis] maius EPT. || aut] vel T, quam E, ac P. 6 aut[1]] an T. || tale *om.* B. 9 vestram fac.] etc. P, v. etc. T, coram hominibus etc. *add.* E, etc. *add.* B. 10 Sed] secundum A. 12 hypocrisis PT, ypo. A, ypocrite B, ypocritarum E. 12-13 Richardi... pardi] n. de. iiii. pard' A, hu. de. iiii parduu. (*in marg. notat:* Verba sunt Rich. de S. Victore) B, Ri. de. iiii. pardum PT, in *add.* E. 14-15 excusatio... manifesto *om.* (*hom.*) P. 15 simulatio boni] verberatio homini P. || boni occulti] de malo occulto T. 16-17 sed[2]... est[1] *om.* (*hom.*) E. 17 haec *om.* P. 20-21 ob... hypocrita *om.* (*hom.*) P. 21-23 est... bonus *mg.* (*hom.*) A[2]. 22 fine] fore AEP. 23 velle *om.* A. || bonus] sanus B.

---

1 Lombardi in Ps. 31, 3 (PL 191, 319 A). 2 *Interlin.* in Matth. 6, 2: *Sicut hypocritae*, ap. Lyranum (V, 24r); ex August., *De serm. Dom. in monte*, II, c. 2, n. 5 (PL 34, 1271). 3 Rich. de S. Victore, *De eruditione hom. interioris*, III, c. 12: « Una dicatur simulationis, alia dissimulationis, tertia ostentationis, quarta excusationis... Sed simulatio de occultis bonis, dissimulatio vero de occultis malis. Econtra autem ostentatio et excusatio solent esse de manifestis, sed illa de manifestis bonis, ista de manifestis malis » (PL 196, 1359).

Num. 30: anon. P, f. 111r; anon. V, f. 141c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, II, tr. 30, c. 2, qq. 1-5 (f. 115b-116b); *Summa Hales.*, II-2, nn. 804-815.

c. Contra: hoc est converti indebito modo ad commutabile bonum [1]: ergo est peccatum. — Praeterea, quis est finis eius quod est 'velle videri' secundum quod appetitur ab hypocrita ? Si enim favor humanus, esset idem quod inanis gloria; si lucrum temporale, esset avaritia.

d. Praeterea, qualiter est verum de hoc peccato quod dicitur in Evangelio Matth. 12, 33: *A fructibus eorum* etc. [2] ?
A 144b Hoc enim intelligitur aut de notoriis operibus, aut || de occultis; sed manifesta opera sunt bona in genere; ergo per illa non potest perpendi arbor mala; nec per occulta potest videri, quia non veniunt in cognitionem hominum.

e. Respondemus: hypocrisis est peccatum quo vult aliquis videri bonus vel non videri malus propter se. Dico autem 'propter se' ad differentiam illius qui, exsistens bonus, vult videri bonus causa exempli. Nihilominus autem, si vult propter se videri bonus, hypocrita potest appetere favorem humanum ex consequenti vel aliquod aliud vanum in creatura.

f. Ad auctoritatem autem Matthaei dicendum quod definitur ibi hypocrita non secundum omnem eius actum, sed secundum principaliorem.

g. Ad aliud obiectum post, dicimus quod velle videri bonus, nullo alio posito fine, est vanum; et ita ex privatione alterius finis est peccatum; sicut iurare, si non fuerit ex causa
P 198a debita, est peccatum, licet || in se sit bonum in genere [3].

h. Ad illud quod quaeritur de fine, dicimus quod, quantum est de genere peccati, principalis finis est vana gloria sive favor humanus; et ideo ponitur hypocrisis nasci ab inani glo-
E 264v ria, || ut habetur a Gregorio in quadam Glossa [4] super finem Iob de filiabus superbiae.

---

3 quod[1] *om.* T. 4 idem quod *om.* T. 5 esset *om.* BT. 7 in Evang. *om.* T. || etc.] cognoscetis eos T, *om.* E. 8-9 occultis] adultis A. 10 videri] iudicari B. 11 quia] quod B. 12 Resp.] quod *add.* B. 14 illius] alterius B. 15 si *ita* (*pro* etsi?) *codd.* 16 humanum] hominum E. 17 aliud *om.* B. 18 quod *om.* PT. 23 sicut iurare] si iuvare P. 24 in se... genere] in gen. sit b. in se T, *om.* in se E. 25 de] in B. 26 est[1] *om.* P. 27 humanus] quod idem est *add.* P. || ab] ex PT. 27-28 gloria] sive favor humanus... hypocrisis *add.* (*lin. 26-27*) *sed del.* A, sive favor humanus *add.* P, sive a favore humano *add.* T.

---

[1] Sic definitur peccatum secundum Augustinum, *De lib. arbitrio*, II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269). [2] Matth. 12, 33: *Ex fructu arbor cognoscitur;* Matth. 7, 20: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* [3] Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 39, n. 9 (p. 520ss.). [4] *Ordin.* in Iob 39, 25, ap. Lyranum (III, 76r); ex Gregorio, *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621 A).

i. Ad aliud dicimus quod accidentale est operi esse fructum; sed illud dicitur proprie fructus, quod est utilitas quam intendit reportare ille per opus suum. Quod non ex uno opere tantum perpendi potest, sed ex frequentia operum. Quod maxime significatur cum habentur dignitates in quibus consistit usufructus: tunc enim ex operibus apparet arbor prius occulta.

II. *a.* Deinde quaeritur: [dicitur] quod «hypocrisis est species superbiae» [856, 25]: qualiter hoc? Quod videtur ex hoc, quod hypocrisis ex inani gloria nascitur, inanis gloria a superbia, ut habetur in Glossa[1] super Iob.

b. Contra: quatuor sunt species superbiae, ut in fine II libri Iob[2]: «A se, pro meritis, falso, plus omnibus effert». Sed nulla istarum est hypocrisis per se.

c. Praeterea, hypocrisis consistit in dissimulatione aut simulatione; sed hae sunt species fraudis; fraus autem filia avaritiae, ut ibi habetur[3], et similiter fallacia. Sed hoc generale cuiuscumque partis hypocrisis; ergo pertinet ad genus avaritiae.

d. Praeterea, dicitur in Glossa[4] super Iob 39: «Hypocrita rapit gloriam Domino tribuendam». Cum ergo rapina sit species avaritiae, quae est capitale peccatum, erit hypocrisis reducenda ad eam.

e. Respondemus quod hypocrisis nascitur a superbia, non tamen est species eius. Quid est ergo quod dicitur, quod «velle videri iustum est species superbiae» [856, 25]? Dicendum quod hoc dicitur ratione sui antecedentis. Nam in animo est elatio falsa, quae, cum progreditur exterius, efficit falsam apparentiam quae est hypocrisis; et ita, quia appropriatur illi speciei quae est 'falso se efferre', erit species superbiae vel di-

---

3 reportare] importare P. 5 habentur] habent B. 9 ex] ab B. 10 a *om.* A. 12 effert] inflant ABE, inflat PT. 14 aut] vel BE. 20 avaritiae *om.* PT. 25 sui *om.* E. 26-27 falsam app.] substantiam oppositam B. 27 quia *om.* B. 28 est *om.* A. || vel *corr. in* ut B, ut T.

---

[1] *Ordin.* in Iob 39, 25, ap. Lyranum (III, 76r); ex Gregorio, *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621 A). [2] Hoc versu contrahitur *Glossa ordin.* in Iob 32, 8, ap. Lyranum (III, 60v); vel Gregorius, *Moral.*, XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 258 C). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 6, n. 5 (p. 51). [3] *Glossa ordin.* in Iob 39, 25: «De avaritia proditio, fraus, fallacia» etc., ap. Lyranum (III, 76r); ex Gregorio, *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621 B). [4] Non invenimus ibi. Cf. *Glossa ordin.* in Iob 27, 8: «Hypocrita... est avarus raptor qui, dum inique agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitae rapit alienae»; ap. Lyranum (III, 51v); ex Gregorio, *Moral.*, XVIII, c. 7, n. 13 (PL 76, 44 A-B).

citur. — Nec est species inanis gloriae, nam in alio est huius delectatio et in alio illius. Sumitur tamen inanis gloria dupliciter. Aliquando dicitur gloria in quocumque vano, et secundum hoc hypocrisis est species inanis gloriae: est enim delectatio in quadam vanitate. Secundum autem quod appropriatur inanis gloria ad delectationem quae est in favore hominum aut laude, non est hypocrisis inanis gloria, sed ab ea nascitur ut in pluribus. Propter quid enim vult videri bonus, est appetitus laudis humanae. — Nec est species avaritiae, licet aliquando || nasci possit ab ea; ut cum aliquis vult videri bonus propter cupiditatem dignitatum aut divitiarum. — Non autem quaecumque fraus dicitur filia avaritiae, sed illa quae est in defraudandis possessionibus et huiusmodi. Hypocrisis autem non est huiusmodi fraus. — Cum autem dicitur quod 'hypocrita rapit gloriam Deo tribuendam', accipitur rapina generali nomine, non prout est species avaritiae aut filia: [hoc] est enim secundum quod dicitur rapina possessionum vel huiusmodi, quae vi quadam auferuntur.

A 144 c

III. Si vero quaeratur utrum maius peccatum sit peccare occulte aut manifeste, videtur quod manifeste, quia praebet materiam scandali. — Sed videtur aliud maius, per hoc quod « simulata [1] aequitas est duplex iniquitas, nam est iniquitas || et simulatio ». — Respondemus quod maius est in genere peccare manifeste quam occulte: sibi enim peccat et aliis. — Nec est illa auctoritas contraria, quia est ibi peccatum occultum, sed cum apparentia bonitatis ad alios. Periculosius est ergo huiusmodi peccatum; secundo libro, XXXIII distinctione, cap. *Hic quaeri solet* [483, 11]. Ibi habetur [2] quot modis || unum peccatum est maius alio.

P 198 b

T 162 a

IV. *a.* Si vero quaeratur utrum sit unum peccatum aut plura, videtur quod plura, eo quod opponitur omni virtuti. Sed sunt propria opposita singularum virtutum; ergo non est unum peccatum hypocrisis. — Praeterea, possunt esse diversi fines, et

1 est[1]] crit T. 1-4 nam... gloriae *om.* (*hom*). P. 2 tamen *om.* A. 3 Aliquando] enim *add.* BET. 4 hypocrisis *om.* T. 6 aut] et T. || laude] laudis B. 7 inanis gloria] in genere E. 10 aliquis] quis B. 12 defraud.] fraudandis B. 15 accipitur] autem *add.* P. || non *om.* B. 17 quadam] rapiunt vel *add.* E. 20-21 simulata] est *add.* A. 24 ibi] sibi P, *om.* B. 25 sed cum] sicut B. || alios] aliquos B. 28 est] fit B. 29 vero *om.* B. 30 videtur] enim *add.* A. 31 propria] plura B, *om.* E. || non *om.* P. 32 et] sed T.

[1] *Glossa* Lombardi in Col. 3, 23 (PL 192, 285 C-D); ex August., *Enarr. in Ps. 83*, 7 (PL 36, 765). [2] Scil. in *Glossa* Alex. super h. l., n. 10 (p. 318s.).

secundum diversitatem finium trahitur voluntas in speciem. Peccatum autem consistit in voluntate [1]; unde relinquitur quod diversa erunt peccata in specie.

b. Praeterea, quaeritur de speciebus. Quod enim indivisa sit secundum speciem, videtur per hoc, quod, licet bonitas dividatur in species, non propter hoc 'videri bonus'. Non enim alia hypocrisis est cum aliquis vult videri iustus aut castus et huiusmodi. — Quod autem sint plures species, habetur per Richardum [2]. Dicit enim quod « prima species huius mali est affectatio libertatis, secunda affectatio dignitatis, tertia auctoritatis, quarta potestatis ».

c. Respondemus quod hypocrisis est unum peccatum. Potest tamen esse circumstantia peccati. Si enim intendit aliquis principaliter videri bonus non eo quod bonus, sic est speciale peccatum. Si vero faciat aliquod peccatum, quod tamen videatur bonum, et hoc totum intendatur, adiacens est alteri peccato. — Nec sequitur quod hypocrisis habeat plures species, licet omnibus virtutibus opponatur. Opponitur enim eis non secundum propriam rationem uniuscuiusque, sed secundum formam indivisam bonitatis ex omnibus virtutibus constitutae. — Cum autem ponuntur illae quatuor species hypocrisis, hoc non est ratione primi intenti, sed ratione eius quod intenditur ulterius.

V. Ad aliud dicimus quod non est simile [3]: nam hypocrisis procedit ex superiori parte rationis cum deliberatione, secundum quam est mortale peccatum. Inanis vero gloria, si incipiat ab eadem, similiter est mortale; si vero ortum habeat ab inferiori parte rationis mota a sensualitate, || erit aliquando veniale E 265 r
peccatum.

VI. Damnatur autem hoc peccatum in tantum a Domino, ut in Matth. 23, 13-33, ratione pravi in praelatis exempli, et quia nullum || malum ita corruptivum per contagionem, prop- A 144 d
ter speciem boni quae inducit fallaciam.

---

1 speciem] peccati *add.* B. 2 unde] ergo T. 4 quaeritur *om.* P. 5 speciem] species T. || quod] quia T. || bonitas] bonus T. 7 aut] et B. || et] aut B. 8 sint *om.* B. 9 mali] peccati B. 9-10 affectatio] affirmatio B. 10 libertatis *om.* P. || affectatio] affirmatio B, affectio P, *om.* T. 14-15 speciale peccatum *om.* E. 15 faciat] facit BT. || aliquod *om.* T. 15-16 videatur] videtur T. 16 intendatur] attendatur E, intendebatur T. || est *om.* P. 20 Cum] quod B. 22 ulterius *om.* P. 23 est *om.* T. 25 peccatum *om.* T. 30 in[1] *om.* E. || pravi] mali T. || et *om.* B. 32 quae] quoniam E.

---

1 Augustinus, *De vera religione*, c. 14, n. 27 (PL 34, 133). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 41, nn. 5-10 (p. 393ss.). 2 Rich. de S. Victore, *De eruditione hom. interioris*, III, c. 13 (PL 196, 1360 A). 3 Deest obiectum; v. supra, p. 303, lin. 6.

31. Sine humilitate vero alicui [856, 30]. Augustinus, X *Confessionum* [1]: « Cum malus sum, nihil aliud est confiteri tibi, quam displicere mihi; cum vero pius, nihil aliud est confiteri tibi, quam [hoc] non tribuere mihi. Confessio itaque mea taceat strepitu et clamet affectu ».

32. Est confessio testimonium etc. [857, 2-3]. *a.* Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio, ex erubescentia et per claves satisfactoria, obligans ad peragendam poenitentiam.

b. Si vero quaeratur qualiter se habeat contritio ad confessionem, dicendum quod confessio sacramentalis potest esse
P 198c sine contritione; spiritualis autem || et sacramentalis est efficiens gratia contritionis: facit enim huiusmodi confessionem efficacem.

c. Qui autem effectus confessionis, his versibus habetur :

> Noscere peccatum, lapsum vitare, dolorem
> Augmentare, prece recipi, generare pudorem,
> Purgans incipere factum confessio gaudet.

33. Confessio peccati pudorem habet [857, 5]. Bernardus [2]: « Septem sunt experimenta sine quibus vera et certa salus redivivi spiritus minime constat: quatuor ad sensum compunctionis, tria ad sonum confessionis pertinentia ». Quae ad sensum compunctionis: pudor geminus et timor. Metue Deum factorem tuum, cui tam ingratus fuisti. Metue Dominum *qui habet potestatem mittere* te *in gehennam* [3] ignis. Pudeat te opera indigna filio gessisse in conspectu tanti Patris. « Pudeat te mala pro bonis reddidisse et odium pro dilectione ». — Quae vero ad sonum confessionis pertinent, sunt haec: « Omne quod remordet conscientiam, confitere humiliter, pure et fideliter », non sicut *qui* gloriantur *cum male fecerunt* [4], vel qui quaerunt

---

3-4 displicere... quam *om.* (*hom.*) E. || confiteri tibi *om.* BT. 4 tribuere] retribuere PT. || itaque mea] inquam meo B, autem T. 5 taceat] careat E. || clamet] clavi et AE, clamat B, culpa et P. 7-8 per claves] vi clavium T. 9-10 ad... confessio *om.* A. 11 et *om.* A. 12 gratia] confessioni B. 14 confessionis] sint *add.* E. || habetur *om.* P. 15 dolorem] pudorem P. 16 prece] precem EP. 17 incipere] in opere B. 18-10 (p. 309) Confessio... diffidens *om.* E. 18 habet *om.* P. 22 compunctionis] dolor *add. interl.* T. || geminus] gemitus PT. || et *om.* P. 23 tuum B, *om.* APT. 24 mittere] mittendi T. || te *om.* BPT. 25 tanti *om.* B. 29 fecerunt] fecerint PT. || vel] et B.

[1] Cap. 2 (PL 32, 779s.). [2] *Sermones in Cantica*, serm. 16, nn. 4-5, 7-8, 10-12 (PL 183, 850-854). [3] Luc. 12, 5. [4] Prov. 2, 14.

Num. 31-32: anon. P, f. 111r-v. — Num. 33: anon. V, f. 141d.

laudem de humilitate. « Appetere enim de humilitate laudem, non est humilitatis virtus, sed subversio. Verus humilis vilis vult reputari, non humilis praedicari. Quid perversius, si humilitatis custos, confessio, superbiae militet, et inde vis videri melior, unde videris deterior » ? « Nec sicut qui suam levigant culpam vel alieno suasu adumbrant. Primum est non confessio, sed defensio; sequens monstrat ingratitudinem, et quo minor reputatur culpa, eo minuitur gloria indultoris. Quae autem maior nequitia, quam in suam armari salutem ? Sit fidelis confessio, ut confitearis in spe, de venia non diffidens ».

DISTINCTIO XVIII.

1. Hic quaeri solet, si peccatum omnino dimissum est [857, 16]. I. Quaeritur de effectu contritionis et quantitate. Et nota quod multiplex est quantitas contritionis. Est enim quaedam secundum dimensionem, alia secundum virtutem, quaedam secundum rationem; ut dicitur contritio generalis aut universalis. Et dicitur generalis, cum conteritur super omnibus peccatis in genere, ad differentiam specialis et individuae. Universalis autem dicitur, quando sic dolet pro peccato, quod pro nulla re vellet peccasse, nec tunc nec aliquando.

II. Quaeritur etiam penes quid consideratur quantitas contritionis secundum intensionem. Cum enim in contritione sint duo, scilicet gratia et dolor, utrum penes intensionem gratiae aut doloris.

a. Quod non penes intensionem doloris, patet: quia multi ex complexione sua magis dolent, nec tamen magis

2 humilitatis BT (*Bern.*), humilitas AP, *quod corr.* T. 4 confessio] confessus B. 7 et] in P. 8 eo] quod *add.* P. 9 in s. armari] non s. amare B. 13-14 et[1]... contritionis *om.* (*hom.*) P. 15 dimensionem] dimissionem B, divisionem PT. 16-17 aut... generalis *om.* (*hom.*) APT. 17 dicitur] contritio *add.* B. [conteritur] confitetur B. 18 et *om.* A. 19 sic *om.* P. || quod] et A. || pro *om.* T. 20 vellet peccasse] pecc. voluisset T. 21 Quaeritur] item *praem.* B. || etiam *om.* BT. 22-23 Cum... intensionem *mg.* (*hom.*) A[2]. 23-24 gratiae aut doloris] d. vel gr. P. 25 Quod... doloris] quomodo secundum i. d. *mg.* A[2], quando *pro* Quod non P.

Num. 1: anon. P, f. 111v; anon. Tr, f. 178b-d; anon. V, f. 141c-d; anon. Bruxellen. 1542, f. 208v (ap. A. Landgraf in *Collectanea Fr.*, XIII, 1943, 9). Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 2, qq. 2-3 (f. 27a-b); Bonav., d. 16, p. 1, a. 2, qq. 1-2 et a. 4 qq. 1-2 (IV, 387ss., 394ss.).

conteruntur. Et dicit etiam Chrysostomus, *Super Matthaeum* [1], quod immoderate dolere est diabolica metanoia, id est doctrina. — Neque attenditur penes intensionem gratiae: in habente enim minorem gratiam aliquando maior est contritio. Praeterea, sicut anima non confert homini quantitatem dimensivam, ita nec gratia contritioni.

b. Respondemus quod est duplex dolor, spiritualis
P 198d et sensibilis. || Et penes spiritualis doloris quantitatem attenditur quantitas contritionis: et voco spiritualem dolorem voluntatem dolendi; penes sensibilem autem non attenditur.

A 145a *c.* Sed tamen || obicitur contra hoc: quia secundum quantitatem doloris sensibilis informati gratia diminuitur de quantitate poenae; ergo secundum illum attenditur quantitas
T 162b || contritionis in quantum contritione deletur poena.

d. Respondemus quod in contritione est gratia secundum hunc effectum, qui est velle dolere de peccato. Habet enim gratia plures effectus, quorum unus est illuminando pellere tenebras; alter, movere voluntatem ad dolendum de peccato; tertius, purgare: quod refertur ad peccatum secundum totam animam maculatam; quartus, informare: quod fit per ipsam gratiam perficientem animam; quintus, reformare: quantum ad habilitationem virium; sextus, assimilare: quando iam imago in anima conformis fit imagini Trinitatis. Secundum primum effectum gratia est forma contritionis. — Habet autem gratia per se quemdam effectum; alium secundum quod coniungitur cum dolore spirituali sive voluntate detestandi peccatum; tertium secundum quod coniungitur dolori sensibili; quartum secundum quod coniungitur cum opere compassionis sive misericordiae quod dicitur eleemosyna, adiuncto ieiunio et oratione. — Effectus autem gratiae secundum se est delere culpam. Secundum quod adiungitur [ei voluntas] habitualis vel actualis

2 immoderate] immediate P. || metanoia] mecho (*suprascr.* a) A, meco (*suprascr.* ca) BT (*exp.*) metaphisica E, mathematica P. 3 doctrina *ita* (*pro* contritio *vel* poenitentia) *codd.* || Neque] nec PT. 4 minorem *om.* P. 9 voco] nota P, nota vel T. 14 quantum... deletur] quanta... deleatur B. 15 quod] semper P. 22 habilitationem] habilitatem T. 23 conformis] informis A. 24-25 gratia... effectum *om.* (*hom.*) P. 25 quod] quem T. 26 cum... sive] dolori sp. (cum *corr. ex* sive) T. 27 quod] quem T. 28 quod] quem T. 29 quod] que T. 31 adiungitur] coniungitur BPT. || ei voluntas] ei dolor voluntarius *corr.* B, *om.* AEPT. || hab. vel act. *corr. in* habituali vel actuali *et add.* dolori T.

[1] Immo *De poenitentia*, hom. 1, n. 3: « Considera quam timuerit desperationem Paulus tamquam magnam diaboli armaturam... et quae salutaris in peccatis est moestitia, exitialis est si immoderata sit » (PG 49, 281s.).

detestandi peccatum, delet reatum poenae aeternae. Secundum quod adiungitur ei dolor sensibilis, delet poenam purgatoriam sub conditione. Secundum quod coniungitur operibus misericordiae et satisfactionis, quae in tribus praedictis consistit, delet poenam temporalem. Attenditur ergo quantitas secundum intensionem secundum quantitatem doloris in actu, spiritualis, informati gratia.

e. Ad id vero quod obicitur, quod dolor sensibilis diminuit de poena, dicimus quod verum est, quantum ad poenam purgatoriam, sicut reliquus delebat quoad aeternam.

III. *a*. Si vero quaeratur utrum contritio debet esse universalis, scilicet quod pro nulla re neque unquam ita vellet peccasse, dicendum quod debet esse universalis, quia qui praeeligeret aliquid, quo necesse esset carere eo quod supra omnia est praeeligendum, peccaret. Sed talis est qui pro aliqua re vellet peccare, et ita non erit vere poenitens. Praeterea, praeeligenda est vita animae vitae corporis et omnibus eius circumstantiis; quare, per oppositum, magis est fugienda poena aeterna quam aliquod malum temporale.

b. Sed quaeritur: si tantus debet esse dolor spiritualis ad hoc quod conveniens sit contritio, videtur quod dolor sensibilis nullus sufficiat, nec etiam ille qui est in sustinentia mortis. — Respondemus quod nullus dolor sensibilis sufficit ad deletionem poenae aeternae. Sed licet improportionalis sit poenae purgatoriae quoad acerbitatem, sufficit tamen, ex Dei misericordia, quantum ad dimissionem illius poenae.

c. Sed numquid oportet esse tantum dolorem quanta fuit delectatio sensibilis in peccato ? — Respondemus quod non, quia in poenitentia non tantum consideratur opus iustitiae quantum misericordiae.

d. Praeterea, si gratia coniuncta || cum diversis, ut dictum P 199a est, delet omnem culpam et poenam, quaeritur si gratia in contritione possit sufficere ad delendum omnem culpam et poenam. Quod non videtur, quia « semper est dolendum », ut di-

---

3 coniungitur] adiungitur B. 5-6 intensionem] intensiones B. 6 quantitatem] qualitatem P. || in *om.* P. 9 quod *om.* B. 10 sicut] et *add.* B. || quoad] quantum ad T. 11 quaeratur] queritur ET. 12 scilicet] secundum PT. || ita] uti B. 13 debet esse] dolor est PT. 14 quo] ad *add.* A, ita quod B. 19 aliquod... temporale] aliqua pena temporalis T. 20 tantus] tantum B. 21 quod²] sic cum *add. interl.* B. 24 improp.] improportionabilis E. 25 quoad] quantum ad T. || ex] de B. 27 fuit *om.* E. 29-30 tantum... quantum] tam... quam B.

E 265 v cit Augustinus[1], pro mortali; || ergo vinculum omnis poenae non tollitur per contritionem. — Respondemus quod aliqua contritio potest delere omnem culpam et poenam; non dico 'quamcumque', sed poenam temporalem taxatam huic generi peccati. Est enim quaedam poena quae debetur omni mortali in quantum tale, et haec est dolor continuus usque ad finem
A 145b vitae. Nam, quia mortale || est debitum poenae aeternae, oportet quod poenitentia obliget ad vinculum detestationis perpetuae. Sed est alia quae debetur mortali secundum proprium genus: alia enim debetur fornicationi, alia adulterio; et hanc poenam delebit contritio, tanta potest esse.

e. Praeterea, quaeritur si omnis contritio sit summa. Videtur enim. Si enim omnis debet esse universalis, et omnis dolor universalis est summus: ergo omnis contritio est summa. — Respondemus quod summum dicitur dupliciter: vel quoad formam actus, vel quoad tempus et terminum voliti. Quoad
B 146 v tempus et terminum voliti, omnis || contritio summa; non primo modo omnis est summa.

IV. *a.* Sed adhuc quaeritur: nihil finitum potest super infinitum[2]; sed, ut dictum est[3], dolor spiritualis est finitus; ergo non potest in deletionem poenae aeternae, quae est infinita. Si vero potest ex gratia, tunc proprie est gratiae delere reatum poenae aeternae.

b. Praeterea, contritio illa est divisibilis per partes: numquid una pars delet unam partem poenae, aut tota totam? — Eodem modo potest obici de gratia creata, quae divisibilis est: numquid pars illius potest ad deletionem poenae aeternae? Quod videtur, eo quod minor gratia potest ad deletionem poenae aeternae. Si hoc, tunc videtur aequale esse posse partis et totius.

c. Respondemus quod dolor spiritualis uno modo finitus est, alio modo infinitus. Est enim finitus quoad dimensio-

1 omnis] et *add.* P. 2 per contr.] in contritione T. 4 quamcumque] quantamcumque B. 5 generi] gratia BE, talis *add.* B. 6 ad] in E. 8 obliget] se *add.* P. 11 potest] poterit E. 12 sit] est PT. || summa] sic summa *add.* P. 12-13 Vid. enim] quod videtur E, quod sic *add. mg.* T, *corr.* enim *in* quod sic B. 13 omnis[1]] dolor *add. mg.* T. 14 est[1] *om.* P. 16 et] sive BE. || voliti *om.* T. 16-17 Quoad... voliti *om.* (*hom.*) A, est *add.* E, et *add.* P. 20 finitus] finitum B. 21 in] super B. 22 proprie *corr. in* proprium B. 23 aeternae] que est infinita *add.* P. 25 pars] illius *add.* B. || unam *om.* P. 26 obici] dici PT. || de *om.* B. || quae] etiam *add.* T. 31 alio m. inf. *om.* P, *om.* modo B. || dimensionem] intensionem B, dimissionem PT.

1 *De vera et falsa poenit.*, c. 13, n. 28 (inter opp. August., PL 40, 1124). 2 Cf. Aristot., *De caelo*, I, t. 64 (Bekker, 275a 13; Didot, II, 377 5-6). 3 Hic supra, § *e*.

nem, infinitus vero ex parte posse. Detestatur enim peccatum hoc modo, quod pro nulla re vel nunquam vellet peccare; et ex hac parte competit ei deletio poenae aeternae. Sed hoc non habet ex se, sed ex gratia; meritum enim quodam modo congruentiae ei attribuitur.

d. Ad aliud dicimus quod, sive dicatur de gratia sive de dolore adiuncto gratiae quod delet poenam aeternam, dicimus quod haec deletio non est ex parte qua dolor vel gratia habet quantitatem dimensivam, sed ex illa qua habet quantitatem virtualem; et ideo tota totam delet, non pars partem. Ex illa enim parte non colligitur ex partibus.

2. Atque aeternae ultionis vinculo [857, 21]. Notandum est quod est ligatio quoad || Deum et quoad Ecclesiam. De illa P 199b
quoad Deum hic intelligitur; de illa quoad Ecclesiam intelligitur infra, cum dicitur: *Quodcumque ligaveris* etc. [857, 27]. — Dicitur autem sacerdos ligare, id est ligatum ostendere, cum demonstrat episcopo ipsum esse aliqua culpa ligatum; et hoc accidit in quibusdam criminibus. Absolvit autem, quando ostendit eum absolutum per episcopum. — Praeterea ligat, quando fert in aliquem sententiam excommunicationis, quem tunc ligat auctoritate superioris. Absolvit autem, quando Ecclesiae || re- T 162c
conciliat, ut prosint ei orationes Ecclesiae et benedictiones. — Praeterea ligat, quando indicit satisfactionem pro culpa; et sic ligando, absolutum ostendit quoad Deum a culpa, et quoad forum Ecclesiae etiam.

3. Claves istae etc. [858, 3]. Notandum quid clavis, quot claves, cui annexae, cui collatae, cui omni et soli conveniant, quis effectus earum aut usus.

---

2 pro *om.* P. || vel *om.* PT. || vellet] peccasse vel *add.* E. || et *om.* A. 3 competit] delet B cum peccet et petit P. 4 habet] fit T. || enim] autem B. 4-5 congruentiae] contrarie A, contingentie P. 7 quod] que B. 8 vel] aut T. 9 dimensivam... quantiatem *om.* (*hom.*) P. 11 colligitur] colitur B, sed *add.* T. 12 Notandum est] nota BET, *om.* est P. 13 Eccl.] et *add.* P. 14 hic *om.* E. 14-15 dc... intelligitur *om.* (*hom.*) E. || intell. infra || hic intell. P, *om.* infra B. 15 ligaveris] super terram *add.* BP. 17 ipsum] cum B. || et] sed PT. 19 eum] ipsum E. 20 quem] quia PT. || ligat] ex *add.* B. 25 etiam *om.* B. 26 etc. *om.* E. || Notandum] nota BET. || quid] sit *add. interl.* B. 28 aut] et B.

Num. 2: anon. P, f. 112r; anon. V, f. 141d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 143; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 8, q. 1 (f. 38d- 39a). — Num. 3: anon. P, f. 112v-113r; anon. Bruxellen. 1542, f. 208d-209b. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 8 (f. 38d-40b); Phil. Cancellarius, *De clavibus* (cod. Duacen. 434 I, f. 79b-d); Bonav., hic, p. 1, aa. 1-3 (IV, 469ss.).

I. *a.* Definitur sic: Clavis est potestas ligandi et solvendi cum iudicio. In hac definitione ponuntur duo: scilicet potestas ligandi, quod ponitur sicut materia; iudicium vero ponitur sicut forma. « Scientia enim informat iudicium » et iudicium rectificat actum, ut habetur in secundo libro, distinctione IX, cap. *Haec nomina illis* etc. [347, 6-7] [1]. — Sed melius est dicendum quod iudicium est sicut materia, potestas autem ligandi et solvendi sicut forma; ut est in quibusdam virtutibus quae ad cognitio-
A 145 c nem referuntur, ut fides et prudentia ex parte virtutum, || et intellectus et consilium ex parte donorum, quod illud quod est cognitionis in eis quasi materia se habet ad virtutem, quod vero voluntatis ad perfectionem refertur.

b. Sed secundum hoc videtur quod non esset nisi una clavis, aut oportet quod una sit clavis ligandi et altera solvendi. Sed hoc non potest esse, quia sicut est in clave materiali, quod eadem sit apertio et clausio ostii, sic est in clave spirituali, quod eadem est apertio et clausio ostii spiritualis. — R e s p o n d e m u s quod non penes hoc accipiuntur duae claves, neque penes iudicium et potestatem, sed penes auctoritatem iudicandi et potestatem ligandi et solvendi. Una tamen est sicut materialis ad aliam: iudicium enim discretionis est ut sit exsecutio potestatis. Iuxta usum primae clavis accidit error; iuxta usum secundae
E 266 r attenditur abusus. Auctoritas autem, quae est prima clavis, || attenditur circa modum peccati; potestas vero circa personam peccantis.

c. Recte autem usus istarum clavium convenit eis « qui exempla simul et doctrinam tenent Apostolorum », ut dicit beatus G r e g o r i u s [2]; et illam auctoritatem habetis infra, distinctione XIX, cap. *Cumque constet* [868, 3-5]. Unde, ad hoc quod recte utatur clavibus et digne, oportet quod conveniat in caritate cum Seraphim, in scientia cum Cherubim, in potestate

3 quod] que BT. || ponitur[2] *om.* T. 4 et *om.* PT. 5 cap. *om.* A. 7 et] atque E. 10 quod[1] *corr. in* quia B, quia PT. 14 oportet *corr. in* oporteret B. 15 hoc *om.* A. 16 sit *om.* E. 16-17 quod... spiritualis *om.* (*hom.*) B, sit *pro* est EPT. 21 aliam] alteram B. || iudicium... potestatis *om.* B. 22-23 accidit... clavis *mg.* (*hom.*) A[2]. 22 iuxta[2]] secundum B. 23 attenditur *om.* BE, clavis *praem.* T. || prima] prime *mg.* A[2]. 24 peccati] peccandi B. || personam] potentiam P, *quod corr.* B. 26 autem] vero E. 28 beatus *om.* E. || infra] prima B.

[1] Cf. *Glossa* Alex. in h. l., d. 9, n. 16 (p. 92). [2] Haec sententia, tum in litt., l. c., tum in *Summa Sent.*, tr. 6, c. 14 (PL 176, 152 C) Gregorio adscripta, apud eum non occurrit, aut vix quoad sensum, *In Evang.*, II, hom. 26, n. 5 (PL 76, 1200 A).

iudicandi cum Thronis. Ut enim dicit Dionysius in *Hierarchia* [1], « sacerdotes post hierarchas sunt angeli et recitatores || divinorum iudiciorum ». Unde etiam hierarchae dicuntur, P 199c quorum officium est facere homines deiformes [2].

d. Annexae autem sunt claves principaliter Ordini sacerdotali. Et nota quod potestas istarum clavium aliquando convenit non habentibus Ordinem, ratione officii, ut est in Legato vel Archidiacono. Aliquando sunt istae claves ligatae: est enim clavis in haeretico ut in habente manum paralyticam; in suspenso ut in habente manum ligatam; in religioso ut in habente manum ad aliud occupatam; in degredato ut in habente manum abscissam.

II. *a.* Habetis argumentum super illud Matth. 16, 19: *Tibi dabo claves regni caelorum* [3]: « Claves sunt potentia et scientia discernendi, qua dignos recipere et indignos excludere debet a regno ». — Et idem habetur Ioan. 20, 23: *Quorum remiseritis peccata* etc., Glossa [4]: « Duabus clavibus, scilicet discretionis et potestatis ». Ex prima auctoritate videtur quod potentia solvendi vel ligandi non sit clavis; ex secunda videtur quod discretio sit clavis.

b. Contra habetis XIX distinctione infra, cap. 1: *Postquam ostensum est* [866-868].

c. Respondemus quod 'discernere' accipitur dupliciter: uno modo pro discretione peccati, alio modo pro exsecutione poenae discretae; sicut 'iudicare' dupliciter dicitur: vel ipsa iuris discretio, vel iuris discreti exsecutio. Et secundum hoc scientia discernendi ad primam clavem refertur, potentia discernendi ad secundam.

d. Ad id quod obicitur in alia Glossa, dicendum est quod discretio dicitur clavis quia per ipsam fit expeditio usus procedentis a clavi; et propter hoc, quod unus est actus ipsius

---

2 hierarchas] ierarchiam E. 6 istarum] earum B, ista E. 8 istae] prime B. 13 Habetis... super] hs ar. quod per A, hms ar. quod B, habes ar. super E, beatus Aug. super PT. 17 etc. *om.* E. || Glossa *om.* PT. 18 quod *om.* T. 19 vel] et BET. 21 habetis] habetur E. 24 alio modo] et B. 24-25 exsec. poenae] discretione pene eterne P. 26 ipsa *om.* PT. 27 hoc] sumuntur due claves *add.* B. 29 id] illud B. || in] de B.

---

[1] Immo in *Epist. 8* (*ad Demophilum*), § 1 (PG 3, 1087 D; PL 122, 1182 D); versio Sarraceni, ap. *Dionysiaca*, II, 1518. [2] *De eccl. hierarchia*, c. 1 (PG 3, 371ss.; PL 122, 1073s.). [3] *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 52v); ex Beda in h. l. (PL 92, 79 A); hic in litt. (p. 858, lin. 3-5). [4] *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 241v).

clavis et scientiae discernendi, nominatur scientia sive discretio prima clavis.

III. *a.* Si vero quaeratur quare non sufficiat una clavis et quare non sunt plures quam duae, intelligendum est quod Ordo est signaculum perfectionis quoad potestatem, et summus Ordo summae perfectionis est signaculum quoad potestatem essentialem ipsius clavis. Summa autem perfectio potestatis est in
A 145d conformitate Trinitatis. Quod significat || intentio hierarchiae, quae est « quantum possibile est ad Deum similitudo »[1]. Oportet ergo, cum confertur summus Ordo animae, simul conferatur potestas cum auctoritate: quod ad Patrem pertinet; potestas sive auctoritas ad discernendum: quod pertinet ad Filium; et ad solvendum, quod est misericordiae, et ligandum, quod est iustitiae: quae referuntur ad Spiritum Sanctum, quia in iis consistit bonitas. Confertur autem Ordo animae: in quantum est potestas discernendi, intellectui cognitivo; in quantum autem solvendi et ligandi, parti operativae. Ratione ergo eius cui fit conformatio, scilicet ad Filium et Spiritum Sanctum, et eius quod perficit, duae sunt claves. Neque potestas ligandi et sol-
P 199d vendi in || foro poenitentiae et in foro causae sunt duae claves. Conveniunt enim formaliter, licet materialiter differant: utrobique enim est solutio et ligatio. Cum autem fit solutio, fit reconciliatio, quae est quidam introitus in communionem Ecclesiae per ostium; et ita, cum unus sit finis principaliter utrobique in quantum est clavis, erunt una clavis.

b. Si vero quaeratur quare potestas consecrandi, inungendi et aliae potestates non sunt claves sicut haec potestas solvendi et ligandi, r e s p o n d e m u s: clavis proprie respicit clausionem et apertionem. Clausio autem fit per vinculum peccati,

1-2 sive... prima] ut discretiva prime B. 3 Quaeratur... sufficiat] queritur... sufficit T. || clavis *om.* B. 4 sunt] sint E. 5-6 quoad... perfectionis *om.* (*hom.*) B. 6 est sign. *exp.* B, et sign. PT. || quoad... essentialem] quo potest esse essentiale P. 7 Summa autem] ipsa autem summa T. 8 intentio] intentionem B, ipsius *add.* P. 12 et] potestas B. 13 et] potestas ad B. 15 bonitas *om.* P. || est *om.* PT. 18 et[1]] ad *add.* ET. || eius B, *om.* AEPT. 22 fit[2]] et T. 23 communionem] conversionem B. 24 principaliter] principalis B. 25 erunt AE (*corr. in* ecclesie erit A[2]), tantum (erit *interl.*) B, ecclesie P, ecclesie erunt T. 26 vero *om.* B. || quaeratur] queritur T. 27 sunt] sint E. 29 Clausio] celorum sic E. || autem] enim BE.

[1] Ps.-Dionysius, *De cael. hierarchia*, c. 3, § 1 (PG 3, 163 D; PL 122, 1044 C); versio Scoti Eriug.: « Est quidem hierarchia, secundum me, ordo divinus et scientia et actio Deiforme quantum possibile similans »; ap. *Dionysiaca*, II, 785. Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 9, n. 1 (p. 84).

apertio autem per solutionem ipsius vinculi. Et propter hoc, quod istae potestates referuntur ad vinculum peccati vel poenae, || dicuntur claves. Sed aliae potestates respiciunt effectum gra- T 162d
tiae, qui non est proprie nisi in illis qui sunt intra Ecclesiam, et propter hoc nulla meretur dici clavis.

IV. *a.* Sed quaeritur quare confertur haec clavis cum summo Ordine tantum. — R e s p o n d e m u s: quia, cum sit ordinata potestas Ecclesiae militantis ad triumphantem, quod est supremum in militanti suscipit potestatem ab eo qui est caput in triumphante. Et propter hoc potestas clavium confertur summo Ordini a Christo in persona Petri, ut infra, proxima distinctione, cap. 3: *Habet omnis Ecclesia* [868, 27-28].

b. Sed adhuc quaeritur: si conferuntur claves cum Ordine, qualiter se habent ad Ordinem ? Aut sicut pars subiectiva, aut essentialis, vel quomodo ? Aut sicut eius proprietas ? In Ordine enim intelligitur potestas non tantum solvendi et ligandi, sed etiam consecrandi, et ita de aliis. Et propter hoc, videtur quod potestas quae in clavi intelligitur, sit pars essentialis ipsius Ordinis, cum sit potestas. — R e s p o n d e m u s quod in Ordine duo intelliguntur: character et potestas. Potestas autem haec ad multa se extendit, || ad quorum quaedam dicitur clavis. Unde E 266v
se habet clavis sicut pars potentialis ad Ordinem, in quantum est potestas sicut totum potentiale. — Notandum etiam quod primam clavem iuvat scientia ad rectitudinem operis; secundam iuvat zelus caritatis quoad dignitatem operis.

V. Item, quaeritur utrum usus clavis primae sine secunda possit esse. Nam si non, videtur quod prima non est clavis absolute. Si potest, tunc potest fieri reconciliatio, quae est introitus in Ecclesiam, per primam clavem absque secunda. — R e s p o n d e m u s quod effectus clavis principalis non potest egredi a prima clavi absque secunda; proximus tamen usus potest egredi ab ea. Unde quoad quid dependet prima a secunda, quoad quid e converso. || Nam quoad rectitudinem operis, de- A 146a
pendet secunda a prima; quoad effectum principalem clavis, dependet prima a secunda.

---

2 istae] ipse B. 7 quia] quod BPT. 8-9 supremum] et *add.* E. 10 clavium] clavis non P. 11 Petri] patris E. 15 Aut] vel BEPT. 16 intelligitur *om.* T. 20 character] scilicet *add.* B. 21-22 extendit... se *om.* (*hom.*) P. 23 est potestas] ordo est po. et B. *om.* est PT. || Notandum] nota BE. || etiam] autem EPT. || quod] ad *add.* PT. 27 prima] persona P, persona prima AE. || est] sit T. 28 Si] sed P. || potest² *om.* P. 32 ab ea *om.* B. || prima... secunda *trp.* T. 33 quoad... converso *om.* P. 34 secunda... prima *trp.* PT. 35 dependet... secunda] econverso B.

VI. *a*. Videtur autem quod separabilis sit potestas clavis
P 200a ab Ordine: quia, cum degradatur || aliquis, dicitur: 'deauctorizo te'; et ita videtur tolli prima clavis cum secunda. Sed non tollitur character, et ita remanet Ordo sine potestate clavis.

b. Praeterea, videtur per hoc quod dicitur XXIV, quaestione 1, *Si autem ex corde*[1], ubi dicitur: «Quicumque ab unitate Ecclesiae, quae per Petrum intelligitur, fuerit alienus, exsecrare potest, consecrare non potest, excommunicationis vel reconciliationis potestatem non habet». Si ergo potestas huiusmodi, ligandi et solvendi, clavis est, remanet Ordo sine clavi. — Intelligenda est autem illa pars auctoritatis, cum dicitur quod 'non potest consecrare', quod hoc refertur quantum ad auctoritatem exsecutionis: non enim habet auctoritatem a superiori consecrandi, licet consecratio fiat virtute verborum.

c. Praeterea, videtur per hoc, quod, cum restituitur, nihil confertur ei nisi exsecutio; ergo videtur habere claves.

d. Respondemus quod potestas multipliciter dicitur. Aliquando enim nominatur potentia inclinata ad actum potestas, sive ordinata per auctoritatem superioris. Aliquando vero nominatur potentia inclinabilis ad actum ex se potestas. Si secundum primum modum clavis est potestas ligandi et solvendi, non habent claves; si altero modo, habent ipsi claves, sed non exsecutionem clavium, nam secundum hoc consequitur Ordinem sacerdotalem potentia inclinabilis ad solvendum et ligandum.

e. Ad illud vero quod obicitur, dicendum est quod, cum degradatur aliquis, tollitur ei auctoritas exsecutionis, non auctoritas prima quae in sacramento Ordinis est collata. Si tamen volumus plene dividere, dicemus non esse idem potestatem quae est in Ordine et potestatem clavium. Et est exemplum: alia est potestas manus meae ad aperiendum et claudendum ostium, et alia potestas clavis, licet unus actus fuerit. Eodem modo in manu spirituali et clavi spirituali intelligendum est.

2-3 deauctorizo te] de auctorizari B, de auctoritate EP. 4 remanet] non tollitur ordo, remanet ergo E. 7-8 exsecrare] non *add. Decr.* 10 et] vel E. 11 illa *om.* P. || quod *om.* B. 13 auctoritatem] potestatem E. || superiori] etiam *add.* E. 15 Praeterea] postea A. || quod *om.* E. 17 dicitur] intelligitur B. 19 per auctor.] ab auctoritate T. || vero *om.* T. 20 Si *trp. p.* modum (21) *codd.* 21 modum *om.* T. 23 conseq.] sequitur PT. 26 vero *om.* T. || est *om.* BE. 28-29 Si tamen... plene] sed cum... plenarie PT. 32 fuerit] fuit A.

---

[1] *Decretum* Gratiani, C. 24, q. 1, c. 4, § 1 (I, 967).

Attribuitur Ordini manus spiritualis potestas, clavibus vero supradictis potestas proportionalis clavibus materialibus. Et sicut conferuntur claves materiales ministro discreto et bene operanti per manum, sic conferendae sunt claves spirituales ministro qui pollet in doctrina apostolica et vita. Nihilominus tamen conferuntur a superiori claves illi qui non habet huiusmodi rectitudinem doctrinae vel dignitatem vitae, dummodo appareat esse de communione Ecclesiae. Cum autem fuerit separatus per superiorem a communione Ecclesiae, licet potestatem adhuc ligandi et solvendi habeat quae ad manum pertinet, non tamen || illam quae ad clavem; et propter hoc dicitur quod non habet clavium exsecutionem. P 200 b

VII. Sed potest quaeri, si Christus fuit caput Ecclesiae, sicut apud ipsum fuit prima potestas baptizandi, in Ioan. 1, 33: *Hic est qui baptizat*, utrum habuerit claves sive potestatem clavium. Quod videtur etiam ex hoc, quod data est ab eo potestas clavium Petro; unde videtur quod habuit clavium potestatem. — Respondemus: clavium potestas dupliciter dicitur: vel quae est per claves, vel quae est ab ipsis clavibus. Habuit ergo et habet Christus, secundum quod homo, potestatem per claves solvendi et ligandi, ita quod 'per' notet causam instrumentalem. Et secundum hoc est potestas in ipso excellentiae, in sacerdote vero potestas ministerii. Christus ergo solvit et ligat per ministrum habentem claves illos qui recte ligati sunt et soluti. — Si vero dicatur potestas quae est a clavibus vel in clavibus, secundum hoc, cum huiusmodi potestas sit ministerialis, non || competit Christo, qui, ex quo factus est homo, factus est rex super omnem creaturam. Sicut ergo potestas ministerialis clavis non competit regi terreno, sic nec potestas clavis spiritualis regi spirituali. A 146 b

4. Alii vero dicunt etc. [859, 17]. Quaestio quam Magister movet est, utrum Dominus non tantum dimittat macu-

1 vero] enim B. 2 proport.] est *add.* P. 3 materiales] spirituales A^2P. 5 apost.] ecclesiastica B. 6 claves] clam (*vel* clavi) B, *om.* E. || habet] habent B. || huiusmodi *om.* ET. 7 doctrinae] in doctrina T. 8 communione] communitate E. || per] ad A. 9 superiorem] ab ecclesia *vel add.* E. 12 clavium] clavem (id est clavium *interl.*) B. 14 apud] capud AP. || ipsum] Christum B. || in *om.* E. 15 habuerit] habuit BE. || claves sive] primam B. 15-16 Quod... clavium *om.* (*hom.*) E. 19 ipsis] eis A. || et habet] Iesus P. 22 est] fuit E, *om.* APT, hec *praem.* B. || vero *om.* P, est *add.* E. 26 cum] quod B. || minister.] tamen *add.* PT. 28 clavis... competit] clavium... convenit E. 29 sic *om.* B. || nec... regi] est de rege E, nec pot. ministerialis cl. sp. regi B.

Num. 4: anon. P, f. 113v-114v; anon. Tr, f. 179c-180b; anon. V, f. 142b-d. Cf. Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 2 (IV, 476ss.).

lam peccati, sed etiam reatum poenae; an ipse sacerdos remittat reatum poenae aeternae ex virtute clavium.

T 163a I. *a.* || Et videtur quod Dominus immediate remittat reatum poenae aeternae, quia reatus debetur culpae. Praeterea, aeterna poena, prout est aeterna, non est in potestate alterius quam Dei; ergo solius Dei est dimittere reatum poenae aeternae.

b. Videtur tamen magister Hugo, *Ad Bernardum* [1], dicere contrarium, sic: « Per semetipsum solvit Dominus vinculum obdurationis, per se simul et ministrum debitum aeternae damnationis ».

E 267r *c.* Praeterea, idem videtur ex hoc, quod, cum || Dominus in contritione remittat culpam, obligatur ipse ad satisfactionem debitam post confessionem, nisi articulus necessitatis excludat. Si ergo non confitetur, debitor est poenae aeternae. Ab hoc autem debito absolvitur in susceptione poenitentiae in confessione. Sed hoc facit sacerdos ex virtute clavium; ergo sacerdos dimittit reatum poenae aeternae. — Unde magister Hugo, *Ad Bernardum* [2]: Dominus solvit a vinculo aeternae damnationis; vinculatur autem ad confessionem poenitens, nisi articulus necessitatis excludat; ratione cuius, si non confitetur et iniunctam poenitentiam non suscipit, tenetur ad vinculum aeternae damnationis. Et ideo, cum digne confitetur, dicitur sacerdos solvere a vinculo aeternae damnationis.

d. Alibi dicit, *Ad Bernardum* [3]: « Dominus solvit conditionaliter, sacerdos vero integre ».

II. *e.* Praeterea, quaestio est: si in contritione, ut habitum est supra [4], ratione voluntatis dolendi de peccato deletur reatus poenae aeternae, videtur quod in confessione non deletur idem reatus. Si ergo aliquis reatus deletur in confessione, non est nisi reatus poenae purgatoriae. Unde dicit iterum magister Hugo [5]:

3-4 reatum *om.* A. 4 aeternae *om.* T. 5 est[1] *om.* T. || quam] nisi E. 6 ergo] et ita E. || aeternae *om.* A. 8 contrarium] contra PT. || sic] sicut B. 9 obdurationis] ita *add.* B. || se] meritum B. 11 Praeterea] postea A. || idem *om.* T. 14 confitetur] confiteretur B. 15 in[2]] ipsa *add.* E. 16 ex... sacerdos *om.* (*hom.*) P. 17 magister *om.* E. 18 Ad Bern. *om.* E. || solvit] absolvit T. || damnationis] etc. *add.* E. 21 non *om.* ABPT. 22 Et ideo] et ita B, unde non E. || solvere] absolvere T. 25 sacerdos] dominus E. 26 Praeterea] prima AE. 28 deletur] deleatur T. 29 ergo *om.* B. 30 poenae *om.* B.

[1] Immo Richardus de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, c. 7 (PL 196, 1164 D). [2] Richardus, ib., c. 7 (PL 196, 1165 A), contracte. [3] Richardus, ib., c. 8 (PL 196, 1165 B). [4] Hic supra, n. 1 II, § *d* (p. 310); n. 1 IV, §§ *c-d* (p. 312s.). [5] Richardus, ib., c. 6 (PL 196, 1164 B).

« Quemadmodum in divina absolutione transit poena aeterna in transitoriam, sic in sacerdotali transfertur divina sententia in humanam ».

f. Sed c o n t r a hoc videtur quod praedictum est [1], scilicet quod gratia coniuncta dolori sensibili delet poenam || purgatoriam. P 200 c

g. Praeterea, si in confessione iuste ex virtute clavium fit commutatio poenae purgatoriae in temporalem, videtur quod iniustitia est, si iterum teneatur poenitens ad poenam purgatoriam. Hoc enim non est punire citra condignum, sed supra. Sicut enim, remissione facta poenae aeternae per purgatoriam, non fit iterum reditio in aeternam, ita videtur quod post remissionem poenae purgatoriae per commutationem in temporalem, non fit reditus in purgatoriam.

h. Praeterea, videtur quod non sit effectus virtutis clavium commutare poenam purgatoriam in temporalem. Qui enim sunt in purgatorio, non videntur esse de foro sacerdotis; sed commutatio non potest esse in potestate alicuius non attingentis extrema; non ergo videtur esse de virtute clavium illa commutatio.

III. *i.* Praeterea, || cum sit duplex poena peccati, scilicet actualis, quae est gehennae, et altera quae est vermis conscientiae, Isaiae in fine [2]: *Vermis eorum non morietur* etc.; poena autem ignis gehennalis commutatur in purgatoriam: in quam ergo commutatur poena vermis conscientiae? — Praeterea, est tertia poena, quae est carentia visionis Dei: in quam commutatur ista? B 147 r

IV. *k.* Praeterea, quaestio est, si in potestate sacerdotis ex vi clavium est commutare poenam purgatoriam in temporalem, sicut in potestate Dei est commutare aeternam in purgatoriam, utrum sacerdos potest remittere totam purgatoriam sicut Dominus potest totam aeternam.

---

1 divina] Dei B. 4 Sed contra] ex B. 8 temporalem] hic *add.* E. 10-14 Hoc... purgatoriam *om.* (*hom.*) B. 12 reditio in] reductio ad T. 12-14 post... purgatoriam] a temporali non debet iterum fieri reditus in purgatoriam prius in temporalem mutatam E. 19-20 non... commutatio] et sic illa commutatio non vid. e. de v. c. E. 23 in fine] ultimo E. || etc. *om.* E. 24 gehennalis] gehenne PT. || quam] qua BPT. 24-25 commutatur] convertetur B. 25 poena[1] *om.* E. || Praeterea] postea A. 26 quam] qua B, etiam *add.* E. 27 Praeterea] postea A. || quaestio est] queritur E. 29 sicut... purgatoriam *om.* T. || in[2] *om.* A. 30 remittere] dimittere T. || totam] penam B. 31 potest *om.* E.

---

[1] Hic supra, n. 1 II, §§ *d-e* (p. 310 s.). [2] Is. 66, 24.

l. Respondemus: ad hoc notandum quod multiplex est vinculum peccati, et sumitur haec distinctio ex tractatu magistri Hugonis *Ad Bernardum* [1]. Est enim quoddam vinculum culpae, et est quoddam vinculum poenae. Primum est vinculum
A 146 c captivitatis, quo quis tenetur ut fugere non || possit, prout dicitur quod homo est *spiritus vadens* per se *et non rediens* [2]. Secundum est vinculum servitutis, quo compellitur reddere usuras diabolo, de quibus dicitur [3]: *Ex usuris et iniquitatibus redimet animas eorum* etc. Tertium est vinculum aeternae damnationis; et illud potest esse cum culpa, et primo praeter culpam, secundum ipsum [4], non tamen sine culpa praecedente. Quartum est vinculum expiationis. Quintum est vinculum perpetuae detestationis. Sextum est vinculum pronitatis ad male operandum vel difficultatis ad bene operandum. Dicit ergo [5]: Cum Dominus dimittit culpam in contritione, solvit a vinculo captivitatis et servitutis absolute; sed a vinculo damnationis aeternae conditionaliter, ut scilicet digne confiteatur si facultatem habet; aliter absolute absolvit ab illo vinculo. Cum autem solvitur a vinculo aeternae damnationis, tenetur ad vinculum expiationis. In hoc enim quod Dominus solvit a vinculo aeternae damnationis, obligat eum ad vinculum expiationis per poenam purgatoriam; in hoc autem quod sacerdos solvit, obligat ipsum ad vinculum expiationis per poenam sibi iniunctam. Unde dicit magister Hugo [6] quod «uterque obligat et uterque solvit; sed in opere Dei absolutio est causa obligationis, in opere sacerdotis e converso. Hinc est quod, cum ad Petrum dicitur [7]: *Quodcumque solveris super terram*, praemittitur: *Quodcumque ligaveris*». Tenetur praeterea poenitens de mortali peccato ad vinculum detestationis perpetuae. Absolvitur autem a vinculo

---

4 est quoddam] alterum T. 8 diabolo *om.* A. 9 etc. *om.* E. 10 cum *om.* P. || primo *corr. in* primum B. 12 est[2] *om.* E. 12-13 detestatonis] damnationis A. 14 vel... operandum *mg.* (*hom.*) A[2], *om.* B, difficultas *pro* difficultatis E. || Cum Dominus] quod Dom. cum BET, quod Dom. P. 15 vinculo] vinculis PT. 17 scilicet] si B. || habet] habeat T. 18 aliter] sed si non habet facultatem E. || solvitur] absolvitur B, dissolvitur E. 20 enim] ergo B. || solvit] absolvit T. 21 eum *om.* PT. || expiationis B, *om.* AEPT. 22 solvit] ab hac *add.* E. || ipsum] eum E. 24 solvit] absolvit EPT. 27 terram] etc. *add.* B. 28 de] in PT. 29 autem *om.* P.

---

[1] Immo Richardi de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, cc. 2-3 (PL 196, 1160s.). Eadem refert Praepositinus, *Summa*, IV (cod. Tudert. 71, f. 132a). [2] Ps. 77, 39. [3] Ps. 71, 14. [4] Ib., c. 19 (PL 196, 1171 D). [5] Ib., c. 8 (PL 196, 1165 B-D). [6] Richardus, ib., c. 6 (PL 196, 1164 B). [7] Matth. 16, 19.

pronitatis ad male operandum vel difficultatis ad bene operandum per exercitium operis gratiae, in quo confertur virtus consuetudinalis. — Per iam dicta patet quod dimissio reatus poenae aeternae est a Deo; sed propter vinculum || expiationis ad quod P 200 d
tenetur, sive confessionis, a quo absolvitur suscepta poenitentia ex vi clavium a sacerdote, dicitur dimitti a Domino per ministrum. Et haec est causa quare q u i d a m [1] dixerunt quod Dominus per sacerdotes dimittit reatum poenae aeternae, non quin reatus poenae aeternae esset simpliciter a Domino dimissus.

m. Quod autem dicit magister H u g o, quod conditionaliter dimittit Dominus, intelligendum est quoad plenam dimissionem poenae: tunc enim solvitur ipse a vinculo confessionis. Sicut enim in eo qui praeventus est morte Dominus absolute dimittit reatum, ita absolute dimittit reatum ei qui habet facultatem et digne confitetur; praeter hoc, quod tenetur vinculo detestationis perpetuae, ratione cuius potest esse reditus peccatorum.

n. Ad illud vero quod secundo obicitur, dicendum quod, licet in contritione dimittatur reatus || poenae aeternae ex gra- T 163 b
tia coniuncta dolori spirituali, nihilominus ratione vinculi confessionis, a quo si non absolvitur, potest redire vinculum damnationis aeternae, propter hoc exigitur || quod solvatur homo E 267 v
a vinculo damnationis per vinculum expiationis susceptum. — Quod autem dicitur, ex coniunctione gratiae cum dolore sensibili dimitti poenam purgatoriam in contritione, non est simpliciter intelligendum nisi in sufficienter contrito, ubi contritio supplet locum satisfactionis quoad Deum. Diminuit tamen semper de poena purgatoria.

---

1 vel] et T. 6 a[1]] ex P. 7 ministrum] ministerium PT. || haec e. causa] hoc est P. || dixerunt] dicunt E. 8 non] a domino P. 11 plenam] penam et P. 12 tunc] tum A || ipse] ille E. 13 Sicut] sic P. || eo] illo E. || est *om*. P, a *add*. A. 14 ita... reatum PT, sic E, *om*. (*hom*.) AB. 15 hoc *om*. T. 21 redire] ad *add*. T. 22-23 aeternae... damnationis *mg*. (*hom*.) A[2]. 22 aeternae] et *add*. A[2]EPT. || solvatur] absolvatur A[2], solvitur PT. 24 Quod] cum E. 25 poenam purgatoriam] pena purgatoria AEP. 27-28 Diminuit... purgatoria *om*. E.

---

1 Quorum sententia hic refertur in litt. (p. 859, lin. 1-16), scil. imprimis Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 8 (PL 176, 564s.); at sententiam Hugonis auctor noster interpretatur ad mentem tractatus *De potestate ligandi et solvendi* Richardi de S. Victore, c. 7: « Recte quidem dicitur quod Dominus vere poenitentem a vinculo aeternae damnationis absolvit, recte nihilominus quod sacerdos hoc facit » (PL 196 1164s.). Cf. etiam Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 132a).

o. Ad illud vero quod obicitur, non esse de potestate clavium remittere poenam purgatoriam per commutationem in temporalem, dicendum quod illi qui sunt in purgatorio, quodam modo sunt de foro Ecclesiae militantis, et similiter ignis purgatorius in quantum est pertinens ad poenam satisfactoriam. Cum enim fideles aut sint de Ecclesia militante aut triumphante, illi autem sunt in medio, quia neque sunt de omnino triumphanti neque de omnino militanti, possunt subiacere potestati sacerdotis ex vi clavium. Hoc autem est propter hoc, quod iniuncta fuit illis satisfactio dum essent simpliciter in Ecclesia militanti. Praeterea, non habent adhuc visionem quae succedit fidei, nec apprehensionem quae succedit spei, ut habetur I ad Cor. 13, 13, ibi: *Maior autem horum est caritas.* — Neque punitur poenitens supra condignum si commutata est prius purgatoria in temporalem
A 146d et iterum teneatur ad purgatoriam. Non || enim commutatio
P 201a facta est nisi conditionaliter et ex misericordia. Tenebatur || autem ex iustitia cum misericordia ad illam purgatoriam. Iniustitia autem esset quoad sacerdotem, si puniret poena purgatoria cum sufficiat ei satisfactio temporalis. Non sic autem est quoad forum Christi, ratione cuius tenebatur ad vinculum expiationis per poenam purgatoriam.

p. Si vero quaeratur in quam poenam commutatur poena vermis conscientiae, dicendum quod vermis conscientiae commutatur in dolorem de peccato, ad quem dolorem tenebitur homo usque ad finem vitae. Sicut enim in verme conscientiae est dolor involontarius pro peccato, ita per oppositum huiusmodi dolor poenitentialis est voluntarius, et ita satisfactorius; ut sicut ille est aeternus, ita iste est perpetuus vel esse debet.

q. Si vero quaeratur de poena carentiae visionis Dei, quae poena ei respondet, dicendum est quod convertitur in poenam dilationis super dolorem peccati; et ita unaquaeque poena est commutata in poenam sibi correspondentem.

---

1 illud *corr. in* aliud B, aliud PT. 1-3 vero... temporalem *om.* B. 1 esse] est E. 2 remitttere] dimittere T. 4 de] in B. 5 est pertinens] pertinet B. 7 neque[1]] non E. || de omnino *trp.* BT. 8 de omnino *trp.* B. 9 est *om.* P. || illis] illi A, illa B. 11-12 succedit... succedit] succedet... succedet P, neque *pro* nec B. 12 ibi *exp.* B, ubi dicitur E. 14 si] sed P. || purg. in temporalem] in purgatoria B. 15 teneatur ad] mutetur in E. || enim *om.* B. 16 et *om.* EPT. 16-17 autem] enim B. 17 Iniustitia] iustitia AEPT. 19 sufficiat] sufficeret E. 20 Christi] Dei B, *om.* A. 22 quaeratur] queritur T. 23 dicendum] est *add.* T. 24 tenebitur] tenebatur BE. 27 poenitentialis] spiritualis B, penalis PT. || poenit. est *om.* E. || voluntarius] qui dicitur dolor spiritualis *add.* E. 28 ut] et BT. || est[2]... debet] debet esse perpetuus E, ut *pro* vel PT. 29 vero *om.* B. || quaeratur] queritur T. 31 dilationis] deletionis *codd.*

r. Si vero quaeratur adhuc utrum immediate sit ex vi clavium commutatio purgatoriae, aut per gratiam mediante vi, dicendum quod secundum ultimum modum. Non enim est ibi opus tantum ex potestate hominis, sed etiam Dei. Nec est in potestate sacerdotis ex vi clavium dimittere totam purgatoriam. Hoc enim esset repugnans iustitiae: nullum enim peccatum impunitum est, quod non Deus puniat aut homo [1].

5. Nec tamen diffitentur sacerdotibus... remittendi [859, 19-20]. Notandum quod « aliud [2] est remittere, et aliud dimittere, quamvis forte unum pro alio inveniatur. Dimittere est ex toto indulgere; remittere vero [peccata] est eis debitam poenam temperare et ex maiori parte relaxare ». — Super idem nota [3] quod est « triplex funiculus: servitutis, captivitatis, damnationis. Qui [*funiculus*] *triplex difficile rumpitur* [4], nec potest rumpi nisi ab eo qui est trinus et unus ». « Impietas peccati veraciter remittitur, quando ad veram praevaricatricis animae poenitentiam Creatoris iniuria indulgetur, et cui poena aeterna debebatur, purgatoria mulctatur ». « Ligatur [5] autem per sacerdotem debito dignae satisfactionis, et absolvitur ab illo quod ignem meretur debito futurae purgationis ». Propter hoc dicitur in Ioan. 20, 22: *Quorum remiseritis* etc.: « Quid est peccata remittere, nisi districtionis sententiam quae pro peccatis debetur relaxando absolvere vel absolvendo relaxare ? Et quid est retinere, nisi non vere poenitentes nolle absolvere? Hoc autem est vere poenitere, de commissis dolere cum firmo proposito confitendi, satisfaciendi, cum omni cautela cavendi ».

---

2 purgatoriae] purgatorii T. || gratiam] quam *add.* T. || mediante] mediantem E. || vi *om.* ET. 3 dicendum] est *add.* BT. || enim *om.* P. 4 hominis] hominum P. 5 totam] penam *add. mg.* T. 7 impunitum est *om.* P, *om.* est T. || aut] vel E. 8 remittendi] dimittendi E. 9 Notandum] nota BE. est *add.* T. || et a. dimittere *om.* (*hom.*) A, *om.* et BE. 10 quamvis... inveniatur *om.* T. 11 vero *om.* E. || eis] eius B. || poenam] temporalem vel aliam *add.* E. 17 et *om.* A. 18 mulctatur *Rich.*, inculcatur ABET, vinculatur P. 19 illo] eo B, alio E, || quod] per *add. cod.* 21 remittere] dimittere B. 22 peccatis] peccato B. 24 non *om.* BP. || poenitentes] penitente E, penitens PT. || est *om.* P. || vere] ille A. 26 satisfaciendi *om.* P.

---

1 Cf. supra, d. 4, n. 13, § *b* (p. 83); d. 14, n. 14 (p. 220); August., *Enarr. in Ps. 44* (8), n. 18: « Impunita esse peccata non possunt. Puniendum ergo erit, aut a te, aut ab ipso » (PL 36, 505); item in Ps. 58 (6), n. 13 (ib., 701). 2 Richardus de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, c. 24 (PL 196, 1176 B). 3 Richardus, ib., c. 4 (PL 196, 1162 B-C, 1163 A-B). 4 Eccl. 4, 12. 5 Richardus, ib., c. 6 (PL 196, 1164 A, C).

Num. 5: anon. P, f. 114r; anon. V, f. 142b.

6. Quorum tecta sunt peccata etc. [859, 27]. Magister Hu-
P 201b go [1]: « Tribus || modis, ut mihi videtur, purgatio peccati agitur. Aliquando secundum solam severitatem, ut quae fit per incendium purgatorii. Aliquando secundum solam pietatem, ut quae fit per lavacrum regenerationis: ibi enim est plena emundatio nihil habens afflictionis. Aliquando secundum utrumque, ut quae fit per flagellum temporalis poenitentiae, ubi est afflictio cum multiplici consolatione. Per incendium purgatorii scoria peccati excoquitur; per flagellum satisfactionis peccati palea excutitur; per lavacrum Baptismi peccati macula absque poenitentia abluitur. Sunt multi qui, morte praeventi, in extremis veraciter poenitent, sed tempus satisfaciendi non habent; [et iis] quod iniquitatis est ad veram poenitentiam remittitur, quod turpitudinis est et impuritatis purgatorio igne excoquitur. De iis dicitur [2]: *Beati quorum remissae sunt iniquitates.* Alii
A 147a vero cum magna devotione ad confessionem veniunt et || cum omni sollicitudine satisfactionem exsolvunt, et turpitudinem suam caritatis operibus et virtutum varietate obducunt. De iis dicitur [3]: *Caritas operit multitudinem peccatorum*, I Petri ultimo; et Prov. 10, 12: *Universa delicta operit caritas.* De iis dicitur in Psalmo [4]: *Quorum tecta sunt peccata.* Quidam vero ad Baptismum
E 268r post multa flagitia veniunt, quibus nihil || satisfactionis iniungitur. De iis potest dici [5]: *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Sunt enim nonnulli qui ita profunde poenitent et tanto ardore devotionis fervent, de Dei pietate praesumentes, ut hoc sufficiat ad peccatorum expiationem; ut evangelicus latro, Luc. 23, 42-43. Ii sunt de numero illorum quibus non imputatur peccatum, sed dimittuntur peccata quia multum dilexerunt [6] ».

7. Nec omnino tamen negamus sacerdotibus [861, 6]; **Ecclesiae caritas quae per Spiritum Sanctum** [861, 9-10]. *a.* Quaeritur: numquid aliquid dimittitur de poena per caritatem Ec-

1 etc. *om.* E. 3 severitatem] pietatem P. 7 temporalis] specialis B. 11 abluitur] absolvitur AE. 14 est *om* E. || et *om.* PT. 15 iis] aliis B. || iniquitates] etc. B, et quorum etc. *add.* A. 17 omni *om.* B. 20 dicitur *om.* P. 20-23 dicitur... iis *om.* (*hom.*) B, *add.* et *p.* Psalmo E. 22 post] per PT. 25 de] ut E. || Dei] omni PT. 27 Luc.] Mt. PT. || illorum] eorum B. 27 imputatur] imputat A, reputatur E. 29 omnino *codd.*, ideo *Lomb.*

1 Immo Richardus, l. c., c. 25 (PL 196, 1176-1178), contracte. 2 Ps. 31, 1. 3 I Petri 4, 8. 4 Ps. 31, 1. 5 Ps. 31, 2. 6 Luc. 7, 47.

Num. 6: anon. P, f. 114r; anon. V, f. 142b. — Num. 7: anon. P, f. 115v; anon. V, f. 142c. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 785s.); Bonav., hic, p. 1, dub. 3 (IV, 482).

clesiae? Et videtur, per hoc quod [dicitur] ad Col. 1, 24: *Adimpleo ea quae desunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.* — Sed si hoc est, ponatur quod non sit aliquis de || Ecclesia militante in caritate: quomodo tunc solveretur T 163c
pro poenitente? — R e s p o n d e m u s quod hoc solvitur per interemptionem A n s e l m i; in libro *Cur Deus homo*[1] habetur quod haec est falsa positio. Dicit enim: «Non est credendum, ex quo Deus factus est homo, ullum tempus fuisse quo mundus iste, cum creaturis quae factae sunt ad usus hominum, sic vacuus fuisset, quod nullus esset in illo ex humano genere ad hoc pertinens propter quod factus est homo». Praeterea, etsi non esset de Ecclesia militante aliquis alius a poenitente in caritate, nihilominus caritas Ecclesiae triumphantis || valeret ad dimissio- 201c
nem peccati. Non quod ipsa solveret tunc poenam pro peccato illius, sed quia prius solverit, dum fuit in Ecclesia militante; sicut passio Christi valet ad dimissionem poenae peccati, et passiones Apostolorum similiter, ut ad Colossenses habetur.

b. Praeterea, quaeritur si ad poenitentiam exigatur fides passionis Christi actu movens. Quod videtur, per hoc quod ipsa passio est solutiva pro poena peccati. Sed non erit solutiva pro poena peccati huius nisi in quantum habet fidem passionis; ergo passio Christi in fide huius actu valet ad satisfactionem pro peccato. — Quod c o n c e d e n d u m est. Sed dividendum, quod habere fidem passionis Christi dicitur dupliciter: aut enim in quantum movet affectum, aut in quantum perficit intellectum. In quantum movet affectum ad passionem Christi compatiendo, est causa dimissionis poenae peccati.

c. Praeterea obicitur: si caritas Ecclesiae dimittit peccata, et loquimur hic de culpis: aut ergo cum est peccatum, aut cum non est. Cum non est, non potest dimitti; si vero est, non dimittitur. — R e s p o n d e m u s quod dimittitur peccatum

1 Et] quod E. || quod *om.* BEP. || ad *om.* A. 4 solveretur] resolveretur P. 5 Resp.] respondet P. 6 interemptionem] interpretationem P. || in libro *corr. ex* ul A, ii. P, *om.* in BE• 7 enim *om.* A, quod *add.* B. 8 fuisse] ex *add.* T. 13-14 dimissionem] remissionem B. 14 tunc] totam B. 15 illius] ipsius B. || solverit] solvit PT. || fuit] fuerit *mg.* A², esset T. || in *om.* A. 16 peccati *om.* T. 18 quaeritur *om.* T. 20-21 Sed... peccati *om.* (*hom.*) T. 20 solutiva²] solutio B. 22 Christi *om.* P. || fide] eius *add.* P. 23-24 dividendum] dicendum T, est *add.* EP. 24 passionis *om.* BT. 25-26 aut²... affectum *om.* (*hom.*) A. 26-27 perficit... compatiendo *om.* T. 27 Christi] compassionem Christi *add.* A. 28 Praeterea] postea A. || peccata] peccatum E. 29 et] ut T. || loquimur] loquitur B. 30 est¹] peccatum *add.* BEPT. || est²] peccatum *add.* T.

1 Lib. II, c. 16 (PL 158, 418 B).

quoad culpam cum primo non inest culpa; remanet tamen peccatum adhuc quoad aliquod vinculum, ut quoad vinculum expiationis aut detestationis. Et ideo dimittitur cum quodam modo est et quodam modo non est.

8. Sed in quos exercetis opus iustitiae [861, 19-20]. Sit ita, quod aliquis excommunicetur pro aliqua causa cui non licet parere, ut si aliquis sciens contraxerit cum cognata in gradu indispensabili et non possit probare consanguinitatem, nolens reddere debitum petenti, et excommunicetur. Numquid ergo confirmabit Deus hanc sententiam, et erit ligatus in caelis sicut iam est in terra, velut clavi non errante ? — Respondemus quod iste habetur in caelis pro ligato in terris. Unde
A 147 b necesse est quod se subtrahat a communione sacramentorum || et fidelium Ecclesiae militantis; meretur autem per hanc poenam dimissionem peccati vel augmentum coronae, patienter sustinendo.

9. Non autem hoc sacerdotibus [862, 17]; **Unde et Dominus leprosum** sanavit [862, 19-20]. Magister Hugo[1]: « Leprosum mundari est peccatorum suorum sordes quemlibet peccatorem abominari. Mundatum ire non aliud est quam prioris vitae statum relinquere. Sacerdoti se ostendere est peccata perpetrata per confessionem aperire. Offerre munus est omnem canonicae satisfactionis modum iuxta sacerdotis arbitrium adimplere ».

10. In solvendis igitur culpis [862, 24]. *a*. Sit ita, quod aliquis ita conteratur, quod omnino dimittatur peccatum quoad culpam et poenam. Quid ergo facit sacerdos absolvendo ? Videtur quod nihil, nisi ostendere ipsum esse solutum; et ita absolvere sacerdotis nihil aliud est generaliter nisi absolutum ostendere. — Si hoc, tunc videtur fatua esse absolutio: multos

1 quoad culpam] culpe T. 3 aut] vel T. || Et ideo] non E. 4 et *om.* E, *interl.* B. 5-16 Sed, sustinendo *om.* B. 6 excomm.] excommunicet aliquem EPT 7 aliquis] quis ET. || contraxerit contrahit E. || cognata] sua *add.* E. 9 ergo *om.* T. 10 Deus] a Deo A. 11 in terra] ligatus in terris T. 12 quod] si *add.* P. || ligato] et *add.* P, sicut *add.* T. 13 communione] sanctorum *add.* E. 14 autem] tamen E. 15 dim. peccati] remissionem peccatorum T. 19 mundari est] sanari est vel mundari E. || suorum] aliorum E. 20 non] nihil PT. 21 se B, *om.* AEPT. || est] et AET. 22 omnem *om.* B. 25 Sit ita *om.* E. 26 ita *om.* T. 27 et] quoad *add.* B. 28 esse *om.* A.

[1] Richardus de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, c. 13 (PL 196, 1168 D).

Num. 8: anon. P, f. 116r. — Num. 9: anon. P, f. 117r. — Num. 10: anon. P, f. 117r; anon. V, f. 142d.

enim absolvet qui || ligati sunt a Domino, et ligabit absolutos. P 201 d
Non enim constat ei quando peccatum fuit a Deo solutum quantum ad poenam vel culpam. — Respondemus: absolutio generaliter nihil aliud est quam solutio ab abligatione in foro poenitentiae. Effectus tamen quidam spiritualis est absolutionis in eo qui aeger est: commutatio poenae purgatoriae in temporalem. Per huiusmodi autem solutionem generalem recipitur in gremium Ecclesiae, || ad participium suffragiorum; E 268 v
et est simile de comprehenso in || crimine absoluto a rege, B 147 v
non a praetore.

b. Praeterea, quid dicetur de eo quem sacerdos absolvit imperfecte poenitentem ? — Respondemus quod absolvit quoad faciliorem veniae impetrationem, non poenae satisfactoriae relaxationem.

11. Ligant quoque etc. [863, 17]; **nisi quem sacerdos vere poenitentem** [863, 28]. Quaeritur utrum iniungenda sit poenitentia venientibus «ad confessionem de criminalibus et tamen asserunt se non posse abstinere»[1]. — Respondemus quod «admittenda est confessio»; et quod «interim faciat quidquid boni potest, ut Dominus cor eius illustret ad poenitentiam» [842, 20-21]. Valet enim ad impetrationem veniae, non ad satisfactionem pro culpa. Forma autem huius exprimitur in *II Extravagantibus*, titulo *De poenitentibus* [1].

12. Est alius modus ligandi et solvendi [864, 3]. Nota quid excommunicatio, et quot modis fiat, et quorum debeat fieri et quorum non; et si sententia excommunicationis in aliquem

---

1 et] item *add.* E. 2 solutum] absolutum EP. 3 quantum ad] quoad BEPT. || vel] et P. 5 tamen] autem B. 6 aeger... commutatio] eget commutatione T. 7 solutio nem] absolutionem BEP. 8-9 Ecclesiae... comprehenso *mg.* A^2, in *pro* ad PA^2, deprehenso *pro* comprehenso BE. 11 Praeterea] postea A. || eo quem] hoc quod E. 11-12 quem... Respondemus *om.* P. 13 veniae *om.* B. 17 criminalibus] criminibus PT. || tamen] cum P. 19 admittenda] dimittenda P. 19 et] dicendum *add.* B. || interim] iterum AP. 20 ut] quod ABPT. || eius] suum E. 22 pro culpa] culpe T, *om.* culpa P. || autem *om.* B. || huius] huiusmodi BE. 24 quid] sit *add.* P. 25 fiat] debeat fieri T. || quorum] quot P, causa *add.* B. 25-26 debeat... quorum *om.* (*hom.*) P.

---

1 Ex decretali infra citata. 2 *Decretales*, compil. II, lib. V, tit. 17: *De poenitentiis et remissionibus*, c. 1 (p. 220); compil. Greg. IX, ib., tit. 38, c. 5 (II, 885).

Num. 11: anon. P, f. 118r; anon. V, f. 143a. — Num. 12: anon. P, f. 118v-119v; anon. Tr, f. 180a-d; anon. V, f. 143b-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 8, q. 4 (f. 40b-d); Alb. Magnus, hic, aa. 16-21 (XXIX, 792-799); Bonav., hic, p. 2, qq. 1-6 (IV, 484ss.).

ferenda sit; et si ferenda, quomodo, id est quomodo fuerit iusta; et si pluries excommunicatio ferri debeat super eamdem personam; et ad quem pertineat excommunicatio; et de effectu illius; et quae sint personae quae possunt communicare excommunicato sine excommunicatione.

I. *a.* Definitur autem excommunicatio [1]: « Separatio a communione Ecclesiae quoad fructum et suffragia meritorum et benedictionem Ecclesiae ». Hoc autem fit aut per generalem et simplicem denuntiationem, aut nominata persona; et illa dicitur anathema, sive maior excommunicatio. Tertia est per canonem latae sententiae, ut de iniectione manuum violenta in clericum [2].

b. Quaeritur vero, cum excommunicatio dicatur tum pro actione, tum pro passione, tum pro effectu, quid proprie dicatur excommunicatio. Si enim excommunicatio est privatio opposita habitui communionis, in quo genere ponenda est ? — Praeterea, cum ipsa dicatur vinculum, sub qua differenti ratione dicetur vinculum ? Videtur enim magis separare quam ligare.

c. Praeterea, si est vinculum, qualiter redit cum iam aliquis est in articulo mortis a simplici sacerdote absolutus, qui prius fuit excommunicatus a superiori, et postea convalescit nec fertur ab aliquo in eum excommunicatio ? Qualiter ergo vinculatur vinculo excommunicationis ? — Praeterea, estne idem et
T 163 d unum numero vinculum quo modo ligatur et || prius ?

d. Quod autem excommunicatio sit vinculum, dicit Ioannes Chrysostomus [3]: « Non sunt ecclesiastica vincula
P 202 a contemnenda. Non enim homo || est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit ».

---

1 et *om.* T. || id e. quomodo *om.* P, id e. quando E. || fuerit] fiat T, fuit P. 2 ferri] fieri BE. || super] supra E, per P. 3-4 ad... et *om.* (*hom.*) P. 4 communicare] excommunicare P, cum *add.* T. 4-5 excommunicato sine exc.] sive excommunicare B. 6 autem] enim B. || excommunicatio] sic *add.* E, sic: excommunicatio est *add.* T. 8 benedictionem] benedictionum B. || aut] et T, *om.* P. 9 et[1] per *add.* T. || denuntiationem] detestationem T. 10 anathema] anathematizatio T. 13 vero] ergo T, *om.* E. 15 Si e. excomm. *om.* (*hom.*) E. 16 est] sit P, tunc queritur *add.* E. 19 Praeterea] postea A. 20-21 est... convalescit T, sit... convalescat ABE, sit... valeat P. 22-24 ab... quo *mg.* (*hom.*) A^2. 22-23 vinculatur] includuntur A^2, vinculetur P, iam *add.* ET. 24 vinculum *om.* T. || modo ligatur] vinculatur modo T. 28 qui] homini *add.* B.

---

1 Definitio Iurisperitorum secundum Alb. Magnum, hic, a. 16 (XXIX, 792). Cf. de iis *Decretum* Gratiani, C. 11, q. 3, c. 24 (I, 651). 2 *Decretum* Gratiani, C. 17, q. 4, c. 29 (I, 822). 3 *In epist. ad Hebr.*, hom. 4, n. 6 (PG 63, 45); in *Decreto* Gratiani, C. 11, q. 3, c. 31 (I, 653).

e. Respondemus quod excommunicatio, ut manet in excommunicato, dicitur tum ipsa privatio communionis, tum obligatio ad illam poenam.

f. Si vero quaeratur || genus, dicendum est privationem A 147 c esse genus. Privationes vero determinantur per ea quorum sunt privationes. Communio autem Ecclesiae, cuius est haec privatio, consistit in effectu unitatis sacramentalis, principaliter quoad sacramentum Eucharistiae. Hoc enim sacramentum, ut praedictum est [1], est sacramentum caritatis qua unitur corpus mysticum Ecclesiae; sicut dicitur corpus malorum unum: in eo enim quod dividuntur a corpore mystico Christi, conveniunt in divisione; et secundum hanc divisionis a gratia convenientiam dicitur unum corpus malorum. — Dicitur autem excommunicatio vinculum, licet separatio fiat in ea, eo quod obligatur ad illam separationem.

g. Si vero quaeratur qualiter redit vinculum in absoluto in articulo mortis, dicendum est: sicut accidit in poenitentia. Sicut enim per contemptum vinculi expiationis redit vinculum damnationis aeternae, ita per contemptum vinculi satisfactionis, ad quod obligatur si convalescit, redit vinculum excommunicationis, quod est vinculum damnationis aeternae, si iusta fuerit. « Anathema enim est aeternae mortis damnatio », XI, quaestione 3, *Nemo episcoporum* [2].

II. *a*. Deinde quaeritur si excommunicatio est ferenda super aliquem. Videtur enim quod non, per hoc quod dicit Augustinus, *Super Ioannem* [3]: « Nihil sic debet formidare christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur, non est eius membrum; si non est eius membrum, non vegetatur spiritu eius ». Cum ergo haec sit maxima poena, dicitur autem in Tob. 4, 16: *Quod tibi non vis fieri, alii ne facias* [4]; ergo nulli est huiusmodi poena infligenda.

---

2 ipsa] illa T. 4 quaeratur] queritur T, quid *add.* B. || est *om.* B, illam *add.* E. 5-6 Privationes... privationes *om.* P. 7 privatio] communio E. || sacramentalis] tamen *add.* B. 8 enim] autem EP. 9 est[2] *om.* P. 10 in *om.* E. 12 hanc *om.* P. || a gratia *trp. p.* convenientiam *codd.* 13 dicitur] quod *add.* B. 13-15 Dicitur... separationem *trp. p.* Ecclesiae (10) *codd.*, enim *pro* autem BT, vel *pro* licet P, eo qui *pro* ea, eo quod T. 16 quaeratur] queritur T. || in[1] *om.* B. 19 per *om.* P. || vinculi *om.* E. 22 aeternae] eterna T. 25 Videtur... non] et non videtur P. 27 quam] sicut E. 28 si... membrum *om.* (*hom.*) A, *om.* eius B. 29 haec *om.* B. 30 autem] enim E. || fieri] hoc *add.* B. || facias] feceris EB. 31 est *om.* P.

---

[1] Supra, d. 3, n. 3, § *c*; d. 8, nn. 1, 9. [2] *Decretum* Gratiani, C. 11, q. 3, c. 41 (I, 655). [3] Tract. 27, c. 6, n. 6 (PL 35, 1618). [4] Vulgata: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.*

b. Praeterea, per hanc traditur homo Satanae, I ad Cor. 5, 5;
E 269r et quanto magis est in potestate || Satanae, tanto minus potest resistere; ergo nulli infligenda, quia poena infligitur ut ab errore revocetur.

c. Praeterea, estne excommunicatio appetenda ab aliquo? Videtur enim, eo quod est medicina ad salutem. — Contra, per praedictam auctoritatem Augustini[1].

d. Respondemus per illud I ad Cor. 5, 5; dicitur enim ibi: *Ut spiritus* eius *salvus sit*. Licet ergo non sit medicina directe ad salutem, est tamen oblique. Ad hoc enim infligitur, ut cognoscat se non posse resistere tentationi diabolicae, et confusus, currat ad medicum per quem possit resistere, Mich. 4, 10: *Venies ad Babylonem* et *ibi liberaberis*. Vel traditur Satanae ad flagellandum in carne, ut salvetur in mente.

e. Ad illud vero quod obicitur, neminem [debere] velle hoc alii, dicendum quod illud retorquetur ad ius naturale, ubi non
P 202b intelligitur dispositio peccati; haec autem intelligitur iam || existente in aliquo peccato. Nullus enim vult sibi peccatum vel poenam necessario consequentem peccatum. Si tamen aliquis esset in peccato, et videret [quis] quod aliter non liberaretur, nisi per poenam huius vinculi, bene posset illud velle. Unde cavendum est Ecclesiae ministris, ne praecipitanter ligent aliquem hoc vinculo. Dum enim possunt videre aliam medicinam peccati, non est haec adhibenda.

f. Ad illud quod quaeritur, utrum aliquis debeat appetere [excommunicationem] exsistens in peccato, dicendum quod non. Non enim est directe ad salutem, sed oblique. Immo quibuscumque modis potest, vitandum est huiusmodi vinculum. Licet enim ille iniuste excommunicet, potest tamen iste iuste esse excommunicatus. Si enim contemnit, ipso contemptu sententiae incidit in eam.

III. *a.* Videtur etiam quod non est ferenda sententia in aliquem. Dicitur enim in epistola Iudae, 1 cap., 9: *Cum Michael*

1 hanc] hoc E. 3 nulli] est *add. interl.* B. 5 appetenda ab] apponenda T. 6 enim] quod sic E, (quod sic *interl.*) in *add.* B. 7 per *om.* P. 8 ad *om.* E. 11 diabolicae] diaboli E. 13 Vel] et P. 15 vero *om.* E. || obicitur] dicitur T. 16 dicendum] est *add.* E. 18 in aliquo *trp.* T. || peccatum *om.* T. 19 poenam *et* peccatum *om.* T. || Si tamen] sed cum P. 21 Unde] nam T. 23 possunt] possent B, possint EP. || aliam] aliquam AP, aliquam aliam E. 24 peccati *om.* T. 25 quaeritur] obicitur T. 27 est *om.* T. || Immo] in iis *add.* P. 28 modis *om.* T. || potest *om.* B. 29 ille *om.* BT. || iste *om.* T. 32 etiam] enim T.

4 Sub § *a.*

archangelus de corpore Moysi altercaretur etc.; et infra: *Imperet tibi Deus*, quasi dicat: reprimat Deus malitiam tuam. Cum ergo Ecclesia militans debeat imitari triumphantem, non debet excommunicare, sed iudicio Domini relinquere, qui dicit: *Mihi vindictam, || et ego retribuam*, ad Hebr. 10, 30. — Praeterea, ad A 147 d
Rom. 12, 17: *Nemini malum pro malo reddentes;* sed excommunicatio malum est, ut habitum est [1].

b. Sed contrarium est in fine I ad Cor., ubi dicitur [2]: *Si quis non amat Dominum Iesum Christum, anathema sit.* — Praeterea, qualiter ausus erat Apostolus ut aliquo modo praesumeret, vel simpliciter vel sub conditione, ferre sententiam in eos qui sunt de Ecclesia triumphante, ut habetur ad Gal. 1, 8: *Si angelus de caelo aliud vobis evangelizaverit* etc., *anathema sit?*

c. Respondemus: si sciret Ecclesia militans aliquem esse incorrigibilem, neque per hoc posse induci timorem in alios, non esset ferenda sententia in huiusmodi homines. Quod ex forma excommunicationis apostolicae intelligitur, cum dicit [3]: *Tradidi huiusmodi hominem Satanae, ut spiritus* eius *salvus sit.* Aut ergo propter correptionem illius aut aliorum ferenda est sententia ab Ecclesia militante. Et quia praesumendum est semper in via, nec de aliquo desperandum est qui est viator [4], bene potest ferre sententiam, ut sic erubescat et convertatur. — Nec reddit in hoc malum pro malo, sed bonum poenae pro malo culpae; non livore vindictae, sed amore iustitiae. — Nec potest ferri sententia ab Ecclesia militante in illum de triumphante simpliciter vel sub conditione, sed auctoritate capitis qui est caput triumphantis et militantis, scilicet Christi. Nec fertur nisi sub conditione: cum enim sint inseparabiliter de Ecclesia, non possunt ab ea separari.

---

2 malitiam] suam vel *add.* P. 3 Ecclesia... imitari] essentia.... mutari in A. 4 relinquere] derelinquere B. 8 contrarium est] contra E. 9 Dominum] nostrum *add.* E. 11 vel[1]] *om.* P. || sub *om.* A. 13 evangelizaverit... sit *om.* E. || etc.] et ita ABP, *om.* T. 15 neque] nec T. 16 alios] aliis A. || ferenda] sustinenda A. || homines *om.* E. 18 Satanae *om.* T. 19 Aut[1] *om.* A. || aut[2]] propter correptionem *add.* E. 20 est[2] *om.* ABPT. 21 est[1] *om.* T. 24 non *corr. in* nec B. 25 illum] illo AEP, qui est *add.* E. 26 triumph.] vel *add.* E. || sub conditione] conditionaliter B. 26-28 sed... conditione *om.* (*hom.*) T. 27 caput] et *add.* E. 28 sint E, *om.* ABPT. 29 de] in E, ab T.

---

1 Hic supra, art. II, § *a.* 2 I Cor. 16, 22. 3 I Cor. 5, 5. 4 Augustinus, *De correptione et gratia*, c. 15 (PL 44, 944); *Decretum* Gratiani, C. 24, q. 3, c. 17 et de poen., d. 7, c. 1 (I, 995, 1244); Lombardus, hic in littera, d. 20, c. 1 (p. 872).

IV. Si vero quaeratur utrum etiam super mortuos possit
P 202 c ferri || sententia, respondetur in Causa XXIV, quaestione 2, ubi dicitur [1]: « Viventes, non mortuos absolvere possumus vel ligare. Verum, hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim quaedam de quibus post mortem accusare possumus vel damnare, ut de manifesta haeresi ». Et hoc fit in detestationem illius criminis, quia dissolvit fundamentum Ecclesiae. Fertur autem sententia in causa simpliciter pro contumacia; alias vero pro crimine notorio. Aliquando vero fit denuntiatio eorum qui inciderunt in canonem latae sententiae, quae etiam excommunicatio dicitur.

T 164 a V. *a.* Ad hoc autem quod sit iusta, || tria exiguntur [2]: ex causa, ex ordine, et animo. Si ergo adhibuit aliquis diligentiam quam potuit, quod intelligendum est in 'ordine', et ex animo sit iusta, non peccat iudex; iniuste tamen potest ille damnari. Unde non sequitur: iniuste damnat, ergo iniuste damnatur; sed haec iniustitia redundat in testes. Sed si scivisset falsitatem, ad examen superioris esset recurrendum, si superiorem haberet. Si vero ex ordine et causa fuerit iusta, damnatur reus iuste. Si autem iniusta ex ordine, aliis iustis exsistentibus, non est simpliciter iusta vel iniusta. Si autem ex animo et ordine iusta, et iniusta ex causa, tunc iuste damnat, sed iniuste damnatur.

b. Sed obicitur de Susanna in Dan. 13, 41, quae iniuste fuit damnata, nec tamen populus iuste damnavit, licet esset iusta ex animo et ordine. Quod videtur per hoc quod dixit eis Daniel ibidem, 46: *Mundus sum ego a sanguine* eius, quasi dicat: Vos non estis mundi. Similiter obicitur de minoribus Iudaeis, qui non excusabantur in nece Christi. — R e s p o n d e m u s ad hoc quod minus exquisite examinaverunt; vel forte, postquam fuit revelatum per Spiritum Sanctum, mediante Daniele, peccasset populus nisi consensisset. Iudaei autem plus pecca-

1 Si] cum P. || quaeratur] queritur T. || etiam *om.* E. 5 accusare poss.] poss. aliquem salvare T. 6 ut] sicut E. 9 vero[2] *om.* T. 10 qui] que PT. || inciderunt] incidunt ET. 13 ex] et P. 15 peccat] potuit E. 20 iniusta] iusta P. 24 in *om.* ET. 25 iuste] eam *add.* E. 27 eius] huius EP. 28 obicitur *om.* BPT. 29 excusab.] excusantur B, excommunicabantur T. || in] de B. || nece] morte EPT. 30 forte] forsitan T. 32 nisi] si non T. || autem] vero E.

1 Dictum Gratiani ad c. 5 (I, 986). 2 Ex *Decreto*, C. 11, q. 3, dictum Gratiani ad c. 65 (I, 661).

verunt, || quia opera viderunt, quae plus erant quam aliqua testimonia; nec contra hoc || testes essent recipiendi, quia maius est testimonium de caelo quam de terra. A 148a E 269v

VI. Item, quaeritur quis possit ferre sententiam, utrum excommunicatus vel suspensus. Quod autem non excommunicatus, patet, quia ligatus aliquo vinculo spirituali non potest alium ligare. Qui enim extra Ecclesiam est, qualiter separabit ab Ecclesia ? — Refert autem de suspenso utrum fuerit suspensus ab officio an a iurisdictione. Si enim tantum ab officio, ea tantum non potest quae sunt officii, ut celebrare et huiusmodi; sed ea poterit quae iurisdictionis sunt, ut dare praebendas et excommunicare. E contrario vero si suspenderetur a iurisdictione, non ab officio. Si vero ab utroque, tunc neutrum potest, ut in *Extravagantibus III*, De concessione praebendarum, *Quoniam* [1].

VII. Deinde quaeritur quot personae non incidunt in excommunicationem si communicent || excommunicatis. — De hoc habetur in XI, quaestione ultima, *Quoniam multos* [2]: « Uxor, filius, servus, ancilla, rusticus, mancipium, ignoranter communicans cum eo, viator cum in terram excommunicatorum venerit, ubi non possit emere vel non habeat unde; qui exhortatur ad correctionem, si in necessitate et non ex superbia aliquid contulerit excommunicatis ». P 202d

VIII. *a*. Item, quaeritur utrum excommunicatus possit excommunicari. Quod non videtur, quia qui est extra, non potest esse magis extra, ut in auctoritate O r i g e n i s [3]. — Praeterea, qui mortuus est, interfici non potest; sed « anathema est aeternae mortis damnatio », ut habetur XI, quaestione 3, *Nemo episcoporum* [4].

b. Sed c o n t r a: tunc melioris conditionis esset quoad hoc excommunicatus quam non excommunicatus.

---

1 viderunt] viderant B. 2 testes] aliqui *add.* T. || essent] erant BT. 4 Item *om.* T. 6 patet] videtur T. 7 enim] ergo B. 9 a *om.* A. 10-11 et huiusmodi] etc. B. 11 sed... poterit] licet... possit P. || sunt *om.* BT. || praebendas] prebendam B. 12 et *om.* T. || suspenderetur] suspendatur B. 14 in *om.* BE. 16 quaeritur] quare et *add.* P. 17 communicent] cum *add.* E. 18 habetur] dicitur B. || in *om.* T. 20 excomm.] excommunicationis T. 22 si *om.* T. || in] etiam E. 23 contulerit] contulit BT. 25-26 potest esse *om.* B. 30 contra *om.* B. || tunc] enim *add.* T.

---

1 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 8, c. 2: *Quia diversitatem* (p. 337s.); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 489s.). 2 *Decretum*, C. 11, q. 3, c. 103 (I, 672s.). 3 *In Levit.*, hom. 14, n. 3 (PG 12, 556 A); hic in litt. (p. 865). 4 *Decretum*, C. 11, q. 3, c. 41 (I, 655).

c. Respondemus quod pluries potest ferri in eumdem excommunicatio, secundum quod excommunicatio est denuntiatio separationis. Praeterea, excommunicatio duos habet effectus: eiciendi ab Ecclesia et decidendi extra; quantum ad ultimum potest habere maiorem effectum frequens excommunicatio.

IX. Praeterea quaeritur: cum pagani sint extra communionem fidei, quod non sunt excommunicati, quare iis permittitur communicare, non illis? — De hoc Ioannes Chrysostomus, *Super epistolam ad Hebraeos*[1]: «Ad mensam paganorum si volueris ire, sine ulla dubitatione permittimus». Ratio autem est, ut possint per conversationem in vita et doctrina ad fidem vocari; illi vero qui sunt excommunicati erubescant propter separationem et sic petant Ecclesiae reconciliationem.

13. Hic quaeritur quae sit illa macula [865, 19]; **quae caligo poena peccati est** [865, 26-27]. Sic arguitur: omnis poena a Deo; caligo poena; ergo est a Deo: ergo caligatur eius intellectus a Deo. — Respondemus: non sequitur. Caligo enim poena est contracta sive acta, non illata[2]. Sed ulterius dividendum est, quod huiusmodi poena, quae est contracta vel acta, duplicem habet comparationem: unam ad malum cui debetur, alteram ad iustitiam ordinis secundum quam debetur. Secundum primam comparationem sumitur hoc nomen 'caligo'; quoad secundam hoc nomen 'poena'. Unde non sequitur: ergo caligo in quantum huiusmodi est a Deo; sed esse poenae in caligine; esse vero caliginis ab homine in quantum est ex nihilo. Ex illa enim parte malum ut huiusmodi originem trahit, scilicet a voluntate deficienti.

---

3 Praeterea] postea A. 4 decidendi] detinendi PT. 5 habere *om.* T. 8-9 iis... illis] hii permittuntur communicare cum illis B, dimittitur illis, non istis E. 11 sine] super AEP. || ulla] illa EP. 12 est *om.* A. || possint] possit PT. || per *interl.* A, *om.* P. 13 ad fidem] in f. T, possint *add.* P. || excomm.] separati T. 17 caligo... Deo *om.* (*hom.*) P. || caligo] est *add.* BE. || ergo[1]] caligo *add.* T. 18 Resp.] ergo E. 19 enim *om.* T. 20 dividendum] videndum B. || contracta] afflicta E. 21 vel] sive T. 22 ad... secundum] secundum... per T. 23 sumitur] hic *add.* P. 24 Unde non seq. *om.* B, *om.* non P. 25 caligo] pene *add.* P. || huiusmodi] non *add.* B. || sed] scilicet P. 28 a voluntate] auctoritate PT.

---

[1] Homil. 25, n. 3 (PG 63, 176s.); verb. in *Decreto*, C. 11, q. 3, c. 24 (I, 650).
[2] Cf. de iis Alex., *In II Sent.*, d. 36, n. 1, § *b* (p. 351s.).

Num. 13: anon. P, f. 120v; anon. Tr, f. 180d-181a; anon. V, f. 143c. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 22 (XXIX, 800s.).

14. *a.* Item, cum peccatum sit aversio ab incommutabili bono cum conversione ad mutabile [1], ex qua parte trahit macula suum esse ? — Praeterea, quae est differentia inter maculam et reatum ? — Praeterea, cum poena peccati sit ex parte cognitivae aut ex parte operativae, ex qua parte est poena maculae ? — Praeterea, quae differentia est inter maculam et culpam ? — || Praeterea, cum maculetur anima peccato mortali, P 203 a numquid similiter veniali ? — Praeterea, numquid impoenitentia aut contemptus sunt una macula vel habent unam || macu- A 148 b lam cum principali peccato ?

b. Respondemus ad primum quod macula esse suum trahit ex parte conversionis, sicut polluitur aliquid contingens lutum corporaliter. Et habetur supra, secundo libro, XXXII distinctione, cap. *Hic quaeri solet*, quod anima maculatur cum infunditur ex corruptione carnis [479, 5-6], sicut in vase dignoscitur esse vitium, cum vinum infusum acescit.

c. Differentia vero est inter maculam et reatum, quod macula est in quantum deformatur imago ex contagione mutabilis boni per affectum indebitum; reatus vero dicit obligationem ad poenam.

d. Poena autem maculae attingit ipsam animam secundum quod est Dei imago. De esse autem imaginis est anima in quantum habet potentiam cognoscendi et volendi; quae duo ad liberum arbitrium referuntur in quantum est « facultas rationis et voluntatis » [421, 18].

e. Differentia autem inter maculam et culpam est, quod macula deformat imaginem, || culpa vero est in quantum ad T 164 b notitiam refertur et ei debetur reatus. — Nec dicitur veniale peccatum proprie macula: || compatitur enim secum gratiam, E 270 r per quam est reformatio ipsius imaginis. Si vero inveniatur 'macula venialis', extrahitur terminus a ratione sua.

---

2 mutabile] commutabile PT. 8 similiter... numquid *om.* (*hom.*) P. 9 aut] et E. 12 aliquid contingens] aliquis tangens PT. 13 corporaliter] corporale B. 14 solet] potest B. 15 infunditur] influitur P. 16 vitium] vinum BPT. || acescit] accessit ABEP. 17 vero *om.* P. || quod] quia PT. 21 attingit] contingit P. 22-26 De... quod *om.* B. 27 est *om.* T. 28 notitiam AET, tocitiam P, nocumentum *interl.* B. 31 sua] illa P.

---

[1] Augustinus, *De lib. arbitrio*, II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).

Num. 14: anon. P, f. 120v; anon. Tr, f. 180d; anon. V, f. 143c. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 4 (IV, 496s.).

f. Si vero quaeratur utrum impoenitentia aut contemptus habeant eamdem maculam cum peccato principali, dicimus quod eadem est res in his omnibus, sed ratio differt. Peccatum enim dicitur ratione conversionis inordinatae; malum ratione eius a quo avertitur; contemptus comparatione praecepti; impoenitentia ratione delectationis firmatae in peccato.

DISTINCTIO XIX.

B 148r **1.** || **Postquam ostensum est** [866, 24]; **Cum enim recipit Ordinem sacerdotalem, simul etiam has claves** [866, 28-29]. Videtur quod non, quia si clavis esset inseparabilis ab Ordine, haeretici et excommunicati claves haberent; cuius contrarium habetur XXIV, quaestione 1, diversis capitulis [1]. — Respondemus: dicuntur non habere claves ratione usus clavium. Sed ii suspensi sunt a canone, illi vero ab homine.

2. Unde dolendum est [867, 5-6]. De hoc dicitur in distinctione 38 [2]: « Ignorantia, mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus est devitanda, qui docendi officium in populo Dei susceperunt ». Et in eadem distinctione [3]: « Nulli sacerdotum licet canones ignorare », supple: poenitentiales ad minus.

3. Cumque constet etc. [867, 17]; **Illas claves** etc. [867, 22-23]. *a.* Quaeritur si archidiaconi claves habeant. Et videtur quod sic: ligant et solvunt, ut distinctione 25, *Archidiaconus* [4], ubi dicitur: « Sollicitudo parrochiarum et ordinatio ad eius curam pertinent et iurgia ». Ex quo videtur quod ordinariam habeant

5 avertitur] convertitur AEPT, *quod corr.* B. || comparatione] ratione T. 10 si *om.* A. 11 claves] clavem E. || cuius *om.* E. 16 mater] est *add.* B. 21 habeant] ligandi et solvendi *add.* E. 22 ligant et solvunt *om.* E.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 24, q. 1, cc. 3-4, 20, 35-36 (I, 966s., 973, 980s.). [2] *Decretum*, d. 38, c. 1 (I, 141). [3] *Decretum*, ib., c. 5 (I, 141). [4] *Decretum*, d. 25, c. 1, § 11 (I, 90s.); ap. *Decretales* compil. IV, lib. I, tit. 11, c. 1; compil. *Greg. IX*, ib., tit. 23, c. 7, § 1 (II, 151).

Num. 1: anon. P, f. 121v. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 3 (XXIX, 804); Bonav., hic, a. 2, q. 2 (IV, 505s.). — Num. 2: anon. P, f. 122r. — Num. 3: anon. P, f. 122v; anon. Tr, f. 181a-b; anon. V, f. 144a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 143 (p. 146); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 8, q. 3 (f. 40a-b); Bonav., d. 18, p. 2, q. 3 (IV, 488s.).

iurisdictionem. — Quod iterum sit ordinarius, habetur in *Primis*, De officio archidiaconi [1], ubi dicitur: « Officium archidiaconi est omnem quaerimoniam seu causam » vel curam « vel iustitiam presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum delibe-
5 rare, || ordinare et facere ». P 203 b

b. Quod autem sit vicarius episcopi, habetur in eodem [2], ubi dicitur: « Vicem episcopi sui agens, totius episcopii curam gerat ». Si vero iurisdictionem habet ordinariam, videtur habere claves ligandi et solvendi. Clavis enim, ut dicitur, nihil
10 aliud est quam potestas ligandi et solvendi.

c. Respondemus quod habet ordinariam iurisdictionem. Nec obstat quod vicarius est episcopi, quia perpetuus est nec ab hoc officio potest per episcopum amoveri. — Nec sequitur, si habet hanc potestatem, quod habeat claves, sed quos-
15 dam usus clavium. Est enim clavis habens potestatem substantialem, quae consistit in commutatione purgatoriae poenae in temporalem et in iniunctione poenitentiae cum quadam relaxatione. Praeter hoc, habet accidentalem, quae principalius consequitur dignitatem quam Ordinem, scilicet ligare per excom-
20 municationem et solvere. — Praeterea, non sequitur: non potest ligare et solvere, ergo non habet claves, quia 'posse' dicitur dupliciter: tum quia habet usum, tum quia potentiam; et hoc secundum remotam aut propinquam. Si ergo non habet potentiam primam, quae est ex Ordine, non habet claves; usum
25 tamen clavium nihilominus habet secundum potestatem accidentalem, quae est a superiori.

4. Aliis autem videtur [868, 12]; **sed non eam recte et digne** [868, 13-14]. || Contra: nonne utuntur clavibus ad usum A 148 c
ad quem est clavis, scilicet ad discernendum et solvendum vel

---

1-2 in Primis] extra PT. 3 seu B, sive AEPT. 4 diaconorum] vel *add.* B. 5 ordinare *om.* P. 7 dicitur] quod *add.* P. || Vicem *om.* T. || agens] et *add.* T. 8 habet *om.* AE. 9-10 Clavis... solvendi *om.* (*hom.*) E. 12 est[1]] sit B. || est[2] *om.* T. 14 hanc *om.* T. 17 in *om.* AEPT. 20 Praeterea] postea A. 22 quia[2]] habet *add.* ET. 24 claves] clavem P. || usum] usus B. 25 clavium *om.* P. 28 Contra *om.* A. || utuntur] utantur AE. || clavibus] cla. B, claves E, clave P. 29 quem] quid E. || vel] et E.

---

[1] *Decretales*, compil. I, lib. I, tit. 15, c. 3 (p. 16); compil. Greg. IX, ib., tit. 23, c. 2 (II, 150). [2] Scil. in compil. I, l. c.

Num. 4: anon. P, f. 123v; anon. V, f. 144a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 8, q. 3 (f. 40a); Alb. Magnus, hic, a. 13 (XXIX, 817); Bonav., hic, a. 1, q. 2 (IV, 501s.).

ligandum ? Praeterea, nonne recte baptizant ii ? Propter quid ergo non recte habent claves ? — Respondemus: rectitudo intelligitur hic non contra abusum, sed pro expeditione usus: tunc enim brevissima via habetur finis. Bona enim doctrina bene aestimat poenitentias et merita subditorum, dirigendo ad bona opera; bona vita iuvat ad peccati in poenitente dimissionem per unitatem Ecclesiae, et ad exemplum boni operis quo mereatur vitam aeternam. Et sic patet propter quid non recte et digne habent, ut rectitudo ad scientiam, dignitas ad bonam vitam referatur. Non est enim simile de Baptismo. Virtus enim Baptismi consistit in forma verborum et debita materia et intentione faciendi quod facit Ecclesia.

5. Dictum est a Domino [869, 7]. *a.* Numquid Moyses sacerdos fuit ? Et in Psalmo [1]: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius.* — Sed contra: Aaron fuit summus sacerdos [2]. — Respondemus quod dicitur sacerdos quia complevit officium sacerdotis, ut in Ex. 29, in consecratione sacerdotis.

b. Praeterea, numquid benedictio tradita a malo sacerdote transfundit gratiam ? — Respondemus: virtus benedictionis est dispositio ad hoc ut Dominus gratiam transfundat.

6. Ego Dominus benedicam eos [869, 8-9]. De hoc Innocentius [3]: « Ultima benedictio, quam facit episcopus super populum, missionem Spiritus Sancti significat, quem », completa consecratione, completa et oblatione sui corporis in ara passionis, « misit Dominus in Apostolos. Haec benedictio
P 203 c per verbum oris et signum crucis exprimitur, quia illa per || sonum aëris et linguam ignis innotuit ». Fit autem invocatione Trinitatis, ut significentur opera Spiritus Sancti esse Patris et Filii. Haec autem fuit expressa in Veteri Lege, cum dictum est in Num. 6, 27: *Invocabis nomen meum* etc. Et ad designandum

2 ergo B, *om.* AEPT. || claves] clavem T. 3 hic *om.* T. || pro exped.] per expeditionem E. 4 via] vita E. 5 bene aestimat] exstimat A. || poenitentias] potentias E. 12 et *om.* P. || Ecclesia *om.* B. 15 Sed *om.* A. 16 quod *om.* T. || sacerdos] et *add.* A. 17 in *om.* E. 18 Praeterea] postea A. 21-22 Innoc.] iungitur A. 22 benedictio] est *add.* P. 23 quem *Innoc.*, quam *codd.* 24 completa[2] *om.* BPT. 25 passionis] in cruce *add.* E. || benedictio *Innoc.*, *om. codd.* 29 fuit] est P, sunt T. 30 Et *om.* BT. || design.] signandum B.

1 Ps. 98, 6. 2 Ex. 28, 40-41. 3 *De s. altaris mysterio*, VI, c. 14 (PL 217, 914 B-C), partim contracte.

Num. 5: anon. P, f. 124r; anon. Tr, f. 182a; anon. V, f. 144b. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 14 (XXIX, 818). — Num. 6: anon. P, f. 124r.

opus Trinitatis, in solemnibus benedictionibus tres particulae ponuntur.

7. Huic tamen etc. [869, 22]. Istud potest retorqueri ad benedictiones in Sacramento altaris, quae sunt propriae sacerdotum et feruntur super membra Ecclesiae militantis. — Quod autem pertineat ad officium, patet per hoc quod dicitur XXIV distinctione, cap. *De presbyteris: Septimus* [900, 11]. — Sunt autem quaedam benedictiones appropriatae dignitati episcopali, || ut dicit Leo papa [1]: « Ad officium episcoporum pertinet presbyterorum, diaconorum et virginum consecratio; constitutio altaris, benedictio et unctio; chrismatis confectio et chrismatio, et poenitentium in missa reconciliatio ». E 270v

8. || **Nec subditos mala sacerdotis vita** [870, 7]. Quaeritur utrum dicendi sint huiusmodi sacerdotes falsi sacerdotes. Et videtur, per hoc quod dicit Cyprianus [2]: « Dominus noster Iesus Christus, rex || et iudex, usque ad passionis diem honorem pontificibus et sacerdotibus servavit, quamvis nec illi timorem Dei nec agnitionem Christi servassent; cum dixit [3]: *Ite, ostendite vos sacerdotibus*, et cum non est contumeliose locutus contra pontifices in passione. Per quod docuit sacerdotes veros legitime et plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis exstitit ». — Respondemus: dicitur falsitas tripliciter: duobus modis proprie, et tertio modo extenso vocabulo, et dicitur falsitas in moribus. Aut enim dicitur [hoc] quia typum veri sacerdotis gesserunt in Lege et non vitam, vel quia non habebatur Ordo, vel quia praetendunt eminentiam scientiae et vitae, cum non habeant. Secundum primum modum poterant mali sacerdotes legales dici falsi, et ita accepit Cyprianus. Secundo modo simpliciter dicuntur falsi, qui non habent Ordinem sacerdotalem et praetendunt. Tertio vero modo proprie dicuntur pravi; si vero falsi, dicuntur falsitate morum. B 148v T 164c

1 opus] opera E. 3 Istud] id B, illud P. 4 altaris] et alia B. 6 dicitur] infra *add.* BET. 7-8 autem] enim B. 10 et *om.* EPT. || consecratio *om.* P. 14 sint] sunt BET. || Et] quod E. 20 quod] quos AEPT. 21 dum] cum PT. 22 exstitit] existit AB. 23 extenso] est extensio in E. 25 quia] quod B. 26 et *om.* P. 27 cum] causam B. 28 accepit] accipit EPT. 30 vero *om.* E. 31 si vero] sed E. || falsitate] pravitate P.

[1] In *Decreto* Gratiani, d. 68, c. 4 (I, 255). [2] *Epist. 65* (*ad Rogatianum*), n. 3 (PL 4, 395s.); in *Decreto* Gratiani, d. 93, c. 25 (I, 329). [3] Luc. 17, 14.

Num. 8: anon. P, f. 125r.

9. Praemissae vero sententiae [870, 15]; **qui absque clave** [870, 28]. Gregorius in *Moralibus* [1]: «Nemo in Ecclesia nocet amplius, quam qui perverse agens, nomen vel Ordinem sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nemo praesumit; et in exemplum culpa || vehementer extenditur, cum pro reverentia Ordinis peccator honoratur».

A 148d

10. Nullus officio sacerdotis etc. [870, 29]. I. *a.* Super illud Matth. 7, 5: *Hypocrita, eice,* Glossa [2]: «Impossibile est quod festucam demat, qui trabem gestat». Et ibidem [3]: «Ecce moderamen iudicii, ut praeventus maioribus alium non iudicet in minoribus». Et Gregorius [4]: «Qua mente mederi properat, || qui in facie vulnus portat»? Ex quibus colligitur quod nullus tenetur corripere alterum super illo crimine quo ipse maculatur vel si maiori maculatur.

P 203d

b. Sed contra, ad Philip. 1, 18: *Sive per occasionem, sive per veritatem annuntietur Christus, in hoc gaudeo et gaudebo.* — Praeterea, in Matth. 18, 15, habetur, super illud: *Si peccaverit in te frater tuus,* Glossa [5]: «Ita peccat qui videns fratrem peccare tacet, sicut qui poenitenti non indulget».

II. *c.* Circa hoc quaeritur etiam utrum omnes teneantur an praelati tantum ad hoc praeceptum, scilicet correctionis. Quod omnibus praeceptum sit, videtur per Glossam proximo dictam [6]: indulgere enim poenitenti est ad quod omnes tenentur; ergo et ad corripiendum, cum ad illud aeque teneantur. — Quod etiam ad omnes, dicit Augustinus in *Enchiridion* [7]: «Non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit et aliqua poena emendatoria plectit, eleemosynam dat». Sed omnes tenentur ad eleemosynam. — Praeterea,

2 Nemo] nihil PT. 3 qui *om.* PT. 5 et *om.* P. 7 etc. *om.* E. 8 Glossa *om.* E. 9 demat] eiciat E. || Ecce *Glossa, om. codd.* 10 iudicii] est *add.* PT. 12 vulnus] manus P. || quibus] quo E. 13 corripere] corrigere BE. || ipse T, *om.* ABEP. 17 in *om.* T. || habetur *om.* E. 18 tuus, Glossa] etc. E. || fratrem] suum *add.* T. 20 etiam *om.* B. || teneantur] tenentur B. || an B, *om.* AEPT. 23 est] preceptum *add.* B. 24 et *om.* APT. 26 in eo[1] *om.* T. 27 corripit] corrigit P. || aliqua] alia B, ab *praem.* A.

[1] Immo in *Regula pastor.*, I, c. 2 (PL 77, 16 A). [2] *Ordin.* in Matth. 7, 3 (PL 114, 108 A). [3] L. c. [4] *Regula pastor.*, I, c. 9 (PL 77, 22 D). [5] *Ordin.* in h. l. (PL 114, 147 A). [6] Sub § *b*. [7] Cap. 72 (PL 40, 266).

Num. 10: anon. P, f. 125v-126r; anon. Tr, f. 182a-c; anon. V, f. 144b-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 31, cc. 1-2 (f. 260d-262a); Alb. Magnus, hic, aa. 17-22 (XXIX, 821-828); Bonav., hic, dub. 4 (IV, 512); *Glossa in Decretum*, C. 2, q. 1, c. 19 (ed. Romae 1582, col. 828-831).

videtur ex forma praecepti, cum dicit[1]: *Si peccaverit in te frater tuus;* nomine enim 'fratris' paritas in fidelibus intelligitur.

d. Quod autem sit praeceptum praelatis, dicit Hieronymus[2]: « Sacerdotes studeant illud evangelicum[3] implere: *Si peccaverit in te* etc. Quae est misericordia uni parcere, et omnes in discrimen adducere ? Polluitur populus ex uno peccatore sicut ex una ove morbida universus grex ». — Videtur etiam ex ordine Evangelii quod tantum praelatis praecipitur. Subiungitur enim ibi[4]: *Quodcumque ligaveris* etc.; et in antiquis codicibus invenitur[5]: *Respiciens Dominus Petrum dixit: Si peccaverit* etc. — Praeterea, corripere peccantem est curare peccatorem; sed hoc tantum praelatorum est; ergo eorum corripere. Praeterea, I Tim. 5, 20, ubi loquitur ad praelatos, habetur: *Peccantes coram omnibus argue.*

III. *e.* Deinde quaeritur, si omnes tenentur ad hoc aliquo modo, utrum respectu omnium. Et videtur, per hoc quod unusquisque nomen 'fratris' retinet respectu alterius. — Praeterea, dicitur ibi: *Si peccaverit in te,* « id est te solo sciente[6] », *corripe eum inter te et ipsum.* Sed hoc potest unusquisque respectu alterius facere, et non generatur scandalum; ergo unusquisque respectu uniuscuiusque tenetur ad hanc correctionem.

f. Contra, II Reg. 6, 6, de Oza, qui percussus est a Domino quia tetigit arcam[7]: Arca duorum Testamentorum, praelatus; Oza tangens, subditus; ergo non debet subditus corripere praelatum. Et in Num. 12, 10, de Maria, sorore Moysi, quae percussa est lepra eo quod corripuit Moysen.

g. Quod etiam omnes tenentur respectu omnium, dicit Anacletus papa[8]: « Tam sacerdotes quam reliqui fideles summam debent habere curam de iis || qui pereunt, quatenus P 204a

2 tuus] etc. *add.* P. || enim] autem E. 5 in te *om.* PT, frater tuus *add.* B. || Quae] enim *add.* E. 7 universus] totus ET. 8 tantum... praecipitur] Dominus pr. precipit T. 9 etc. *om.* E. || et *om.* B. 12 prelatorum] praelati ABEP. || eorum] est *add.* E. 16 quod] quia P. 17 retinet] habet T, tenet P. 18 in te] glossa *add. mg.* B, frater tuus *add.* E. 19 eum *om.* BEPT. 28 reliqui] alii P. 29 quatenus] quamvis T.

1 Matth. 18, 15. 2 Non invenimus. 3 Matth. 18, 15. 4 Matth. 18, 18: *Quaecumque alligaveritis.* 5 Idem refert Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* III, tr. 31, c. 1 (f. 260d). 6 Petrus Comestor, *Historia schol.,* In Evang., c. 92 (PL 198, 1584 C). Cf. *Glossa ordin.* in I Tim. 5, 20, ap. Lyranum (VI, 122r); ex August., *Sermo 82,* c. 7, n. 10 (PL 38, 510). 7 *Glossa ordin.* in h. l., quoad sensum, ap. Lyranum (II, 103r); ex Gregorio, *Moral.,* V, c. 10, n. 24 (PL 75, 691s.). 8 In *Decreto,* C. 24, q. 3, c. 14 (I, 994).

eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles fuerint, ab Ecclesia separentur ».

IV. *h.* Praeterea quaeritur de ordine corripiendi. Dicitur ibi [1]: *Adhibe unum testem.* Contra quod videtur dici in Deut. 19, 15: *In ore duorum vel trium stat omne verbum.*

i. Praeterea, dicit Apostolus [2]: *Peccantem coram omnibus ar-*
A 149a *gue.* De quo quaeritur utrum intelligatur de peccato || occulto aut manifesto. Si de occulto, qualiter adhibebit unum vel
E 271r duos ? || Videretur enim crimen prodere [3]. Si de manifesto, contra: Ambrosius [4] dicit quod de occulto intelligendum est.

k. Praeterea, non videtur quod Dominus observaverit hunc ordinem cum dixit [5]: *Qui intingit mecum manum* etc. Similiter non videtur beatus Petrus observare, Act. 5, 1-10, de Anania et Saphira, quos statim excommunicavit.

V. *l.* Praeterea, quaestio est: cum nullus sit idoneus ad corripiendum alium, qui maculam criminis habet, ut in Luc. 6, 41: *Quid autem vides* etc., ubi dicitur [6]: « Vere peccans peccantem castigare non valet »: estne simile de docente ? Dicunt [7] enim quod bene licet [eum] docere, sed non praedicare aut corripere, qui est in crimine manifesto. — Sed contra, in Psalmo: *Peccatori autem dixit Deus,* Glossa [8]: « Praesumis *testamentum meum per os tuum* pollutum praedicare ? Quasi dicat: Nec sancta verba pollutus praesumat docere; etsi legere: non enim negatur lectio corrigendis ».

VI. *m.* Praeterea, videtur quod omnis peccator peccet consecrando. Dicitur enim Levit. 21, 21, super illud: *Omnis qui habuerit maculam,* Glossa [9]: « Quisquis cuilibet istorum vitio-

1 corrigantur *Decr.*, corripiantur *codd.* 3 Dicitur] enim *add.* BT. 5 trium] testium *add.* E. 6 omnibus] te *add.* P. 8-9 occulto... de *om.* (*hom.*) B. 9 duos] testes *add.* E. || Vider. enim] videtur enim PT, quia videtur sic E. 11 observaverit] servaverit T, observavit AP. 13 b. Petrus *mg. pro* sic P, *om.* beatus B. 15 cum *et* sit *om.* P. 16 habet *om.* B. || in *om.* E. 17 vides] festucam *add.* E. 17-18 peccantem] arguere non valet vel *add.* E. 19 sed n. praedicare] pred. non licet E. 21 Glossa *om.* B. 22 dicat *om.* ABP. 23 pollutus] non *add. mg.* B. 25 Praeterea] postea A.

1 Matth. 18, 16. 2 I Tim. 5, 20. 3 Cf. *Decretum,* C. 2, q. 1, c. 19 (I, 447); ex August., *Sermo 82,* c. 7 n. 10 (PL 38, 510). 4 Ambrosiaster in h. l.: « Non facile credi debet de presbytero crimen. Si probetur tamen, aut sit manifestum... publice praecipit arguendum » (PL 17, 479 C). Cf. potius Augustinus, l. c. nota 3. 5 Matth. 26, 23; Marc. 14, 20. 6 *Glossa ordin.* in h. l. (PL 114, 265 B). Cf. *Decretum,* C. 3, q. 7, cc. 3-7 (I, 526ss.). 7 Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* II, t. 29, c. 4, q. 3 (f. 109c-d); *Summa Hales,* III-2 n. 605. 8 Lombardi in Ps. 49, 16 (PL 191, 480 A). 9 *Ordin.* in h. l. (PL 113, 359 C).

rum || subditur, panes Domino offerre prohibetur, ne aliena T 164 d
delicta diluere non valeat, quem adhuc propria delicta devastant ».

n. Respondemus quod quaedam correptio est ex officio, quaedam ex zelo. Tenentur ergo praelati tantum ex officio ad hoc praeceptum; omnes vero zelo caritatis. — Spectat autem hoc modo ad praelatos: *Si peccaverit in te*, id est te sciente per famam parvulam, *corripe eum inter te et ipsum*. Si non audierit, adhibendus est unus testis aut duo. Si iterum non audierit, debet de suo officio inquirere, sicut in Gen. 18, 21: *Descendam et videbo si clamorem opere compleverint*. Si vero non sint testes, potest cogere ad purgationem. Qualiter autem fiat purgatio, habetur in canonibus[1]. — Hoc autem modo spectat ad omnes: *Si peccaverit in te frater tuus*, id est te solo sciente vel paucis, *corripe inter te et ipsum*, de occulto; sin autem adhibe aliquos qui velint prodesse et non obesse. Hoc enim non est prodere crimen. Est enim aliquis proditor criminis, si indiscrete, si malitiose, scilicet causa detractionis, si inordinate fratrem suum || corripiat. Si vero non corrigatur, tunc est dicendum P 204 b
Ecclesiae; non in forma accusationis semper, sed denuntiationis.

o. Ad illud quod obicitur, si habens crimen possit corripere, dividendum est: aut est crimen occultum, aut manifestum, quod scandalum ei qui corripitur possit facere. Si primo modo, potest corripere; maxime si spectet ad ipsum de officio. Non est tamen idoneus: idoneitas enim attenditur cum bona vita, cum scientia corripiendi, est in eo qui corripit. Dissimilitudo enim debet esse corripientis ad correptum, ut sic per correptionem ad similitudinem trahatur.

p. Hoc autem praeceptum, ad quod omnes tenentur, non est respectu omnium in quocumque casu. Licet enim fratris sit corripere fratrem, non tamen subditi praelatum. Corri-

1 subditur *corr. in* subiceretur A^2, subduntur P, subicitur *Glossa.* || prohibetur] prohibentur P. || ne] nec B. 2 diluere] delere E. || non *om.* BPT. || valeat] valeant P, *om.* B. || quem] quos P. 4 correptio] correctio BEP. 5 ergo] enim PT. 6 vero] ex *add. interl.* B, tenentur *add.* E. 7 te] etc. *add.* A. 8 corripe] corrige AEPT. || eum *om.* BEPT. || non] vero PT. 9 adhibendus... duo] adhibe unum testem vel duos T, vel *pro* aut P. || Si] vero *add.* T. || non *om.* PT. 10 sicut in *om.* T. 12 sint] sunt T. [fiat] sit T. 17 Est] cum P. 17-18 si... si^1] non... sed APT. 20 non in forma *om.* T. 21 illud] id PT. || obicitur] queritur E, quod *add.* P. 22 dividendum] distinguendum PT. 24 modo] tunc *add.* T. || maxime] vero *add.* B. || spectet] pertinet B. 25 Non] si PT. || enim] tamen B, autem EPT. 26 cum *corr. in* et B. || scientia] conscientia PT. 30 enim] autem A.

1 *Decretum* Gratiani, C. 2, q. 5 (I, 455-465).

piens enim, ut huiusmodi, superiorem gradum tenet respectu correpti. In periculo tamen fidei, vel in crimine haereseos, unusquisque tenetur respectu uniuscuiusque, sed cum discretione. Sicut accidit de Lanfranco[1], qui, cum esset monachus Beccensis, de licentia abbatis ivit ad concilium ad convin-
A 149b cendum Berengarium, || quia tunc fides quoad quemdam articulum periclitabatur in gallicana Ecclesia. Monachi tamen et viri religiosi, quorum tamen non est officium praedicandi, absoluti sunt a generali correptione propter maius bonum, licet teneantur in casu.

q. Si vero quaeratur de Domino, quare non observavit hunc ordinem circa Iudam, respondemus quod quatuor sunt causae propter quas non competebat correptio secundum hunc ordinem: una, quia erat obstinatus; secunda, quia poterat praesumi ut quem non moverant visa miracula, non moveret tam brevis correptio; tertia, ne verbo Dei fieret iniuria, ne margaritae spargerentur ante porcos, Matth. 7, 6; quarta, quia scientiam habebat, qua poterat nosse hoc esse maximum peccatum. Unde dicitur in Eccli. 12, 13: *Quis medebitur incantatori percusso a serpente?* — Sed quomodo verum est tunc illud Ioan. 18, 9: *Pater, non perdidi ex eis quemquam?* Solvitur per illud Ioan. 17, 12: *Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Dividendum est ergo, quod aliud est ex parte passiva, aliud ex parte activa. Licet enim filius perditionis perierit ex eis, non tamen ipse perdidit: non enim ex parte sui erat defectus, vel quoad operationem divinae naturae vel humanae.

r. Ad illud vero quod dicitur ad Philip. 1, 18, respondemus quod 'annuntiatio' ad duo potest habere respectum: vel ad annuntiatum, vel ad annuntiantem. Quantum est ex parte annuntiati, placet huiusmodi opus; non quantum est ex parte annuntiantis, cum in crimine fuerit.

2-8 fidei... tamen[1] *om. (hom.) ac inde supplevit:* fidei unusquisque tenetur respectu cuiuslibet B. 2 in[2] *exp.* E, *om.* P. 7 gall. Ecclesia] gente gallicana T. 8 tamen[1]] vero T. 9 correptione] correctione P. 11 quaeratur] queritur T. 13 quas] quod B. 16 correptio] correctio P. || ne[2]] nec PT, id est *praem.* E. 17-18 scientiam] conscientiam B. 19 in *om.* A. 20 tunc *om.* B. 21 Solvitur] resp. E. || per illud] in B, super illud PT. 22 Dividendum *corr. in* dicendum B, distinguendum PT. 23 passiva] et *add.* P. 25 sui] non *add.* AP. 27 dicitur] obicitur T. 28 habere *om.* P. 29 vel[1] *om.* PT. 30-31 annuntiati... parte *om. (hom.)* P. 30 non *om.* B, tamen *add.* ET. || est *om.* A. 31 annuntiantis] non placet *add.* B.

[1] Cf. *Vita beati Lanfranci*, auctore Milone Crispino, c. 3, n. 8 (PL 150, 36); ipse Lanfrancus, *De corp. et sang. Domini*, c. 4 (PL 150, 413).

s. Nec || est simile de praedicare et docere et legere. P 204 c
Nam praedicare est propter opus; docere vero propter veritatem operis habendam: quorum utrumque spectat ad statum perfectionis, in iis dico quae pertinent ad veritatem pietatis; et propter hoc in neutro statu debet vir maculari crimine manifesto. Lectio autem est ut intelligatur veritas, quae potest fieri nullo consciente; et propter hoc non scandalizabit, ratione cuius scandali prohibetur docenti et praedicanti.

t. Si vero quaeratur de actu consecrationis, respondemus: dicitur quod in persona [Christi], generalis ministri Ecclesiae, verba consecrationis dicit; et quoad hoc non peccat. Sed quoad alias orationes peccare dicitur. Videtur tamen ex praedicta auctoritate generaliter intelligendum.

11. || **Nam venialia semper remittebantur** [871, 14]. Venialia E 271 v
dicebantur quae morte vel mutilatione membrorum non puniebantur in Lege; quae per sacrificia legalia purgabantur, ut Levit. 5, 6 et 7. Criminalia vero, quae morte puniebantur vel mutilatione; qualium rei erant omnes isti [1], etiam manifesti, nam aliter contra eos non fieret haec exceptio. Si enim occulte aliquod criminale commisissent, poterant manifeste peccatricem damnare.

12. || **Qui non prius se iudicant** [871, 16-17]. Psalmus *Confitebimur*, versus *Narrabimus*, Glossa [2]: « Prius est confiteri B 149 r
peccatum, per quod exinanimur malis; post invocare Dominum in auxilium, quo bonis implemur; tandem de pleno eructantes narrare possumus. Indevotus, si eum vocet, postulat iudicium ».

13. Doceat perseverantiam [871, 27]. Augustinus, libro *De poenitentia* [3]: « Adiuvet sacerdos confitentem orando, ele-

1 Nec] non A2, neque BE. 3 quorum utrumque *om.* A. 4 pertinent] spectant E. 5 statu] casu PT. 7 consciente] consentiente PT. 8 docendi et predicandi EP. 9 quaeratur] queritur T. 9-11 respondemus... consecrationis *om.* (*hom.*) P. 10 quod] qui *add.* B. || persona] personalis AE. 11 et *om.* A. 12 peccare] peccasse B, predicare P. 16 ut] in BE, ut in T. 17 vel] est B, et P. 18 omnes *om.* T. 19 contra] circa PT. 24 Dominum] Deum P (*Glossa*). 26 eum] enim P. || vocet] vocat B. 27 August.] in *add.* BPT. 28 confitentem] penitentem BPT, in *add.* T.

[1] De quibus agitur in littera, scil. scribae et pharisaei qui mulierem deprehensam in adulterio ad Iesum adduxerant, et audientes *Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat* (Ioan. 8, 7), *unus post unum exibant, incipientes a senioribus* (Ioan. 8, 9). [2] Lombardi in Ps. 74, 2 (PL 191, 699 B). [3] *De vera et falsa poenit.*, c. 20, n. 36 (inter opp. August. PL 40, 1130).

Num. 13-14: anon. V, f. 144d.

emosynas dando et cetera bona pro eo faciendo. Semper iuvet leniendo, consolando, spem promittendo; et cum opus fuerit, etiam increpando. Doceat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudii».

14. Habeat dulcedinem in affectione [871, 26]. Chrysostomus in originali[1] super Matth. 23, 4: *Alligant onera importabilia:* «Ubi pater fit largus, dispensator non debet esse
A 149 c tenax. Si Deus benignus, ut quid sacerdos eius || austerus vult apparere»?

T 165 a **15. Caveat ne corruat** [871, 27]. || In Levit. 5, 12: *Plenum pugillum hauriet*, dicit Radulphus[2]: «Peccatoris confessione suscepta et cognitis eius criminibus, si caritatis flamma in altari cordis succenditur, necesse est ut periclitanti compatiens, pro diluendis criminibus saltem brevi tempore coram Domino in precibus usque ad lacrimas compungatur», ne pro austeritate poenitentiae, in peius poenitens corruat praecipitium.

P 204 d **16. Restitui possunt qui || peccant** [872, 8]. I Causa, quaestione 7, *Quod pro remedio*[3], notatur quid sit dispensatio, quis possit dispensare, quibus de causis fiat dispensatio.

a. «Dispensatio est iuris communis relaxatio facta cum causae cognitione ab eo qui habet ius dispensandi. Dispensare autem est 'diversa pensare', scilicet omnia illa de quibus fit mentio» in illo capitulo: *Nisi rigor disciplinae*[4], scilicet «pro tempore, pro persona, intuitu pietatis et utilitatis, et pro eventu rei».

b. Sciendum est etiam «quod, ubicumque status Ecclesiae decoloratur, non potest dispensari; ubi autem non est eis prohibita dispensatio, possunt [episcopi] dispensare. Non autem

---

2 leniendo] et *add.* P. 4 fieri] esse E. 5 affectione] etc. *add.* P. 6 super] illud *add.* PT 7 non *om.* PT. 12 si *om.* B. 13 cordis *om.* T. || succenditur] succendatur PT. || necesse est] non est multum B. 15 compungatur] austeritate *add.* A. || ne] nec P. 16 praecipitium *om.* P, *exp.* A. 17 Causa *om.* E. 17-18 q. 7] q. vi. *codd.* 18 notatur] no. E. || quis] qui B, quidem P. 19 possit *om.* P. 22 est *om.* T. || scilicet] quia PT. 23 mentio] iurisdictio A. || scilicet] etiam P. 24 persona] et *add.* PT. || et[2] *om.* B. 27 dispensari PT (*Glossa*), dispensare ABE. 27-28 ubi... dispensare *om.* (*hom.*) E. 27 est] pro *add.* PT.

---

1 *In Matth. opus imperfectum*, hom. 43 (PG 56, 878); ex *Decreto* Gratiani, C. 26, q. 7, c. 12 (I, 1044). 2 Radulphus Flaviacensis, *In Levit.*, III, c. 7 (*Maxima Bibl. Vet. Patrum*, XVII, Lugduni 1677, 77 F). 3 *Decretum*, C. 1, q. 7, c. 7 (I, 430); sequentia vero leguntur in *Glossa* super dictum Gratiani ad c. 5: *Nisi rigor* (ed. Romae 1582, I, 794r). 4 *Decretum*, ib., dictum Gratiani ad c. 5 (I, 430).

Num. 16: Cf. Bonav., hic, dub. 6 (IV, 513s.).

possunt dispensare contra Evangelium aut praeceptum Apostoli, ut XXV, quaestione 1, *Sunt quidam dicentes* [1] ». — « In quibusdam etiam casibus invenitur permissa dispensatio, in quibusdam prohibita » respectu quorumdam criminum. « Quandoque enim dispensatur cum sacrilego, ut 50 distinctione, *Si quis* [2]; aliquando et cum haeretico, ut 50 distinctione, *Presbyteros* [3]; aliquando cum adultero, ut *Extravagantibus I*, De iudiciis, *At si clerici* [4]; aliquando cum simoniaco: quandoque in beneficio, quandoque in Ordine, ut I, quaestione 5, 1 capitulo [5]; aliquando cum schismatico, ut 50 distinctione, *Ut constitueretur* [6]; cum homicida, in beneficio, ut *Extravagantibus II*, De clerico [7], sed non officio, ut distinctione 50, *Miror* [8].

c. « Fit autem dispensatio cum hoc exigit utilitas vel necessitas, ut I, quaestione 7, *Tali* [9]; quandoque quia timetur maius malum, ut XXXV, quaestione 3, *Quod scripsi* [10]; quandoque propter futurum bonum, ut cum [cum] haereticis dispensatur, ut facilius revertantur, ut XXIII, quaestione 4, *Ipsa pietas* [11]; quandoque propter multitudinem et scandalum vitandum, ut distinctione 50, *Ut constitueretur* [12].

DISTINCTIO XX.

1. Sciendum est igitur [872, 27]. **Poenitentiam dare possumus** [873, 7-8]. Notandum quod aliud est indicere, aliud consulere, aliud iniungere. Indicit sacerdos sive innotescit exsistenti in extremis, ut infra, cap. *Solet etiam quaeri* [877, 20], in

2 ut... q. 1] .v. q. v. q. 1 A, ut v. q. 1 BE, ut. v. q. v. PT. || quidam dicentes *Glossa*, qui dicunt *codd.* 5 cum *om.* A. 6 et *om.* BEPT. || ut *om.* PT. 7 ut] in *add.* BPT. 9 5 *om.* PT. 10 cum[1] *om.* P. || ut *om.* T. 13 vel] aut T. 15 scripsi] scriptura *codd.* 19 Ut *om.* BP. 21 igitur] etiam *Lomb.*, *om.* P, xx. dist. *add.* P. 23-24 exsistenti *om.* T. 24 etiam *om.* E.

[1] *Decretum*, C. 25, q. 1, c. 6 (I, 1008). [2] *Decretum*, d. 50, c. 22 (I, 186). [3] Ib., c. 32 (I, 191). [4] *Decretales*, compil. I, lib. II, tit. 1, c. 6 (p. 30); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 240) [5] *Decretum*, C. 1, q. 5, cc. 1-2 (I, 423s.). [6] *Decretum*, d. 50, c. 25 (I, 187). [7] *Decretales*, compil. II, lib. V, tit. 8: De clericis pugnantibus in duello, c. 1: *Henricus* (p. 217); compil. Greg. IX, ib., tit. 14, c. 2 (II, 805). [8] *Decretum*, d. 50, c. 4 (I, 178). [9] *Decretum*, C. 1, q. 7, c. 17 (I, 434). [10] *Decretum*, C. 35, qq. 2-3, c. 20: *Quaedam Lex... Quod scripsi* (I, 1268s.). [11] *Decretum*, C. 23, q. 4, c. 24 (I, 909s.). [12] *Decretum*, d. 50, c. 25 (I, 187).

Num. 1: anon. V, f. 145a. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 4 (IV, 542).

eadem distinctione, ubi dicitur: « Non est imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda » [877, 24-25]. Consilium dat volenti poenitere, ut supra, XVI distinctione, cap. *Et sicut sunt digni fructus* [842, 10], ubi dicitur: « Interim quidquid boni facere potest, hortamur [ut faciat], ut Deus cor illius illustret ad poenitentiam » [842, 20-21]. Iniungit poenitenti voluntarie, ut infra, eadem distinctione, cap. *Si vero quaeritur* [875, 8]. Quod ergo hic dicitur, 'poenitentiam dare possumus', de innotescentia poenitentiae intelligitur, non de iniunctione.

2. Cum poenitentia quae in fine agitur [873, 17-18]. In Levit. 6, habetur quod pinguius fuit sacrificium in vespere quam in mane [1]. Si ergo in poenitentia sacrificatur cor poenitentis Deo, videtur quod acceptabilius sit sacrificium poenitentiae in fine vitae quam in tempore praecedenti. — R e s p o n d e m u s: dicitur sacrificium in vespere 'acceptabilius' [873, 19],
P 205a || quia per 'matutinum' intelligitur conversio poenitentis, per 'vespertinum' perseverantia finalis eiusdem in poenitentia. Non ergo ex hoc habetur quod poenitentia quae tantum est in fine, sit acceptabilior illa quae continuatur usque in finem.

3. In quacumque hora ingemuerit [873, 20]. C o n t r a, Mich. 3, 4: *Clamabunt et non exaudiam*, I n t e r l i n e a r i s [2]: « Sera poenitentia »; et idem habetur in G l o s s a [3]. Sed si non
A 149d exauditur poenitens, non est eius || poenitentia acceptabilis; nulla autem magis 'sera' quam ea quae in fine vitae; ergo non est Deo acceptabilis. — R e s p o n d e m u s: loquitur de poe-
E 272r nitentia illa quae fit in fine || vitae ex timore poenae; talis non exauditur a Domino. Illa enim sola est acceptabilis, quae fit ex Dei amore, ut hic habetur in textu [874, 1].

1 eadem] dictione vel *add.* P. 3 cap. *om.* A. 5 illius] eius PT. 6 poenitentiam] penitentiam *add.* PT. 7 cap. *om.* PT. 8 Quod] quando P. 12 sacrificatur] sacrificetur B. 14 tempore *om.* T. 17 perseverantia *om.* B. || eiusdem *om.* T. || in *om.* B, sua *add.* E. 18 habetur] sequitur E. || tantum est *om.* E. 19 acceptab.] quam *add.* E. 20 In] et *Lomb.* || ingemuerit] peccator etc. *add.* PT. || Contra *om.* P, in *add.* BEP. 23 exauditur] auditur T. 24 ea] illa E. || vitae] est *add.* E. || ergo] et sic E. 26 talis] vero *add.* PT. 27 est *om.* B.

1 Non invenimus hoc dictum in *Glossa* super h. l. Cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 140, 2: « In Lege namque sacerdos iugiter et mane et vespere offerebat, sed quod in vespere offerebatur dignius erat » (PL 191, 1235 D), scil. holocaustum, quod tota nocte cremabatur iuxta legem Levit. 6, 9. 2 In h. l., ap. Lyranum (IV, 379v). 3 Non invenimus.

Num. 2: anon. P, f. 129r; anon. Tr, f. 182d; anon. V, f. 145b. — Num. 3-4: anon. P, f. 129r; anon. Tr, f. 182d; anon. V, f. 145b. Cf. Alb. Magnus, hic, aa. 3-4 (XXIX, 832s.); Bonav., hic, p. 1, dub. 2-3 (IV, 527s.).

4. Arbitrii enim quaerat libertatem [873, 26-27]. Contra: omne meritorium subest libero arbitrio; ergo meritorium dimissionis peccati quoad poenam. Ergo potest conteri in ultima necessitate, ita ut deleatur peccatum, ut infra in eodem capitulo: « Nisi forte tanta » [874, 27]. Qualiter ergo dicit quod quaerenda est libertas arbitrii? — Respondemus: loquitur de libertate quoad usum in motibus exteriorum membrorum, quibus possit poenam iniunctam peragere; talem autem non habet ille in articulo mortis. Nihilominus tamen habet usum interiorem, qui consistit in contritione. Vel potest adhuc dici de interiori, quia aliquando interius vincit passio super voluntatem, aliquando e converso; cum tanta est violentia passionis mortis, ut non possit voluntarie dolere pro peccato, dicitur 'sera poenitentia', nec tunc absolute habet usum interiorem liberi arbitrii.

5. Timendum est de poenitente sero [874, 5]. In Levit. 5, 11: *Si non quiverit manus eius*, dicit Radulphus[1]: « Qui peccata sua nec probabilius vivendo corrigere, nec saltem ea digne deflere potest: puto verecundia exigit ut quasi indignum se divina misericordia iudicet, nec impudenter et quasi libera fronte eam exigat. Petat, quasi non petendo; speret, sed quasi non sperando; dum se indignum venia confitetur, et sola tamen Dei misericordia fieri posse credat ut salvetur ».

6. Remunerare ex misericordia [874, 11]. *a.* Contra: in omni opere Domini est misericordia et veritas[2]; in quo ergo in iustificatione impii est iustitia? — Praeterea, si potest 'ex

---

2 meritorium²] meritum PT, et *praem.* E. 3 conteri] dicatur *add.* P. 4 ut¹] quod T. 8 poenam] penitentiam BPT. || autem *om.* B. 11 quia] quando T. || interius *om.* T. 13 pro] de EPT. || peccato] peccatis E. 16 poenit. sero] penitentia sera E, *om.* sero PT. 17 non quiv.] nequeverit PT. 18 vivendo] timendo T. || nec] ut P. 19 potest] preterea P. || quasi *om. Rad.* || indignum] est *add.* A. 20 nec ABE (*Rad.*), ne PT. 21 sed *exp.* B. 22 dum] et *add. Rad.* 22-23 sola tamen] veniam tamen (sola *interl.*) B, sola tantum P, *om.* tamen T. 23 ut] quod E. 24 ex] Dei *add.* PT.

---

[1] Rad. Flaviacensis, *In Levit.*, III, c. 7 (*Maxima Bibl. Vet. Patrum*, XVII, 77 D). [2] Ps. 24, 10: *Universae viae Domini misericordia et veritas;* Lombardus in h. l.: « Quae duo... in omni opere Domini simul sunt » (PL 191, 256 B).

Num. 5: anon. P, f. 129v. — Num. 6: anon. P, f. 129v; anon. Tr, f. 182d-183a; anon. V, f. 145b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract., de sacramentis*, n. 290; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, I, tr. 1, c. 14, q. 6 (f. 33b-c); *Summa Hales.*, I, n. 282 III et ad III; Bonav., d. 46, a. 2, q. 3 (IV, 964s.).

misericordia remunerare' etc., videntur obviare misericordia et iustitia: videtur enim quod simul sit aliquis damnabilis et remunerabilis.

b. Respondemus ad primum quod iustitia dicitur multipliciter: vel congruentia meritorum, et sic non dimittit ex iustitia culpam peccatori; vel veritas promittentis, sive condecentia bonitatis Dei. De primo habetur 1 ad Rom., 17: || *Iustitia revelatur de fide in fidem*, ubi dicitur [1] quod iustitia iustus
P 205b est, cum est verax in promissis. De reliquo || dicit Anselmus in *Proslogion* [2]: « Si punis malos, iustum est, quia eorum convenit meritis; si parcis, iustum est, quia tuae condecens est bonitati ».

c. Ad aliud dicimus quod non ex hoc habetur quod aliquis simul est remunerabilis et damnabilis, sed quod ipse potest simul remunerare et damnare; et remunerare ad misericordiam principaliter spectat, damnare ad iustitiam. Nec valet argumentatio ab activa ad passivam in hoc casu. Potentia enim activa ad remunerandum et damnandum eadem est in Deo; dispositio vero quae est ex parte recipientis, secundum prius et posterius.

B 149v **7.** || **Hic autem ignis** etc. [874, 19]. *a.* Videtur quod non debeat Dominus punire aliquem poena purgatorii pro veniali peccato. Dico autem peccatum veniale dupliciter: vel quod est in suo genere veniale, vel quod ex relaxatione fit veniale. Proportionalis enim debet esse poena delectationi culpabili, ut habetur Is. 27, 8: *In mensura contra mensuram;* et Apoc. 18, 7: *Quantum glorificavit se in deliciis, tantum date* ei *tormentum et luctum.*

b. Praeterea, secundum hoc videtur punire sine misericordia. Cum enim proportionalis esset poena temporalis culpae temporali, poena autem purgatorii improportionaliter habeat

1 etc. *om.* T. 2 sit *om.* A. 5 congruentia] convenientia A. || sic *om.* P. 6 peccatori] peccatorum PT. 9 cum est *corr in* et est B, est ergo P. || reliquo] reliquis T. 11 tuae *om.* P. 14 est] sit T. || sed] et PT. 15 et[2]] vel A, *om.* EPT. || remunerare[2]] renunciare A, remittere (vel remunerare *interl.*) B, *trp. p.* spectat (16) PT. 23 vel *om.* B. 24 suo] illo PT. || fit *om.* T. 26 In *om.* T. || et] in E. 27 deliciis] suis *add.* PT, *add. mg.* A[2]. || ei] illi *interl.* B. || luctum] luctus AE. 28 Praeterea] postea A. || secundum] ex PT. 29 enim *om.* A. || culpae] pene T.

Glossa Lombardi in h. l.: «Vel iustitia Dei est, quia quod promisit, dedit... Revelatur iustitia Dei, id est iustus apparet et verax» (PL 191, 1323 A-B). [2] Cap. 10 (PL 158, 233 B).

Num. 7: anon. P, f. 130r; anon. Tr, f. 183a; anon. V, f. 145b.

acerbitatem respectu poenae hic || temporalis, punit supra con- A 150a
dignum, non citra.

c. Respondemus quod aliter est de veniali in genere, et aliter de veniali per relaxationem. Nam illud quod est veniale per relaxationem non habuit simpliciter poenam temporalem hic sibi debitam; sed ex Dei misericordia erat ei debita vel haec poena temporalis vel purgatorii, ex iustitia autem poena aeterna. Sive ergo puniatur hac poena vel illa, punitur citra condignum. — Licet autem poena purgatorii non sit proportionalis delectationi peccati, est tamen comparabilis; et licet non sit proportionalis secundum proportionem poenae hic temporali quoad acerbitatem, est tamen proportionalis secundum proportionalitatem. « Est autem proportionalitas similitudo proportionum » [1]. Quae enim est proportio poenae temporalis hic debitae alicui peccato ad poenam temporalem debitam hic maiori peccato, ea est proportio poenae purgatorii debitae minori peccato ad poenam purgatorii debitam maiori peccato; non tamen est proportio poenae purgatorii ad poenam hic temporalem. — Ratio autem propter quam convenit poenam purgatorii esse acerbiorem improportionaliter poenae purganti hic, licet utraque sit voluntaria, est quia poena purgans hic est poena animae per compassionem ad corpus, poena vero purgatorii est poena ipsius animae immediate. Sicut ergo passibile improportionale passibili, ita passio passioni. Praeterea, poena temporalis hic simpliciter voluntaria, poena purgatorii voluntaria comparative.

d. Cum autem dicitur quod maior est poena delectatione peccati, falsum est, si accipiatur proportionalitas; si vero accipiatur proportionalis || comparatio, verum est. Non tamen P 205c
est proportionem assignare illius ad hanc. Neque simpliciter

1 hic] huius PT, istius E. || temporalis] quare *add.* E. || supra] contra A, super B. 2 non] ut A. 4 de veniali *om.* E. 4-5 Nam... relaxationem *om.* (*hom.*) B, *om.* illud quod est E. 5 habuit] habet T. 5-6 temporalem *om.* B. 6 sed *om.* P. || Dei] divina T. 7 vel[2]] pena *add.* E. 8 poena v. illa] vel hac pena T. 8-9 vel... poena *om.* (*hom.*) A, enim *pro* autem E. 12 hic] huic T. || proport.] proportionabilis E. 16 ea] eadem E. 17-18 debitae... purgatorii *om.* (*hom.*) B. 18 poenae *om.* E. 20 improp.] improportionabiliter EP. 21 hic] scil. pene temporali *add.* B. || est E, *om.* ABPT. 23 ipsius] ipsi P. 24 improp.] improportionabile E, est *add. interl.* B. 25 poena *om.* P. || voluntaria] est *add. interl.* B. 26 compative] comparatione PT. 28 prop.] proportionabilitas E. || si vero] enim P. 30 prop.] proportionalitatem PT. || hanc] illam T.

1 Euclides, *Elementa*, V, defin. 4: « Proportionalitas est similitudo proportionum » (ed. Venet. 1509, f. 32v).

respondet poena delectationi, sed ipsi deformitati. Sicut enim poena temporalis hic est multo minor deformitate quae fit per peccatum mortale - illa enim deformitas abstulit bonum infinitum magnitudine: qui enim caret gratia, caret summo bono,
E 272v quod est infinitum magnitudine - || sic poena purgatorii multo minor est, habita comparatione ad damnum deformitatis; immo, quod amplius est, acerbitas poenae aeternae multo minor est. Non enim qui habet poenam aeternam, omnem poenam habet; sed qui deformatur per mortale, omni bono privatur.

e. Sed quid dicetur de veniali in genere ? Numquid iuste punit Deus poena purgatorii ? — R e s p o n d e m u s: peccatum veniale remittit radicationem caritatis aut fervorem, et est dispositio magna ad carentiam caritatis. Unde, licet ex misericordia debeatur hic poena temporalis, nihilominus ex misericordia, licet non tanta, debetur poena purgatoria. Hoc autem est, ut « per incendium purgatorii scoria peccati excoquatur »[1].

8. Si vero quaeritur de illis [875, 8]; **ex iustitia vero impunitum** [875, 22]. Secundum hoc videtur quod non prosint suffragia Ecclesiae, cum propter omne peccatum puniatur peccator hic vel in futuro. Si vero prosunt suffragia, non autem satisfit pro culpa nisi per poenam: quae est poena ratione cuius Ecclesia satisfacit ? — R e s p o n d e m u s: sicut dolor proprius pro peccato est satisfactorius, ita dolor communis Ecclesiae universalis, plangentis peccata fidelium mortuorum et orantis pro ipsis cum gemitu, est adiutorius in satisfactione: non quod per se plene satisfaciat, sed [quod] cum poena poenitentis iuvet ad satisfactionem, sicut ex ratione suffragii potest haberi. Suffragium enim est meritum Ecclesiae, poenae alicuius diminutivum.

9. Quaedam enim peccata mortalia [876, 2]. *a.* Ex quo arguitur quod accidentale est mortali esse veniale; non ergo sunt

3 enim *om.* P. 7 est PT, *interl.* B, *om.* AE. 9 bono] caret et *add.* E. 10 iuste *corr. in* multo A^2, multos PT. 11 purgatorii] purgatoria E. 12 radicationem] radicem PT. || fervorem] fervoris T. 20 cum propter *om.* A. || puniatur] vel *add.* T. 21 prosunt] prosint PT. 22 quae] quod APT. 23 satisfacit] hic queritur *add.* E. 25 fidelium *om.* E. 26 quod] quia PT. 27 plene *om.* B. || iuvet] iuvat B.

[1] Rich. de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, c. 25 (PL 196, 1177 A).

Num. 8: anon. P, f. 131r. — Num. 9: anon. P, f. 131v; anon. V, f. 145d. Cf. *Summa Hales.*, II-2, nn. 271-274; Alb. Magnus, hic, a. 10 (XXIX, 842); Bonav., II, d. 42, a. 2, qq. 1-2 (II, 964ss.); hic, d. 16, p. 2, a. 3, q. 1; d. 17, p. 2, dub. 7 et d. 20, p. 1, dub. 6 (IV, 409s., 449, 528).

species oppositae. — Praeterea, non videntur in hoc differre mortale et veniale, quod mortale est dignum poena aeterna, veniale vero temporali. Si enim aliquis decedat in mortali cum venialibus, aut punitur in aeternum pro peccato veniali, aut non. Si punitur in aeternum, ergo per hoc non distinguitur; si non, ergo in inferno est aliqua culpae remissio.

b. Respondemus ad primum quod veniale dicitur dupliciter: vel quod in suo genere veniale est, et secundum hoc non potest veniale esse mortale nec e converso; nisi dicatur secundum illum modum secundum quem || dispositio potest fieri A 150b habitus. Sic enim veniale ex contemptu potest fieri mortale. Dicitur iterum veniale, cuius datur venia per contritionem; secundum hoc mortale potest fieri veniale.

c. Si vero quaeratur de differentia venialis in genere et mortalis quoad poenam, determinari potest per differentiam quam facit magister Hugo, *Ad Bernardum* [1], ubi dicit quod «mortale peccatum est reatus || cui, quantum in se est solum, P 205d debetur aeterna damnatio; veniale autem, cui, quantum in se est, fide media, debetur temporalis punitio». Cum ergo aliquis punitur poena aeterna pro venialibus, hoc non est pro ipsis in se, sed in quantum associantur mortali.

10. Si enim semper viveret, semper [876, 6-7]. Augustinus, XXI *De civitate Dei* [2], dicit: «Poena aeterna ideo iniusta et dura videtur sensibus humanis, quia in hac infirmitate deest sensus purissimae sapientiae, quo sentiri possit quantum nefas in illa prima praevaricatione sit commissum. || Quanto enim T 165c homo maiore felicitate fruebatur, tanto maiore impietate Deum dereliquit, et factus est malo dignus aeterno, qui hoc peremit in se bonum, quod potuit esse aeternum». Similiter potest intelligi de eo qui habet gratiam, et post cadit per mortale: in eo

1 Praeterea] postea A. 2 quod] quia P. 3 vero] pena *add.* T. 4 punitur] punietur PT. 5 punitur in aet.] sic E. || distinguitur] a veniali mortale *add.* E. 6 culpae] peccati T. 8 et secundum] sed P. 10 secundum] per PT. || dispositio *om.* B. || fieri] esse E. 12 per contr.] ex contritione T. 13 potest fieri] fit E. 14 quaeratur] queritur T. 17 in se] ad id vel in id P. 23 iniusta] multa E. 24 dura] dira A. 27 maiore²] iniquitate vel *add.* B. 28 et] sed quid etiam P. 28-1 (p. 356) qui... aeterno *om.* (*hom.*) B. 29-2 (p. 356) Similiter... aeternum *om.* (*hom.*) T.

1 Immo Rich. de S. Victore, *De differentia peccati mortalis et venialis* (PL 196, 1193 D).
2 Cap. 12 (PL 41, 726s.).

Num. 10: anon. P, f. 131v.

fit malo dignus aeterno, quia hoc in se perimit bonum, quod potest esse aeternum.

11. Si vero quaeritur [876, 10]; **omnino liberatus est** [876, 15]. Quaeritur, si discrete iniungat sacerdos pro posse suo, non tamen fuerit condigna poenitentia secundum quantitatem peccati, numquid in purgatorio perficietur? — Respondemus: licet satisfactum sit in foro Ecclesiae, non tamen in foro Dei. Sed illa relaxatio quae fit virtute clavium, cum poenitentia iniuncta peracta, potest supplere illud quod minus iniunctum est.

B 150r **12.** || **Sine quo non remittuntur** [877, 7]. Supple: mortalia; quia, ut dicit Glossa[1] I ad Cor. 3, 12: *Lignum, foenum, stipulam*, multi discedunt hinc cum venialibus, quae remittuntur in purgatorio. Si vero 'Ecclesia' [877, 5] accipiatur communiter, ut contineantur intra Ecclesiam etiam illi qui sunt in purgatorio, tunc verum est generaliter, quod extra Ecclesiam non remittuntur peccata.

13. Solet etiam quaeri [877, 20]; **innotescenda** [877, 25]. Quaeritur qualiter sit quantitas poenitentiae illis innotescenda et per quae verba. — Respondemus: per haec verba: «Qui ea commisit quae tu fecisti, debet taliter poenitere, sed exspectamus te quousque evaseris, ut *De poenitentia*, distinctione 6, *Qui vult*»[2].

14. Cum amicorum orationibus [877, 25]. Quaeritur quid sit relaxario, et utrum efficientiam habeat et quam; et utrum

---

2 potest *corr. in* potuit B. 4 discrete] indiscrete PT. || iniungat] iniungens B. 4-5 non... poenitentia] penitentiam, non tamen condignam peccato E. 5 quantitatem] qualitatem P. 6 Resp.] quod *add.* P. 9 peracta] est *add. interl.* B. 10 Supple *om.* P. 11 ad *om.* PT. 12 discedunt] decedunt PT. 18 illis] vel P. || et *om.* P. 6 per²] quod B. 20 Qui ea] que ei AT, que enim P. || tu *om.* P. 21 quousque] usque PT. || ut *om.* B. || De *om.* E. 24 efficientiam] efficaciam PT.

---

[1] I Lombardi in h. l. (PL 191, 1558s.). [2] *Decretum*, de poen., d. 6, c. 1 (I, 1242s.), ubi tamen praedicta non leguntur. Haec sumpsit Alex. ex *Glossa in Decretum*, C. 26, q. 7, c. 1: «Innotescenda est eis per haec verba: Propter ea quae tu commisisti, quae tu fecisti, taliter debes poenitere; sed exspectamus quousque evaseris, ut de poen. di. 6. Qui vult» (ed. Romae 1582, II, col. 1948).

Num. 11: anon. P, f. 132r. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 844); Bonav., hic, p. 2, dub. 1 (IV, 541). — Num. 12: anon. P, f. 132v. — Num. 14: anon. P, f. 133v-134v; anon. Tr, f. 183d-184a; anon. V, f. 145c-146b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 304-308; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 9 (f. 40d-42a); Phil. Cancellarius, *De relaxationibus* (cod. Duacen. 434 I, f. 79d-80a); Alb. Magnus, hic, aa. 16-22 (XXIX, 847-858); Bonav., hic, p. 2, qq. 1-6 (IV, 529-541).

tota per relaxationem possit remitti poena, et utrum Ecclesia in relaxationibus deludat.

I. *a.* Definitur sic: Relaxatio est maioris satisfactionis in minorem competens et discreta commutatio. Vel potius sic: Relaxatio est temporalis poenae debitae permissa diminutio.

b. Si autem quaeratur ad quid valeat, dicimus quod ad tria confert: ad purgandum, ad celeriorem || perceptionem Eucharistiae, ad commutationem maioris poenae in minorem. Inde versus : E 273 r

Commoda trina patent: properata solutio purgat,
Et sacramentorum velox perceptio, quodque
Praecipuum est, licite fit commutatio poenae.

c. Ad || efficientiam relaxationis sex exiguntur: auctoritas relaxantis, discretio in relaxatione, infirmitas poenitentis, devotio offerentis, necessitas loci, permissio sacerdotis qui poenitentiam iniungit. Inde versus : P 206 a

Si tibi permittit confessor, si tibi forte
Expedit atque loco devoto, cum sale praesul
Securum faciat; post haec oblatio fiat.

d. Temporalis autem poena, cuius fit relaxatio, dupliciter potest minui: vel quoad durationem, vel quoad modum.

II. *e.* Quod autem relaxatio habeat efficientiam in Ecclesia, habetur II ad Cor. 2, 10: *Cui donastis, et ego: nam et ego donavi, si quid donavi, in persona Christi*, Glossa[1]: « Idem est acsi Christus donaret ». Sed si Christus totum condonasset, totum esset condonatum; ergo et si Ecclesia condonat, similiter. — Praeterea, si relaxatio fit in parte poenitentiae, quoad hoc fit condonatio; eodem modo || videtur quod, si totius fiat relaxatio, totius fiat condonatio. A 150 c

f. Praeterea, Ecclesia universalis non peccat: quod patet, quia Dominus oravit pro ea, Luc. 22, 32, quod non deficeret

1 tota *om.* P. || remitti] dimitti T. || et *om.* P. 2 deludat] deleat P. 5 temporalis *om.* B. 6 quaeratur] queritur PT. 9 Inde] unde PT. 10 patent] parat T. 13 efficientiam] efficaciam PT. 14 relaxantis] relaxationis E. || in relaxatione] relaxationis PT. 16 Inde] unde BPT. 18 atque] absque P, *quod corr.* T. || devoto] devotio *codd.* 21 durationem *corr. in* devotionem A^2. 22 efficientiam] efficaciam BPT. 24 donavi[1] *om.* E, etc. *add.* P. 25 totum] totam B. 27-7 (p. 399) Praeterea... perpetuus *om.* B. 27 si] etsi E. 28 quod *om.* T. 29 relaxatio... fiat *om.* (*hom.*) PT. 31 quod] ut T.

1 *Interlin.* in h. l., ap. Lyranum (VI, 63v).

fides eius in persona Petri; et in omnibus *exauditus est pro sua reverentia*, ut ad Hebr. 5, 7. Ergo Ecclesia non mentitur promittendo huiusmodi indulgentiam.

g. Praeterea, cum sic dát episcopus indulgentiam, obligat totam Ecclesiam sibi subditam ad satisfaciendum pro poenitentibus; sed tota Ecclesia potest satisfacere, secundum quod membrum membro compatitur.

h. Contra, ad Tim. II, 2, 13: *Fidelis est* Deus, qui *se ipsum negare non potest*, Augustinus[1]: «Ex quo se nequit negare et est iustus, non potest quin plus puniat eum qui plus deliquit, et qui minus, minus». Sed in talibus indulgentiis aeque dimittitur omnibus eleemosynam facientibus; ergo Deus non esset fidelis.

i. Praeterea, «aut Deus punit, aut homo»[2] [875, 22-23]; sed homo non, cum inaequale sit delictum et aequalis poena; ergo Deus puniet. — Item, Is. 40, 2: *Dimissa est iniquitas illius, suscepit* enim *duplicia*, Glossa[3]: «Tormentum in corpore et in anima». Non ergo dimittitur peccatum sine duplici poena; non ergo valet relaxatio, cum nulla sit poena ex parte corporis.

k. Praeterea, pauci sunt in Ecclesia quorum merita sibi sufficiant et quos non oporteat transire per purgatorium; non ergo potest Ecclesia tot satisfacere quot promittit indulgentias. — Dicitur etiam Matth. 25, 9: *Ne forte non sufficiat nobis et vobis*, quod videtur dici in persona perfectorum; ergo etiam pro perfectis non reputat quod sufficiant merita, et ita non reputat quod pro aliis sufficiant. Qualiter ergo tribuit huiusmodi indulgentias?

III. *l*. Praeterea quaeritur an possit Ecclesia plene absolvere aliquem pro susceptione crucis, ita quod, si decederet, evolaret. Quod non videtur, quia peccato poena debetur; et qui peccavit, iustum est ut puniatur; restat ergo quod non evolabit, cum nullam peregerit poenitentiam.

---

2 reverentia] in omnibus *add.* AEP. || ut *om.* P. 3 indulgentiam] indulgentias EP. 4 sic *om.* PT. || indulgentiam] indulgentias P. 8 Deus] Dominus E. 13 esset] est PT. 14 Praeterea] postea A. 18 in *om.* T. 20 Praeterea] postea A. 22 Ecclesia *om.* T, pro *add.* EPT. || satisfacere] pro *add.* E. 24 etiam] ecclesia EPT. 31 restat... non] non ergo T.

---

[1] Non invenimus. Cf. *Enarr. in Ps. 44* (8), n. 18: «Sed non puniat peccatum? Sed non potest. Puniendum est peccatum... quia impunita esse peccata non possunt» (PL 36, 505); Alex., *In I Sent.*, d. 43, n. 11 (p. 443). [2] Cf. supra, d. 14, n. 14 (p. 220); d. 18, n. 4, in fine (p. 325). [3] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 70r).

m. Praeterea, indiscrete videtur fieri absolutio ab omni poena. || Nam, ut dicit Hieronymus[1], « non sanat oculum, quod sanat calcaneum ». Cum ergo diversa sint genera peccatorum, convenit ut diversae sint poenae. Qualiter ergo eadem poena pro omni genere peccati iniungitur ? P 206 b

IV. *n.* Praeterea, cum fiunt relaxationes a praelatis vel a domino Papa, quod 'quicumque contulerit [unum denarium] fabricae huius ecclesiae, remittimus ei tertiam partem iniunctae poenitentiae', et ille conferat: remittiturne ei tota poenitentia, si tres denarios conferat ? Si non, tunc videtur Ecclesia deludere conferentes.

o. Similiter quaeritur: iste potest ex vi clavium remittere vicesimam partem poenitentiae huic peccato debitae; sed haec vicesima est aequalis vel maior alia poena alteri peccato debita; ergo haec vicesima potest remittere || illud totale peccatum. — Praeterea, si poenitentia potest ita resolvi in aliquotas ex vi clavium, cum oblationibus adiunctis tota poterit remitti poenitentia. T 165 d

p. Respondemus: concedendum est quod relaxationes efficientiam habent, et quod quantitati peccati respondet quantitas poenae. Deus enim remittit peccatum delendo culpam, et commutat poenam aeternam in temporalem. Sacerdos vero de temporali relaxat; et sic intelligitur illud Ioan. 20, 23: *Quorum remiseritis peccata*. Homo vero dicitur delere peccatum satisfaciendo pro se et in se et in alio. — Ad hoc autem quod relaxatio per quam in alio satisfacit recte fiat, exigitur fides vel intentio dantis: oportet enim ut credat ab Ecclesia posse fieri huiusmodi relaxationem; recta aestimatio: non enim pro obolo vel quantolibet fit quantacumque relaxatio. Facienda autem est huiusmodi aestimatio: quantum vellet dedisse ut absolveretur a tertia parte poenitentiae. Et si tantum dederit, existens in caritate aliisque convenientibus, tunc fit relaxatio; alioquin esset iniustitia, cum omni peccato poena propria de-

1 Praeterea] postea A. || fieri *om.* T. 5 iniungitur] iniungetur E. 6 Praeterea] postea A. || vel *om.* P. 7 Papa] dicitur *add. mg.* T. 8 fabr. huius] huic fabrice T. || remittimus] remittitur PT. || ei *om.* AE. 9 ei] illi PT. 15 totale] totum EP. 16 aliquotas] aliquo *deinde lacuna* T. || ex vi] ratione vis E. 17 cum] tunc E. 20 efficientiam] efficaciam PT. 22 poenam *om.* A. 22-23 Sacerdos... relaxat] sacerdotes... relaxant T. 25-26 Ad... alio *om.* (*hom.*) P, alium *pro* alio E. 27 credat] credas P. 28 aestimatio] estimatione T. || non enim] voti P.

1 Ps.-Hieron., *In Evangelia*, Marc. 9, 28 (PL 30, 616 C).

beatur. Dicitur enim in Matth. 3, 8: *Facite dignos fructus poeni-*
A 150d *tentiae;* Glossa[1] dicit quod non || eadem sarcina imponenda est ei qui plus et ei qui minus deliquit. — Sed secundum hoc videtur quod praelati deludant. Respondemus quod non, quia omnia ista subintelligunt vel subintelligere debent; expressa vero multoties nocent. Trahendi autem sunt poenitentes ad quantulamcumque satisfactionem.

q. Ad illud quod obicitur, utrum Ecclesia ratione perfectorum possit satisfacere pro aliis, respondemus quod potest, quoad adiutorium, non quoad plenam emendam. — Sed quid est quod etiam parentibus defunctis iam conceditur huiusmodi relaxatio[2]? cum non sint de foro Ecclesiae, sed iam inciderunt *in manus Dei viventis*[3], et Dominus dicit[4]: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* — Respondemus: solum ille qui est ponderator spirituum novit quanta poena cui peccato debeatur, nec expediret saepe homini ut sciret. Possunt ergo qui vadunt in caritate in succursum Terrae Sanctae in tanta
P 206c esse devotione || et eleemosynis, ut et ipsi ab omnibus peccatis
E 273v liberati, parentes suos liberent a purgatorio, || pro eis satisfaciendo.

r. Ad illud vero quod obicitur de suscipiente crucem pro omni suo peccato, dicimus quod maxima poena est obligari voluntarie ad periculum mortis pro fide Christi vel pro adversariis fidei impugnandis. Potest ergo fieri quod ex passione Christi et ex meritis Ecclesiae, cuius unitas in fide consistit, ex hac poena generali satisfactum sit quoad Deum, sed non quoad forum Ecclesiae. Nec est contrarium, quod secundum hoc non teneretur ulterius ad peragendum iter sibi iniunctum, si evaderet, cum reliquum sufficiat: unum enim est quoad forum Dei, alterum quoad forum Ecclesiae.

---

6 autem] enim E. 8 illud] aliud PT. 9 potest] primo *add.* PT. 10 quoad[1]] quo A. || non *corr. in* secundo A. 11 est *om.* P. || parentibus] pereuntibus E, in penitentibus P. || def. iam *trp.* T. 14 ego] eius P. 16 ut] quod E. 17 Sanctae *om.* AE. 23 vel *om.* PT. 25 consistit] et *add.* AE. 27 contrarium] contra EPT. 28 teneretur] tenentur AET, tenetur P. 29 reliquum] sibi *add.* E. || est *om.* PT.

---

[1] *Ordin.* in h. l.: « Non enim par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccavit, et eius qui gravius cecidit »; ap. Lyranum (V, 14r). Eadem in Luc. 3, 8, ap. Lyranum (V, 134r); ex Beda in h. l. (PL 92, 353 C). [2] De huiusmodi innovatione (*iam conceditur*) nihil reperire potuimus. Cf. etiam N. Paulus, *Geschichte des Ablasses im Mittelalter*, II, Paderborn 1923, 160ss. [3] Hebr. 10, 31. [4] Ps. 74, 3.

s. Ad illud vero quod quaeritur, utrum possit fieri relaxatio sine aliqua poena illius cui fit, dicimus quod non. Oportet enim ad minus quod contritionem habeat, et praeter hoc, aliquam poenam sensibilem.

t. Quod autem obicitur de vicesima, dicimus quod non sequitur. Non enim si pro tanto potest remittere vicesimam partem poenitentiae, ergo pro vigesies tanto poterit totam remittere. Est enim ista remissio intelligenda secundum proportionem geometricam, non arithmeticam. Verbi gratia, in prima emenda remittitur vicesima pars; in secunda, vicesima residui, non tanta quam ea prius, et sic semper descendendo.

15. Pariter etiam [878, 3]. Ut 50 distinctione, *Poenitentes* [1]. Item nobilitatis, 41 distinctione, *Non cogantur* [2]. Item paupertatis, in *Extravagantibus II*, De sententia excommunicationis, cap. ultimo [3]. Item inimicitiarum, in *Extravagantibus I*, De sententia excommunicationis, cap. ultimo [4].

16. Sciendum est [878, 8]; **tempora definire** [878, 14]. In originali [5]: « Apud quem nullas patitur veniae moras [vera] conversio ». Unde videtur accipi quod, si qui absolvi desiderent voluntate plena, sine mora, non obstante appellatione [absolvendi] sunt, ut *Extravagantibus I*, De appellationibus, *Qua fronte* [6].

17. Prodesse debeant [878, 16]. Quaeritur hic: numquid credendum est simplici verbo illorum aut alicui soli testi, cum hic loquatur de pluribus? — Quod soli credendum est, argumentum est quod nulli cedit in praeiudicium, ut *De consecratione*, distinctione 4, *Cum itaque* [7].

18. Non debet presbyter [878, 26]; **Cuiuscumque poenitentis publicum crimen est** [879, 3]. Aliter est in peccatis occultis de

10 residui] ea *add.* P. 11 quam ea] quanta PT. || et *om.* P. || descencendo] decrescendo EP. 14 in] ut E. 15 cap. *om.* E. || in] ut E, ut in T. 18 nullas] nulla APT. 20 sine] sub A. || obst. appellatione] ob. ap. *codd.* 21 ut *om.* PT. 23 debeant] debebunt *Lomb.* || hic *om.* T. 24 cum] cur P. 25 loquatur] loquitur P. 29 est[1] *om.* T. || in] de T.

[1] *Decretum* Gatiani, d. 50, c. 63 (I, 201). [2] Ib., d. 41, c. 3 (I, 149). [3] *Decretales*, compil. II, lib. V, tit. 18, c. 15 (p. 224); compil. Greg. IX, ib., tit. 39, c. 26 (II, 898). [4] *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 34, c. 16 (p. 146); compil. Greg. IX, ib., tit. 39. c. 11 (II, 892). [5] Leo Magnus, *Epist. 108*, c. 4 (PL 54, 1013 A). [6] *Decretales*, compil. I, lib. II, tit. 20, c. 41 (p. 54); compil. Greg. IX, ib., tit. 28, c. 25 (II, 417s.), [7] *Decretum*, de cons., d. 4, c. 112 (I, 1396).

Num. 18: anon. P, f. 134v. Cf. Bonav., hic, p. 2, dub. 5 (IV, 542s.).

quibus episcopus iniunxit poenitentiam. Nam in illis, inconsulto episcopo si necessitas fuerit, potest sacerdos reconciliare poenitentem. — Nota autem quod est reconciliatio publica et privata. Publica solus episcopus potest reconciliare, ut XXVI, quaestione 6, *Si iubet*[1]. Privata autem sacerdos potest reconciliare, ut in eadem, *Presbyteri*[2]. Tempore necessitatis potest reconciliare quilibet, ut *De consecratione*, distinctione 4, *Sanctum*[3], A 151a ubi legitur de duobus exsistentibus || in navi, uno volente baptizari, alio reconciliari.

19. Puellarum tamen consecratio [879, 17]. Contra, XXVI, quaestione 6, cap. *Si iubet*[4]. — Respondemus: istud fuit locale vel temporale; modo solis episcopis convenit, ut 68 distinctione, *Quamvis*[5].

20. Presbyter inconsulto [879, 19-20]. Ex hoc trahitur argumentum a contrario sensu, et non tenet, scilicet quod presbyter, consulto episcopo, virginem possit consecrare. Sed vidua potest recipere sacrum velamen de manu eius, ut XX, quaeP 206d stione 1, *Viduam*[6], de praecepto || tamen episcopi.

21. Si autem quaeritur [879, 26]; **et dent redemptionem** [880, 2-3]. Hoc intelligitur de illo qui deliquit erga aliquem et non satisfecit. Si autem talis est excommunicatus, licet apparuissent signa poenitentiae, non est communicandum oratione T 166a generali. Et licet infirmus poterat absolvi a quolibet || sacerdote in tali articulo, non tamen mortuus, ut *Extravagantibus III*, De sententia excommunicationis, *A nobis*[7]; sed a solo Papa, si inciderit in canonem latae sententiae.

3-4 publica... reconciliare *trp. p.* reconciliare (5-6) P. 4 solus] enim *add.* P. 5 sacerdos *om.* P. 6-7 ut... reconciliare *mg.* (*hom.*) A², *om.* P. 11 cap.] s. A, *om.* T. || istud] illud PT. 12 modo] enim *add.* E. || ut *om.* PT. 14 trahitur] trahit T. 15 scilicet] secundum P. 16 possit consecr.] consecraverit T. 21 satisfecit] satisfacit PT. || Si autem] nam si T. 23 poterat] petat A, possit T. 24 III] .ii. PT.

---

1 *Decretum* Gratiani, C. 26, q. 6, c. 1 (I, 1036). 2 Ib., c. 4 (I, 1037). 3 *Decretum*, de cons., d. 4, c. 36 (I, 1374). 4 *Decretum*, C. 26, q. 6, c. 1 (I, 1036). 5 *Decretum*, d. 68, c. 4 (I, 255). 6 *Decretum*, C. 20, q. 1, c. 16 (I, 847). 7 *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 21, c. 2 (p. 421s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 39, c. 28 (II, 899s.).

Num. 19-20: anon. P, f. 135r. Cf. Bonav., hic. p. 2, dub. 6 (IV, 543). — Num. 21: anon. P, f. 135v.

DISTINCTIO XXI.

1. Solet etiam quaeri [880, 7]. **Quaedam enim culpae** [880, 15].

I. Quaeritur de venialibus peccatis quoad culpam, utrum oporteat [dimittere] voluntatem sive appetitum venialem ad hoc quod culpa tollatur, sicut in mortali peccato oportet.

a. Quod videtur: aliter enim non esset meritum dimissionis peccati. Sed si hoc, tunc oportet conteri super venialibus. Aut ergo in propria ratione, aut in generali. Sed non in propria, quia secundum hoc in imperfectis, qui venialiter amant uxorem vel temporalia, oporteret esse contritionem in fine, aut peccarent mortaliter. Si vero in generali dolendo de peccato: ad hoc enim tenetur unusquisque cum advertit et maxime in fine, videtur quod non distet venialis culpa a mortali in genere quoad rationem dolendi.

b. Si vero non oportet adesse voluntatem dolendi de peccato veniali, tunc erit dimissa culpa venialis ex gratia tantum. Sed si hoc, tunc, cum semper inest gratia in habente caritatem, semper delerentur venialia; et ita, quam cito fierent, delerentur.

c. Si vero poena delet culpam venialem, nihil prohibet veniale quoad culpam dimitti in purgatorio. Sed hoc qualiter, cum proprium sit gratiae delere culpam ? — Praeterea, si poena delet culpam venialem, videtur quod in poena mortis omnia venialia deleantur in habente gratiam. Si enim macula venialis fuit in anima ex unione carnis peccatricis, per separationem ipsius exsistentis in caritate a carne, tolletur huiusmodi culpa; et ita delentur in morte in exsistente in caritate.

---

2 enim] vera AP, vero ET. 4 dimittere] adesse E, habere *interl.* T, *om.* AP. || venialem *corr. in* dolendi T, venale A. 9 in *om.* PT. 10 uxorem] uxores suas E. || oporteret] oportet PT. 11 in gen. dolendo] generaliter dolent T. 13 distet] differt E. 16 veniali] venialiter P. 17 tunc *om.* PT. || cum *om.* A. || inest] inesset AEP. 20 in *om.* P. || hoc qualiter] qualiter erit E, qualiter est hoc T. 22 videtur] tunc *add.* E. 23 deleantur] dimittantur T. 24 unione] imitatione P. 25-26 a... caritate *om.* (*hom.*) P, tollitur *pro* tolletur T.

Num. 1: anon. P, f. 135r-136v; anon. Tr, f. 184c-185a; anon. V, f. 147a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 118; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 3, q. 6 et c. 7, q. 1 (f. 30d-31a, 37c); Alb. Magnus, hic, a. 1 (XXIX, 862s.); *Summa Hales.*, II-2, n. 286; Bonav., hic, p. 1, a. 1, qq. 1-2 et a. 2, q. 1 (IV, 546-553).

II. Praeterea, quaeritur si venialia quoad culpam possint post mortem deleri.

d. Non enim locus est merendi post mortem[1]; unde, cum
E 274r non || remittatur peccatum nisi aliquo merito, non erit dimissio culpae venialis in purgatorio. — Praeterea, poena per se liberat a poena et non a culpa; ergo non fit dimissio culpae in purgatorio. — Praeterea, supra habitum est, XVI distinctione, cap. ultimo [844, 19], quod contritio praecedit ad hoc quod venialia deleantur. Cum ergo proprie contritio sit ante mortem, non erit in purgatorio dimissio quoad culpam.

e. C o n t r a: sit quod aliquis in caritate praeoccupatus moriatur cum veniali. Numquid cadet a caritate per illud ? Non videtur, quia secundum hoc veniale adveniens tolleret caritatem. Cum ergo maneat in caritate, et non tollitur hic veniale, tolletur in purgatorio. — Si forte dicatur quod per poenam mortis tolluntur, ergo nullus deferret secum cremabilia in purgatorio.

f. R e s p o n d e m u s quod, si venialia quoad culpam dimittuntur in purgatorio, hoc est per poenam in quantum vo-
A 151b luntaria || est, hoc est per poenam et per meritum caritatis, dum esset in vita mortali, ut vult G l o s s a[2] I ad Cor. 3, 12: *Superaedificat lignum* etc.: « Peccata minima atque levissima, quae ignis facile consumat », per haec intelliguntur; « de quibus,
P 207a licet minimis, illic nihil quis purgationis || obtinebit, nisi in hac vita positus hoc promereatur ». — Ad id vero quod obicitur in contrarium, quod poenae non est delere culpam, dicendum quod hoc verum est de poena per se considerata. Sed hoc est per virtutem gratiae, quae in vita mortali meruit ut in futuro dimitteretur.

g. Si vero quaeratur utrum possit dimitti culpa venialis manente appetitu veniali, dicimus quod non; sed manente uno appetitu veniali, potest alia culpa venialis deleri. Nec exigitur

1 possint] possunt EP. 3 est *om.* A, medius *add.* P. 4 merito] modo meritorio P. 5 culpae *om.* E. 5-7 Praeterea... purgatorio *om.* (*hom.*) E. 8 ad hoc *om.* P. 10 purgatorio] et *add.* A. 11 praeoccupatus] positus T. 14 et non] non tamen P. 15 forte *om.* E. 16 deferret] ferret PT. 19-20 voluntaria] venialia P. 20 est[1] *om.* P. || poenam] etiam *add.* T. 22 lignum] fenum stipulam *add.* A[2]PT. || atque] et T. 24 illic] illis AEP. 25 promereatur *Glossa*, demereatur *codd.* 26 quod *om.* P. 28 est] fit E. || mortali *om.* E. 30 quaeratur] queritur T. 31-32 manente[1]... venialis *om.* (*hom.*) A, *suppl. in mg.:* manente app. veniali potest alia culpa venialis A[2]. 32 exigitur] ille *add.* PT.

1 *Glossa* Lombardi in Rom. 2, 6 (PL 191, 1341 C) 2 Lombardi in h. l. (PL 191, 1559s.); ex Gregorio, *Dialogi*, IV, c. 39 (PL 77, 396 C).

sic in veniali peccato sicut in mortali. Oportet enim ad remissionem culpae mortalis dolorem voluntarium inesse poenitenti, informatum gratia, et quod sit in statu merendi. Non sic autem est in veniali, sed exigitur quod praesens sit gratia; aliter poena non esset deletiva culpae.

h. Si vero quaeratur utrum venialia dimittantur in poena mortis, concedendum est, si voluntarie sustineatur mors: tunc enim poena informata est a gratia. Si vero non, tamen, quia adiuncta est gratia, delentur venialia vel in poena mortis vel purgatorii. Ratio autem propter quam poena cum gratia potest delere veniale peccatum, est quia huiusmodi peccatum plus habet de ratione poenae quam culpae. Est enim poena originalis peccati; et propter hoc delebile est per poenam exsistentem cum gratia; e contrario vero mortale per gratiam coexsistente poena.

i. Si vero quaeratur utrum exsistenti in peccato mortali dimittantur aliqua venialia: potest enim suscipere quaedam sacramenta, ut aquae benedictae vel benedictionis episcopalis, quae habent effectum ad dimissionem venialium, respondemus quod, cum multiplex sit bonum[1]: in genere, et ex circumstantia, et meritorium remissionis peccati quoad poenam, et meritorium de congruo remissionis culpae, et meritorium de condigno vitae aeternae, peccator, dum est in peccato, posse habet ad bonum in genere et bonum ex circumstantia, et ad resistendum aliquibus peccatis, sed non ad merendum dimissionem peccati nec vitam aeternam, vel de congruo in actu remissionem culpae. Habilitare tamen se potest ad hoc ut per contritionem mereatur. Quia ergo indignus est omni bono quod ad aeterna respicit, non dimittitur ei veniale peccatum. Nihilominus tamen sacramenta, quantum in ipsis est, habent posse in hunc effectum, sed indignitas est ex parte recipientis.

2. Venialia peccata secum portant [881, 5-6]. *a.* Contra: nihil quod est de aedificio est cremabile[2], cum in se sit pu-

4-5 aliter] enim *add.* EPT. 6 quaeratur] queritur T. 7 conced. est] dico quod sic E, *om.* est A. 8 non *om.* A. 8-9 adiuncta] adiuta E. 9-10 purgatorii] in purgatorio T, in pena *praem.* E. 13 propter hoc] ideo E. 14 contrario] converso EPT. || vero] est *add.* P. 14 coexsistente] coexistentem cum P. 15 quaeratur] queritur T. 17 quae] hunc *add.* E. 19 in] ex E. 23 et[2] *om.* A. 25 nec] vel E. || aeternam] obtinendam *add.* PT. || actu] ad *add. interl.* T. 27 quod] quo P. || quod ad aet. *om. et exp.* respicit T. 28 non] nec *corr. ex* si T. || peccatum *om.* E. 29 ipsis] eis E. 32 in se *om.* T.

[1] Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 28, n. 4; d. 36, n. 8 (pp. 266, 357). [2] I Cor. 3, 14-15.

Num. 2: anon. P, f. 137v; anon. Tr, f. 185c.

rum; veniale ergo peccatum non erit aedificium. — Praeterea, qualiter se habet peccatum ad ignem? vel sicut materia, vel sicut materialis dispositio, vel propter quod debetur ardor ignis?

b. Respondemus quod aedificia cremabilia dicuntur venialia peccata, non quia sint de spirituali aedificio, sed quia iuxta ipsum collocantur et sunt de aedificio carnali; et quia
P 207b non sunt de unitate spiritualis || aedificii, cremabilia sunt. — Secundum autem illam opinionem quae dicit culpas dimitti etiam post mortem[1], ipsae culpae veniales non tantum sunt pro quibus debetur ignis purgatorius animae ad poenam, sed erunt materia ignis ad consumptionem, sicut scoria argenti est ma-
T 166b teria respectu ignis corporalis ut argentum || purificetur. Et hoc idem dicit magister Hugo, *Ad Bernardum*[2]: « Per incendium purgatorii scoria peccati excoquitur ». Et Augustinus, XXI *De civitate Dei*[3]: « Salvus eris, si ardere ceperit quod aedificasti ».

3. In illo tamen igne [881, 8]. **Qui vero superaedificant** [881, 18]. Nota quod 'aurum et argentum' etc.[4] quandoque sumuntur
A 151c exclusive, ut dicatur 'aedificare aurum' etc. qui || sic cogitat quae Dei sunt et quae Deo placent, ut non cogitet quae mundi sunt, nisi momentanee: et tunc « peccatum absumitur in eis veniale fervore caritatis, sicut gutta aquae in camino ignis »[5] [882, 15-16]. Et sic sumitur in Glossa[6] I ad Cor. 3, 12: *Aurum* etc. Quandoque non exclusive; et tunc non est verum quod « de utroque igne sunt securi » [881, 18-19]. — Lignum etiam et foenum et stipula quandoque sumuntur pro mortali, ut in originali Hieronymi[7] super Is. 5, 8: *Vae qui*

1 peccatum *om.* T. 2 ad ignem *om.* T. 5 sed] vel E. 10 debetur *om.* P. 11 materia] materie T. 12 respectu *om.* E. || purificetur] purgetur E. 13-14 incendium PT (*Rich.*), incendiarium AE. 18 sumuntur] dicuntur T. 19 sic] vero *exp.* T. 21 absumitur] assumitur P, *om.* T. 23 Et *om.* A. 25 sunt] sint T. 26 etiam *om.* A. || sumuntur] sumitur PT. || pro *om.* T.

1 Ita Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 34 (p. 37). Cf. supra, d. 20, n. 12. 2 Immo Richardus de S. Victore, *De potestate ligandi et solvendi*, c. 25 (PL 196, 1177 A). 3 Immo *Enarr. in Ps. 80* (16), n. 21 (PL 37, 1045). 4 I Cor. 3, 12-13: *Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit.* 5 Cf. Alex., *in III Sent.*, d. 29, n. 21, § *c* (p. 352). 6 Lombardi in h. l. (PL 191, 1557). 7 In h. l. (PL 24, 80 B).

Num. 3-7: anon. P, f. 138r (n. 3), 139r-v (nn. 6-7),; anon. Tr, f. 185c-d; anon. V, f. 146c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 7, qq. 2-3 (f. 37d-38d); Alb. Magnus, hic, aa. 2-3, 6 (XXIX, 863s., 870); Bonav., hic, p. 1, dub. 1-3 (IV, 558s.).

coniungitis domum domui etc.: « Haeretici dogmata dogmatibus coniungunt; quibus dicitur per Michaeam [1]: Nolite aedificare domum vestram in deserto, ne super fundamentum Christi, quod Paulus posuit, in quo debuerant aedificare aurum et argentum et lapides pretiosos, e contrario aedificent lignum, foenum, stipulam, quorum finis est incendium ». — Quandoque sumuntur pro veniali cum mortali; et secundum hoc in Iosue 3, 4, super illud: *Et cavete* [2], ubi dicit Glossa [3] quae sic incipit: *Populus:* « Si aurum et argentum fueris et igni approximaveris, clarius per ignem effulgebis; si superaedificaveris lignum, foenum, stipulam, consumeris ». — Quandoque sumuntur indistincte pro mortali et veniali cum mortali, ut in Num. 15, 36: *Cumque eduxissent eum*, Glossa [4]: « Lignum, foenum, stipulam trahuntur in escam ignis aeterni ». — Quandoque sumuntur pro venialibus, quae non compatitur caritas sanctorum, ut Dionysius in quadam epistola dicit, directa beato Ioanni [5]: « Si illi, quos dicis esse sanctos, diligunt ea quae sunt super terram, ab inhaerentibus materiae zelata, a divino omnino ceciderunt amore, et non novi quomodo sancti vocantur ».

4. Hic obici potest [881, 22]; **aedificant aurum, argentum, lapides pretiosos** [881, 24]. Hugo de S. Victore [1]: « Aurum consistit in amore virtutis, argentum in cognitione veritatis,

2 per Mich.] in Michea T. 3 domum... deserto *codd.* (*om.* in P), in domo derisum *Hier.* 4 debuerant] debeant A. 5 aedificent] edificant T. 6 finis] fecisti finem P. || est *om.* PT. || Quandoque] quando E. || sumuntur] sumitur PT. 7 hoc] sumitur *add.* T. || in] cum A. 8 quae] quod EP. 10 effulgebis] effulgebit P. 11 sumuntur] sumitur PT. 12 in *om.* P. 14 trahuntur] contrahuntur E, trahentur, P, trahunt trahentur T. || escam i. aeterni] ignem eternum T. 14-15 sumuntur] sumitur PT. 16 beato *om.* T. 17 dicis] dicit P. || esse *om.* EPT. 18 materiae *om.* T. 20 aurum] et *add.* PT.

1 Sequentia verba non sunt Michaeae, sed ipsius Hieronymi applicantis haereticis verba Michaeae proxime antea relata, scil. Mich. 3, 9-10: *Audite haec, duces domus Iacob... qui aedificatis Sion in sanguinibus et Ierusalem in iniquitate.* 2 Ios. 3, 4: *Et cavete ne appropinquetis ad arcam.* 3 *Ordin.* in Ios. 3, 17: *Populus autem incedebat* etc.: « Populus, inquit, longe sit ab arca... Sacerdotes vero et levitae proximi... Sed scriptum est: Qui approximant mihi, approximant igni. Si aurum et argentum fueris... consumeris »; ap. Lyranum (II, 7r). 4 *Ordin.* in h. l.: « Qui enim diem sabbathi violare ausus est, dum ligna colligeret... significavit eum qui hodie in Christo signatus invenitur agere carnale opus, i. e. contrahere ligna, foenum, stipulam in escam ignis aeterni »; ap. Lyranum (I, 290r). 5 Immo *De div. nomin.*, c. 8, § 8 (PG 3, 895 B; PL 122, 1159 A); ap. *Dionysiaca*, I, 438. 6 *Miscellanea*, V, tit. 18: « Hi superaedificant aurum in amore virtutis, argentum in cognitione veritatis, lapides pretiosos in fulgore boni operis... ligna per peccatum illiciti operis, foenum per delictum delectationis, stipulam per culpam illicitae cogitationis » (inter. opp. Hugonis, PL 177, 758 B-C).

lapides pretiosi in incorruptione operis »; lignum in affectu cognationis, foenum in amore possessionis, stipula in amore familiaritatis.

5. Nec pro eis aliquid fraudis [882, 10-11]. Augustinus, XXI *De civitate Dei* [1]: « Non rapit ille villam alienam, sed sic amat suam, ut si perdiderit, conturbetur. Non appetit uxorem
P 207c alienam, sed sic haeret suae, ut || modum non teneat praescriptum liberorum procreandorum causa. Non tollit aliena, sed repetit sua; et contendit christianus amplius pro rebus terrenis
E 274v quam || decet, cui promissum est regnum caelorum. Non totum cor suum levat in caelum, sed aliquam partem trahit in terra ». Hic superaedificat lignum, foenum, stipulam. « Sunt autem [homines] omnino contemptores huius saeculi, quibus non est notum quidquid finit temporaliter. Non haerent aliqua dilectione terrenis operibus, casti, sancti, continentes et iusti, omnia vendentes, pauperibus distribuentes, vel utentes hoc mundo tamquam non utentes [2] »; quibus « si veniat tentatio martyrii, alacres currunt, dicentes [3]: Bonum est *dissolvi et esse cum Christo*, non contristati, vel modice de terrena fragilitate ». Hi superaedificant aurum, argentum et lapides pretiosos.

6. Non superaedificarent [882, 19]. *a.* Quaeritur hic qualiter venialia superaedificentur, cum fides non sit fundamentum peccati. — Praeterea, ut dicitur in Glossa [4] super illud I ad Cor. 3, 12: *Aedificant ligna* etc., « fundamentum spiritualis fabricae est in summo », non in imo; ergo 'super' nihil aedificatur, sed infra. — Item, in Glossa [5] habetur quod quidam superaedificant plumbum, aes et lapides, per quae mortalia intelliguntur; quod est contra hic dictum, quia ii non superaedificant, cum fundamentum destruant.

---

2 cognationis] cognitionis E, cog(...)nis P, cogitationis T. || possessionis] passionis AE. 5 XXI *om.* P. 6 appetit] ille *add.* T. 7 haeret] adheret ET. 9 et *om.* AE. 11 caelum] cclo AE. || sed] si AE. || trahit] intrabit A. 12 terra] terram T. 13-14 non... quidquid *om.* T. 14 finit] fluit *Aug.*, *om.* P. || haerent] adherent E. 17 si] non A. 20 et *om.* E. 22 superaedificentur] superedificantur T. 23 Praeterea] postea A. 24 etc. *om.* E. 25 est *om.* PT. || nihil] non T. 25-26 aedificatur] edificantur E. 26 in *om.* P. 28 dictum] dicta E.

---

[1] Immo *Enarr. in Ps. 80* (16), n. 21 (PL 37, 1045), pluribus omissis vel transpositis. [2] I Cor. 7, 31. [3] Philip. 1, 23. [4] Lombardi in h. l. (PL 191, 1560 B). [5] Lombardi ib.: « qui super hoc fundamentum ferrum vel aes vel plumbum aedificat, id est peccata maiora » (PL 191, 1559 D).

b. Propter hoc distinguitur triplex 'super' [1]: vel proprie, in directo situ, et sic aurum superaedificatur; quod tamen uno ordine est super et alio ordine infra. Cum enim dicitur quod 'fundamentum spiritualis fabricae est in summo', non excluditur caritas, quae est in summo. Fides enim non est fundamentum nisi quae est formata caritate vel gratia amoris spiritualis, et utraque dicitur esse in summo: sed haec in summo quoad haerentiam veritatis summae, illa quantum ad haerentiam summae bonitatis. Ceterae autem virtutes, ut iustitia, prudentia et huiusmodi, ratione suorum actuum dicuntur infra ordinari in aedificio spirituali, quia respiciunt proximum vel ipsum hominem in se. Nihilominus tamen fides dicitur fundamentum respectu spei et caritatis, nam credere antecedit sperare et diligere [2]. Et per hoc solvitur secundo quaesitum. — Sumitur etiam 'super' pro 'iuxta', ut *super flumina Babylonis* [3], id est iuxta; et sic dicitur de veniali peccato quod superaedificatur: non quia est de unitate aedificii spiritualis, sed quia fides fundamentum praecedit, et consequitur veniale, manente fide. — Aliquando [sumitur] 'super' pro 'post', ut in Ezech. ultimo, 3: *Super terminum Aser;* ibi dicit Glossa [4]: «Super, id est post»; et sic superaedificatur mortale. Potest enim manere cum fide informi, licet destruat gratiam spiritualem quae est fidei perfectio.

7. Illis tribus [882, 22-23]. *a.* Quaeritur utrum illi qui aedificant aurum etc. sentiant ignem. Quod non videtur, quia si esset aliquid in eis cremabile, esset || lignum vel foenum vel P 207d stipula. — Sed contra, in Glossa [5] super illud I ad Cor. 3, 12: *Lapides pretiosos:* «In operibus bonis, quae non consumuntur ab igne, sed nihil vel parum sentient». Praeterea in textu dicitur [6]: *Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.*

b. Praeterea quaeritur quis sit ille quo purgabuntur electi qui aedificant aurum etc.

---

1 dist.] distinguntur P. || triplex] tripliciter E, duplex vel *praem.* P. || super *om.* P. 3 enim] autem PT. 9 bonitatis] ecclesie *add.* P. 10 infra] contra P. 11 quia] que PT. 13 respectu] in respectu *et trp. p.* caritatis PT. || et[2] *om.* P. 14 Sumitur] quandoque *praem.* PT. 15 etiam E, *om.* APT. 16 peccato *om.* T. 18 veniale] peccatum *add.* T. || fide *om.* P. 19 sumitur] ponitur E, *om.* APT. 19-20 Super terminum] s. terminos AET, *om.* P. 25 esset[2]] vel *add.* E. || vel[1] *om.* PT. || vel[2] *om.* PT. 28 vel] aut P. || sentient AE, sentiunt PT (*Glossa*). || Praeterea] postea A. 30 quis] quid P. || ille] ignis *add.* PT. || purgabuntur] purgantur T.

---

1 Cf. Alanus, *Distinctiones*, v. Super (PL 210, 962). 2 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 23, nn. 1, 11-12 (pp. 262, 268, 270). 3 Ps. 136, 1. 4 Non invenimus in *Glossis* editis ap. Lyranum. 5 Lombardi in h. l. (PL 191, 1557 C). 6 I Cor. 3, 13.

c. Respondemus quod in eis potest esse cremabile, licet aedificent aurum etc. Et distinguendum quod est cremabile repentinum, quod in transitu ignis velocissimo depurabitur; et non repentinum, quod fit cum mora. Secundum ultimum modum purgabuntur aedificantes lignum, foenum et stipulam; secundum primum modum aliqui qui aedificant aurum etc.

d. Ad secundum dicimus quod est duplex ignis: unus purgatorius animarum nunc usque ad diem iudicii; alius qui praecedet || iudicium, quo exuretur facies huius mundi, quo emundabuntur qui aedificant aurum etc., si tunc inventi fuerint cum aliquo cremabili. Et nota quod, cum sint tres species ignis: lux, flamma, carbo [1], in tres partes facta est eius divisio: ut secundum superiorem serviat salvandis, secundum medium deserviat purgandis, secundum ultimum comburendis.

T 166c

8. Sed forte dices [883, 1]. *a.* Quaeritur utrum veniale in malis puniatur aeternaliter. Quod videtur, quia pro venialibus fiet poena in inferno. Dicitur enim Luc. 12, 59: *Donec reddas novissimum minutum*, Glossa [2]: «*Reddas*, semper poenas pro peccatis patiendo, sed nunquam veniam consequendo». Et alia interlinearis [3] dicit: «Pro minimis peccatis puniaris». Unde colligitur quod pro venialibus erit poena aeterna in inferno.

b. Praeterea, simile habetur Matth. 5, 26: *Donec reddas novissimum quadrantem*, Glossa [4]: «Minuta peccata, quia nihil erit impunitum».

2 licet... etc.] licet... tamen *et trp. p.* quod (1) E. || Et *om.* PT. || disting.] est *add.* T. || est *om.* T. 3-4 quod... repentinum *om.* (*v. lin. 5*) P. 3 depurabitur] purgabitur T. 4 non *om.* T. || fit] transit T. || ultimum] hunc E. 5 et *om.* EPT. || stipulam] et est cremabile repentinum quod in transitu ignis velocissimo purgabitur et *add.* P. 6 secundum] hunc *add.* P. 8 nunc] unus P. || alius] alter P. 12 flamma] et *add.* P. 13-14 deserviat] serviat T. 15 Sed... dices *om.* P. 18 minutum] nummum P. || Glossa *om.* P. || Reddas *codd.*, reddit *Glossa.* 19 peccatis] puniendo te vel eas in te *add.* E. || patiendo] faciendo P. || Et *om.* PT. 20 dicit] quod *add.* PT. || minimis PT(*Glossa*), minutis AE. 23 habetur] in *add.* T.

1 Aristot., *Topic*, V, c. 5: «Non enim est una species ignis: quandoquidem specie inter se differunt pruna et flamma et lux, quorum unumquodque est ignis» (Bekker, 134b 28-30; Didot, I, 228 26-28). 2 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 301 C). 3 In h. l., ap. Lyranum (V, 159v). 4 *Ordin.* in h. l. (PL 114, 94 B).

Num. 8: anon. Tr, f. 185b-c; anon. V, f. 147a. Cf. Praepositinus, *Summa*, II (Tudert. 71, f. 102c-d); Steph. Langton, *Quaestiones* (cod. Duacen. 434 II, f. 14c-15a); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, II, tr. 28, c. 1, q. 3 (f. 101a-b); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 154d-155b); Alb. Magnus, hic, a. 8 (XXIX, 873); *Summa Hales.*, II-2, n. 285; Bonav., II, d. 42, a. 2, q. 2 (II, 967ss.).

c. Praeterea, Matth. 12, 36: *De omni verbo otioso* etc.; per quod intelligitur veniale. Sed constat quod boni non solvent tunc rationem pro venialibus, quia deleta erunt per ignem exurentem faciem mundi; ergo de malis intelligitur; ergo post punientur mali pro venialibus. Et nullam merebuntur ibi remissionem; ergo punientur in aeternum pro eis.

d. Praeterea, remordebit ipsum conscientia super huiusmodi peccato, et *vermis non morietur*, || ut Isaiae in fine [1]. Nec A 152a potest dici quod omnia venialia deleantur in morte malorum, quia fortius in bonis, et ita nullus portaret cremabilia in purgatorium.

e. Alii dicunt quod in malis venialia ex contemptu fiunt mortalia. Sed hoc qualiter erit? cum non commiserit forte aliquis nisi unum veniale pro quo puniri debeat, et potest praeoccupari morte in mortali peccato; et ita neque ex contemptu propter multiplicationem venialium, neque ex contemptu confitendi fiet de veniali mortale.

f. Respondet Hugo [2] quod non punitur aliquis poena aeterna pro veniali quantum est in se, || sed in quantum est E 275r coniunctum mortali. Et est exemplum de eo qui suspenditur pro furto; commisit tamen multa mala, || pro quorum unoquo- P 208a que non suspenditur, sed pro omnibus suspensionem meretur.

g. Sed videtur Deus punire supra condignum, quia veniali debetur poena temporalis et ipse punit aeterna. — Respondemus: licet debeatur poena temporalis veniali secundum se, non tamen in quantum est coniunctum mortali irremissibili. Et 'citra meritum punitio' refertur ad quantitatem acerbitatis, non durationis; secundum hoc enim in nullo peccato mortali puniret citra condignum.

9. Post haec considerandum [883, 29]. **Venialia, quae innumerabilia** [884, 3]. *a.* Quaeritur utrum pro veniali, pro quo

8 vermis] eorum *add.* E. 9 venialia] mortalia A, *quod corr.* E. 10 quia] hoc esset multo *add.* PT. 15 peccato *om.* T. || neque] nec T. 16 neque] nec T. 18 aliquis] quis PT. 19 in[2] *om.* T. 19-20 est coniunctum *trp. et add.* cum T. 24-25 et... temporalis *om.* (*hom.*) A, illud eternaliter *pro* aeterna E. 25 secundum] quantum est in T. 26 in *om.* T. 30 quae *codd.*, quia *Lomb.* 31 pro[2]] de E.

[1] Is. 66, 24. [2] Immo Rich. de S. Victore, *De differentia peccati mortalis et venialis* (PL 196, 1193 C-D). Cf. supra, d. 20, n. 9, § *c.*

Num. 9: anon. P, f. 141r; anon. Tr, f. 185a-b; anon. V, f. 147b. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 155b); Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 881s.); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2, arg. 4 et ad 4; d. 17, p. 3, a. 2, q. 1 (IV, 564, 458s.).

aliquis poenitet, iniungenda sit poenitentia. Et videtur, quia debetur ei poena temporalis quae est purgatoria; sed susceptio poenitentiae commutat purgatoriam in temporalem; ergo iniungenda est poenitentia. — Contra: poenae temporales sunt proportionales illi poenae quae iniungitur pro mortali, et veniale inproportionale mortali; ergo nulla iniungetur pro veniali, quia secundum aestimationem peccati est aestimatio poenae, considerato statu poenitentis. — Quod concedunt aliqui[1], dicentes quod non imponitur vel indicitur poenitentia nisi ad cautelam; immo, quod non tenetur aliquis ad confessionem illorum speciali intentione quae transgressionem importet. Confessio enim ad hoc est, ut fiat aestimatio poenae secundum quantitatem peccati.

b. Praeterea, si dubitetur utrum sit mortale vel veniale, qualiter confitendum est ? Et utrum teneatur confiteri illud specialiter, supposito quod super veniali non sit confitendum ?

c. Respondemus per illud quod dicitur in ipso capitulo: « Nisi aliqua frequenter iterata » [884, 4]. Ex quo intelligendum est quod aliter est in venialibus quae iterantur, et aliter in aliis. Nam si iterantur, tenetur ad confessionem in speciali ratione, et iniungenda est poenitentia; quia illa iterata possunt inducere contemptum, ex quo est mortale peccatum. Sed debet esse levis aliqua poena, nisi dictet conscientia quod inciderit in mortale peccatum, vel nisi dubitaverit.

d. Si vero dubitaverit, in tutiorem partem vergendum est, ut accipiat poenitentiam tamquam pro mortali. Cum autem confitetur, non dicat se commisisse mortale: hoc enim esset mittere se in praecipitium mendacii tamquam humilitatis causa; sed quod dubitat utrum sit mortale aut veniale. Cum enim cogitatio super delectabili aliquo inordinata fuerit cum aliqua mora, dubitatur utrum sit veniale aut non.

e. Ad illud vero quod quaeritur, utrum sit iniungenda poenitentia pro quocumque veniali, dicendum quod non; sed in-

1 sit] est PT. || videtur] quod sic *add.* E. || quia] quod PT. 3 commutat] mutat T, penam *add.* PT. || in *om.* A. 5-6 veniale] est *add.* E. 8 statu *om.* P. 9 vel indicitur *om.* E. 11 quae E, qui A, qua PT. 11-12 importet] importat T. 14 Praeterea] postea A. || dubitetur] dubitatur T. 15 teneatur] teneamur PT. 16 super] pro PT. 17 illud] hoc T. || ipso] illo PT. 18 iterata T (*Lomb.*), merita AEP. 19 aliter *corr. in* intelligitur A^2. || est^2 *om.* AE. 20 in^2] cum P, *om.* T. 21 ratione] intentione P, *om.* T. 22 est *om.* E. 23 dictet] diceret T. 24 nisi] sic T. 26 Cum] ut A. 28 mendacii] iudicii PT. 31 mora] sic *add.* T. 31-32 sit... utrum *om.* (*hom.*) P, mortale an *pro* veniale aut E.

[1] Ita Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 155b).

notescendum est ei de remediis venialium, verbi gratia de oratione dominica, de aqua benedicta et de aliis supradictis. Si vero suscipiat poenitentiam, in consilio sit, non in praecepto.

10. Quod generalis etiam confessio mortalia delet [884, 16].

a. Super illo Psalmo: *Domine, ne in furore tuo*, primo poenitentiali, dicit Glossa[1] quod «septem sunt praecipue modi || remissionis quibus peccata delentur: baptismus, eleemosyna, martyrium, conversio fratris, remittere peccanti in se, fletus [et] satisfactio pro peccatis, communicatio || sanguinis et corporis dominici». — De Baptismo, Act. 2, 39: *Emundamini et baptizetur unusquisque vestrum*. De eleemosyna, Eccli. 3, 33: *Ignem ardentem exstinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis;* et in Dan. 4, 24: *Peccata tua eleemosynis redime*. De martyrio, ad Hebr. 6, 1-2, Glossa[2] super illud: *Fundamentum, baptismatum* etc. De conversione, in fine Iacobi[3]: *Qui converti fecerit peccatorem*. De remissione peccati, Luc. 6, 37: *Dimittite et dimittetur vobis;* et Eccli. 28, 2: *Relinque nocenti te, et peccata tua solves*. Communicatio sanguinis et corporis, ad Hebr. 9, 14: *Quanto magis sanguis Christi mundabit conscientias vestras ab omni inquinamento*. De fletu Petri, in Luc. 22, 62, Ambrosius[4]: «Lacrimae lavant delictum quod voce pudor est confiteri», supple: publice. De satisfactione, per definitionem eius habetis [832, 10-11]; et Augustinus dicit in *Enchiridion*[5]: «Qui non curant mores corrigere» et pro peccatis satisfacere, Dominus obliviscetur misereri eorum. A 152b P 208b

b. Sed potest quaeri propter quid hi modi remissionis sunt praecipui et quare tot. — Respondemus quod, cum Domini sit dimittere peccata et quoad culpam et quoad poenam,

1 ei] eis PT. 2 dominica *om.* P. || de[1]] et P. || et *om.* PT. 3 suscipiat] suscipit T. 5 illo Ps.] illum ps. EP, illud ps. T. || tuo *om.* AE, et *add.* PT. 6 Glossa *om.* P. 8 fratris] fratrum T. 9 et *om.* P. 10 dominici] est *add.* P. || Emundamini] emunu. A, emundare E, eu. P, *om.* T. 11 unusq. vestrum] etc. P, un. etc. T. 12 ardentem *om.* E. || in *om.* E. 13 redime] et *add.* P. 14 Fundamentum *Vulg.*, fundamenta *codd.* 15 conversione] fratris *add.* E. 17 et[1]] in *add.* P. 19-20 mundabit... inquinamento] etc. E, emundabit *pro* mundabit P. 21 est *om.* P. 26 hi *corr. in* huiusmodi A[2], huiusmodi PT. 28 et[1] *om.* PT.

1 Lombardi in prologo super Ps. 6 (PL 191, 104 B). 2 Lombardi in h. l.: «Vicem baptismi supplet effusio sanguinis pro nomine Christi» (PL 192, 440 D). 3 Iac. 5, 20. 4 *In Lucam*, X, n. 88 (PL 15, 1825 B). 5 Cap. 75, n. 20: «Sane qui sceleratissime vivunt, nec curant talem vitam moresque corrigere... frustra ideo sibi blandiuntur» (PL 40, 267).

Num. 10: anon. P, f. 141v.

ratio dimittendi potest sumi quoad dispositionem exsistentem in poenitente quantum ad illud quod recipit per passionem Christi; vel quantum ad dispositionem secundum quam habet
T 166d se || ad proximum, vel quantum ad dispositionem in se ipso respectu peccati. Si vero fuerit dispositio in ipso cui dimittitur peccatum, habens virtutem a passione Christi secundum causalitatem et signum, aut est baptismus, aut communicatio corporis et sanguinis. Unum enim illorum est sacramentum habens virtutem in caritate Christi passi, alterum vero sacramentum habens virtutem in fide Christi passi. In quantum ergo Christus passus est, pro nobis satisfaciens, in quibus est signaculum illius satisfactionis per fidem et caritatem, virtute huius duplicis sacramenti dat dispositionem qua est congruitas ex parte recipientis ad dimissionem peccati. — Si vero fuerit dispositio respectu proximi motiva ad dimissionem peccati, potest esse tribus modis: aut per compassionem defectus in proximo corporalis, et sic est eleemosyna; aut per remotionem defectus spiritualis per intellectum mediantem, et sic est conversio fratris; aut per remissionem poenae pro defectu spirituali ex parte ipsius affectus, et hoc est remittere peccanti in se. — Si vero quoad se ipsum, potest esse tribus modis. Est enim triplex voluntaria passio: principalis est passio mortis pro fide Christi aut pro iustitia; secunda est
E 275v dolor spiritualis prorumpens || in fletum, et haec est ex parte animae; tertia est secundum differentes passiones ex parte corporis proportionales poenae peccati, et haec dicitur satisfactio.

11. Sicut autem poenitens [884, 20]; **reum illius quod se non commisisse noscit** [884, 21-22]. *a.* Contra, Gregorius dicit[1]: «Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere» etc. — Praeterea, dicit Augustinus in libro *Confessionum*[2]: «Si

1 quoad] secundum T. 3 dispositionem] dispositionis actionis T. 3-4 secundum... dispositionem *om.* (*hom.*) A. 4 ipso *om.* T. 9 in *om.* P. 9-10 caritate... fide *trp.* EPT. 9 vero] autem E, non est *add.* PT, est *add.* E. 13 qua... congruitas] contra... communitas A. 14-15 Si... peccati *om.* (*hom.*) P. 16-17 et... spiritualis *om.* P. 18-19 per remissionem] remissione P, *om.* per T. 19 et] in T. 20 est *om.* APT. 21 Est enim triplex] nam triplex est T, ergo *pro* enim P. || passio] Christi *add.* A. 22 est passio] passionis A. 28 etc.] ubi culpa non est PT. 29 in *om.* P.

[1] *Registrum epistolarum*, XI, ep. 64 (PL 77, 1195 B). Cf. supra, p. 227. [2] Non invenimus in hoc libro. Cf. *Sermo 158*, c. 4: «Et erit quisquam nostrum qui audeat dicere: Iustus sum ?... Si audes hoc dicere, occurrit tibi Ioannes: *Si dixerimus quia peccatum non habemus*» etc. (PL 38, 864).

Num. 11: anon. P, f. 141v; anon. V, f. 147c. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 12 (XXIX, 881s.); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 2, arg. 1 et dub. 3 (IV, 563, 571).

quaeratur a me utrum sim iustus, respondeo: non »; sed sic dicens nonne contra conscientiam dicit ?

b. Respondemus quod intelligitur de agnitione affectus sive operativa, quae est in sustinentia poenae; hic autem loquitur de agnitione in confessione. — || Ad aliud dicimus P 208c per hoc quod dicitur Iob 9, 2: *Scio quod non iustificatur homo compositus* vel comparatus *Deo*. Cum ergo dicit quod non est iustus, intelligendum est in comparatione, eo quod *iustitiae nostrae sicut pannus menstruatae*, Is. 64, 6; et dicit Gregorius super illud Iob [1]: « Cognoscat se homo peccantem a se, iustum a Deo ».

12. Ne alicui recitet [885, 6]. Crimen prodere est dictum periculo damni vel scandali vel infamiae revelare [2]. Secundum hoc quaeritur si Dominus prodiderit crimen Iudae cum dixit [3]: *Qui intingit mecum manum* etc. — Respondemus: est proditio criminis || dicto vel facto. Quod autem dixit Christus A 152c non fuit proditio dicti, sed prophetia faciendi. Nec hoc dixit causa damni vel scandali, sed causa correctionis, ut se retraheret, si vellet. Nec hoc dixit sub nomine proprio, sed generali.

DISTINCTIO XXII.

1. Cumque multis auctoritatibus [885, 24]. Quaeritur utrum peccata redeant.

a. Una opinio dicit quod per singula peccata mortalia redeunt singula peccata mortalia prius acta. — Altera dicit quod

2 nonne *om.* T. || conscientiam] scientiam T. 4 sustinentia] sustentione E, sufficientia P. 5 dicimus *trp. p.* Iob 9 (6) T. 6 per hoc] quod hoc P, *om.* T. 7 vel] sive T. 9 sicut] quasi T. 10 iustum] autem esse *add.* E. 13 periculo] in periculum PT. 14 hoc *om.* E. || quaeritur si] videtur quod PT. 16 criminis] vel *add.* T. || dixit] Iesus *add.* T. 18 correctionis] correptionis P. retractionis E. 19 hoc] ctiam T, *om.* P. || sed] sub *add.* E. 23-24 redeunt... mortalia *om.* (*hom.*) A. 23 peccata *om.* T. 24 Altera dicit] alii dicunt E.

1 Non invenitur super Iob 9, 2, sed in Iob 13, 18: *Scio quod iustus inveniar*, id est in *Moral.*, XI, c. 37, n. 51: « Et peccatorem se cognoscit ex se, et iustum se factum non ignorat ex munere » (PL 75, 976s.). 2 Non invenimus. Cf. supra, d. 19, n. 10, §§ *i*, *n*. 3 Matth. 26, 23; Marc. 14, 20. Cf. hic supra, d. 19, n. 10, §§ *k*, *q*.

Num. 12: anon. V, f. 147c. Cf. *Glossa in Decretum*, C. 2, q. 1, c. 19 et de cons., d. 2, c. 7 (col. 830, 2509). — Num. 1: anon. P, f. 142v-143v; anon. Tr, f. 186b-187a; anon. V, f. 147c-d; anon. Bruxell. 1542, f. 215r (ap. A. Landgraf in *Fr. Studien*, XXVI, 1939, 186-188) Cf. Praepositinus, *Summa*, II (Tudert. 71, f. 107d-108b); Guido de Orchellis,

tantum redeunt per quatuor genera peccatorum: per odium fraternum, per apostasiam sive haeresim, per contemptum confitendi, per hoc quod dolet se poenituisse. Unde versus:

Fratres odit, apostata fit spernitque fateri,
Poenituisse piget: pristina culpa redit.

De primo Matth. 18, 32-34, de quo paterfamilias repetivit omne debitum. De peccato apostasiae intelligitur illud de Iuda in Psalmo [1]: *In memoriam redeat iniquitas patrum eius* etc. De poenitentiae dolore, A m b r o s i u s [2]: « Cavendum est maxime ne quis agat poenitentiam de poenitentia, propter quod redeunt dimissa ». De contemptu confitendi patet per hoc, quod, cum aliquis absolvitur a reatu poenae aeternae, tenetur ad satisfactionem mediante confessione. — Tertia opinio dicit quod non redeunt quantum ad culpam vel quantum ad reatum, sed quantum ad ingratitudinem de remissione peccatorum prius commissorum. — Quarta opinio dicit quod nullatenus redeunt, sed innascitur quoddam actuale peccatum ex recidivo.

b. Videtur autem quod peccata redeant, per simile in lege mundana. Secundum legem enim mundanam [3], aliquis manumissus per quaedam peccata redigitur in pristinam servitutem, ut si dominum cruenta manu contrectaverit, vel tutelam filii eius administrans, bona eius dissipaverit. Ita videtur in manumissione spirituali. — Praeterea, opera bona in caritate facta prius, per peccatum mortificata, redeunt per gratiam redeuntem; ergo, per oppositum, mala mortificata per poenitentiam redeunt per culpam.

3 se *om.* T, aliquis *praem.* E. || Unde versus *om.* P. 6 repetivit] repetiit EPT. 7 de *om.* A. 8 red. iniquitas] redeant iniquitates E. 10 quis] aliquis P. 11 quod *om.* T, dicit *add.* P. 14 quantum²] quo EP. 18 autem] enim E. 21 contrect.] attrectaverit E. 25 per oppositum] similiter E.

1 Ps. 108, 14. Cf. *Decretum* Gratiani, de poen., d. 4, c. 1 (I, 1229); *Glossa* Lombardi in Ps. 108, 14 (PL 191, 991 D). 2 *De poenitentia*, II, c. 9, n. 86: « Eos qui poenitentiam agunt, hoc solum poenitere non debet, ne ipsius poenitentiae agant poenitentiam » (PL 16, 517 B-C). 3 *Corpus iuris civilis: Codex*, VI, 7, 2; *Novellae*, LXXVIII, 2 (ed. Berolini 1904-1906, t. II, 247; t. III, 384s.).

Tract. de sacramentis, nn. 130-131; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 6, qq. 1-2 (f. 35d-37a); Magister A., *De reditu peccatorum* (cod. Duacen. 434 II, 46b-d); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 155b-156d); Alb. Magnus, hic, aa. 1-3 (XXIX, 885-890); Bonav., hic, a. 1, qq. 1-2 (IV, 574-577); maxime vero *Glossa in Decretum*, de poen., d. 4 (col. 2341ss.).

c. Quod autem non redeant, videtur per hoc, quod, secundum hoc, contraria inessent eidem; nam per prodigalitatem rediret avaritia et e converso. — Praeterea, peccatum attenditur penes || genus et circumstantias et intentionem; sed nullum P 208 d
eorum redit; ergo nec peccata. — Praeterea, macula fuit prius deleta in contritione, nec illam eamdem facit peccans, cum non peccet illo genere peccati; nec illam facit Deus, cum non maculet animam, quae est eius imago. Sed reatus poenae aeternae et indignitas visionis Dei sunt necessario adiuncta maculae; non ergo peccata redeunt quoad maculam vel quoad reatum vel quoad indignitatem praesentem visionis Dei.

d. Contra secundam opinionem sic obicitur: peccatum in Spiritum Sanctum maius est in genere quam illa quatuor peccata iam dicta. Si ergo propter magnitudinem peccati in his quatuor fit reditus peccatorum, multo fortius propter magnitudinem peccati in Spiritum Sanctum. — Praeterea, propter quid magis redirent peccata propter haec quatuor quam propter alia, cum ista sint seiuncta ab aliis generibus peccatorum? — Praeterea, dicit auctoritas [1]: « Cave commissa, ne redeant dimissa ». Sed in hac auctoritate non fit distinctio alicuius generis peccati; relinquitur ergo quod non redeunt peccata magis propter haec mortalia quam propter alia.

e. Contra tertiam sic obicitur: cum per poenitentiam satisfactum fuerit de praecedentibus peccatis, si post accidat recidivum, non potest esse tantus ingratitudinis reatus, quantus fuit reatus in omnibus praecedentibus peccatis. Tunc enim nihil valeret satisfactio prius acta in caritate; et ita opera facta in caritate non tantum essent mortificata, sed mortua.

f. Praeterea, illa ingratitudo aut est originale peccatum, aut actuale. Si actuale, aut transgressio, aut omissio. Sed constat quod non est originale: illud enim fuit || dimissum in Bap- A 152 d
tismo. Si vero dicatur quod etiam originale redit, || adhuc non T 167 a
erit illa ingratitudo originale peccatum: non enim est tantum

---

2 contraria] non *add.* PT, *add. mg.* A^2. || per *om.* A. 3 avaritia] secundum hoc *add.* T. 5 peccata] redeunt *add.* E. 6 peccans *om.* A. 11 praesentem] presentis A, presentie E, prescientie PT. 13 in genere *om.* T. 15 fit] fides A, sit PT. 16 Sanctum] fieret reditus *add.* E. 17 peccata *om.* ET. || haec] ista E. 20 generis *om.* E. 22 mortalia *om.* E. || propter *om.* A. 23 tertiam] opinionem *add.* E. 24 post] postea EPT. 27 opera] bona *add.* E. 30 Si actuale *om.* T. 31 illud... fuit] cum illud sit PT. 33 est] non *add.* P.

---

1 Non invenimus.

ingratitudo de dimissione originalis, sed etiam actualis. Si vero ingratitudo est actuale peccatum, ergo debetur ei sensibilis poena; sed non debetur tanta poena sensibilis, quanta pro illa
E 276r ingratitudine et pro peccatis || praecedentibus. Ex quo videtur quod peccata non redeunt per ingratitudinem. — Sed forte dicetur quod per ingratitudinem redeant, non quia reatus ingratitudinis sit aequalis reatui praecedentium peccatorum, sed quia est aliquantus, ratione etiam cuius debetur poena aeterna et sensibilis illi qui recidivat. — Contra hoc est, quod mensura ingratitudinis accipitur secundum mensuram gratiae: quanta enim gratia in eo cui datur, tanti beneficii est immemor ingratus; quare tanta erit ingratitudo. Sed secundum quantitatem peccati est quantitas reatus; ergo reatus ille est tam gravis reatibus omnium praecedentium peccatorum.

g. Praeterea, quaeritur de illa ingratitudine utrum sit peccatum aut peccati circumstantia. Quod circumstantia, videtur per hoc, quod uno actu deformi non contrahitur nisi unum pec-
P 209a catum. Sed qui recidivat uno actu deformatur, et per || ingratitudinem; ergo est circumstantia illius peccati. — Quod autem non sit nisi unum peccatum, accipitur ex hoc, quod non est nisi una intentio. Secundum intentionem vero principaliter iudicatur peccatum; ergo non est nisi circumstantia illius peccati per quod recidivat.

h. Praeterea, sint hic duo: unus qui millesies mortaliter peccavit, alius qui nunc primo. Prior tamen egit poenitentiam, et post lapsus fuit per recidivum. Constat quod non est iste aeque malus, qui nunquam ante peccavit, sicut alius. Sed in isto non est nisi superaddita ingratitudo; ergo ingratitudo vel est peccatum, vel circumstantia secundum quam augetur peccatum. Si vero est circumstantia, qualiter per ipsam redeunt peccata quorum ipsa non est circumstantia ?

i. Praeterea, videtur quod maior sit reatus ingratitudinis quam praecedentium peccatorum. Dupliciter enim est ingratitudo: aut pro dimissis peccatis, aut pro collatis gratiis virtutum, virium et donorum. Non ergo mensurabitur illius reatus

1 actualis] peccati *add.* T. 2 ergo *om.* T. 3 poena²] quanta *add.* P. || quanta] quantum PT. 4 quo *om.* P. 5 redeunt] redeant EPT. 7-8 sed... aliquantus *om.* T. 8 etiam *om.* PT. 9 et *om.* P. 11 gratia] datur *add.* T. 12 Sed *om.* T. 13 tam gravis] eque gr. E, causa gravibus PT. 18 et *om.* PT. 24 mortaliter *om.* T. 25 alius] alter T. 27 aeque] ita E, *om.* T. || ante *om.* E. 28 vel *om.* T. 30 ipsam] penitentiam P. 31 ipsa *om.* T. 35 reatus *om.* P.

tantum secundum quantitatem dimissorum peccatorum, sed etiam secundum collationem bonorum et quantitatem eius ; ergo eius reatus est maior.

k. Praeterea, sive ingratitudo sit peccatum sive peccati circunstantia, aliquam habet poenam sibi determinatam. Potest ergo quaeri quae sit illa, utrum sensibilis vel insensibilis, interior vel exterior. Genera enim poenarum videntur in hoc distingui: aut carentia visionis Dei, aut poena sensibilis, aut vermis conscientiae. Sed carentia visionis debetur originali principaliter; actuali peccato poena sensibilis proprie ratione actus exterioris; ratione vero actus interioris, vermis conscientiae. Quae ergo poena debetur ingratitudini ?

l. Quarta vero opinio videtur reprobari per auctoritates Sanctorum. Sed forte dicet aliquis quod, licet non redeant peccata, redeunt tamen reatus peccatorum, ut videtur haberi a Hieronymo [1] in fine 8 Osee, 13, ibi: *Nunc recordabitur*, ubi dicit: « Haec omnia, quae in Baptismo dimissa sunt, imputabuntur haereticis, ut pro veteribus et pro novis puniantur; quia qui de Aegypto per confessionem Christi exierunt, per infidelitatem in Aegyptum redeunt ». Ex hoc ergo quod punientur pro novis et veteribus, videtur quod peccata redeant quoad reatum. — Sed contra: reatus est obligatio ad poenam; poena autem aut aeterna aut temporalis, proprie autem dicitur de aeterna. || Sed obligatio ad poenam aeternam non est sine A 153 a culpa exsistenti; sed nulla culpa praecedens iam exsistit; ergo nec remanet reatus alicuius culpae praecedentis.

m. Praeterea quaeritur, si redeunt peccata vel hoc modo vel illo, utrum tam mortalia quam venialia, aut mortalia tantum. Et videtur quod haec et illa. Si enim ingratitudo est contra memoriam accepti || beneficii, quae est gratitudo; acceptum P 209 b autem est beneficium in dimissione utriusque; ergo utraque redeunt per ingratitudinem. — Praeterea videtur quod redeat

1 dimiss.] diversorum A. 4 Praeterea *om.* T. || sive[2]] sit *add.* T. 6 vel insensibilis *om.* P, aut *pro* vel T. 7 exterior *om.* P. || poenarum] peccatorum PT, *quod corr.* A. 9 visionis] Dei *add.* PT. || originali] peccato *add.* T. 10 actuali... sensibilis] pena sensib. actuali E, *om.* peccato poena T. || proprie] propria PT, principaliter E. 13 auctoritates] auctoritatem E. 14 aliquis] quis P. 21 redeant] redeunt T. 23 aut[1]] *om.* P. 25 sed nulla *om.* P. 28 venialia] redeant *add.* E. 30 gratitudo] ingratitudo P. 31 est *om.* PT.

1 In h. l. (PL 25, 889 C-D).

originale, per hoc quod dicit Rabanus[1]: «Non solum peccata quae post Baptismum homo egit» etc., ut hic in littera [886, 14-16].

n. Quod autem peccata redeunt [quoad reatum], per *Responsiones Prosperi ab Augustino*[2] videtur: «Qui recedit a Christo et alienus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem vadit? Sed non in id quod remissum est retrocedit, nec in originali peccato damnabitur. Tamen ea morte afficietur, quae propter dimissa debebatur». — Quod autem non redeant, Gelasius papa[3]: «Divina clementia [dimissa peccata] in ultionem ulterius redire non patitur».

o. Sed contra, magister Hugo[4]: «Si subiuncta virtus plagam peccati hiantem claudit, subiuncta culpa clausam non aperit? Bona per peccatum mortificata per poenitentiam reviviscunt, et mala mortificata per poenitentiam per recidivum non redibunt? Si aliter iudicas pro te, aliter contra te, iustus iudex non es. Tantum iustitiam diligere debes, ut nec te contra illam diligas. Litteratores causam transformant et veritatem mutant. Sed tu dic cum Psalmista[5]: Domine, *non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini; Domine, memorabor iustitiae tuae solius*».

p. Respondemus: ad intelligentiam qualiter peccata redeant et qualiter non, notandum quod multiplex est vinculum, ut supra habitum est[6]. Quorum unum est vinculum detestationis perpetuae, alterum est vinculum ad memoriam
E 276v beneficiorum Dei. Licet ergo || dimissa sint peccata quoad cul-

1 Rabanus] Urbanus P. 3 littera] dicitur *add.* E, videtur *add.* P. 4 peccata] non *add. codd.* 5 ab August.] ad Augustinum T. 6 et] est P. 6-7 vadit... non *om.* P. 7 nec *om.* P. 8 Tamen] tantum AE. || afficietur] afficitur *codd.* 9 dimissa PT (*Decr.*), commissa AE, remissa *Prosp.* 13 subiuncta] sub recta A. 14 per peccatum *om.* T, non *add.* P. 16 iudicas pro te] iud. propter te P, ordinas propter te et T. 17 ut *om.* P. || contra] te *add.* P. 18 Litteratores] ut causatores PT. 21 tuae *om.* A. 23 notandum] est *add.* T. 24 est[2] *om.* T. 25 perpetue *om.* AT.

1 Non invenimus cuius sint haec verba, Rabano adscripta tum hic in litt., tum in *Decreto*, de poen., d. 4, c. 1 (I, 1229), tum ap. P. Abaelardum, *Sic et non*, c. 148 (PL 178, 1598 A). Cf. Rabanus, *In Matth.*, V, c. 18, 35 (PL 107, 1016 C). 2 Prosper Aquitanus, *Pro Augustino responsiones ad capitula obiectionum Gallorum calumniantium*, c. 2 (PL 51, 158 B); in *Decreto*, de poen., d. 4, c. 14 (I, 1235s.). 3 In *Decreto*, de poen., d. 4, c. 24 (I, 1237). 4 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 14, c. 9 (PL 176, 573 C, 574 B-C). 5 Ps. 70, 15-16. 6 Supra, d. 18, n. 4, § *l*.

§ *p*: citatur sub nomine Alexandri in *Speculo iuniorum* (cod. Cantabr. Caius 52, f. 28d). Cf. Prolegomena ad lib. I *Glossae*, p. 100*.

pam et quoad reatum poenae aeternae et temporalis sensibilis, non tamen est dimissio quoad vinculum detestationis perpetuae et quoad vinculum memoriae beneficii Dei in dimissis. Si ergo omnimodo deletum esset peccatum, nullatenus posset redire; sed quia ratione horum manet, si non detestetur perpetuo peccatum vel sit immemor beneficiorum: quod accidit in omni recedivo, redit omne mortale praecedens quoad hoc duplex vinculum. Et tenetur ipse ad poenam, non tantam ad quantam tenebatur pro praecedentibus, sed secundum mensuram durationis peccati per quod factum est recidivum, et hoc quantum ad detestationem quae tunc fuit interrupta; et ad poenam determinatam pro ingratitudine, secundum quam fuit immemor beneficii in dimissione peccatorum. Illa iterum poena non erit tanta quanta praecedentium || peccatorum, sed determinabitur in parte se- P 209c
cundum peccatum per quod recidivat, tum secundum comparationem ad gratiam per quam dimittuntur peccata. Si vero debeat iniungi poenitentia pro peccatis sic || redeuntibus, iniun- T 167b
genda est intensio (de 'tensio') detestationis proportionalis interruptioni detestationis; ut scilicet quando redierit ad gratiam, tanto detestetur acerbius quanto [plus] discontinuavit dum erat in recidivo, et tanto alacrius Deo gratias agat pro beneficiis quanto magis durabiliter omissum fuit in recidivo.

q. Per hoc solvuntur obiecta prius. Non enim redeunt peccata secundum propriam maculam nec secundum reatum poenae aeternae, sed redeunt per duplex vinculum, ut dictum est.

r. Si vero obicitur, quare peccata non redeunt per recidivum sicut bona mortificata per caritatem redeuntem, dicimus quod aliter est in bonis et in malis; nam unum est vinculum omnium bonorum, sed non malorum. || Ratione ergo illius A 153b
vinculi, quod est gratia et caritas, redeunt bona prius mortificata. Mala autem, cum sint sine vinculo, non redeunt sub propria macula aut proprio reatu; possunt tamen redire per vinculum dictum. Hoc enim est vinculum poenae, non culpae.

---

2 dimissio] dimissum PT. 5 horum *om.* A, duorum *add.* T. || perpetuo] perpetue T. 6 beneficiorum] Dei *add.* T. 7 omne] peccatum *add.* E. 9 secundum *corr. in* quoniam A^2. 11 et *om.* PT. 18 est] penitentia et *add.* P. || de tensio] detensio *codd.* || prop.] proportionaliter PT. 18-19 interr.] interruptionem A. 20 tanto... quanto] tautum... quantum *codd.* 20-21 discontinnavit... in] ad discontinuandum erat de P. 22 quanto] quantum AET. || magis] minus *codd.* 24 secundum²] proprium *add.* E. 27 obicitur] queratur E. 29 unum] vinculum *add.* P. 30-31 omnium... vinculi *om.* (*hom.*) P. 31 et] aut EPT. 33 aut] sub *add.* E.

s. Ad illud quod obicitur, utrum ingratitudo sit actuale peccatum vel circumstantia, dicimus quod accipitur ingratitudo multis modis. Uno enim modo dicitur ingratitudo omissio referendi gratias, vel contemptus pro beneficiis impensis. Alio modo dicitur redditio mali pro bono. Tertio modo dicitur immemoria habitualis beneficiorum prius acceptorum; secundum quem modum accipitur hic ingratitudo. Est ergo nec originale peccatum nec actuale, sed dispositio sequens actuale cum recidivat peccator.

t. Si vero quaeratur utrum sit dispositio illius peccati, dicimus quod non, sed effectus quidam respiciens peccata praecedentia.

u. Si vero quaeratur de poena debita ingratitudini in damnatis, dicendum quod debetur poena interior. Sicut enim ingratitudo est gratitudinis subtractio, ita poena illius est dolor de subtractione beneficiorum in memoria habitorum.

v. Si vero quaeratur utrum veniale redeat, dicendum quod non quantum ad vinculum detestationis, sed quodam modo quantum ad vinculum gratitudinis.

w. Si vero quaeratur de originali, dicendum quod redit ratione effectus, qui est carentia visionis Dei.

2. Post praedicta; quid in actione poenitentiae sit sacramentum [888, 9-10]. *a*. Quaeritur hic, si sunt ibi tria signa, in contritione, confessione et satisfactione, et unumquodque videtur habere proprium signatum, qualiter sunt unum sacramentum.

b. Praeterea, si exterior poenitentia consequitur interiorem, et in interiori fit remissio peccati, non videtur exterior esse proprium signum quod sit sacramentum, secundum definitionem sacramenti, quae est: « Quod imaginem gerit et causa exsistit » [746, 14-15].

3 multis... ingratitudo *om.* (*hom.*) P. 5 dicitur[1] *om.* P. 8 actuale[2]] *om.* PT. 10 quaeratur] queritur T. 11 quidam] quidem E. 13 quaeratur] queritur T. 16 benef. in memoria *ita codd., at legendum videtur* in m. b. 17 quaeratur] queritur T. || veniale], peccatum *add.* E. || dicendum] est *add.* ET. 19 gratitudinis] ingratitudinis PT. 20 quaeratur] queritur T. || redit] in *add.* T. 22 Post] dist. xxiii. *nota mg.* APT. 23 hic *om.* P. || sunt] sint T. 23-24 contritione] in *add.* T. || et[1]] in T, *om.* EP. 25 sunt] sint ET. 27 in *om.* PT. || exterior] peccati (!) *add.* P. 29 quae est *om.* A, quod *pro* quae PT.

§§ *s*, *u*: citantur sub nomine Alexandri in *Speculo iuniorum* (cod. Cantabr. Caius 52, f. 29a). Cf. Prolegomena ad lib. I *Glossae*, p. 100*. — Num. 2: anon. P, f. 145r; anon. V, f. 147d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 104; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 6, c. 1, q. 1 (f. 24d-25a); Alb. Magnus, hic, aa. 5-9 (XXIX, 893-896); Bonav., hic, a. 2, q. 2 (IV, 580s.).

c. Respondent quidam dicentes quod || duplex est si- P 209d
gnum: quod praecedit vel comitatur signatum, et hoc dicitur in alia Facultate 'prognosticum de futuro', 'demonstrativum de praesenti'; alterum vero est rememorativum, quod est rei praeteritae. Cum ergo in sacramento inquiritur signum, non semper requiritur praecedens aut comitans, sed aliquando sequens. — Sed secundum hoc quaeritur qualiter esset idem signum et causa. Et praeter hoc, signa in sacramentis non tantum sunt ad cognoscendum, sed magis ad faciendum sive disponendum. Sed signa memorativa sunt tantum ad cognoscendum; ergo nullum signum sequens est signum quod est sacramentum.

d. Respondemus quod, licet sint tria signa in perfecta Poenitentia, quae est sacramentum Ecclesiae, non tamen tria sacramenta sunt, sed unum. Non enim a signatione perficitur sacramentum, sed a causalitate, quae ex institutione et sanctificatione procedit. Unum autem est quod causatum est, scilicet remissio peccati quoad culpam et poenam, quam figurat perfecta Poenitentia. Unde tam confessio, ratione susceptionis poenitentiae, quam satisfactio confert ad remissionem poenae; et ita non tantum est principium cognoscendi, sed etiam causandi exterior Poenitentia est principium.

e. Si vero quaeratur quid sit ibi sacramentum, quid res tantum, quid res et sacramentum: secundum Magistrum [888s.] exterior poenitentia, quae est in satisfactione, est sacramentum tantum; interior poenitentia, quae in contritione, res est et sacramentum; remissio vero peccati quoad culpam est res tantum, vel etiam quoad poenam. Et secundum hoc oportet dicere quod illa definitio sacramenti praedicta non convenit ei quod est sacramentum tantum, sed ei quod est sacramentum || E 277r
et res, ut accidit in sacramento Eucharistiae. — Secundum hoc videtur quod aliqui decedant sine sacramento Poenitentiae, cum tamen indiguerint. Aliqui enim non implent exteriorem poenitentiam. Propter hoc videtur potius esse dicendum quod

1 dicentes *om.* T. 1-2 signum] vel *add.* T. 2 vel] quod *add.* P. || comitatur] concomitatur EPT. 4 est[1]] *om.* T. 5 inquiritur] requiritur EPT. 6 comitans] concomitans EPT. 8 sacramentis] sacramento T. 9 magis *om.* P. || sive] vel T, ad *add.* EP. 10 memorativa] rememorativa E, memorabilia *corr. ex* memoratam A^2. 15 sed] vel A. || a *om.* T. 16 sanctif.] satisfactione T. || autem] enim P. || causatum] creatura A. 18 ratione] confessionis et *add.* P. 19 quam] que est P. 21 principium] cognoscendi *add. mg.* A^2. 22 quaeratur] queritur PT. 23 tantum... res *om.* (*hom.*) A. 25 tantum *om.* T. || quae] est *add.* P. 26 vero *om.* T. || quoad culpam *om.* T. 32 indiguerint] indiguerunt E, indigent PT. 33 Propter hoc] propterea E. || esse *om.* T.

in contritione est principaliter esse Poenitentiae secundum quod est sacramentum. Et est ibi quiddam quod est sacramentum tantum, scilicet contritio exterior; quiddam sacramentum et res, scilicet interior contritio; res vero tantum, remissio peccati. Et consistit similitudo in annihilatione. In contritione enim an-
A 153c nihilat || se homo; in remissione peccati Deus annihilat culpam. In susceptione poenitentiae in confessione obligatio exterior est sacramentum tantum; interior vero obligatio res est et sacramentum, scilicet interior consensus satisfactionis; deobligatio vero a parte poenae, quadam cum obligatione cuiusdam poenae sensibilis, est res tantum. Similiter in satisfactione, exterior impletio est sacramentum tantum; interior impletio, quae fit in voluntate satisfaciendi, est res et sacramentum; res tantum, impletio poenae dimissae.

3. Utrum vero requiratur unicuique fideli adulto integritas sacramentorum, sicut integritas virtutum, quaeritur. Et d i c i m u s quod non. Sacramenta enim data sunt in adiutorium contra differentiam peccati vel defectuum ex peccato proveniен-
P 210a tium; virtutum vero integritas || ad perfectum meritum vitae aeternae, quae post meritum transeunt in praemium. Sacramenta vero evacuantur, quia sunt *ex parte* [1], nec sunt necessaria nisi ubi fuerit differentia peccati correspondens vel defectus ex peccato procedentis. Sacramentum ergo Poenitentiae necessarium est ei qui lapsus est per actuale peccatum. Sed sacramentum illud, prout est Ecclesiae, cuius virtus consistit in virtute clavium, necessarium est non ad dimissionem culpae, sed ut non imputetur ad poenam.

4. Utrumque institutum fuit in primis [888, 22-23]. Quaeritur qualiter fuit institutum sacramentum Poenitentiae in primis parentibus. De coniugio enim habetur in Gen. 2, 18-25; sed non exprimitur, dum essent in statu paradisi, sacramentum

1 principaliter] principale PT. 2 est[2] *om.* P. 4 peccati] est *add.* P. 7 susceptione] vero *add.* EPT. 8 tantum *om.* PT. 9 satisfactionis] de satisfactione T. 9-10 deobligatio] de obligatione PT. 10 cum] tamen T. 12 est... impletio *om.* (*hom.*) E. 15 unicuique] in unoquoque E. 16-17 dicimus] videtur PT. 18 peccato] parte peccati T. 21 quia] que PT. 22 nisi *om.* P. 23 procedentis] procedens PT. 26 culpae *om.* T. 27 ut *om.* P. 30 in *om.* T.

1 I Cor. 13, 10: *Evacuabitur quod ex parte est.*

Num. 3: anon. P, f. 145r. — Num. 4: anon. P, . 145v. Cf. Alb. Magnus, hic, aa. 11-12 (XXIX, 898s.); Bonav., hic, a. 2, q. 1 (IV, 578s.).

Poenitentiae, nisi in hoc cum dixit [1]: *In quacumque die comederis, morte morieris*. Et tunc exponendum est de morte poenae, non de morte culpae; sed mors culpae per hoc || quod dicit: *comederis*. Cum enim per inferiorem partem rationis intelligatur mulier et per superiorem vir [2], tunc comedunt cum consentit superior pars inferiori vel non cohibet, et fit peccatum dignum morte aeterna, propter quod requiritur obligatio ad poenam temporalem in qua fiat mortificatio. Et ideo sic potest intelligi in *quacumque die* institutum sacramentum Poenitentiae. T 167c

DISTINCTIO XXIII.

1. Praeter praemissa est [889, 11]. Hic solet poni distinctio. Quaeritur hic quid sit sacramentum, utrum unctio, aut aliquis character impressus, aut unctio cum oratione, vel aliqua qualitas derelicta ex unctionibus, ut dixerunt quidam [3].

a. Videtur autem quod non character, propter iterationem huius sacramenti. Et dicit Ambrosius [4]: « Quandocumque invalescit morbus, iteranda est medicina ». Et Augustinus, *Contra Parmenianum* [5]: « Si morbus non potest cohiberi, quare debet medicina prohiberi » ? — Si vero unctio, non videtur unum sacramentum, cum sint plures unctiones; et qua ratione una habebit effectum, et alia sibi determinatum.

---

1 cum dixit *om.* T. 2 morte[1] *om.* P. 3 non... culpae[2] *om.* (*hom.*) P, pene *pro* culpae[2] *codd.* || dicit] dixit P. 3-4 comederis] comederitis PT. 4 rationis *om.* T. 6 non E, *om.* APT. || cohibet] cohabitet A. 8 fiat] facit P. 11 distinctio] b' P, *vide p. 382, lin. 22 (in apparatu)*. 12 sit] hic *add.* E, *supple:* in extrema unctione. || aliquis] alius *add.* T. 16-17 Quandocumque... morbus] quandoque... moribus A. 18 Contra *om.* P. || quare] qualiter PT. 19 prohiberi] cohiberi A. || unctio] tunc *add.* E. 20 et *om.* T.

---

[1] Gen. 2, 17. [2] Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 24, nn. 15 et 25 (pp. 217, 222). [3] Ut v. g. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 171, post Steph. Langton. [4] Ita etiam Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 7, q. 2 (. 42d); sed ap. Ambrosium non invenimus. Cf. supra, p. 31, lin. 1. [5] Immo ipse Magister hic in litt., c. 4 (p. 891, lin. 9-10); ex Hug. de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 15, c. 3 (PL 176, 578 D).

Num. 1: anon. P, . 146r-v; anon. Tr, f. 187b-d; anon. V, . 148a-b. C . Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 171, 179; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 7, q. 1 (f. 42b-d); anon. quaestio cod. B, . 152r: « Quaeritur de extrema unctione, et 10 quid sit sacramentum in ea... nisi a sacerdote ».

b. Praeterea, oratio videtur esse de substantia sacramenti, per illud Iacobi[1]: *Infirmatur aliquis ex vobis? inducat presbyteros [Ecclesiae, et orent] super eum, inungentes in nomine Domini;* et ita coniungitur oratio unctioni ad eliciendum effectum alleviationis. Unde ibidem dicitur[2]: *Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* — Quod etiam videtur ex forma orationis, quae est[3]: «Per istam suavissimam unctionem et suam piissimam misericordiam, dimittat tibi Deus quidquid peccasti per visum» etc.

c. Sed contra: illa oratio non est instituta in propria forma ab Apostolis. Sed simile tunc posset obici de forma Confirmationis, quae est per unctionem chrismatum et signationem Trinitatis: non enim ista fuit instituta ab Apostolis. — Praeterea, non est oratio in Extrema Unctione nisi deprecatoria effectus conferendi in unctione; et ita potius est sacramentalis quam de esse sacramenti.

d. Si vero dicatur quod qualitas resultans ex multis unctionibus sit sacramentum, non videtur: nulla enim una qualitas
P 210b sensibilis derelinquitur. || Si vero fuerit intelligibilis, non erit sacramentum; quia non est signum, secundum definitionem signi praedictam, quae est: «Signum est quod praeter speciem» etc. [746, 4-5].

e. Praeterea, cum duo tangantur effectus in verbo Apo-
E 277v stoli[4], quorum neuter videtur haberi per alterum, || scilicet
A 153d alleviatio in corpore et dimissio peccati || in anima; respectu autem utriusque sit similitudinem invenire in signo quod est sacramentum, non dicetur unum sacramentum, sed plura.

f. Praeterea, quaeritur propter quid fit unctio in diversis partibus corporis, et si unaquaeque illarum sacramentum dici debeat.

g. Respondemus: unctio quae est per oleum ad infirmos, facta a sacerdote cuius est officium, cum intentione

---

1 substantia] ipsius *add.* T. 2-3 inducat... Domini] etc. PT. 4 eliciendum] eligendum PT. || effectum] allevationis vel *add.* E. 6 Quod... videtur] queritur... utrum E, *om.* videtur P. 7 et] per *add.* PT. 8 dimittat] indulgeat PT. 10 simile... posset] similiter... potest PT. 11 est *om.* PT. || chrismatum *ita codd.* 12 Trinitatis] crismatis PT. 13 Praeterea] postea A. 13-14 nisi... unctione *om.* (*hom.*) A. 16 ex] a A. 17 non videtur *om.* T. 18 vero fuerit] f. autem T. 19 est] erit PT. 20 Signum... quod *om.* P. || quod] est *add.* T. 23 neuter] neutrum AE. || scilicet] alienatio vel *add.* P. 27 Praeterea] postea A. 28 si *om.* P.

---

1 Iac. 5, 14. 2 Iac. 5, 16. 3 *Rituale Romanum.* 4 Iac. 5, 15: *Et alleviabi eum Dominus; et si in peccatis sit, remittentur ei.*

faciendi quod facit Ecclesia et oratione fidei, est sacramentum. Haec enim requiruntur, sed proprie esse sacramenti tenet unctio in debita materia. Habet autem similitudinem cum unctione spirituali quae fit per gratiam. Est autem in oleo non tantum proprietas ungendi, sed etiam leniendi; secundum quam similitudinem signat et disponendo causat mitigationem infirmitatis spiritualis, quae fit per gratiam, et procedit infirmitas illa a peccato; et per posterius, mitigationem infirmitatis corporalis.

h. Utrum vero oratio illa instituta ab Ecclesia sit sacramentalis aut de esse sacramenti, non definio; sed patet quod sacramentalis est ad minus. Forte est de esse, sed ut est haec, sacramentalis est. Tamen, propter consuetudinem Ecclesiae in diversis partibus, esset peccatum si in illa parte omitteretur; et esset etiam haereticum, si pertinaciter fieret contra statuta Ecclesiae.

i. Ad illud quod quaeritur, quare fit in partibus diversis, respondemus quod hoc est quia diversa infirmitas contrahitur per diversa venialia peccata, quorum introitus ad animam est per fenestras mortis [1], scilicet sensus, et per motus; et propter hoc fit inunctio in principalibus partibus in quibus est sensus et motus.

k. Nec sunt duo sacramenta, sed unum, licet duplex sit effectus; quia unus est principalis, scilicet dimissio peccati, principaliter venialis; ad actuale enim requiritur contritio. Valet tamen ad dimissionem poenae, nam per poenam peccati contrahitur infirmitas spiritualis. Unde semper efficitur hoc si inveniatur in susceptibili; non autem semper curatur ab infirmitate corporali, quia non semper expedit ipsi habere valetudinem corporalem; sacramentum autem datur ad expediens.

2. *a.* Deinde quaeritur de materia, propter quid in hoc sacramento fit unctio non cum balsamo vel [oleo] quod est

2 sed] secundum P. 3 autem] enim E. 6 signat et PT, signatur in A, significat et E. 9 illa *om.* P. || sit *om.* P. 10 definio] diffinitio A. 11 haec *om.* PT. 12 Tamen] tantum P. 16 quare *om.* A. 18 peccata *om.* T. 19 mortis *om.* T. || scil. sensus] sensus autem P. 20 inunctio] unctio P. || partibus *om.* P. 23 est *om.* P. 26 Unde semper] G. semper T, Ge. super P. 27 autem] enim E. 31 quod] non *add.* ET, dum *add.* P.

[1] Ier. 9, 21: *Ascendit mors per fenestras nostras.*

Num. 2: anon. P, f. 146v-147r; anon. Tr, f. 187c-d; anon. V, f. 148a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 180 (quoad § *d*); Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 7, q. 1 (f. 42a-c); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 156d: quoad § *d*); Bonav., hic, a. 1, q. 2, resp. (quoad §§ *c*, *h*) et q. 3 (IV, 591-593).

chrisma. Videtur enim quod chrismate fieri debeat haec unctio. Chrisma enim, a quo christiani dicuntur, significat gratiam gratum facientem; in hoc autem sacramento videtur conferri gratia gratum faciens, per illud quod subiungitur in
P 210c sequenti capitulo: « Res sacramenti est unctio || interior, quae peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur » [890, 17-18].

b. Praeterea quaeritur quare in Baptismo fit duplex inunctio, una oleo quod non est chrisma, quod est oleum catechumenorum; alia chrismate; in Confirmatione vero fit unica inunctio chrismate; in Extrema Unctione unica, oleo quod non est chrisma, quod est oleum ad infirmos.

c. Praeterea quaeritur, cum sit quoddam sacramentum intrantium, scilicet Baptismus vel circumcisio; et sacramentum stantium, Confirmatio; et exeuntium sacramentum, scilicet Extrema Unctio: quare in Veteri Testamento erat correspondens sacramento intrantium, non autem stantium vel exeuntium.

d. R e s p o n d e m u s: non fit inunctio chrismate in hoc sacramento, ut in Baptismate vel Confirmatione. Illi enim qui ingrediuntur in Ecclesiam, vel qui stant in agone ecclesiastico, duobus indigent: puritate conscientiae quantum ad se, bonitate famae quantum ad alios. Et propter hoc inunctio fit chrismate in Baptismate et Confirmatione; nam per oleum puritas con-
T 167d scientiae, per balsamum odor || bonae famae significatur. Ex-
A 154a euntibus vero a vita || sufficit bonitas vitae, nec sequitur bonitas famae per opera, cum de cetero non liceat operari. — Alia ratio [est], quod per oleum significatur gratia; cum autem superadditur balsamum, significatur gratia gratum faciens, in qua est plenitudo gratiae quoad omnem virtutem; cum autem non superadditur, significatur gratia gratis data, quae non habet posse ad deletionem mortalium peccatorum.

---

3 autem] enim E. 4 illud] hoc EPT. || subiungitur] iniungitur A. 6 remissione... perficitur] remissionem et v. ampliationem perficit PT. 9 inunctio] unctio PT. 10 alia] fit *add.* E. 11 unica[1]] una EP, *om.* T. || inunctio] unctio EPT. || unica[2]] et unica est una P, cum *add.* PT. 14 et] quoddam *add.* E. 15 stantium] scilicet *add.* PT, ut *add.* E. || et] quoddam *add.* E. || sacramentum *om.* E. 17 non a. stantium *om.* E. 19 Resp.] quod *add.* E. || inunctio] unctio PT. 20 Baptismate] baptismo ET. || vel] in *add.* EPT. 21 qui *om.* T. 22 indigent] scilicet *add.* T. || se] et *add.* T. 23 inunctio] unctio PT. 24 Baptismate] baptismo EPT. || et] in *add.* E. 24-25 conscientiae *om.* E. 26 vero] autem EPT. || sequitur] requiritur T. 28 quod] quia PT. 31 superadditur] tantum *add.* E.

In Unctione Extrema confertur gratia ad dimissionem venialium, et propter hoc fit haec unctio oleo quod non est chrisma.

e. Si obicitur quod res huius sacramenti est remissio peccatorum et ampliatio virtutum, dicimus quod hoc intelligitur specialiter de venialibus. Si vero de mortalibus, non intelligitur quantum ad dimissionem culpae, quae fit sola contritione; nec de remissione poenae quoad perfectionem: hoc enim fit per Baptismum et Poenitentiam perfectam; sed de remissione poenae in parte: valet enim ad aliquantam poenae dimissionem. Et licet possit ad ampliationem virtutum per remotionem impedimentorum, non tamen potest ad collationem virtutum ex se, sed ex poenitentia adiuncta Extremae Unctioni, || ut accidit in pluribus. E 278r

f. Ad aliud respondemus quod duplex fit in Baptismo inunctio: una in qua confertur gratia gratis data, habilitans ulterius ad gratiam gratum facientem et removens impedimenta spiritualia; altera vero in qua confertur gratia gratum faciens, vel significatur in Baptismo conferri. Confirmatio vero quia est sicut characteris baptismalis corroboratio, confertur in ea gratia gratum faciens, vel gratia baptismalis augetur sive corroboratur. Non enim sufficit certanti in agone gratia gratis data. Extrema vero Unctio est sacramentum post alia sacramenta. Post dimissionem ergo originalis in Baptismo et actualis || in Poenitentia, consequitur convenienter in fine hoc sa- P 210d
cramentum ad venialium dimissionem. Sicut enim Eucharistia est cibus quotidianus ad sustentationem et conservationem gratiae, et est efficax ad venialium dimissionem, ita et hoc sacramentum in extremis, vel cum homo gravi infirmitate tenetur.

g. Si vero quaeratur quae sit differentia in significando inter oleum ad catechumenos et oleum ad infirmos, dicit Dionysius in *Ecclesiastica hierarchia*, cap. *De perficiendis* [*in*] *dormientibus*[1]: « Nunc unctio ista ad sacra certamina vocat consummandum; nunc vero infusum oleum manifestat secundum

1 Unctione] ergo *add.* E, vero *add.* PT. || Extrema] confirmatur et *add.* P. 4 hoc *om.* PT. 6 quantum] quo T. || sola] solum T. 7 enim] autem P. || per] solum *add.* E. 14 respondemus] respondeo E. 14-15 inunctio: una] unctio: una est PT. 17 gratum faciens] gratis data AE. 19 sicut] quasi E. 24 convenienter] competenter E. 29 quaeratur] queritur T. 30 ad catech.] et caracter A. 32 Nunc *codd.*, Et tunc quidem *Dionys.* 32-33 consummandum] consummandi A. 33 secundum] sed PT.

[1] Cap. 7, § 8 (PG 3, 566 A; PL 122, 1110 B); versio Scoti Eriug., ap. *Dionysiaca*, II, 1460s.

ipsa sacra certamina militantem et dormientem consummatum ». Et ita prima unctio praefigurat certamen futurum, ultima vero certamen iam factum, cum incorruptione futura mentis et corporis.

h. Respondemus ad tertium quod in Veteri Lege erat tantum respondens primo sacramento. Primum enim est ad deletionem peccati: ingressurum enim Ecclesiam primo oportet a peccato mundari. In Nova vero Lege confertur gratia ad merendum, vel finalis vel antecedens: dico ad meritum vitae aeternae, quae consistit in visione post apertionem ianuae. Et quia haec figurantur in Confirmatione et Unctione Extrema, appropriantur haec duo sacramenta Novae Legi. Unctio enim Extrema duo habet significata, quorum unum est causatum, scilicet dimissio venialis peccati in praesenti; alterum significatum tantum, scilicet plena gratia quae habetur in susceptione utriusque stolae. In Baptismo vero licet infundatur gratia cui congruit vita aeterna, per se tamen significat perfectam deletionem originalis peccati.

3. Deinde quaeritur de forma Unctionis, utrum haec sit forma [1]: « Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris etc., ut more militis uncti praeparatus ad certamen, aëreas possis superare potestates »; an illa sit forma quae dicta est [2], quae in
A 154b forma || petitionis proponitur sic: « Per istam suavissimam unctionem » etc.

a. Videtur quod prima sit forma, per simile in aliis sacramentis: sic enim dicitur in Baptismate, sic in Confirmatione. — Praeterea, videtur per hoc quod dicit S t e p h a n u s papa, 5 distinctione, *De consecratione* [3]: « Numquid non omnia chrismata sacerdotalis ministerii crucis signaculo perficiuntur ? Numquid baptismatis unda, nisi cruce sanctificata, peccata relaxantur » ? Ex quo datur intelligi quod sacramenta quae pro-

1 sacra *om.* T. 1-2 consummatum] consummant PT. 2 praefigurat] prefiguravit PT. 3 cum *om.* PT. 6 tantum] tunc P. 7 enim] in *add.* PT. 8 mundari] et *add.* A. || vero] enim E. 9 dico] autem *add.* T. 10 post] per T. 13 causatum] creatum AE. 16 vero] enim E. 23 proponitur sic] ponitur sicut PT. 25 Videtur] et *praem.* EPT. 26 sic[1]] sicut PT.

1 Quae 'ambrosiana' dicitur a S. Bonav., hic, a. 1, q. 4 (IV, 594b). 2 Hic supra, n. 1, § *b.* 3 *Decretum* Gratiani, de cons., d. 5, c. 10 (I, 1415).

Num. 3: anon. P, f. 147r; anon. Tr, f. 187d-188a; anon. V, f. 148c. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 4 (XXX, 8-12); Bonav., hic, a. 1, q. 4 (IV, 594s.).

prie sunt Novae Legis, cum signaculo Trinitatis fiunt. Sed reliqua forma non fit signaculo Trinitatis sicut et haec; unde videtur haec esse potius forma quam illa.

b. Praeterea, forma sacramenti non fit modo orationis sive optativo modo: optativus enim modus affectum exprimit, non effectum. Indicativus modus effectum exprimit sive essentiam rei, et propter hoc indicative traditur forma sacramentorum, ad designandum quod, quantum est de ipsis sacramentis, est effectus eorum cum significatione. Reliqua vero forma optative sumpta non erit forma sacramenti.

c. Quod autem non sit haec forma sacramenti, videtur per hoc, quod praecedit unctio, et post sequitur haec forma. || Sed si unctio illa est sacramentum, efficit quod figurat; non ergo tunc efficitur cum dicitur: « Ungo te oleo » etc. P 211a

d. Respondemus quod haec forma figurat gratiam collatam in unctione, et non est forma quae effectum principalem sacramenti conferat, ut accidit in Baptismo. Sanctificatur enim aqua ex forma verborum; ex sanctificatione vero per ablutionem consequitur effectus. Unde non est hic aliqua forma quae cum materia producat effectum, sed forma praecedens disponit ad effectum consequendum, forma sequens significat effectum consecutum, quantum est de virtute sacramenti. Et quia effectus sequitur in fide Trinitatis, ideo dicitur: « in nomine Patris » etc. Et ut intelligat infirmus ad quid fiat unctio, subiungitur: « ut more militis » etc.

4. Tum ex parte suscipientis, tum ex parte conferentis est quaestio. Ex parte conferentis, ad quem pertineat conferre; ex parte suscipientis, utrum congruat unicuique suscipere; et praeter hoc, si in hoc sacramento imprimatur character, ut in Baptismo et Confirmatione.

5. *a.* || Videtur autem quod non tantum a sacerdote conferatur, quia legitur in legenda beatae Genovefae [1] quia T 168a

1 Nov. Legis] in nova lege PT. 4 Praeterea] postea A. 6 Indicativus] enim *add.* PT. 7 indicative] indicativo modo PT. 14 oleo *om.* E. 16 quae] quia PT. 19 consseq.] consequentur A. 23 Trinitatis] caritatis A. 24 intelligat] et cum *add.* P. 26-27 est... conferentis *om.* (*hom.*) P, *mg.* A^2. 27 Ex] a A^2. 32 quia^2] quod PT.

1 *Vita S. Genovefae*, c. 10 (*Acta SS.* Ian. I, Antverpiae 1643, 142b, 147a).

Num. 4-7: anon. P, f. 147r-150r; anon. Tr, f. 188a-c; anon. V, f. 148b (soli nn. 5-6). Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 7, qq. 1-2 (f. 42b-43a); Bonav., hic, a. 2, qq. 1-2, et d. 6, p. 1, qq. 1-5 (IV, 596ss., 136ss.)

ungebat infirmos oleo consecrato. — Sed c o n t r a est quod exprimitur in fine Iacobi [1]: *Infirmatur aliquis ex vobis? inducat presbyteros* etc.

b. Praeterea quaeritur, si episcopus ungat aliquem in Extrema Unctione, utrum liceat inungere chrismate.

c. R e s p o n d e m u s quod aliud est inungere de vitae merito, aliud ex officio, ut supra, in tractatu *De poenitentia* [2]: quod quidam absolvunt ex officio, quidam ex vitae merito. Quod ergo unxit virgo, fuit de vitae merito; sacerdotes vero de officio. Nec est privilegium aliquorum trahendum in sequentiam [3]. Per hoc patet quod, ad hoc quod fiat hoc sacra-
E 278v mentum, || exigitur oleum consecratum, Ordo sacerdotalis et intentio faciendi quod facit Ecclesia, et quod assistat oratio fidei quam dicit Iacobus.

d. Sed potest quaeri, si habet hoc sacramentum virtutem in fide, ratione cuius articuli principaliter. — R e s p o n d e m u s quod ratione communionis Ecclesiae et remissionis peccatorum et resurrectionis carnis. Virtute enim communionis ecclesiasticae fit remissio poenae; per gratiam autem remissio peccati; unctio autem sacramentalis figurat perfectam incorruptionem futuram in carne, si [infirmus] digne suscipiat.

e. Ad illud de unctione episcopi, respondemus quod episcopus non inungit hac unctione in quantum episcopus, sed in quantum sacerdos; non ratione dignitatis, sed Ordinis. Unde debet fieri oleo consecrato, non chrismate [4].

6. Item, quaeritur si unusquisque fidelis est susceptibilis huius Extremae Unctionis.

a. Quod videtur, per simile de Baptismo. Sicut enim ille
A 154c || est intrantium, ita haec exeuntium; et sicut ibi requiritur de-

1 ungebat] lingebat A. 2 fine] epistole beati *add.* E. 3 etc. *om.* E. 4 ungat] inungat PT. 5 Unctione] et *add.* PT. || inungere *om.* P, eum *praem.* E. 6 inungere] ungere P. 7 aliud] aut P, et *praem.* T. || ex] de PT. 9-10 sacerdotes v. de] quod ungit sacerdos est ex E. 10-11 in seq.] in consequentiam E, ad consequentiam PT. 12 consecratum] et *add.* E. 13 oratio] ordo P. 15 habet *om.* E. 15-16 virt. in fide] fidem virtutem P. 17 Ecclesiae *om.* AE. 17-18 peccatorum] peccati T. 18 carnis] vite T. 19 ecclesiasticae] ecclesie PT. 20 sacramentalis] signat vel *add.* E. 23 non] nec P. || unctione] inunctione T. 25 debet fieri] debet inungere E, oportet quod fiat T. 27 huius] sacramenti scilicet *add.* E. 28 ille] illud E. 29 intrantium *om.* A. || haec] hoc E. || exeuntium] est *add.* P.

1 Iac. 5, 14. 2 Supra, d. 17, n. 20. 3 *Decretum* Gratiani, C. 26, q. 2, c. 4 (I, 1021); ex Hieron., *In Ionam* 1, 7 (PL 25, 1126 B). 4 Cf. *Glossa in Decretum*, d 95, c. 3 (col. 606).

letio originalis peccati, ita et hic remissio peccati venialis. Cum ergo unusquisque susceptibilis sit tam huius peccati quam illius, videtur quod susceptibilis sit Extremae || Unctionis, quae P 211b est medicina huius peccati.

b. Sed contra hoc: dicitur quod non sunt ungendi furiosi, moriones vel parvi. Unde versus [1]:

Non est ungendus furiosus, morio, parvus.

Sed quaeritur si unusquisque horum similiter sit insusceptibilis, quia subiungitur:

Est tamen ungendus, si petit ipse furens.

Ratione etiam huius quaeritur quare hae tres personae excipiuntur [2].

c. Respondemus: ad hoc quod persona sit susceptibilis huius sacramenti, requiritur usus rationis et voluntatis ad illud. Sed defectus est in his tribus generibus: nec est in parvulo usus rationis nec voluntatis; in furioso non usus rationis, licet voluntatis; in morione similiter, sed differenter. Nam in furioso ligata est ratio per morbum quoad usum. Dico autem rationem secundum quod eius usus est in rationali cellula: est enim ratio separabilis cum anima, et est ratio non separabilis, quae rationalitas aliquando dicitur. Morio vero habet rationem quoad usum ligatam quoad ineptitudinem instrumenti, et hoc aliquando ex natura, aliquando ex aetate. Sed quidam sunt furiosi qui habent lucida intervalla, et in illis non est semper ligata ratio; et propter hoc, si instanter petat, inungendus est. Habet enim discretionem sacramenti et voluntatem ad suscipiendum. Causa autem quare requiritur usus rationis et voluntatis, est quia effectus huius sacramenti elicitur ex gratia cum fide: quod significatur in verbis Apostoli [3]; fides autem est

1 peccati[2] *om.* EPT. 2 sit *om.* A. 3 quod] unusquisque *add.* E. 5 hoc] est quod *add.* E. 8 si] utrum T. 8-9 insuscept.] susceptibilis PT. 10 tamen *om.* A. 10-11 ungendus... quaeritur *mg.* A[2]. 10 petit] petiit A[2]. 11 etiam *om.* A[2]. 14 requiritur] exigitur T. 15 generibus *om.* T. 17 sed] licet T. 20 ratio[1]] ulcio A. || non separab.] inseparabilis P. 24 furiosi *om.* P. 25 inungendus] ungendus PT.

1 Cf. I. de Ghellinck, *Les notes marginales du Liber Sententiarum*, in *Revue d'hist. eccl.*, XIV, 1913, 713. 2 Petrus Cantor lamentatur huiusmodi exclusionem: «Utquid ergo consuevit Ecclesia subtrahere hoc talibus»? *Summa de sacramentis* (cod. Paris. Nat. lat. 14521, f. 20b). 3 Iac. 5, 15: *Et oratio fidei salvabit infirmum.*

habitus rationis; gratia vero remittens peccatum, voluntatis. Per hoc patet quod dissimile est in furioso et in aliis.

d. Nec est simile de Baptismo et Extrema Unctione. Nam Baptismus est sacramentum necessitatis, sine quo nullus est dignus vita aeterna; et propter hoc est sacramentum ad omnes. In eo enim deletur originale, quod per alterius voluntatem contrahitur. Sicut ergo morbus universalis est, ita et remedium universale. Sacramentum vero Extremae Unctionis est utilitatis: ad diminutionem enim vel vitationem poenae purgatoriae valet. Et licet unusquisque sit susceptibilis venialium peccatorum, non ei convenit dare hoc sacramentum. Licet enim susceptibilis sit de indigentia, non tamen de congruitate.

7. Praeterea quaeritur utrum in hoc sacramento imprimatur character [2].

a. Quod videtur: cum enim hoc sacramentum fiat per inunctionem, in omni autem alio sacramento quod fit per inunctionem imprimitur character, videtur etiam quod in hoc imprimatur similiter; aut propter quid non ? Ad consimilem enim dispositionem consequitur consimilis forma. — Quod autem non imprimatur, videtur per hoc, quod iteratur. Iniuria enim fieret sacramento, sicut habetur supra, distinctione VII, cap. ultimo, ubi dicitur: « Nulli sacramento facienda est iniuria: quod fieri putatur; quando non iterandum iteratur » [787, 5-7].

b. Praeterea, videtur quod imprimatur character et in hoc sacramento et in Poenitentiae sacramento. Sicut enim habetur super illud ad Rom. 2, 15 [2]: *Testimonium ferente contra eos conscientia*, ubi dicitur quod « notae quaedam » remanent ex peccatis mortalibus, per quas potest discerni peccatum. Si ergo peccatum relinquit characterem diaboli sive notam, multo fortius
P 211c Poenitentia, quae est sacramentum a Deo || institutum in me-

1 vero] autem E. 2 dissimile] dissimiliter EPT. 5 est *om.* T. 7 et *om.* PT. 9 vitationem] purgationem T. 11 dare] dari T. 12 congruitate E, contrarietate A, communitate PT. 13-14 imprimatur] imprimitur PT. 15-16 inunctionem] immixtionem A. 16-17 inunctionem] unctionem A. 17-18 videtur... quid] quare videtur quod similiter in isto aut quare E. 19 autem *om.* E. 20 per hoc] propterea E. || quod] quia T, fit vel *add.* P. 23 putatur PT (*Lomb.*), imputant A, putant E. 24 et *om.* EPT. 25 et] etiam *add.* E. 29 relinquit PT, dereliquit A, dimittit ibi E. || sive] vel T. 30 in medicinam] medicina PT.

1 Cf. supra, d. 6, n. 2: de charactere baptismali. 2 Vulgata: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum; Glossa* Lombardi in h. l.: « Quarum notae quaedam et signacula relinquentur in corde nostro velut in cera, quae in occulto nunc pectoris posita, in illa die revelari dicuntur » (PL 191, 1346 C).

dicinam contra peccatum, notam sive characterem relinquit. Et persimile videtur esse in hoc sacramento.

c. Huius etiam causa quaeritur in quibus sacramentis imprimatur character et in quibus non. Videtur enim quod in omni. Sicut enim in corporalibus rebus imprimuntur figurae aliquando delebiles, aliquando indelebiles, ita videtur in spiritualibus. Sed character est figura distinguens, et ita || videtur A 154d quod aliquando sit delebilis, aliquando indelebilis. Sed susceptio uniuscuiusque sacramenti est distinctiva: distinguitur enim baptizatus a non baptizato, communicans corpori et sanguini Domini a non communicante, et ita de aliis. Videtur ergo in omni sacramento character imprimi, qui remanet post || susceptionem E 279r sacramenti ad discernendum. — Praeterea, fit sanctificatio aliquando in aqua, aliquando in oleo. Sed convenientius videtur se habere ad characterem sanctificatio in oleo quam sanctificatio in aqua; cum ergo ex illa imprimatur character, et ex reliqua imprimetur universaliter. — Praeterea, character concomitatur gratiam, si digne suscipiatur. Si ergo primae gratiae et secundae respondet character, multo fortius gratiae consummatae. Sed prima in Baptismo, roborata in Confirmatione, consummata || in Eucharistia; sed character concomitatur gratiam in Con- T 168b firmatione et Baptismo; ergo in Eucharistia fortius.

d. Huius etiam gratia quaeritur quid sit character in essentia, et cuius sit effectus proximo. Et dicitur quod est in genere qualitatis [1]. Secundum hoc ergo quaeritur in qua specie. Si enim est habitus aut dispositio, ad aliquem actum habilitat potentiam; sed character nullius potentiae est determinate, sed respicit essentiam animae: ipsa enim in sui essentia est imago, character vero est imaginis distinctivus. — Praeterea, habitus vel dispositio non semper est in actu; sed character semper est in suo actu; ergo character non est dispositio neque habitus.

---

1 sive] vel T. || relinquit PT, derelinquit AE. 2 persimile] per consimile A. 3 etiam causa] gratia E. 4 character] ipse caracter *et trp. p.* non E. 5 Sicut enim *om.* P. 6 delebiles... indelebiles] debiles... indebiles AP, et *add.* P. 7-8 videtur... sit] aliquando videtur T. 8 delebilis... indelebilis] debilis... indebilis A. 9 distinctiva] distincta E. || enim] autem PT. 11 Videtur ergo] sic ergo videtur E. 12 susceptionem] receptionem E. 15 sanctificatio[2] *om.* PT. 16 cum] ut P. 17 universaliter *om.* T. 18 suscipiatur] sumatur E. 20 prima] est *add.* E. 20-22 consummata... Confirmatione *om.* (*hom.*) P. 22 ergo] quo AP. || in *om.* P. 24 dicitur] dicit P. 28 essentiam *corr. in* potentiam T. || sui] sua PT. 31 suo *om.* T.

Cf. supra, d. 6, n. 2 (p. 108, lin. 25).

— Propter hoc dicunt aliqui quod est figura. Quod non videtur, quia figura est determinata in corporibus ut figura; character vero est in spiritu.

e. Praeterea, si est character in anima, aut secundum partem qua convertitur ad corpus, quae dicitur ratio inferior; vel secundum partem superiorem. Et videtur quod tantum secundum superiorem. Sicut enim dicit Augustinus, libro *De Trinitate* XII [1], anima est imago non secundum rationem qua convertitur ad carnem, sed secundum illam « qua conspiciendis et consulendis aeternis inhaerescit ». Sed character est imaginis; ergo est secundum superiorem partem.

f. Praeterea quaeritur utrum imprimatur character immediate a Deo, aut mediante sacramento; et hoc est quaerere utrum sacramentum sit effectivum characteris, aut dispositio respectu illius.

g. Respondemus, praeintellecta definitione characteris, quae est [2]: Character est figura intelligibilis discretiva imaginis [Dei] secundum statum membrorum in Ecclesia et perpetua. Per haec membra fit talis differentia: per hoc quod dicitur 'figura', fit separatio a formis quae sunt in anima ut habitus et dispositiones; per hoc, 'intelligibilis', separatio a figuris corporalibus quae suum figurabile discernunt; per 'discretiva', separatio a forma quae perficit affectum, vel a forma quae est ad agendum; per 'imaginis Dei', ab illa imagine quae est Deus; per 'membrorum Ecclesiae', secundum quod Ecclesia
P 211d est congregatio || fidelium, ab angelis, in quibus non sunt huiusmodi characteres spirituales. Per 'secundum statum membrorum' significatur quod in illis sacramentis quae non determinant statum fidei, non imprimitur character. — Est autem triplex status fidei, quorum primus est in Baptismo, ubi datur gratia fidei secundum quod fides illuminat animam secundum intellectum. Secundus est in Confirmatione, in qua, si suscipitur digne, datur robur fidei; in cuius signum fit chrismatio in

1 aliqui] quidam T. 2 quia] quod E. 9 qua[2]] que P. 11 imaginis] imago PT. 13 et *om.* P. 14-16 aut... characteris *om.* (*hom.*) P, *mg.* A[2]. 17 quae] talis *add.* E. 18 et *om.* T. 21 intelligibilis] ipsum intell. fit T. 22 figurabile] figurale P. 23 affectum] affectionem PT. 24 per] hoc quod dicitur *add.* E. 27 Per] se *add.* P. 27-29 membrorum... statum *om.* (*hom.*) P, tamen *pro* membrorum E. 31 illuminat animam] illuminata A, illuminata animam illuminat P.

[1] Cap. 7, n. 12 (PL 42, 1005). [2] Cf. supra, d. 6, n. 2, § *i* (p. 108).

fronte, ut non verecundetur fidem confiteri, secundum quod dicitur ad Rom. 10, 10: *Corde creditur ad iustitiam* etc. Tertius est in Ordine, principaliter vero sacerdotali, in quo debet esse excellentia fidei; unde ad ampliorem perfectionem tenentur illi quorum Dominus est haereditas quam alii. Unde in prima tonsura dicitur[1]: *Dominus, pars haereditatis* etc. In reliquis vero sacramentis non est distinctio secundum statum fidei. Unde aut non sunt discretiva secundum huiusmodi statum, aut non sunt perpetua. Accipitur autem haec ratio characteris in parte per similitudinem || characteris corporalis. Sicut enim ei qui ali- A 155a
quod crimen commisit fit character, ut distinguatur reus fuisse illius criminis, et si non contineat se a crimine, postea condemnatur aliquando poena capitali: sic est in spirituali charactere, quod imprimitur character ipsi animae ad distinguendum secundum statum fidei, quae, licet non insit, inesse debet. In quo vero habente characterem servatur puritas fidei secundum statum suum, consequitur remuneratio aeterna quae est in gloria de cognitione characteris Christi. — Hoc autem membrum 'perpetua' additur ad differentiam eorum effectuum qui sunt in Poenitentia et Extrema Unctione. Cum enim infirmitas tam corporis quam animae sit frequens et iterabilis, necesse est iterari medicinas frequentes contra morbos istos. Et sicut character corporalis manente subiecto est indelebilis, sic multo fortius character spiritualis, cuius perpetuum susceptibile est.

h. Ad obiectum dicendum quod, licet in omni susceptione sacramenti sit aliqua distinctio, non tamen secundum gradum fidei. Susceptio enim Eucharistiae distinguit a non suscipiente; sed hoc est sacramentum communionis, quae proprie ad affectum pertinet. Sicut ergo mens dicitur retinere similitudinem, non imaginem, secundum illam definitionem[1]: «Mens est sublimior pars in anima, habens imaginem in potentia cognoscendi et similitudinem in potentia diligendi»: sic ex illa parte non imprimitur character ad discernendum, sed infun-

2 etc. *om.* E. 3 vero *om.* E. 6 etc.] mee et calicis E, mee etc. PT. 8 discretiva] distinctiva E. || non *om.* T. 10 enim *et* qui *om.* A. 10-11 aliquod crimen] aliquid E. 12 a] ab illo E. 13 charactere] fidei *add.* PT. 17 in *om.* T. 20 et] in *add.* T. 22 Et sicut] sicut etiam E. 25 obiectum] obiecta PT. 27 enim] fidei *add.* P. 29 affectum] effectum A. || Sicut] sic E, si P. 32 illa] alia PT.

[1] *Rituale Romanum*; ex Ps. 15, 5. [2] Ps.-Augustinus, *De spiritu et anima*, c. 10 (PL 40, 786).

ditur gratia ad agendum. Similiter sacramentum Poenitentiae et
E 279v Extremae Unctionis || figurat gratiam remissionis peccati, quae est in affectu. Principium enim peccati in voluntate est. De Matrimonio autem patet, quod est ex consensu. Et ita haec quatuor sacramenta ad actum voluntatis referuntur. Dico autem 'actum' perfectionem. Reliqua vero tria, licet in ipsis sit gratia quae perficit affectum, specialiter tamen est character distinguens intellectum; nam secundum potentiam cognoscendi mens retinet imaginem Dei. Cum enim Filius, qui est sapientia
P 212a Patris, || sit character eius [1], recte in illa parte imprimitur character, secundum quam gerit anima similitudinem sapientiae Patris.

i. Ad id vero quod obicitur, quod in Poenitentia imprimitur character, ut per peccatum nota diaboli, dicendum est quod aliud est nota, aliud character. Nam 'nota', secundum suam rationem, non ponit perpetuitatem nec discretionem, sed cognitionem; character vero ponit perpetuitatem et discretionem, nam proprie fit in fide Trinitatis. Licet ergo notae remaneant in poenitente, non tamen characteres.

k. Praeterea, sive fiat sanctificatio in aqua sive in oleo, non refert ad impressionem characteris, dummodo essentialiter fiat in fide Trinitatis secundum statum fidei. — Nec sequitur, si in aliis sacramentis, in quibus fit inunctio, imprimitur character, quod in hoc. Alia enim respiciunt gradum fidei; istud vero respicit gratiam sequentem, necessariam ad frequentem morbum. Unde, sicut iteratur morbus, necesse est iterari medicinam.

l. Si vero quaeratur quid sit in essentia character, patet quod est figura intellectualis. Nec ponitur esse habitus, quia non est determinatus ad agendum et semper est in suo actu, ut praehabitum est [2]. Secus autem est in charactere corporali et in spirituali; nam corporalis partibilitatem habet, spiritualis vero non. Fit autem, ut dictum est [3], secundum intellectum,

---

1 et *om.* A. 2 figurat] figurant E. 3 voluntate] affectu T. 4 Matrimonio] minimo P. || ita] sic E. 6 vero] autem T. || sit *om.* AE. 11 quam] quem AE, que P. || gerit] in *add.* P. 13 id] illud E. 14 ut *om.* P. || est *om.* T. 15 nota, aliud *om.* A. 16 ponit] imponit PT. 16-17 nec... perpetuitatem *om.* (*hom.*) T. 21 ad *om.* A. 25 sequentem] frequentem EPT. 26 morbum E, *om.* APT. 28 quaeratur] queritur T. 29 intellectualis] intelligibilis T. 31 est[1] *om.* A. 32 in *om.* PT. 33 vero] autem PT.

---

[1] Cf. supra, p. 106, lin. 13. [2] Sub § *d.* [3] Sub § *h.*

nam anima secundum intellectum fuit || imago. Hoc autem T 168c
est non in quantum ad inferiora convertitur, sed in quantum
in eo est signaculum de aeternis. Imprimitur autem non me-
diante sacramento ut effectivo, sed || sicut dispositione. Eo enim A 155b
quod ipse subicit se sacramentis, congruitatem recipit ut in
anima secundum intellectum imprimatur ab aeterno Charactere
character qui non est aeternus, sed perpetuus.

DISTINCTIO XXIV.

1. || **Nunc ad considerationem** [892, 11]. Quaeritur primo quid B 153r
sit Ordo; deinde quot sunt Ordines; qui sunt susceptibiles
Ordinum maiorum et minorum; a quo conferatur Ordo; quis
sit effectus Ordinis; quae sunt specialia in singulis Ordinibus.

2. *a.* Definit autem Magister Ordinem sic:«Ordo est
signaculum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato
et officium» [902, 9-10]. Secundum quam definitionem vide-
tur quod episcopatus sit Ordo: est enim 'signaculum': quod
patet ex ipsa unctione; et multo fortius, ut videtur, quam sa-
cerdotalis Ordo, quia fit illa unctio chrismate.

b. Praeterea, videtur quod in susceptione clericae confera-
tur Ordo. Si enim est exterius signaculum, et exteriori respon-
det interius, erit signaculum interius in susceptione clericae.

c. Praeterea, quaestio est quare definitur hoc sacramentum
per genus, quod est 'signaculum', non autem alia sacramenta;
cum tamen in Baptismo conferatur signaculum, et in Confir-
matione, si proprius character in Confirmatione recipitur.

d. Praeterea, si haec definitio est Ordinis, convenire debet
omni Ordini; et ita in omni traditur 'spiritualis potestas'. Quod
non videtur in haereticis praecisis ab Ecclesia.

---

1 nam... intellectum *om.* (*hom.*) A. 2 in$^{1-2}$ *om.* T. 3 autem *om.* T. 5 congruitatem] contrarietatem A. 6 Charactere *om.* T. 7 character] enim *add.* P. 9 primo *trp. p.* quot (10) P. 10 Ordines] tertio *add.* B. 11 conferatur] confertur T. 12 sunt] sint B. || specialia A, spiritualia EPT. 13 sic *om.* P, quia *add.* A. 18 fit *om.* B. || illa *om.* E. 20 est *om.* PT. || et *om.* PT. 21 interius^{1} *om.* PT. || erit... interius *om.* (*hom.*) A. 22 quare *om.* A. 23 sacramenta *om.* E. 25 si... Confirmatione *mg.* (*hom.*, sic *pro* si) A^{2}. 27 ita] ideo T. || potestas *om.* E. 28 videtur] ut *add.* B.

Num. 2: anon. P, f. 150v; anon. Tr, f. 188d-189a (aliter); anon. V, f. 148c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 8, q. 1 (f. 43a-b); Phil. Cancellarius, *De ordine* (cod. Duacen. 434 I, f. 117c-118b); Alb. Magnus, hic, a. 37 (XXX, 77s.).

e. Respondemus: per hanc definitionem separatur Ordo ab aliis sacramentis. Per hoc enim quod dicitur 'signa-
P 212b culum', separatur ab aliis || sacramentis in quibus non imprimitur character. Per hoc autem quod dicitur 'in quo spiritualis potestas traditur', distinguitur ab iis in quibus character tantum imprimitur: non enim in Baptismo et Confirmatione spiritualis potestas traditur super membra Ecclesiae. Per hoc autem quod dicitur 'et officium', intelligitur quod non tantum tradatur potestas, sed executio potestatis, quantum est de virtute Ordinis, licet aliter contingat ex inidoneitate personae.

f. Si vero obicitur de episcopatu, solvendum est per hoc quod dicitur 'signaculum'. Non enim novus character imprimitur, sed gratia confertur ad quamdam spiritualem potestatem, praeexsistenti charactere sacerdotali.

g. Si vero quaeritur utrum Ordo suscipitur in receptione clericae, respondemus per hoc quod dicitur 'spiritualis potestas traditur'. Non enim fit ibi nisi separatio in portionem haereditatis divinae. Unde est sicut quaedam dispositio ad Ordinem. Quare autem in hoc sacramento requiritur quaedam dispositio praeexsistens, post habebitur [1].

h. Si vero obicitur, quare ponitur 'signaculum' in definitione huius sacramenti tantum, respondemus quod in hoc sacramento imprimitur character excellentiae; unde debent ii esse
E 280r sicut mediatores inter || Trinitatem increatam et inter eos qui generaliter homines dicuntur. Unde «homines deiformes» a beato Dionysio [2] nuncupantur.

i. De haereticis respondemus quod traditur spiritualis potestas et officium, quantum est de vi Ordinis; sed ipse non suscipit ratione irregularitatis. Est autem officium congruus ac-

---

3 separatur] ordo *add.* T. || aliis] illis B. || non] est tantum P, tantum T. 4 autem] enim E' *om.* B. 5 distinguitur] separatur B. || iis] aliis ipsis P, aliis T. || character *om.* E. || tantum *om.* BPT. 6 et] in *add.* B. 8 tradatur] traditur BEPT. 9 sed] etiam *add.* B. || de virtute] ex parte B' 10 inidoneitate] idoneitate PT. 15 receptione] susceptione B. 19 Quare autem] queritur autem quare B. 21 Si vero] ad illud quod B, si ergo P. 23 excellentiae] tantum *add.* B. 24 sicut *om.* T. 27 De] ad id quod obicitur *praem.* B. 29 suscipit] recipit E. || autem] enim B.

---

[1] Hic infra, n. 5, § *d.* [2] *De eccl. hierarchia*, c. 1, § 5; c. 5, § 2 (PG 3, 378 B, 503 A; PL 122, 1074 B, 1095 D); ap. *Dionysiaca*, II, 1103, 1323.

---

§ *f:* cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 185 (p. 176); Alb. Magnus, hic, a. 39 (XXX, 81); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 3 (IV, 632-634). — § *g:* cf. Alb. Magnus, hic, a. 13 (XXX, 47); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 2 (IV, 610s.).

BIBLIOTECA PROVINCIAL REDENTORISTA SÃO PAULO Nº

tus personae secundum statuta Dei; haeretici autem praecisi ab Ecclesia simpliciter suspensi sunt ab officio.

k. Potest autem assignari altera definitio Ordinis, ex qua magis potest perpendi quis sit Ordo et quis non. Et est talis [1]: Ordo est sacramentum spiritualis potestatis ad aliquod officium ordinatum in Ecclesia ad sacramentum communionis. Constat enim quod sacramentum communionis est dignissimum inter sacramenta, quia in eo continetur ille ex quo omne sacramentum, scilicet totus Christus: non dico secundum divinitatem, quae a nullo continetur. Ad hoc ergo sacramentum ordinari convenit omnem potestatem spiritualem, quae fundatur in fide Trinitatis. In hac autem fide Trinitatis datur character spiritualis, a quo est signaculum in quibusdam sacramentis. Ex quo perpenditur: || cum potestas Ordinis sacramentalis sit ad A 155c sacramentum communionis, et hoc pertineat ad Ordinem sacerdotalem, in eo debet stare omnis Ordo. Dignitas vero episcopalis, quae superadditur, est ratione causarum, et quia ibi suppletur potestas Domini in conferendo Ordinem sacerdotalem. Sicut Moyses, licet non esset summus sacerdos simpliciter, tamen erat summus sacerdos quoad hoc, quod consecravit Aaron [2].

3. *a.* Deinde quaeritur quot sunt Ordines. Sicut enim dicit Dionysius in *Ecclesiastica hierarchia* [3], tres sunt Ordines: Ordo purgativus, illuminativus et consummativus. Et institutio horum Ordinum accipitur ab Apostolo, ut I ad Tim. 3, 1-7, ubi in nomine 'episcopi' ipsi episcopi || nomine appropriato et sa- P 212c

1 Dei *om.* PT. 4 quis... quis] quid... quid B. || Et e. talis] que talis est B. 5 aliquod] aliud A. 8 inter] omnia *add.* E. || quo] est *add.* E. 10 sacramentum] communionis *add.* PT. (*mg.* A^2), communionis scilicet *add.* E. 13 quibusdam] quibuslibet PT. 14 sit *om.* A. 15-16 et... sacerdotalem *om.* B. 17 causarum *ita codd.*, carum, scilicet potestatum spiritualium *Speculum iuniorum.* 17-18 suppletur] completur T. 18 Ordinem *om.* T. 19 sacerdos *om.* A. 21 quot] quod E. 22 in *om.* A. 23 consummativus] consumptivus T. || Et *om*, PT. 24 ut *om.* B. || ad *om.* PT. || ubi *om.* A. 25 in *om.* BEPT. || ipsi] comprehenduntur PT. || episcopi *om.* B.

1 Definitio dicitur esse «antiquorum magistrorum» ab Alb. Magno, hic, a. 37 (XXX, 77). 2 Ex. 30, 30. 3 Cap. 5, § 3 (PG 3, 503 A-C; PL 122, 1096 A-B); ap. *Dionysiaca*, II, 1329s.

§ *k:* citatur sub nomine Alexandri in *Speculo iuniorum* (cod. Cantabrig. Caius 52, f. 155b-c). Cf. Prolegomena ad lib. I *Glossae*, p. 100*. — Num. 3: anon. P, f. 150v-153r; anon. Tr, f. 189d-190c; anon. V, f. 149r-v. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 185; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 8, q. 1 (f. 43a-c); Alb. Magnus, hic, aa. 5-6 (XXX, 35-37); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 4 (IV, 634ss.).

cerdotes comprehenduntur [1]; et subiungit ipse de diaconibus [2]. Ordo autem diaconorum dicitur a Dionysio purgativus, Ordo sacerdotum illuminativus, Ordo episcoporum consummativus. — Hoc idem patet per hoc, quod Apostoli quantam habuerunt potestatem, in quibus significabantur episcopi; deinde septuaginta duo discipuli habuerunt potestatem ordinatam sub ipsis, qui significant sacerdotes, ut Luc. 10, 1; deinde septem levitae qui ordinati erant ab Apostolis, ut Act. 6, 6. Reliqui vero Ordines non habuerunt determinatam institutionem tempore primitivae Ecclesiae.

b. Quod autem sint novem Ordines, videtur per hoc, quod humana hierarchia ordinata est secundum conformitatem angelicae. Is enim est ordo, ut primo sit hierarchia divina, deinde angelica, deinde humana. Divina autem consistit in distinctione trium personarum; angelica vero secundum quod multiplicatur ternarius per se ipsum. Et determinatum est alibi [3] quod ad hierarchiam pertinet scientia, ordo et actio [4]. Ex parte scientiae, quae practica dicitur, tres ordines determinantur qui sunt in prima hierarchia angelica; ex parte vero actionis, tres ordines in infima hierarchia; ex parte ordinis medii inter scientiam et actionem, tres ordines mediae hierarchiae. Secundum ergo multiplicationem huius ternarii per se multiplicati novem ordines hierarchiae angelicae accipiuntur. — Post hanc est hierarchia humana, quae principaliter in ecclesiasticis personis consistit. Hae enim debent esse spirituales et deiformes. Secundum conformitatem ergo ad angelicam hierarchiam in fide Trinitatis divinae oportet accipi numerum Ordinum in ecclesiastica hierarchia. Unde videtur quod novem sint Ordines, ut Magister tangit [5]. Et secundum hoc ponetur psalmistatus unus Ordo, et

1 comprehenduntur *om.* B. || et *om.* BP. 4 quantam] quandam BEPT. 5 habuerunt B, hnt AEPT. || significabantur] figurabantur B, figurantur E, signantur PT. 6-7 septuaginta... deinde *om.* (*hom.*) B. 6 habuerunt] habent E. 8 levitae *om.* P. 9 non *om.* PT. || habuerunt] habent E. || inst.] a *add.* T. 11 quod *om.* B. 17 scientia] et *add.* T. || parte] vero *add.* B. 20 in *om.* P. || parte] vero *add.* B. 23 accipiuntur] reperiuntur B. 25-26 Secundum conform.] conformitate PT. 26 in] et PT. 28 sint] sunt PT. || ut] sicut E. 29 psalmistatus] psal. A, psalmista E.

1 *Glossa* Lombardi in Phil. 1, 1: *Cum episcopis et diaconibus:* « Episcopos etiam presbyteros dicit » (PL 192, 223 D). 2 I Tim. 3, 8. 3 *In II Sent.*, d. 9, nn. 2 et 4 (p. 84-86). 4 Secundum Ps.-Dionysium, *De cael. hierarchia*, c. 3, § 1: « Est quidem hierarchia, secundum me, ordo divinus et scientia et actio » (PG 3, 163 D; PL 122, 1044 C); ap. *Dionysiaca*, II, 785. 5 Nullibi in litt. memoratur vel tangitur haec sententia, ubi verba Isidori ad rem spectantia supplentur voce *etc.* (p. 894, lin. 9).

episcopatus alius. Hoc enim videtur per auctoritatem Isidori, ut habetur || in distinctione 21, *Cleros* [1], quae accipitur ex T 168d
libro *Etymologiarum*, ubi dicitur psalmistatus unus Ordo, et episcopatus alius. Et est illa auctoritas quae hic habetur in 1 cap.: *Cleros et clericos* etc. [894, 3]. Item, distinctione 25 [2], ubi dicitur: « Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones et laudes, sacrificia et responsorium ».

c. Quod autem septem sint Ordines, videtur ex constitutione sanctorum Patrum [3], qui psalmistam et lectorem pro eodem Ordine accipiunt; episcopatum vero dicunt esse nomen dignitatis. Unde et quod psalmista est nomen officii dicunt. — Et videtur quod non sit nomen Ordinis, || quia sacerdos po- B 153v
test iniungere hoc officium, ut habetur ex Concilio Toletano [4]: « Psalmista, id est cantor, potest absque conscientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium sumere canendi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantas, et corde credas; et quod corde credis, opere adimpleas ». — Quod autem ad episcopum pertineat, habetur 23 distinctione et 25 [5], ubi dicitur quod «praeordinator est in cunctis». — Praeterea, videtur quod episcopatus sit Ordo, per hoc quod dicit Gregorius, ut habetur 68 distinctione [6]: « Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, ita semel consecratus iterum consecrari non debet nec potest ». Unde accipitur quod non iteratur huiusmodi sacramentum. Sed si hoc, videtur hoc esse ratione || characteris A 155d
impressi; et ita quod sit specialis Ordo ab aliis distinctus.

1 enim] etiam E, autem PT. 3 psalmistatus] psalmista ABE. 4 alius] alter E. || hic] sic T. || habetur] dicitur E. 5 Item] idem BEPT. || ubi] tibi A. 6 Ad] quod T. || pertinet] ad *add.* PT. 7 et[1] *om.* BE. || sacrificia *ita Decr. et codd.*, sacrificii *Isid.* 8 sint] sunt PT. 10 accipiunt] acceperunt E. 11 et E, *om.* ABPT. || quod *om.* T. 13 ex] in B. || Concilio] glossa A. 14 id est *om.* BPT. 15 sibi *om.* PT. 16 quod[1]] ex *add.* PT. || et[1] *om.* BEPT. || corde] intelligas et *add.* E. 18 23] xxxi. P, xxi. T. || 25] xxxv. PT. 20-21 ut... distinctione *om.* B. 21 Sicut] semel baptizans B. 22-23 debet nec *om.* PT. 23 nec potest *om.* E. 24 si hoc] secundum hoc PT, tunc *add.* E. || hoc esse] quod hoc est PT. 25 ita] videtur *add.* E. || specialis] spiritualis AP. || distinctus *om.* B.

1 *Decretum*, d. 21, c. 1 (I, 67ss.); ex Isidoro, *Etymol.*, VII, c. 12 (PL 82, 290ss.).
2 *Decretum*, d. 25, c. 1, § 4 (I, 90); ex Isidoro, *Epist. ad Leudefredum*, n. 5 (PL 83, 895 B).
3 Ut refert hic Magister in litt. (p. 892, lin. 12-13). 4 *Decretum*, d. 23, c. 20 (I, 85).
5 *Decretum*, d. 25, c. 1, § 9 (I, 90). Cf. ib., d. 21, c. 1, § 7; d. 23, cc. 11, 15-19 (I, 68, 83-85). 6 *Decretum*, d. 68, c. 1 (I, 254); ex Gregorio, *Regist. epist.*, II, ep. 46 (PL 77, 585 A).

§§ *c*, *k-n:* cf. Bonav., hic, p. 2, a. 2, qq. 2-3 (IV, 631ss.).

d. Praeterea, cum sint hi Ordines inter se ordinati, primo
P 212d quaeritur utrum suscipi possit aliquis || Ordo, non suscepto sacramento Baptismi, ut videtur de sacramento Poenitentiae; et
E 280v si suscipiatur, utrum || reiterandus sit suscepto Baptismo.

e. Praeterea, si sunt Ordines inter se ordinati, utrum suscipiatur character posterioris Ordinis, non suscepto sacramento prioris. Quod non videtur, per sacramenta quae sunt ad invicem necessario ordinata. Nulla enim est Confirmatio, quam non praecedit sacramentum Baptismi. Sed propinquior videtur esse habitudo prioris Ordinis ad posteriorem, quam sacramenti differentis in specie ad aliud sacramentum [a]; et ita videtur quod reiterari debeat Ordo posterior, non suscepto priori.

f. Praeterea, quaeritur quare Ordo multiplicatur per plures differentias, quarum unaquaeque recipit Ordinis rationem; nullum autem aliud sacramentorum recipit divisionem per differentias de quibus praedicetur ipsum [b].

g. Respondemus: ut dicit Dionysius[1], «Pontificum Ordo est consummativus et perfectivus, sacerdotum autem illuminativus et luciducus, ministrantium vero purgativus et discretivus; hierarchico tamen Ordine non perficere tantum, sed illuminare simul et mundare cognoscente; et sacerdotum virtute habente in se ipsa, cum illuminativa, scientiam purgativam. Ipsi vero minores in ea quae meliora sunt transmovere non possunt». Unde perpenditur quod potestas inferiorum est in superioribus. — Hoc autem triplex opus secundum appropriationem eorum quae tribus personis conveniunt accipitur. Nam consummatio ad plenitudinem potentiae refertur, illumi-

a (11) quod non est sub eodem genere propinquo, ut est Ordo.
b (16) quia non sunt diversae species Baptismi vel huiusmodi alterius sacramenti quam Ordinis.

1-2 primo quaeritur] queritur etiam B. 4 suscipiatur] recipiatur E. 5 sunt] sint T. 5-6 suscipiatur] accipiatur PT. 7 sacramenta *corr. in* simile de sacramentis B. || ad *om.* A. 9 praecedit] precedat P. 11 in *om.* E. || aliud] illud PT. 15 sacramentorum] sacramentum ET. 16 de *om.* B. || praedicetur] predicatur T. 17-18 Pont.] pontificis E. 18 et *om.* P. 19 et luciducus] et (*om.* PT) elucidativus (lucidativus B) BEPT, *om.* A. || vero *om.* E. 20 et *om.* PT. || et discretivus *om.* A. 22 virtute] virtutem *codd.* || ipsa] ipso T. 25 superioribus] maioribus T. 26 conveniunt accipitur] que uniunt acciperetur A. 28 quod... Ordo EPT, *om.* B, *mg.* A^2. 29-30 quia... Ordinis E, Resp. quia (quod T)... Ordinis PT, *om.* B, *mg.* (*om.* quam Ordinis) A^2.

[1] *De eccl. hierarchia*, c. 5, § 7 (PG 3, 507 C; PL 122, 1098 A); ap. *Dionysiaca*, II, 1344ss.

natio vero ad sapientiam, purgatio ad bonitatem. Multiplicantur autem haec tria opera, ita quod unumquodque per tres differentias. — Est enim quaedam purgatio a potestate daemonis per operationem in corpus, et hanc habent exorcistae respectu energumenorum, quantum est de ratione Ordinis [1]. Est altera purgatio respectu immundorum, quam habent ostiarii, quorum officium est dignos recipere et indignos respuere [2]. Est tertia purgatio respectu intelligentiae ad fidem, et hanc habent acolythi, qui ceroferarii dicuntur, non ad effugandas aëris tenebras, sed ad abiciendas figuraliter tenebras spirituales [3]. — Secundum autem opus illuminationis similiter accipiuntur tres differentiae. Illuminatio enim intelligentiae est secundum triplex lumen spirituale: antecedens, quod est in Prophetis et in Veteri Testamento; sequens, quod est in doctrina Apostolorum; plenum lumen, quod erat in doctrina Christi. Et secundum haec, tria officia Ordinis. Ad lectorem enim pertinet ea quae Prophetae vaticinaverunt populis praedicare, ut ex officio legat in ecclesia prophetias et lectiones [4]. Ad subdiaconum pertinet lectiones epistolarum legere. In primitiva tamen Ecclesia, cum adhuc non erat institutus hic Ordo, diaconorum erat praedicare Novum Testamentum, sicut lectorum Vetus, ut in illo capitulo habetur: *Diaconorum ordo* etc. [899, 10-11]. Ad diaconum vero pertinet praedicare Evangelium, ut in eodem capitulo habetur [899, 10]. Et ita triplex intelligentia fidei ex triplici Scripturae lumine. Maius autem lumen est hic sequens quam antecedens: antecedens enim est lumen in umbra, per proportionem aliquorum qui antecedunt lumen, qui non vident nisi in umbra. || Si vero aliqui sequantur p 213a lumen, eis apparet lumen in essentia luminis, licet non in plenitudine lucis. — Secundum autem opus consummationis tri-

1 vero *om.* PT. || purgatio] vero *add.* B. 3 enim *om.* T. 7 recipere] suscipere A. || et *om.* P. 10 aëris] aërum AB. || ad *om.* BPT. 12 differentiae *mg.* A². || enim] autem EPT. 14 in² *om.* PT. 16 Ordinis] sumuntur *add. interl.* B. || enim] vero B. || pertinet] pertinebant B, pertinent E. 17 ut *om.* E, aut PT. 20 hic] iste T. || Ordo] subdiaconatus *add.* PT. 21 praedicare] nomen Dei *add.* P. 22 Vetus] testamentum *add.* E. || Diacon. Ordo] a diacono vero PT. 25 lumine] accipitur *add.* BEPT. 26 sequens *et* antecedens *om.* P. 27 umbra] membra P. || proportionem] portionem AP. 28 Si... aliqui] qui vero T. || sequantur] consequantur P, consecuntur T. 29 licet] sed B. 30 lucis] illi enim qui sunt in ipso lumine plenius vident *add.* EPT. || consummationis] illuminationis T.

[1] Cf. litt. hic, c. 7 (p. 896). [2] Cf. litt., c. 5 (p. 894). [3] Cf. litt., c. 8 (p. 897). [4] Cf. litt., c. 6 (p. 895).

A 156a plex distinguitur Ordo. Est enim perfecta caritas || quae accendit ad amorem Dei et superioris. Haec in sacerdotes extendi debet; similiter gratia prima potestatis, sicut et potestas respectu Baptismi et Poenitentiae. Perfectior autem debet esse in episcopis: unde 'superintendentes' dicuntur[1], quibus est plenior gratia potestatis distributa, ut benedicendi abbates, consecrandi virgines, dedicandi ecclesias et confirmandi. Est perfectissima, quae debet esse in Papa, scilicet 'patre patrum'. Huic est collata plenitudo potestatis: hanc enim vice Petri, principis Apostolorum, obtinet. Secundum hunc modum configuratur ecclesiastica hierarchia in numero Ordinum angelicae hierarchiae. — Per dicta patet secundum quam rationem primo erant tres Ordines constituti in Ecclesia, scilicet triplicem potestatem perficiendi, illuminandi et purgandi. Quae tria respondent tribus in definitione caritatis positis, cum dicitur[2]: *Caritas est de corde puro, conscientia bona, fide non ficta;* nam purificatio ad virtutem purgativam pertinet, fides non ficta ad virtutem illuminativam, bonitas conscientiae ad consummativam.

h. Cum igitur sit triplex potestas gratuita multiplicata per
T 169a differentias || praedictas, et prima secundum Dionysium[3] esset hierarcharum, secunda sacerdotum, tertia levitarum, quae-
E 281r ritur propter quid, facta multiplicatione per novenarium, || sacerdotes cedunt in potestatem gratuitam consummationis quae fuit hierarcharum, levitae vero in potestatem illuminationis quae fuit sacerdotum, acolythi autem in potestatem purgativam quae fuit levitarum. — Et ratio huius est. Cum enim essent tres Ordines tantum in Ecclesia, conveniebat ordo eorum secundum ordinem gratuitarum potestatum. Cum ergo principalior esset potestas consummationis, deinde illuminationis et ultimo purgationis, secundum hoc sunt illi tres Ordines secundum prius et posterius ordinati. Sed facta multiplicatione Ordinis per no-

1-2 accendit] accedit B. 2 ad *om.* T. 3 sicut] similiter B. || et *om.* P. || potestas] debet *add.* P. 7 et *om.* P. 7-8 Est perfectissima *om.* B. 8 patrum *om.* A. 9 vice] vicem B. || Petri *om.* B. 11 Ordinum *om.* PT. 12 dicta] predicta B, iam dicta E. || patet *corr. in* Petri A[2], Petri P. || rationem] communem *add.* PT. 13 scilicet] secundum BEPT. 15-16 Caritas est *om.* B. 16 puro] et *add.* PT. || bona] et *add.* PT. 16-17 nam purificatio *om.* P. 18 illuminativam] pertinet *add.* P. 22 per] secundum T. || novenarium] .ix. AB, numerum *add.* E. 25 autem] vero ET. 27 tantum *om.* B. || ordo] or. A, ordini PT, esse *praem. supra lin.* B. 28 ergo *om.* A. 29 et *om.* PT. 29-30 purgationis] vero *praem.* T, et *add.* PT. 31 Ordinis] ordinum BE, *om.* T.

[1] *Glossa* Lombardi in I Tim. 3, 1: « Episcopus latine superintendens dicitur » (PL 192, 343 B). [2] I Tim. 1, 5. [3] Hic supra, § *a*.

venarium, qui in tres ternarios dividitur, inferior ternarius gratiam infimae potestatis sibi retinuit, secundus vero ternarius gratiam mediae potestatis, ultimus vero ternarius in ascendendo gratiam supremae potestatis. Et propter hoc Ordo sacerdotalis cessit in potestatem consummationis, cum sit infimus Ordo in tertio ternario; Ordo vero levitarum, cum sit primus in medio ternario, primum gradum quoad potestatem illuminationis retinuit; Ordo vero acolythorum, cum sit ultimus in primo ternario, supremam gratiam purgationis retinuit. Quod enim inter quatuor Ordines non sacros acolythatus excellit in lectoratum, non est quantum ad gratiae significationem, prout acolythatus ad rationem purgationis pertinet; sed hoc est propter significationem illuminationis, quae nobilior est significatione officii lectorum. Nobilius enim intellectu est habere illuminationem spiritualem, quam vim discretivam legendi. Per hunc autem modum || factum est tabernaculum Ecclesiae militantis iuxta P 213b similitudinem tabernaculi Ecclesiae triumphantis, secundum quod dicitur in Ex. 25, 8-9: *Fac mihi tabernaculum iuxta similitudinem eius quod ostendam tibi.*

i. Assignantur autem septem Ordines, non collatione habita tantum ad differentias potestatum, sed secundum differentias officiorum quae figuraliter exiguntur ad officium sacramenti communionis. Cum enim consecratio corporis dominici et sanguinis sit opus nobilissimum ministeriorum in Ecclesia, per relationem officiorum ad hoc opus nobilissimum accipitur numerus Ordinum quibus fit characteris impressio. — Sed primo considerandum est qualiter hi Ordines sive officia horum Ordinum attenduntur in anima. Ad hoc enim quod usus caritatis, in qua est communio fidelis animae, recte procedat ab anima per gratiam, praeexigitur expulsio immundorum spirituum quoad dominium suggestionis, et exclusio ne iterum habeant introitum, ne sint *novissima hominis illius peiora prioribus* [1]. Unum

1 dividitur] distinguitur B. || ternarius] in ascendendo *add.* P. 2 infimae] inferioris P. 5 cessit] crescit PT. || sit] insit PT. 6 vero *om.* T. || levitarum] et *add.* PT. 7-8 retinuit] obtinuit BE, sibi *praem.* B. 10 acolythatus *et* lectoratum *om.* T. || excellit] excedit E. || in *om.* BEPT. 11 acolythatus] acolitus B. 12 est *om.* AB. 13 significatione] consignificatione P. 14 intellectu] intellectum A. 15 discretivam] distinctivam BT, indiscretivam P. 17 tabernaculi *om.* ET. 18 Fac] fiat B. || iuxta] secundum T. 19 eius quod] quam BT. || ostendam] ostendi B. 24 ministeriorum] ministrorum BP. || in Eccl.] ecclesie B. 25 relationem] relaxationem PT. || accipitur] suscipitur A. 26 Ordinum] in *add.* P. 28-29 Ad... anima *om.* (*hom.*) B. 30 praeexigitur] exigitur T. 31 et *om.* P. || exclusio] expulsio T.

1 Matth. 12, 45; Luc. 11, 26.

A 156b autem illorum spectat ad purgationem sensualitatis, || alterum ad inferiorem partem rationis. Exclusio enim ne introeat hostis est ex parte sensualitatis. Prima enim tentatio fit in carne. Expulsio vero quoad dominium suggestionis attenditur quoad inferiorem partem rationis. Post tentationem enim in carne suggerit diabolus inferiori parti rationis. Deinde quaeritur illuminatio rationis ad cogitandum bonum: quae illuminatio potest esse vel ad declinandum a malo per timorem, vel ad insequendum bonum; hoc autem dupliciter: vel quod est in via praecepti, vel quod est in via consilii. Post hanc autem triplicem illuminationem rationis per Scripturam sive per verba, sequitur hortatio per exemplum. Iis autem exsistentibus, sequitur perfectus usus caritatis, secundum quod homo homini communicat et Deo. Et iste usus est in communione voluntatis, secundum quod homo conformat voluntatem suam voluntati divinae, volendo idem alteri quod sibi. Secundum hunc modum disponuntur officia Ordinum in anima Deo desponsata. — Figuraliter etiam disponuntur haec in Ecclesia militante. Est enim Ordo o s t i a r i o r u m ad excludendum indignos; Ordo vero e x o r c i s t a r u m ad adiurandum spiritus malignos, ne dominium habeant in manifesta vexatione vel occulta super parvulum vel adultum, sicut in catechumenis. Tertius est Ordo l e c t o r u m, quorum officium est [legere] ea quae sunt in Veteri Testamento, in quo figuratur illuminatio ad cogitandum bonum et malum, declinando ipsum: ad hoc enim tendit Lex Vetus principaliter, ut per timorem fiat declinatio a malo. Quartus Ordo est a c o l y t h o r u m, quorum est deferre luminaria: in quo officio figuratur commonitio laicorum per inspectionem exemplorum. Est enim in cereo ignis in cera, per quod notatur lumen in opere; et hoc est commonitio per
B 154r || exemplum operis. Sed haec commonitio non est nisi ad eos qui habent vulgarem conversationem. Quintus est Ordo s u b-
P 213c d i a c o n o r u m, quorum officium est || ad legendum Scrip-

1 spectat] pertinet T. 2 ne *om.* P. 3 fit] fuit PT. 3-4 Expulsio] exclusio T. 6 quaeritur *ita* (*forte pro* requiritur) AET, sequitur B, que P, que *add.* T. 7 rationis *om.* T, oportet *add. et exp.* P. 8 vel[1] *om.* PT. || ad[2] A. 9 hoc autem] et hoc T. 10 quod est *om.* T. || triplicem] duplicem P. 11 sive] vel T. 12 per] vel E. 16-17 disponuntur] ordinantur T. 18 Ecclesia] anima T. 19-20 exorcistarum] est *add.* PT. 20 adiurandum] iurandum PT. 21 vel[2]] et P. 23 est *om.* PT. 23-24 in V. Test.] veteris testamenti B, pronuntiare *add.* E. 24 figuratur] significatur B. || cogitandum *ita codd.* 25 declinando] ad declinandum T. 27 Ordo *om.* T. 28 quo] quorum T. || figuratur] significatur E. 29 in cera *om.* B. 33 est *om.* A.

turas Apostolorum canonicas; in quo figuratur illuminatio per cogitationem ad bona quae sunt in praecepto: circa haec enim principaliter versatur doctrina Apostolorum. Sextus est Ordo diaconorum, quorum officium est legere doctrinam Iesu Christi, in qua figuratur principaliter illuminatio ad bona consilii. Septimus est Ordo sacerdotalis, cuius officium est principaliter consecrare corpus Domini et sanguinem, in quo figuratur communio corporis mystici per caritatem. — Habent etiam duo praedicti Ordines, scilicet subdiaconorum et diaconorum, officium determinatum circa vasa consecrationis, quod figuratum fuit in Veteri Testamento in officio levitarum qui Caathitae [1] dicebantur et Sellonitae [2]. Et propter hoc officium, et ratione voti continentiae annexi, in quo sanctificatio animae intelligitur cum corporis munditia, dicuntur hi Ordines 'sacri', adiuncti Ordini sacerdotali, ut ministret subdiaconus diacono, diaconus vero sacerdoti. Ad subdiaconum enim pertinet calicem et patenam ad altare Domini deferre et levitis tradere eisque ministrare, ut in illo cap.: *Quintus ordo est* etc. [897, 23]. Officium vero diaconi est oblationes inferre et disponere || in E 281v altari, et vinum infundere. Hoc autem proximum illi operi quo fit consecratio et benedictiones adiunctae consecrationi. — Secundum hunc etiam modum ea quae principaliter sunt in missa ordinantur: primo lectio epistolarum, consequenter evangelica, deinde ipsa verba Domini quibus facta est consecratio; alia vero quae sunt in missa ad haec referuntur.

k. Ad id vero quod obicitur, officium psalmistae ad quemdam specialem Ordinem pertinere, respondemus quod hoc officium pertinet ad Ordinem lectorum. Hoc enim officium non est utile nec fit sine proprio officio lectoris. Quod patet per illud cap.: *Secundus est gradus lectorum*, ubi dicitur: «Illi prae-

2 cogitationem] cognitionem BPT. 5 qua *ita codd.* 6 est Ordo *om.* P. 7 principaliter] principale BE. 9 etiam] enim adhuc E. || scilicet *om.* PT. || et *om.* T. 12 Caathitae] caatide P. || Sellonitae] iessonite A, iersonite B, iessonites E, iesonites P, garsonite T. 13 sanctif.] signatio P. 14 cum] in PT. || sacri] fieri P. 15-16 diacono... subdiaconum *om.* (*hom.*) P. 16 diaconus vero] et diaconus B. || enim] vero E. 17 Domini *om.* E. || et[2] *om.* PT. 18 etc. *om.* B. 19 inferre] auferre B, sufferre PT. 20 autem *om.* A, est *add.* EPT. 23 epistolarum] de epistola E. 23-24 evang.] evangelistica P. 25 vero *om.* PT. 26 id] illud PT. || quod obicitur *om.* P, quod *add.* PT. 27 pertinere] pertinet PT. 28 pertinet... officium *om.* (*hom.*) B. 29 utile] universale (ul'e) BEPT.

[1] I Par. 9, 32: *Porro de filiis Caath... super panes erant propositionis.* [2] I Par. 9, 19: *Sellum vero, filius Core... cum fratribus suis... hi sunt Coritae super opera ministerii;* 9, 28: *De horum genere erant et super vasa ministerii.*

T 169b dicant populis quid sequantur; || isti cantant ut excitent ad compunctionem animos audientium » [895, 5-6].

l. Quod vero obicitur de officio episcopi solvendum est per hoc, quod in consecratione sacramentum abundantioris gratiae intelligitur. Chrisma enim, cum conficiatur ex oleo et
A 156c || balsamo, puritatem conscientiae et bonitatem famae figurat. Debent enim episcopi esse superintendentes, praeeminentes in vita et doctrina verborum et operum. Haec autem abundantia gratiae aut potestatis significatur in abundantia indumentorum vel pluralitate. Sicut enim in Veteri Lege summus sacerdos habebat tunicam hyacinthinam et alia determinata Levit. 8, 7-9, et in Ex. 28, 4-42; sic in Novo Testamento plura sunt indumenta pontificalia quam sacerdotalia. De his autem indumentis, qualiter ad invicem comparentur, et qualiter quaedam sunt appropriata in Novo Testamento, determinabitur infra[1].

m. Nec sequitur, si non iteratur consecratio episcopalis, quod imprimatur character: character enim non sequitur ad naturam unctionis; sed in ea gratia figuratur. Character vero ad distinctionem pertinebat: quae distinctio principaliter in Ordine pertinet ad principale opus Characteris divini. Aeternus enim Character se ipsum characterizavit in cruce, praecipiens
P 213d quod sacramentum || Eucharistiae fieret in eius commemorationem. Unde in sacerdote imprimitur character memoriae illius characterizationis; unde semper debet gerere stigmata Christi in corpore suo, ad Gal. ultimo, 17. Primam enim characterizationem fecit Character increatus cum se carni univit; ultimam, cum carnem ligno affixit.

n. Quod autem dicitur, officium lectoris posse tradi a sacerdote sine episcopi conscientia, responsio est: intelligendum est quod aliud est tradere potestatem ad officium, aliud iniungere exsecutionem officii. Primum ad episcopum, secundum ad potestatem sacerdotis potest pertinere.

---

1 cantant] canunt E. 3 est *om.* A. 6 figurat] significat E. 7 episcopi *om.* P. 8 et[2] *om.* A. 10 vel *om.* P. || Lege] testamento BPT. 12 et *om.* P. || Novo Test.] nova lege T. 13 indumentis] queritur *add.* T. 14 comparentur] componantur E, comparantur PT. 16 sequitur *om.* T. 18 vero] enim E. 20 Characteris divini] corporis Domini *interl.* B. 21 Character se] cum caractere P. 24 gerere] portare E. || stigmata] Iesu *add.* E. 25 corpore] corde PT. 29-30 responsio... est[1]] intell. est R. est A, intell. est B, intell. est sic E, intell. R. est P, respondemus T. 30 officium] et *add.* B.

---

1 Hic infra, n. 12 (p. 000).

o. Si vero quaeratur quare multiplicatur hoc sacramentum per Ordinum differentias, non sic autem in aliis sacramentis fit, respondemus quod hoc est propter reverentiam sacramenti Eucharistiae, ut sic secundum prius et posterius ordinentur ministeria in Ecclesia ad summum opus quod est sacerdotum. Convenit enim quod sit ordo membrorum in corpore mystico quemadmodum in corpore humano. Illa autem differentia membra differentem habent gratiam ad determinatos actus, et ut in eis sit unio, oportet haec omnia ad unum actum principalem referri, in quo omnes sacramentaliter uniantur, sicut in caritate spiritualiter uniuntur.

p. Differentia autem gratiarum determinatur in parte I ad Cor. 12, 8-10, ubi assignantur novem genera gratiarum; quae possunt adaptari novem potestatibus ordinatis in Ecclesia ut dictum est [1]. Ut gratia *sapientiae* ad potestatem patriarcharum referatur: debent enim ii principaliter vacare contemplationi aeternorum, et sermo eorum debet tantum resonare aeterna. Quod figuratum fuit in Moyse, qui loquebatur cum Domino *ore ad os* [2] et cuius etiam erat specialis gratia videndi Deum, ut in fine Deuteronomii [3]. — Gratia vero *scientiae* ad episcopos referatur; unde 'superintendentes' dicuntur, quasi intendentes super curam subditorum. Quod significatur in illo verbo Apostoli [4]: *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, I ad Tim. 3, 1. Non enim debet desiderare praeesse [sed prodesse], sicut dicit Gregorius [5]: « Quoties enim praeesse desiderat, toties ad apostasiam relabitur ». — Tertia est gratia *fidei*, quae relucere debet in sacerdote habente triplicem fidei characterem: Baptismi, Confirmationis et Ordinis. — Quarta est gratia *prophetiae*, quae consistit in expositione et occultorum revelatione,

1 quaeratur] queritur T. 3 fit] sic B. || est *om.* A. 7 autem] enim E. || differentia *corr. in* divina B. 8 habent] habeant AP. 10 quo] quos P. 18 fuit] est P. 19 et *om.* PT. || specialis BE, spiritualis APT. 21 referatur] refertur B. || dicuntur... intendentes *om.* (*hom.*) A. 26 relabitur] delabitur B, dilabitur *Greg.* 28 est *om.* A.

1 Sub § *g*. 2 Num. 12, 8: *Ore enim ad os loquor ei.* 3 Deut. 34, 10: *Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie et faciem.* 4 Cf. *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 192, 343 B); Isidorus, *De eccl. officiis*, II, c. 5, n. 8: « Unde episcopos latine superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse episcopum, qui non prodesse, sed praeesse dilexerit » (PL 83, 782 C). 5 *Moral.*, XXIV, c. 25, n. 52: « Unusquisque enim superbus rector toties ad culpam apostasiae dilabitur, quoties praeesse hominibus delectatur » (PL 76, 317 C).

quae levitis adaptatur. — Quintus est Ordo subdiaconatus, cui adaptatur gratia *interpretationis* [*sermonum*]. Haec enim minor est praedicta; nam altera spectat ad occultorum revelationem, haec autem ad communis intellectus manifestationem. Hanc subsequitur gratia *linguarum*, quae lectori competit, cuius officium est distincte legere, vim accentuum scire et quae ad modum pertinent pronuntiandi. — Est alia gratia *operationis virtutum*, quae refertur ad exorcistas, quorum est expellere malignum spiritum de corpore alieno. — Est alia gratia *discretionis*
E 282r *spirituum*, || quae refertur ad Ordinem acolythatus. Haec enim
A 156d gratia consistit || quantum ad discernendas subtiles operationes
P 214a daemonum; et ideo debent ii habere lumen || spirituale ad effugandas tenebras spirituales. «Quibusdam enim nebulis intelligentiae meatus obtenebrat daemon, per quos pandere lumen rationis radius mentis solet; qui radius aethereae lucis». Haec dicit Augustinus, libro *83 Quaestionum* [1]. — Est iterum gratia mundandi sive *curandi* ab aegritudine; et haec refertur ad discretionem mundi et immundi ex parte corporis, quae figuraliter ostiario coaptatur.

q. Si vero quaeratur utrum suscipi possit Ordo, non suscepto sacramento Baptismi, respondemus secundum hoc quod dicitur in *Primis*, De baptismo [2]: «Si quis presbyter ordinatus fuerit et deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur et iterum ordinetur». Causa autem est, quia Baptismus est sacramentum in quo primus character imprimitur; et propter hoc alia sacramenta in quibus imprimitur character necessario ordinata sunt super illud tamquam fundamentum. In hoc enim imprimitur character fidei Christi passi; in sacramento vero Ordinis principalis, character caritatis in memoria passionis; quae memoria non est tantum ad intelligendum, sed principaliter ad compatiendum.

1-2 Quintus... adaptatur *om.* (*hom.*) P. 2 interpretationis] interpretationum A. 6 et *om.* PT. 8 quorum] officium *add.* B. 12 spirituale *ita codd.* 13 spirituales *om.* B. || Quibusdam enim] quibus PT. 14 quos *om.* T. || pandere] pendere A, panditur T, expandere *Aug.* 15 radius *om.* B. || solet *Aug.*, solius *codd.* || aethereae *trp. p.* mundandi (17) P. || lucis] est *add.* B. || dicit Aug.] habet Aug. P, autem *praem.* T, in *add.* PT. 19 coaptatur] adaptatur BPT. 20 suscipi *om.* P. 21 sacr. Bapt.] sacr. baptismatis B, baptismo E. || secundum] per PT. || hoc *om.* E. 24 autem est] est hec E. 26-27 ordinata sunt] ordinantur P. 27 illud tamquam] istud sicut supra E. 29 principalis *om.* E. 30 tantum ad *om.* P.

---

1 Quaest. 12 (PL 40, 14). 2 *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 35, c. 1 (p. 147); compil. Greg. IX, lib. III, tit. 43, c. 1 (II, 648).

r. Si vero quaeratur quid sit agendum si dubitetur de aliquo, utrum fuerit ordinatus vel consecratus, respondemus per Gregorium in 68 distinctione [1]. Dicit enim in cap. *Sicut semel:* « [Sicut semel] baptizatus iterum baptizari non debet, ita semel consecratus iterum consecrari non potest ». « Si qui [2] consecravit ius consecrandi habuit, in prima unctione consecutus est consecrationem; in secunda vero non reiteratur consecratio, sed sola unctio. Sicut de quo dubium est an sit baptizatus annon, debet baptizari; qui, si prius non fuerit baptizatus, consequitur gratiam Baptismi; si autem baptizatus erat, nihil accipit in unctione secunda, nec hoc pertinet ad iterationem Baptismi, sed ad cautelam salutis ». Quod intelligendum est, ut scilicet in secundo baptismo non recipiat characterem baptismalem, si prius fuerit baptizatus, nec gratiam baptismalem; potest tamen ad aliud gratiam suscipere.

4. Deinde quaeritur super eo quod dicit Magister, accipiens ex verbis Isidori [3]: « Septem sunt propter septiformem Spiritus Sancti gratiam, cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt » [892, 17-19]. Videtur enim dupliciter esse peccatum: tum quia suscipitur Ordo in non habente gratiam gratum facientem, tum quia non appropriatur septiformis gratia septem Ordinibus. — Respondemus: non negatur quin Ordo suscipiatur a tali, sed indigne. Unde || dicit Clemens [4]: « Tales decet esse ministros, qui T 169c septiformi gratia Spiritus Sancti sint decori, et quorum doctrina et conversationis forma eadem gratia in alios transfundatur ».

5. *a.* Deinde quaeritur de ordine Ordinum: non enim videtur posse suscipi Ordo posterior, non suscepto priori. Quod

1 vero *om.* E. || quaeratur] queritur T. 1-2 de aliquo *om.* E. 2 fuerit] sit PT. 3 in cap.] in illo cap. B, *om.* PT. 5 potest] debet B. || qui] quis BT. 6 unctione] inunctione B, consecratione PT. 7 reiteratur] iteratur BE. 8 est *om.* A. 9 annon *om.* E, an PT. || qui *Decr.*, quod *codd.* || fuerit] fuit E. 11 accipit] recipit T. || in *om.* A. || unctione *Decr.*, consecratione *codd.* || nec] neque B. || hoc *Decr.*, aliquid AEPT, *om.* B. 12 salutis] sacerdotis T. 14 si] nisi PT. 17 sunt *om.* P. 19 indigne] non B. 20 dupliciter] duplex P. 23 negatur *corr. in* intelligitur B. 24 Unde] ut PT. || ministros] ecclesie *add.* PT. 25 sint BE (*Lomb.*), *om.* APT. 26 et *om.* PT. || eadem gratia *om.* B. 27 Deinde] preterea E. || Ordinum] ad invicem *add.* E.

1 *Decretum* Gratiani, d. 68, c. 1 (I, 254). Cf. supra, p. 403. 2 Ib., dictum Gratiani ad c. 2 (I, 254). 3 Non invenimus ap. Isidorum. 4 Immo ipse Magister hic in litt., c. 3 (p. 892s.), post allegata verba Ps.-Clementis ex *Decreto* Gratiani, d. 23, c. 4 (I, 81).

Num. 4: anon. P, f. 153v. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 6 (XXX, 37); Bonav., hic, p. 1, dub. 2 (IV, 619s.). — Num. 5: anon. V, f. 149b-d. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 30 (XXX, 70s.); Bonav., hic, p. 2, a. 1, q. 3 et d. 25, dub. 1 (IV, 624ss., 657).

P 214 b probatur per simile || in comparatione sacramenti ad aliud sacramentum. — Praeterea, primo oportet segregari in portionem Dei: quod fit in susceptione primae tonsurae, antequam recipiatur differentia potestatis excellentiae in segregato. Quod accipitur ex hoc quod dicit Isidorus[1]: « Sicut viri et mulieris digna coniunctio unum facit matrimonium, ita clericatus et sacerdotium unum faciunt presbyterum, et electio et consecratio unum faciunt episcopum; quae omnia unum faciunt corpus, quod citius rumpitur, nisi legaliter observetur ».

b. Quod autem suscipi possit posterior sine priori, accipitur ex 52 distinctione, *Sollicitudo*[2], ubi dicitur: « Ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus officium sibi rite imponas, et sic ad maiora officia eum redire concedas ».

A 157a . *c.* || Similiter quaeritur de aliquo qui dubitavit se priores Ordines suscepisse et promotus fuit in Ordinem diaconi aut presbyteri. Non enim videtur sacramentum iterandum: praesumendum est semper in melius et in id quod non vergit in deteriorem partem; sed maius periculum est sacramentum iterari, quam ipsum non ordinari minoribus Ordinibus ita quod constet Ecclesiae; non est ergo in eo ordinatio iteranda.

d. Respondemus quod aliter est in sacramento quod est initium sacramentorum ad aliud sacramentum, et de comparatione Ordinis ad Ordinem. Minores enim Ordines sic se habent respectu maiorum, ut officium non necessario in altero officio implicetur; sed seiuncta sunt officia. Officium enim con-
B 154 v secrandi non ponit officium acolythorum || vel exorcistarum. Baptismus autem sic se habet ad Ordinem, quod in eo imprimitur character gratiae ad intelligendum quae fidei sunt; in sacramento vero Ordinis imprimitur character memoriae passionis ad compatiendum; actus autem necessario praeordinatur actui. — Praeterea, aliter est de comparatione clericatus ad

---

1 sacramenti] unius *add.* E. || aliud *om.* T. 2 Praeterea] postea A. || segregari] aliquem *add.* E. 4 recipiatur] suscipiatur E. || excellentiae] excellentis E. || in *om.* P. 5 dicit] ait PT. 13 ieiunio] sinodo A, sic modo P. 16 aut] vel E. 17-18 praesumendum] enim *add.* E. 18 id *om.* B. 20 non *om.* PT. || Ordinibus *om.* B. 24 sic *om.* P. 25 necessario] necessarium B. 27 vel] aut BEPT. 28 autem] enim E. 31 autem] enim E, vero PT. 32 Praeterea] postea A. || aliter] autem P.

---

1 In *Decreto* Gratiani, d. 40, c. 8 (I, 147); non invenitur ap. Isidorum. 2 *Decretum* Gratiani, d. 52, c. 1 (I, 205s.).

Ordinem, et unius Ordinis ad alterum. Convenientissima enim dispositio antecedens Ordinem est clericatus, in quo [quis] segregatur in portionem Domini, quo etiam signatur in partem sortis ministerii divini [1]; sed non videtur necessario praeexigi. Plus enim videtur removeri qui omnino infidelis est a susceptione characteris ad Ordinem pertinentis, quam qui caret praedicta signatione. — Praeterea, si virtus imprimendi || characterem est in ordinatione superioris habentis potestatem ordinandi, vel impositione manus, sicut in quibusdam Ordinibus, vel inunctione, sicut in quibusdam, hac exsistente causa, inerit effectus; sicut in quibusdam sacramentis ex virtute verborum et debita materia conficitur || sacramentum, vel ex debita materia. Sive ergo sit clericus sive laicus, suscipietur character Ordinis. E 282v P 214c

e. Hoc tamen expresse non habetur ex canonibus, sed circa hoc sunt diversae opiniones. Sed videtur illi parti consentiendum, ut character Ordinis suscipiatur, sed non habeatur exsecutio sine clericatu. Unde auctoritas Isidori non omnino ponit simile cum dicit sic se habere coniunctionem legitimam viri et mulieris ad faciendum matrimonium, et clericatum et sacerdotium ad faciendum presbyterum, et electionem et consecrationem ad faciendum episcopum. Consensus enim legitimus viri et mulieris est sine quo non est matrimonium, sed sine altero horum est presbyteratus. Si vero recta fiat comparatio, tunc in matrimonio duo ponentur: consensus et legitimitas; in presbyteratu sacerdotium et clericatus, et in episcopatu electio et consecratio.

f. Si vero quaeratur de eo de quo dubitatur, respondemus per hoc quod dicitur in *Tertiis*, De clerico per saltum ordinato [2], ubi dicitur quod, se post dubitante de Ordine diaconatus, promotus fuit in sacerdotem; ad quod respondetur: « Quia non intelligitur iteratum quod factum esse nescitur, ipsum in diaco-

3 signatur] signantur BE, segregatur T. 5 qui *om.* P. 7 Praeterea] postea A. 9 vel[1] *om.* B, in *add.* EPT. || vel[2] *om.* B. 9-10 inunctione] in unctione BEP. 12 et] in BEP. 15 tamen] enim B. || ex] in E. 17 ut] quod B. 21 faciendum] efficiendum ABE. 22 enim] vero AE. 23 sed] et PT. 24 horum] eorum PT. 25 in... duo] tantummodo B. 26 et clericatus *om.* B. || et[2] *om.* PT. 28 quaeratur] queritur T. 30 diaconatus] qui *add.* PT. 31 Quia] quod *codd.* 32 ipsum] autem *add.* T.

[1] Ps. 15, 5; Col. 1, 12. [2] *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 13, c. 1 (p. 411); compil. Greg. IX, ib., tit. 29, c. un. (II, 833).

num ordinare procures». Nec in hoc fit iniuria sacramento: si enim prius fuit ordinatus, non suscipit secundo characterem, sed constat Ecclesiae ipsum suscepisse.

g. Aliter autem est de consecratione episcopi respectu Ordinis sacerdotalis, et illius Ordinis respectu aliorum Ordinum, sive posteriorum sive priorum. Non enim fit consecratio episcopi in non presbytero, ut habetur in *Tertiis, Ex litteris* [1], licet fiat presbyter de non diacono, ubi dicitur: «Pontificale offi-
A 157b cium sine altaris ministerio non valet adimpleri». || Quia ergo implicatur officium in officio, non consecratur nisi presbyter in episcopum. — Ratio autem propter quam non necessario praeexiguntur alii Ordines ad susceptionem Ordinis sacerdotalis, est quia alii Ordines suscipiuntur ad ministerium; in hoc Ordine vero suscipitur consecratio ad consecrandum, ut habetur in illo cap. *Diaconorum ordo* etc. [899, 4-5]. Ut ergo praepararentur necessaria ad consecrationem, constituti sunt ministri in Ecclesia, assistentes ei qui habet potestatem consecrandi; et ii dicuntur in sacris Ordinibus constituti. Reliqui vero per remotius ministrant sacerdotibus. Unde in primitiva Ecclesia non erat tanta Ordinum distinctio; officia tamen in Ecclesia erant necessaria.

6. *a*. Postea quaeritur quae sit comparatio Ordinum inter se secundum dignitatem. Et videtur quod secundum ordinem assignatum unus altero sit dignior, ut distinctione 93, *A subdiacono* [2], ubi dicitur: «Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus», et sic deinceps, ministret. Dignior au-
P 214d tem, secundum quod huiusmodi, cui ministratur, quam qui || ministrat.

b. Sed videtur contrarium secundum divisionem beati Dionysii [3]. Nam ad gratiam purgationis pertinent acolythi et exorcistae, lectores vero ad gratiam illuminationis, secundum

3 sed] si B. 4 autem] enim P. 6 enim *om.* A. 7-8 licet... diacono *om.* E, *mg.* A. 7-9 licet... valet *om.* B. 10 non] ut A. || nisi] non PT. 11-12 necess. praeexiguntur] exiguntur B. 12-13 ad... Ordines *om.* (*hom.*) T. 14 suscipitur] vel accipitur *add.* P. 17 potestatem] potentiam PT. 17-18 consecrandi *om.* B. 19 Unde] a simili P, ut B. 22 Postea] preterea BEPT. 23 secundum[2] *om.* T. 26-27 autem] enim E, est *add.* BEP. 29 divisionem] ordinem E.

[1] *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 14, c. 3 (p. 412); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, c. 10 (II, 838). [2] *Decretum* Gratiani, d. 93, c. 5 (I, 321). [3] Cf. hic supra, n. 3, § *g*.

Num. 6: anon. P, f. 153v-154r.

quod triplex gratia multiplicatur per novenarium. Cum ergo gratia illuminationis sit dignior quam gratia purgationis, videtur Ordo lectorum dignior Ordine exorcistarum aut acolythorum.

c. Respondemus quod, licet gratia illuminationis in genere sit dignior gratia purgationis, tamen aliqua gratia purgationis est dignior aliqua gratia illuminationis. Sicut enim patet I ad Cor. 12, gratia curationis est dignior quam gratia interpretationis aut generis linguarum; haec tamen ad purgationem pertinet et illa ad illuminationem. Sed haec e remotiori se habet ad illuminandum, et illa de proximo ad purgandum corpus humanum, || quod est nobilissimum organum animae. T 169d
Sicut ergo praedictum est [1], ordinantur Ordines secundum dignitatem officiorum per relationem ad principale officium, quod est sacerdotis. Et quia acolythi assistunt sacrificio, offerendo, deportando cereos, et quia defert urceolum acolythus in ministerium subdiacono, inter non sacros Ordines supremus est dignitate. Exorcistae vero proximum gradum tenent dignitate propter potestatem quam habent imponendi manus super energumenos, quae maior est in Ecclesia quam distincte legere aut canere. Hoc autem magis ordinatur ad gratiam Novi Testamenti, illud vero ad gratiam Veteris. Secundum officia ergo in Ecclesia militante ordinantur hi Ordines inter se secundum dignitatem.

7. *a.* Si vero quaeratur propter quid ii dicuntur Ordines non sacri, tres vero superiores Ordines sacri, respondent quidam [2]: propter hoc, quod omnes tenentur ad continentiam. Unde dicitur distinctione 32 [3]: «Placuit || episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos secundum priorum constituta ab- E 283r

1 ergo *om.* B. 2 gratia² *om.* B. 3 Ordine] quam ordo BE. || aut] vel E. 6 gratia² *om.* AEP. 7 est *om.* B. 9 haec] huiusmodi P. || tameu] autem B. 10 pertinet] pertinent P. || et *om.* ET. || e] a E, de P. 11 habet] habent PT. || et *om.* PT. 14 relationem ad *om.* B. 16 defert *om.* B. 19 imponendi] ponendi B. 21 ad gratiam *om.* B. 22 Veteris] testamenti *add.* BE. 25 quaeratur] queritur T. || quid *om.* B. || dicuntur] dicantur B. 26 Ordines *om.* B, dicuntur *praem.* E. 29 constituta ABE, statuta PT, instituta *Decr.*

1 Hic supra, n. 3, § *i*. 2 Ita v. g. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 189 (p. 180). 3 *Decretum* Gratiani, d. 32, c. 13 (I, 120s.).

Num. 7: anon. P, f. 155r; anon. V, f. 149d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 189, 233; Alb. Magnus, hic, a. 28 et 36 (XXX, 66, 75s.); Bonav., hic, p. 2, a. 2, q. 1 et dub. 5 (IV, 629s., 638s.).

stinere ab uxoribus. Quod si non fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio». Et Gregorius[1]: «Nullum facere subdiaconum episcopi praesumant, nisi qui se caste victurum promiserit».

b. Sed quaeritur adhuc ulterius propter quid ii teneantur et illi non. — Respondemus quod hoc est quia ii accedunt ad ministerium altaris; unde oportet eos sanctificatos esse in corpore. Quod figuratum fuit II Reg. 6, 7, ubi Oza percussus fuit propter immunditiam, quia tetigit arcam.

c. Sed quaeritur si votum continentiae fuerit in praecepto. Quod non videtur, quia votum est «spontanea promissio» [967, 10-11]. Non ergo imponere debet Ecclesia alicui necessitatem continendi. Continentia enim est res voti, non praecepti, ut XXXII, quaestione 1, *Integritas*[2]. — Respon-
A 157c demus: || non cogit Ecclesia aliquem continere, sed in Ordine quem dat, potest legem continentiae imponere. In voluntate autem hominis est sumere Ordinem vel non; quem si sumit, obligat se ad continentiam.

8. Deinde quaeritur quare in Veteri Testamento praeceptum fuit ut nutriretur coma usque ad tempus consecrationis Nazaraeorum: dicitur enim in Num. 6, 5, quod *novacula non ascendat super caput*[3]; in Novo vero Testamento non est ne-
P 215a cesse ante susceptionem clericatus || nutrire vel non nutrire comam, cum usus tonsurae ecclesiasticae videatur ortus a Nazaraeis. — Respondemus per Isidorum, libro *De officiis*[4]: «Quod significabat illis temporibus velamen interpositum inter faciem Moysi et aspectus populi Israel, hoc significabat illis temporibus coma sanctorum. Nam Apostolus comam dicit esse pro velamento», I ad Cor 11, 15: *Capilli pro velamine*

2 Et *om.* B. 3 caste PT (*Decr.*), castum ABE. || victurum] viviturum T. 6 Resp.] respondendum T. 11 est *om.* B. 13-14 praecepti] recepti B. 15 Ordine] ordinem A. 16 dat] dedit A, ei *add.* PT. 17 Ordinem] trinum *add.* PT. 20 coma] sua *add.* PT. || usque *om.* E. 22 ascendat] accedat PT. || vero *om.* BE. 23 nutrire[2] *om.* T. 26-27 interpositum] impositum PT, imponitur B. 27 aspectus] aspectum E (*Isid.*). || Israel] israelitici E, *om.* PT. 28 Nam] unde T. 29 ad *om.* PT.

[1] *Registrum epistolarum*, I, ep. 44 (PL 77, 506 A); in *Decreto*, d. 28, c. 1 (I, 100). [2] *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 1, c. 13 (I, 1119). [3] Vulgata: *Novacula non transibit per caput eius.* [4] Lib. II, c. 4, n. 5 (PL 83, 780 B-C).

Num. 8: anon. P, f. 155r. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 14 (XXX, 48); Bonav., hic, p. 1, a. 1, q. 1, arg. 4 et ad 4, et dub. 4 (IV, 608s., 620).

dati sunt. Sed quia « *cum transierit* [*ad Christum*], *aufertur velamen* », ut II ad Cor. 3, 16, « non oportet ut velentur crinibus capita eorum qui modo Domino consecrantur ».

9. I. *a*. Item quaeritur utrum in omni Ordine imprimatur character. Et videtur quod non: character enim spiritualem respicit distinctionem quae fit in imagine Dei, qui videtur fieri signatione Trinitatis. Sed signatio Trinitatis non fit in susceptione cuiuslibet Ordinis; non ergo in omni Ordine imprimitur character. — Signum autem est in c o n t r a r i u m: non enim fit reiteratio; aut ergo hoc est propter consecrationem, aut propter characteris impressionem. Sed non in omni est consecratio, licet benedictio; ergo quod non iteratur, est propter characteris impressionem.

b. Praeterea, ita definitur Ordo: « Ordo vocatur character spiritualis ubi fit promotio potestatis » spiritualis, ut habetur cap. *Si autem quaeritur* [902, 10-11]. In omni ergo Ordine imprimitur character. Et quod non idem in diversis, significatur per hoc quod dicitur: 'ubi fit promotio potestatis spiritualis'; nam diversa est potestas spiritualis in singulis Ordinibus; ergo diversus erit character in diversis.

c. Item quaeritur: videtur enim quod non sit nisi unus character. Cum enim non sit nisi triplex opus in genere ipsius animae, cuius est character, scilicet intelligere, affici ad operandum vel patiendum et confiteri; si haec opera referantur ad Trinitatem, cuius imago, et ad Characterem increatum prout stigmata passionis suscepit, character multiplicatur in anima tantum per tres differentias. Aut enim est distinctivus quoad intelligendum Trinitatem et passionem Iesu Christi, per quam facta est redemptio; aut ad confitendum sine erubescentia - erubescentiam enim videtur inducere, quod Salvator suspensus est in cruce: unde *Iudaeis scandalum* est, *gentibus autem stultitia*, nobis autem

1 cum] non PT. || aufertur] auferetur BE. 2 ad *om*. PT. || ut[2]] quod E. 6 respicit] recipit BPT. 7 Sed... Trinitatis *om*. (*hom*.) P, que *pro* Sed T. 9 est *om*. T. 9-10 non enim B, non ergo A, quia non E, non cum P, cum non T. 14 definitur] distinguitur B. 15-17 spiritualis[1]... character *om*. (*hom*.) P. 15 ubi] quo T. 17 Et *om*. PT. || in *om*. P. 18 ubi] quo T. || potestatis *om*. B. 19 in] et A. || singulis] diversis E. || ergo] et ita E. 21 Item... enim] sed videtur E. || quaeritur] dicitur P, obicitur T. 24 et confiteri E, et erit A, etc. PT, et affici ad compatiendum B. || si... referantur] sed... referuntur PT. 25 cuius] est *add*. BPT. || et *om*. PT. || increatum] iteratur PT. 26 multiplicatur] multiplicabitur BE. 27 distinctivus] distinctio B. 29 ad *om*. A. || erubescentiam] erubescentia AEP. 31 unde] in *add*. P. || gentibus] grecis PT. || autem[1] *om*. BPT.

Num. 9: anon. P, f. 155v-158v; anon. Tr, f. 190c-d (art. II); anon. V, f. 150c-d. Cf. Bonav., hic, p. 2, a. 1, qq. 1-2, 4 (V, 621ss.).

debet esse *virtus et sapientia* [1] - aut ad afficiendum in compassione ex memoria passionis, quam tota Trinitas fecit in una personarum nos redimendo. Character ergo in genere est aut
B 155r baptismalis, aut Confirmationis, || aut Ordinis. Sed ille qui est Ordinis non videtur suscipere divisionem ulterius: una enim memoria in genere ad compatiendum est in omni Ordine; nam hoc est per relationem ad opus Ordinis sacerdotalis [a]. Unde videtur quod indivisus sit character in omni Ordine, aut solum imprimatur in Ordine sacerdotali.

II. *d.* Huius autem gratia quaeritur in quo opere suscipiatur Ordo. Tria enim inveniuntur opera in ordinato, vel universaliter vel in aliquo, scilicet benedictio, impositio manus et inunctio. Cum ergo confertur Ordo, aut in hoc opere, aut in illo, aut in tertio; aut in quodam confertur unus Ordo et in alio alius. Sed ratio Ordinis est communis. Ex quo videtur quod una ratio operis sit communis in omni Ordine. Sed impositio manus non est communis, sed convenit tantum in Ordine diaP 215b conorum et || sacerdotum; ergo secundum hoc opus non determinatur Ordo essentialiter. Neque secundum opus unctionis, nam hoc non convenit nisi in Ordine sacerdotali, et episcopali si Ordo dicatur. Videtur ergo quod benedictio sit communis sive commune in quo recipitur sacramentum omnis Ordinis.

e. Praeterea, nihil alterum videtur esse in omni Ordine
A 157d || quod sit sanctificativum: quod enim tantum hominis est, non
E 283v est sanctificativum; || sed illud unde est sacramentum, est sanctificativum, ut ex definitione sacramenti patet, cum dicitur [2]: « Ex sanctificatione invisibilem gratiam conferens ». — Quod autem nihil aliud sit sanctificativum, patet si curramus in so-

a (7) cuius est offerre corpus Christi (+ EPT).

1 aut *om.* A. || ad *om.* BE. 2 passionis] compassionis P. || quam] quod PT. || fecit] facit A. 4 baptismalis ABEP, baptis. T. 5 ulterius] interius PT. 6 ad comp.] compatiendi PT. 7 hoc *om.* T. || est *om.* PT. || relationem] electionem B. 8 indivisus] diversus E. 10 autem] ergo E. 11-12 universaliter vel] utiliter B. 13 inunctio] unctio PT. 14-15 et ... alius] alius in altero E. 16-17 Sed... sed *om.* B. 17-18 diaconorum] diacon. A, diac. BPT, diaconatus E. 18 sacerdotum] sacerdotis BPT, sacerdotali E. || hoc *om.* P. 18-19 determinatur] determinabitur B. 19 Neque] nec B. 21-22 communis sive *om.* B. 22 commune] illud *add.* E. 24-25 quod²... sanctificativum *om.* (*hom.*) A. 25 illud] aliud P. || unde] unum PT. || est³ *om.* T. 28 curramus] queramus BT.

1 I Cor. 1, 23-24. 2 Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, I, p. 9, c. 2: « Ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam » (PL 176, 317 D). Cf. supra, d. 1, n. 6 (p. 12).

lemnitate omnium minorum Ordinum. Nam primo dicitur oratio in ordinatione ostiarii, quae praefatio dicitur; et praeter hoc tribuuntur claves et dicitur eis [1]: « Agite tamquam rationem Deo reddituri de rebus quae istis clavibus recluduntur »; et praeter hoc datur benedictio cum quadam oratione. Consimilis autem modus est in aliis Ordinibus minoribus. Sed ipsa traditio clavium opus || hominis est; non ergo in illo opere fit T 170a sanctificatio ratione cuius est sacramentum. Praeterea, in praefatione non est nisi invitatio: non ergo in illa confertur sacramentum. Videtur ergo quod in ipsa benedictione.

f. Contra: in ipsa benedictione non est similitudo - causa eius cuius Ordo est sacramentum. In eo enim datur gratia potestatis spiritualis; sed similitudo potestatis non est benedictio; ergo non in illa confertur sacramentum Ordinis. — Praeterea, in primitiva Ecclesia non erat haec solemnitas benedictionum, et erat ibi collatio potestatis spiritualis ipsius Ordinis; non ergo in benedictione confertur sacramentum. Si ergo confertur, hoc est in traditione clavium vel libri vel huiusmodi.

III. *g.* Huius etiam gratia quaeritur utrum verba quae dicuntur ab episcopo sint de substantia sacramenti, ut est in quibusdam aliis sacramentis. Quod non videtur, nam in illis verbis significatur recta exsecutio potestatis. Sed exsecutio est post potestatis collationem; ergo illis verbis non confertur potestas. — Praeterea, dicitur [2] quod forma illa verborum quae est in Confirmatione, eo quod non est expressa a Domino vel ab Apostolis, non est de substantia sacramenti Confirmationis, sed tantum inunctio chrismatis in fronte; multo fortius ergo forma horum verborum non erit de substantia sacramenti Ordinis.

---

1 primo] primum E. 2 oratio] ordo PT. 2-3 praeter hoc] preterea E, propter hoc PT. 3 tribuuntur] traduntur BE. || eis] ei BPT. || tamquam B, tantam AE, totam PT. 5 praeter] propter PT. 6 autem *om.* T. || est *om.* B. 7 fit] est B. 9 invitatio] invocatio B, mutatio PT. || in *om.* E. 10 in *om.* A. 11 Contra... benedictione *om.* (*hom.*) PT, *om.* in i. b. B. || causa] et B. 12 cuius... est] cum... sit A, *om.* Ordo PT. 13 potestatis *om.* B. 14 non in illa] nulla B. 16 ibi] tamen *add.* E. 18 est *om.* BP. 19 etiam gratia] gratia similiter B. 21 non *om.* T. 22 recta] ordinatio vel *add.* P. 23 ergo] in *add.* P. 24 Praeterea] postea A. || illa] illorum B. 26 ab *om.* B. 27 fortius] magis E.

---

1 *Pontificale Romanum;* Gregorius, *Liber sacramentorum* (PL 78, 218 B); Gratianus, *Decretum*, d. 23, c. 19 (I, 85); Ivo Carnotensis, *Sermo 2* (PL 162, 514 B). 2 Cf. Petrus Cantor, *Summa de sacramentis* (cod. Paris. Nat. lat. 14521, f. 16v-17r); Bonav., hic, d. 7, a. 1, q. 1 (IV, 163ss.), et hic supra, d. 7, n. 1.

IV. *h.* Praeterea, cum ad solemnitatem sacramenti Ordinis communiter conveniant traditio potestatis in signo et praefatio ad benedicendum et benedictio, propter quid tot requiruntur et non plura ? Dico in omni Ordine communiter.

i. Praeterea, in quodam Ordine est impositio manus super caput ordinati, et in quodam non: propter quid est hoc, et quid significatur per illam impositionem ? — Praeterea, illa impositio manus a quo habuit ortum in Veteri Testamento et a quo in Novo ? — Praeterea, in quodam Ordine fit impositio manus episcopi tantum, in quodam Ordine vero manus sacerdotum assistentium.

k. Praeterea, in quodam Ordine fit inunctio, in quodam non. In solo enim Ordine sacerdotali et in Ordine sive dig-
P 215c nitate episcopali fit || inunctio; in inferioribus autem non. — Praeterea, inungitur sacerdos oleo sancto, episcopus vero chrismate.

l. Praeterea, in quodam Ordine fit traditio tantum ab episcopo libri vel huiusmodi, in quo significatur collatio potestatis; in quibusdam vero quaedam ab archidiacono conferuntur, sicut patet in subdiaconis et in acolythis. Subdiaconi enim, cum ordinantur, accipiunt « de manu episcopi patenam et calicem vacuum; ab archidiacono vero urceolum cum aquamanili et manutergium » [1].

m. Respondemus ad primum quod in quolibet Ordine recipitur character. Sed dividendum est, quia in charactere Ordinis alterum respicitur in quantum est character Ordinis, et alterum in quantum est character huius Ordinis. In quantum enim est character Ordinis, habetur respectus ad compatiendum ex memoria passionis; in quantum autem est character huius aut illius, designatur gratia potestatis spiritualis ad hoc opus vel illud sacramentale, in quo habeatur memoria passionis. Est enim quoddam opus principale, scilicet consecrationis;

1 Praeterea... Ordinis *om.* (*hom.*) B. 3 propter quid *om.* B. 7 Praeterea] postea A. 8 Testamento *om.*T. || et *om.* PT. 9 Novo] testamento *add.* BE. 10 Ordine *om.* BEPT. 13-14 solo... episcopali] sacerdotali et episc. dignitate E. 13 sacerdotali... Ordine *mg.* (*hom.*) A^2. 14 inunctio] unctio T. || autem] ordinibus E, *om.* P. 15 inungitur] ungitur PT. 17 Praeterea] postea A. 18 significatur] traditio potestatis vel *add.* E. 20 in^2 *om.* BT. || enim *om.* B. 24 quod] quia T. 25 est *om.* T. || quia] quod PT. 26-27 $Ordinis^2$... character *om.* (*hom.*) A. 28 enim *om.* BP. 29 autem *om.* B. 29-30 character huius *om.* T, ordinis *add.* BE. 31 quo] qua B. 32 scilicet *om.* PT.

1 Gratianus, *Decretum*, d. 23, c. 15 (I, 84); Gregorius, *Liber sacramentorum* (PL 78, 220 A).

sunt alia opera ministrantium ad consecrationem; || sunt alia A 158a
opera removentium impedimenta in iis qui assistunt consecrationi. Opus consecrationis pertinet ad sacerdotem; ministrare vero instrumenta ad consecrationem est diaconi et subdiaconi; removere impedimenta et disponere assistentes est eorum qui sunt in minoribus Ordinibus. Ostiarii enim debent recipere eos qui creduntur ad communionem et alios excludere. Unde in primitiva Ecclesia catechumeni non intererant sacramento communionis, licet intererant praecedentibus in missa. Unde post evangelium excludebantur. Intererant autem praecedentibus ut instruerentur in fide et bonis moribus. Baptizati autem signati sunt ad communicandum sacramento, nisi sit eis impedimentum. Lectorum vero est excitare devotionem assistentium. Quanta enim debet devotio esse ubi tractatur sacramentum nostrae redemptionis. Et quia insidiatur hostis antiquus, tum vexando corporaliter, tum suggerendo spiritualiter, constitutus est Ordo exorcistarum, in quo fit adiuratio daemonum, ut non habeant potestatem vexandi corporaliter, nec tantam suggerendi spiritualiter. Ut autem se habilitent assistentes nec desint gratiae ad suscipiendum lumen spirituale, consequitur Ordo acolythorum, quorum est deportare cereos ad legendum evangelium et ad offerendum sacrificium. Non autem accenduntur ad effugandas tenebras aëris tunc ipsa luminaria, sed in significationem luminis spiritualis, quo dupliciter illuminentur: ad intelligendum evangelium, ad afficiendum cum offertur sacrificium. Distinguitur autem || officium E 284r
subdiaconi ab officio diaconi in ministrando: huius enim est deferre calicem et patenam ad altare, illius autem inferre oblationes [1]. || In quo significatur propinquius ministerium et re- P 215d
motius ad consecrationem; nam sub specie panis et vini, cum fit consecratio, est totus Christus, et in iis significatur; in calice

1-2 ministrantium... opera *om.* (*hom.*) B. 2 removentium] removentia E. 3 consecrationis] est que *add.* P. 4 instrumenta] intra B, *lacuna* T. 5 assistentes] rerum *add.* B. 6-7 recipere *om.* P. 7 creduntur] credunt B. 9 intererant] interessent BE, essent PT. 10 autem] enim PT. 11 et] in PT, et in B. || moribus] operibus E. 12 sit] in *add.* PT. 13 vero] autem B. 14 ubi] ibi B. 17-18 adiuratio] abiuratio A. 19 se habilitent] habilitentur PT, sic *pro* se E. 20 suscipiendum] recipiendum P. 21 deportare] apportare PT. 23 effugandas] effugandum E. || tunc *om.* E. 24 in *om.* P. || significationem] significatione BEP. 26 cum *om.* B. 28 et patenam *om.* T. || illius] istius P. || autem] est *add.* E.

[1] *Decretum* Gratiani, d. 25, c. 1, §§ 6-7 (I, 90).

vero et patena significatur passio et sepultura. Unde patet quod [diversus] Ordo ministrantium, tum ratione significantium, tum ratione significatorum. Ex dictis patet quod in diversis Ordinibus diversa potestas spiritualis confertur, ad opus in quo habeatur memoria passionis ad compatiendum.

n. Si vero quaeratur in quo opere conferatur haec potestas dicimus quod in diversis Ordinibus in diversis operibus. Nam in minoribus Ordinibus in traditione instrumenti pertinentis ad potestatem. Similiter etiam in Ordine subdiaconatus accidit, nam primitus erat Ordo non sacer, et in hoc habuit convenientiam aliquam cum aliis minoribus Ordinibus. Ordo vero diaconatus et presbyteratus impositione manus confertur.

o. Si vero quaeratur quid fiat inunctione sacerdotis et episcopi, respondemus quod [ea] significatur collatio gratiae. Oportet enim hos abundantiorem gratiam habere, ut non tantum sit in eis gratia gratis data vel gratis superaddita, sed gratum faciens, eo quod ipsi immediate tractant dominicum sacramentum, et quia debent esse mediatores gratiae in alios transfundendae.

T 170b *p*. Si || vero quaeratur quid efficiat benedictio, quae est generalis in omni Ordine, dicendum quod [ea] significatur impressio characteris in quo tota Trinitas figuratur: non quod tunc primo efficiatur character, sed effectus expresse significatur in quantum est Trinitatis.

q. Ad id vero quod obicitur, sacramentum Ordinis esse
A 158b indivisibile || ratione characteris, dicendum quod non; quia di-
visibilis est potestas spiritualis, et ita per consequens character,
B 155v ut patet ex definitione Ordinis || quam ponit Magister cum dicit: « Ordo est character spiritualis » etc. [902, 10-11]. Ad unum tamen conveniunt, ratione cuius dicitur unum sacramentum in genere.

r. Si vero obicitur quod traditio ipsius instrumenti pertinentis ad potestatem sit pure hominis, dicendum est quod non: non enim hominis in quantum homo, sed in quantum spiritualis, habentis potestatem spiritualem a Deo collatam. Quod

---

1 et sepultura *om.* B. || quod *exp.* E. 3 dictis] predictis PT. 5 passionis *om.* T. 6 quaeratur] queritur T. 7 Ordinibus] et *add.* PT. || diversis] operandis *add.* B. 9 etiam] et BPT. 10 et] nam PT. 11 Ordinibus *om.* B. 12 presbyteratus] in *add.* BE. || confertur] conferuntur E. 13 quaeratur] queritur T. || et *om.* P. 16 sed] gratia *add.* PT. 17 tractant] corpus *add.* B. 18 esse] in *add.* A. || alios] aliis E. 22 primo *om.* B. 23 Trinitatis B, trinitas AEPT. 24 sacramentum] tamen (*vel* tum) *add.* A. 29 ratione] ratio P. || unum *om.* B. 31 ipsius] unius B. 32 sit pure] sic ponitur B. || est *om.* BET. 33 enim] est *add.* PT. 33-34 spiritualis] humanitas *add.* P. 34 spiritualem *om.* T.

patet auctoritate Isidori, libro *De officiis*[1]: «Si filii Aaron presbyterorum figuram faciebant, et Aaron summi sacerdotis, id est episcopi, Moyses indubitanter Christi, quia similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum et hominem: erat dux populorum, princeps sacerdotum et dominus pontificum». Et secundum hunc modum facta est dispositio in Novo Testamento. Christus enim contulit Petro potestatem, et in eo ceteris Apostolis et eorum successoribus. Ab iis autem descendit potestas spiritualis in Ecclesia. Ratione ergo huius potestatis confertur potestas spiritualis in minoribus Ordinibus: a plenitudine enim potestatis descendit potestas secundum magis et minus.

s. Ad id vero quod quaeritur de similitudine in hoc sacramento, respondemus quod similitudo est in traditione aut impositione manus. Traditio enim instrumenti || significat col- P 216 a
lationem potestatis ad opus per instrumentum, si fuerit ab eo qui habet potestatem conferendi, cum intentione quae in omni sacramento requiritur. Impositio vero manus significat collationem potestatis magis spiritualis; nam in hoc quod imponitur manus, significatur conferri potestas: manus enim ad potestatem et opus pertinet. Causa autem huius est, quia manus est organum organorum[2]: alia enim organa per eam rectificantur, sicut lingua est organum organorum in ostendendo. Cum ergo concurrunt haec duo opera linguae et manus, recte designatur conferri potestas. — Sed fit impositio manus super caput, in quo significatur gratia spiritualis rationi conferri, cuius opus est in capite principaliter. Est autem opus rationis tum ad loquendum, tum ad operandum, tum ad intelligendum. Significatur ergo impositione manus super diaconum, quam facit solus episcopus, conferri potestas ad legendum evangelium: quod non fit proprie nisi ab eo qui Christi vicem tenet, cuius haec sunt verba; et ad tangendum illud in quo est sacramentum

1 patet] ex *add.* E. || Isidori] in *add.* PT. 3 id est] et P. 4 erat *codd.*, Iesus Christus qui est verus *Isid.* 5 Et *om.* T. 6 est] fuit B. 8 iis *om.* B. 11 enim *om.* P. 13 vero *om.* E. 14 aut] in *add.* E. 15 enim *om.* PT. 15-16 collationem] traditionem E. 17 habet] habuerit E. 18 vero *om.* B. 19 magis spiritualis *om.* A. 20-21 significatur... manus *om.* (*hom.*) B. 22 est *om.* P. || alia enim] quod altera B. 22-23 rectificantur] certificantur T. 25 Sed] si PT. 27 capite] simpliciter vel *add.* E. 28 ad[1] *om.* A. impositione *om.* A, in *praem.* EP. || super] per A. 32 verba *om.* A. || et *om.* PT.

1 Lib. II, c. 5, n. 4 (PL 83, 781 C). 2 Aristot., *De anima*, III, t. 38 (Bekker. 432a 1-2; Didot, III, 470 47-48).

corporis Christi; ad quorum utrumque oportet habere intelligentiam eius quod legitur et quod tangitur. — Fit autem impositio super caput sacerdotis omnium assistentium sacerdotum. Potestas enim ad opus quae confertur sacerdoti, est ad opus communionis; et propter hoc oportet confluere plures potestates spirituales eorum qui gerunt vicem capitis in Ecclesia. Sed solus episcopus ordinat, a quo et in aliis descendit potestas. Praeterea paris, in quantum est par, non est parem potestatem conferre, sed superioris est inferiorem conferre.

t. Si vero de episcopo obicitur qui consecrat archiepiscopum, vel de Ostiensi qui consecrat Papam, respondemus quod episcopus consecrat eum non in quantum est archiepiscopus, sed potestatem archiepiscopalem habet a Papa. Consecratur autem Papa in quantum pontifex ab alio pontifice, sed plenitudinem potestatis tantum recipit ex collatione facta Petro, cuius est vicarius. Consensus autem ad obediendum, in quo est executio potestatis, est in concordi electione cardinalium.

u. Si vero quaeratur propter quid sacerdos oleo sancto,
E 284 v episcopus vero chrismate || ungitur, respondemus quod in hoc significatur abundantia gratiae ad se et ad alterum. Consecran-
A 158 c tur autem non tantum manus episcopi, sed etiam caput: || quod non fit in presbytero, ut significetur ei conferri potestas ut sit caput Ecclesiae, cuius verba, quae a capite procedunt, sanctificationem habeant. Sacerdotis vero manus inunguntur ut sanctificentur ad tractandum dominicum corpus sub sacramento, cuius virtus quoad transsubstantiationem est in ipsis verbis Iesu Christi. Non similiter autem est in consecratione episcopi et ordinatione sacerdotis; nam omnes episcopi consecrant, et ex hoc dicitur 'consecratio'; non autem omnes apponentes manus ordinant, sed solus episcopus.

v. Si vero quaeratur quare in quibusdam Ordinibus adiungitur officium archidiaconi et utrum ipse conferat Ordinem

2 eius *om.* B. 3 assistentium] existentium AE. 4 quae *om.* B. 6 potestates *om.* P. || gerunt] ferunt P. 8 Praeterea] item E. || est[1] *om.* PT. 10 obicitur] queritur E. 11 de *om.* A. 15 potestatis] quam habet *add.* B. || facta] a *add.* B. 17 est *om.* PT. 18 quaeratur] queritur T. 19 ungitur] ungatur B. 20 gratiae] et *add.* PT. 21 autem] enim E. 22 non *om.* A. || in *om.* B. 24 habeant] habent BP. || inunguntur] unguntur PT. 25 tractandum] curandum B. 26 est *om.* ABPT. 28 ordinatione] ordine PT, in *praem.* T. 28-29 episcopi... omnes *om.* (*hom.*) P. 31 vero] ergo PT. || quaeratur] queritur T.

§ *t:* cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 8, q. 1 (f. 43c); Alb. Magnus, hic, a. 40 (XXX, 81). — § *v:* cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 8, q. 1 (f. 43b-c); Bonav., hic, p. 2, dub. 2 (IV, 637).

vel hoc sit de necessitate Ordinis, respondemus quod hoc fit ut significetur || illorum ordinatorum subiectio esse respectu P 216b archidiaconi, qui est principalis diaconus in suo ministerio. Et propter hoc, ea quae sunt minora accipiunt ab archidiacono, maiora vero, ut patenam et calicem, ab episcopo. Hoc enim ad ministerium pertinet, illud ad consecrationem; diaconorum autem est ministerium, sacerdotum autem consecratio. Quod non accidit circa lectores et ostiarios vel exorcistas: ii enim secundum sua officia, non per illum medium, ad sacerdotem vel episcopum ordinantur. Nec propter hoc confertur Ordo ab archidiacono; nec hoc est de necessitate illorum Ordinum: si enim hoc fieret ab episcopo, nihilominus esset ordinatus.

w. Si vero quaeratur utrum forma verborum sit de substantia Ordinis, dicendum quod sacramentale est, sed non de substantia sacramenti; sed ad bene esse ordinata, ut intelligat ad quid ordinatur.

x. Si vero quaeratur a quo ortum habuit impositio manuum quae fit sacerdotibus, respondet Isidorus in libro *De officiis* [1]: « Isaac ponens manum suam super caput Iacob benedixit ei, Gen. 27, 27-29; similiter Iacob filiis suis, Gen. 48 [2]; et Moyses super caput Iosue, Num. 27, 23, dans ei spiritum virtutis et ducatus in populo Israel. Sic superimpletor Legis et Prophetarum, Dominus noster Iesus Christus, per manus impositionem Apostolos benedixit, Luc. 24, in fine [3]: Et perduxit *eos in Bethaniam* et elevavit manus suas et benedixit eos. Et Act. Apostolorum 13, 3, Paulo et Barnabae imposita est manus ab Apostolis in episcopatum, et sic missi sunt ad evangelizandum ». Ex hoc inolevit consuetudo imponendi manum sacerdotibus et episcopis.

10. Sed quaeritur adhuc in quo confertur potestas ligandi et solvendi sacerbotibus vel episcopis: dico autem in quo si-

1 de... fit *om.* (*hom.*) A. 6 pertinet] et *add.* B. 6-7 autem] vero B. 7 est *om.* BPT. || autem] vero T, *om.* BE, est *add.* P. 8 vel] et acolitos et E. 9 illum] illud B. || ad *om.* P. 10 Nec] non B. || ab *om.* T. 11 archid.] episcopo E. 12 hoc... episcopo] nihil.., archidiacono B. 13 quacratur] queritur T. 14 sed] scilicet P. 15 ordinata] ordinati BT. 16 ordinatur] ordinetur T. 17 quacratur] queritur PT. || ortum habuit] orditum habeat B. || manuum] manus B. 18 Isidorus *om.* B. || in libro] et Bern. PT. 21 ei] eis PT. 22 superimpletor] impletor E. 25-26 Apostolorum *om.* PT. 26 imposita est] imposite sunt E. 31 vel] et PT.

1 Lib. II, c. 5, nn. 9-10 (PL 83, 782s.). 2 Immo Gen. 49. 3 Luc. 24, 50: *Eduxit eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis benedixit eis.*

Num. 10: anon. P, f. 159r; anon. V, f. 150d.

gnificatur conferri. Videtur quod significetur conferri episcopo in collatione baculi sanctificati. Cum enim traditur, dicitur
T 170c ei [1]: « Accipe baculum pastoralis || officii », id est potestatem ligandi et solvendi, « et sis in corrigendis saeviens pie, in fovendis virtutibus animos auditorum demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens ». Ex quo videtur quod tunc ei conferatur illa potestas sacramentaliter. — Sed secundum hoc videtur quod sacerdos non habeat potestatem ligandi et solvendi: non enim sic sacramentaliter ei confertur. — R e s p o n d e m u s: est potestas ligandi et solvendi in foro poenitentiae, et iterum in foro iudicii. Una communis est sacerdotibus, et illa significatur eis conferri cum dicitur in fine ordinationis sacerdotalis [2]: « Accipe Spiritum Sanctum et quorum remiseris peccata » etc. Reliqua vero significatur conferri in traditione baculi pastoralis. Nihilominus tamen, etsi non traderetur baculus, annexum esset dignitati episcopali officium ligandi et solvendi in foro iudiciali.

11. Sed adhuc quaeritur propter quid in fine ordinationis sacerdotalis significatur conferri potestas illa ligandi et solvendi.
P 216c A 158d Tria enim principalia sunt in ordinatione || sacerdotali: || impositio manus super caput ab episcopo et sacerdotibus assistentibus, inunctio manuum deintus oleo sanctificato ad modum crucis, et traditio potestatis ligandi et solvendi, praeter id quod est de indumento sacerdotali. Per quod significatur primo conferri ei potestatem proferendi sacramentaliter verba Iesu Christi, in quibus est virtus sacramenti, sicut ea quae pertinent ad sacramentum Altaris et sacramentum Baptismi. Sed quia non convenit consecrationem fieri in effectu nisi in quo fuerint convenientes dispositiones ad consecrandum, datur ei habitus sacerdotalis, ut stola in qua significatur se accepisse iugum Domini, et casula in qua significatur ipsum debere circumdari ca-

1 Videtur] enim *add.* BEPT. 4 pie *om.* P. 5 auditorum] subditorum E. 7 sacramentaliter] sacramentalis PT. || Sed *om.* PT. 8 habeat] habet PT. || potestatem *om.* T. 9-10 non... solvendi *om.* (*hom.*) A. 11 Una BEPT, *mg.* A^2. || est *om.* P. 16 esset] est *interl.* A^2. || officium] potestas *mg.* A^2. 17 iudiciali] quare significatur in fine ordinationis conferri potestas ligandi et solvendi *add.* E. 18 quid *om.* E. 20 principalia] principaliter B. 22 inunctio... deintus] unctio... de PT. 23 crucis] crismatis B. 24 de] in PT. 26 in *om.* PT. 26-27 sacramentum] sacramenta PT. 28 fuerint] fuerunt BE. 29 ei] enim PT. 30 se] ipsum E.

1 *Pontificale Romanum.* 2 *Pontificale Romanum.*

Num. 11: anon. P, f. 159r.

ritate. Hac autem dispositione exsistente, tunc potest convenienter tractare sacramentum dominicum. Sed ut conveniens dispositio sit in organo tractationis, inunguntur manus. Et ita haec tria ordinata sunt ad potestatem cum dignitate consecrandi. In quo sacramento significatur communio corporis mystici in Ecclesia. Et quia quidam inhabiles sunt ad communicandum sacramentaliter, subiungitur de potestate ligandi et solvendi, per quam inhabiles ad habilitatem || reducuntur. Et ideo post E 285r praedicta significatur conferri potestas remittendi peccata.

12. *a.* Sed adhuc quaeritur utrum idem esset sacerdotium Veteris Legis et Novae. Quod videtur, eo quod eadem est hostia hinc inde significata; offerre autem hostiam est sacerdoti appropriatum. Quod autem eadem, patet per hoc I ad Cor. 10, 3: *Omnes eamdem escam spiritualem* etc. — Praeterea, in Cant. 6, 8: *Una est columba mea* [1], unitate scilicet fidei; et loquitur ibi de fidelibus in Veteri Testamento et in Novo; ergo videtur idem sacerdotium.

b. Sed c o n t r a, ad Hebr. 7, 12, super illud [2]: *Translato sacerdotio*, ubi dicitur quod vetus sacerdotium translatum est et novum manet. — Praeterea, ibidem dicitur [3] quod *ex* tribu *Iuda* natus est Christus, *in qua nihil de sacerdotibus locutus est Moyses.*

c. Quod c o n c e d i m u s. Unde, si aliquis legalium sacerdotum veniret ad fidem, antequam fungeretur sacerdotio, ordinandus esset a principio: nullum enim habet Ordinem Chri-

---

3 inunguntur] ei *add.* B. 5 communio] ordo B. 7 sacramentaliter] sacramentum P. || subiungitur] subiungit PT. 9 remittendi peccata] redimendi p. PT, solvendi et ligandi vel pec. dimittendi E. 10 sacerdotium] sacerdos E. 11 Veteris... Novae] in vet. lege et (in *add.* P) nova PT, legis *add.* B. 12 hinc] et *add.* EPT. 13 Quod a. eadem] idem E. 15 mea] etc. *add.* B. || scilicet *om.* B. 17 sacerdotium] translatum *add.* P. 18 Sed *om.* B. 19 ubi] ibi B. || est] in novum *add.* PT. 20 ex] de PT. 25 enim *om.* P.

---

[1] *Glossa ordin.* in h. l.: « Quamvis multae et diversae personae, tamen fides una est in eis... non alia ante Legem, alia sub Lege, alia sub gratia »; ap. Lyranum (III, 364v).
[2] *Glossa* Lombardi in h. l.: « Vere transfertur sacerdotium, surgit aliud » (PL 192, 453 A).
[3] Hebr. 7, 14.

Num. 12: anon. P, f. 159v; anon. Tr, f. 191a; anon. V, f. 150a. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 187; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 8, q. 2 (f. 43d); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 158b-c); Alb. Magnus, hic, a. 33 (XXX, 74); Bonav., hic, p. 1, a. 2, q. 3 (IV, 617s.). Plura ap. K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher*, in *Fr. Studies*, XIII, 1953, 120-125.

sti. — Nec sequitur, si eadem hostia figurata sit hic et ibi, quod idem sit sacerdotium. Identitas enim sacerdotii consistit secundum indifferentiam virtutis collatae. Collata autem est virtus sacerdotibus Novae Legis, ad virtutem verborum Christi prolatorum debito modo, transsubstantiare panem et vinum in corpus et sanguinem eius; quae non est collata sacerdotibus Veteris Legis vel praecedentibus. Non enim erat ibi nisi signum in pane et vino, cum obtulit Melchisedech [1]. — Similiter non sequitur, si una est fides antiquorum et modernorum et unum est caput per fidem hinc inde, scilicet Christus, quod unum sit caput quoad potestatem ministerii, et ita quod sit idem sacerdos. Nam per caput ministerii in Nova Lege transfunditur gratia
P 216d in membra, dico per verborum ipsius virtutem, || licet ipse sit indignus. Unde, postquam inungitur caput episcopi et consecratur, cantatur illud [2]: *Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius* etc. Non sic autem fuit in Veteri Lege, sed ad invocationem eorum dabatur aliquibus gratia a Spiritu Sancto.

13. *a.* Quod etiam differens esset sacerdotium Veteris Legis et Novae, et quod abundat in gratia, significatur in habiti-
A 159a bus sacerdotalibus et pontificalibus. Ut enim habetur Levit. || 8, 7-9 [3], septem erant ornamenta summi sacerdotis: tunica byssina, zona, tunica hyacinthina, superhumerale, rationale, mitra sive tiara, et lamina aurea; quibus si feminalia linea [4], quae ritu sacro circa renes pontificis stringebantur, adieceris, erunt octo. — Tunica byssina erat poderis, id est talaris, quae alba vocatur apud nos. Zona communis est utrobique. Haec in Veteri Testamento quatuor coloribus distinguebatur: byssino, purpureo, hyacinthino et croceo; in quo quatuor virtutum con-

1 sequitur] quod *add.* B. || hostia] est *add.* T. || sit *om.* PT. 3 indifferentiam] differentiam A. 4 Christi *om.* T. 4-5 prolatorum] bene et *add.* P. 5 et vinum *om.* T. 5-6 corpus] carnem E. 7 enim *om.* B. 10 hinc] et *add.* E. 13 ipsius *om.* B. 14 et *om.* A. 16 in[1]... cius *om.* B. 19 etiam *om.* P. 21 sacerd. et pont.] sacerdotum et pontificum B. 22 ornamenta] vestimenta B. 22-23 byssina] et *add.* PT. 24 sive *om.* B. || et *om.* PT. || quibus si] et B. 25 adieceris] adiectis B. 26 byssina] iacintina E. || erat] erit AEP, est T. 27 utrobique] et *add.* PT. 29 croceo *ita codd.* || virtutum concordia] virtutes concorditer PT.

1 Gen. 14, 18. 2 Ps. 132, 2. 3 Et praesertim Ex. 28, 4-42. Cf. *Glossa ordin.* in h. l. et in Levit. 8, 7-9, ap. Lyranum (I, 188r ss., 227v ss.). 4 Ex. 28, 42; 39, 27; Levit. 6, 10; 16, 4.

Num. 13: anon. P, f. 159v-161v; anon. V, f. 150b-c. Cf. *Speculum Ecclesiae*, c. 6 (inter opp. Hug. de S. Victore, PL 177, 352ss.); Sicardus Cremon., *Mitrale*, II, c. 5 (PL 213, 72ss.).

cordia figuratur. — Feminalia vero linea specialiter fuerunt in Veteri Testamento in signum infirmitatis carnalis quae in illo populo vigebat. Propter abundantiam autem gratiae in Novo Testamento, per quam minuitur fomes concupiscentiae, nullum huic successit indumentum. Praeterea, exsistentibus in sacris Ordinibus iniuncta est necessitas continentiae universalis. Non sic autem erat in Veteri Lege, sed ad tempus continebant et ad tempus generationi vacabant; in signum cuius assumebant aliquando feminalia, aliquando non. — Quartum indumentum fuit tunica interior sive hyacinthina, qua in Veteri Testamento et Novo soli pontifices induuntur. Haec hyacinthina speciem coloris caeli imitatur: per quod significatur cordis munditia in cogitatione caelestium, sicut per zonam et feminalia carnis temperantia figurabatur. — Quintum est superhumerale, sive ephod, [vestis] eisdem coloribus quibus zona distincta. Hoc in Veteri Testamento soli pontifices utebantur. Significat autem fortitudinem operum et patientiam laborum. In hoc erant a dextris et a sinistris scripta nomina duodecim patriarcharum, ut per memoriam vitae eorum fortitudo in prosperis et adversis haberetur. Quod per amictum apud nos intelligitur; per pallium vero principaliter in archiepiscopis. — Post hoc est logion sive rationale, quod pectori pontificum superponebatur. Quod concatenatum est cum superhumerali, ut opus doctrinae respondeat; sed praeponitur superhumerale, ut significetur opus debere praecedere doctrinam. Huic autem nullum respondet in Novo Testamento. — Deinde superponebatur capiti tiara sive cidaris, ut significetur fidem duorum Testamentorum || sive Christi debere || regere rationem. — P 217a T 170d
In Novo autem Testamento additur stola, quae alio nomine dicitur orarium. Quae collo sacerdotis superponitur, ut significet eum iugum Domini accepisse. Descendit autem per utrumque latus, || ut doceat ipsum *per arma iustitiae a dextris et a sinistris* [1] debere esse munitum. Innectitur autem zonae, ut si- E 285v

1 figuratur] significatur E, figurantur PT. 2 Veteri *om.* B. || Test.] lege BE. 3 vigebat] urgebat P. || Propter] per B. 4 minuitur fomes] minuuntur fontes B. 7 Lege] testamento BEPT. 13 cogitatione] cognitione PT. 15 quibus] sicut PT. 16 distincta] est *add.* PT. 18 a² *om.* P. 19 patriarch.] filiorum Israel E. 21 vero] autem E. 22 sive] id est E. 23 superpon.] supponebatur P. 23-24 superhum.] humerali T. 24 sed] quia T. 26 nullum] vestimentum *add.* T. 26-27 superpon.] supponebatur P. 27 fidem] fides *codd.* 31 accepisse] suscepisse BE. 32 arma] opera B. || a² *om.* E. 33 debere *om.* P.

[1] II Cor. 6, 7.

gnificetur connexus iustitiae et continentiae. — Et quia mentibus Deo dicatis aliquoties subrepit negligentia, in signum diligentiae adhibendae in sacris ministris datur manipulus ad abstergendum oculorum spiritualium lippitudinem. — Utuntur etiam levitae dalmatica, quae ortum habuit a colobio, quo usi sunt Apostoli, ut legitur de beato Bartholomaeo [1]. Quae latior debet esse quam tunica, ut significetur amplitudo ministerii esse in levitis maior quam in subdiaconis. — Superadditur autem casula, quae appropriata est in Novo Testamento; per quam caritas intelligitur. Haec habet quamdam rotunditatem, ut per hoc intelligatur figi in aeternis. Haec in superiori parte arctior, in inferiori latior, ut notetur ex parte superiori soli Deo uniri, in inferiori ad omnem proximum dilatari. Quoad dilectionem Dei paucitas operum in specie sufficit; quoad proximum multitudo operum necessario requiritur. — Ut autem dicit Isidorus in libro *De officiis* [2]: «Dum consecratur episcopus, datur baculus, ut eius indicio subditam plebem vel regat vel corrigat, vel infirmitatem eius sustentet. Propter signum autem honoris pontificalis datur anulus tamquam || signaculum secretorum Dei. Nam multa secretorum Dei debent ei esse nota, quae a carnalium intelligentium sensibus occultare debet quasi sub signaculo». — Adiunguntur et sandalia in pedibus, ut per hoc significetur quod, licet affectus, qui per pedes significantur, aliquando tangant terrena, circumfundi debent memoria aeternorum, per quae a terrenis retrahantur, ut sic excutiatur pulvis terrenarum cogitationum qui adhaesit pedibus apostolorum. — Ex dictis patet qualiter quaedam sunt communia indumenta sacerdotum in Veteri Lege et Nova, et

A 159b

1 connexus] annexus A. 2 aliquoties *om.* B, Deo *add.* A. 2-3 diligentiae *om.* P. 4 abstergendum *corr. in* significandum A[2]. || lippitudinem] aptitudinem A, limpiditatem P. 7 latior] largior B. 8 maior] suavior T, *trp. p.* subdiaconis ABEP. || subdiaconis *om.* P. 9 appr. est] appropriatur T. 10 Haec habet] habet autem PT. 11 hoc intell.] hanc intelligant P. 12 parte[1] B, *om.* AEPT. || arctior] et *add.* P. || ex] in B. 13 soli B, in solo AEPT. || uniri] intueri T. 15 autem *om.* PT. 16 libro] iiii. *add.* P. 16-17 episcopus] episcopo E. 17 ut eius] et cuius P. || vel] ut PT. 19 tamquam] propter T (*Isid.*). 21 carnalium] carnalibus B. || intelligentium *om.* P. || occultare] accusare A. 22 et] etiam BEPT. 24 tangant] tangunt P. || circumfundi] tamen *add.* E. 25 memoria] eorum *add.* P. 28 in... Nova] in... et in nova BPT, veteris legis et nove legis E.

[1] Legitur in *Vita S. Sylvestri*: «Hic quando accedebat ad sacrificanda Christi mysteria, candidissimo collobio inducbatur: quod collobium S. Iacobi apostoli fuisse perhibebat... Sic factum est ut a S. Sylvestro presbyteri eius vel diacones collobiorum sumpsissent initium... Postea autem collobia in dalmaticis commutata sunt»; ap. B. Mombritium, *Vitae Sanctorum*, II, Paris. 1910, 509. [2] Lib. II, c. 5, n. 12 (PL 83, 783s.).

quoniam quaedam non sunt eadem, sed hinc inde sunt aliqua propria, magis tamen sacerdotibus Novae Legis: per quod designatur abundantior gratia in illis.

b. Si vero quaeratur quare casula et stola appropriantur, et similiter manipulus, respondemus: quia perfecta caritas et perfecta patientia professoribus Novae Legis indicitur, et omnimoda diligentia in operum consideratione. Habet enim ratio ampliorem gratiam et ad amplius tenetur, similiter et voluntas: in quibus consistit facultas liberi arbitrii interius. In quantum autem convertitur ad exterius per virtutem operativam, oportet ampliori gratia pollere. Et propter hoc, in signum horum trium, scilicet omnimodae diligentiae secundum perfectam fidem, et perfectae caritatis, et perfectae patientiae, appropriantur haec tria indumenta sacerdoti Novae Legis.

c. Si vero quaeratur propter quid non respondet indumentum rationali, quod appropriatur in Veteri Testamento, respondemus quod || in Veteri Testamento erat doctrina divisa ab P 217 b opere: erat enim ibi doctrina operis futuri in Nova Lege; in Nova autem Lege in opere ipso principaliter est doctrina, ita quod indivisa debent esse. Et propter hoc significandum, sunt duo respondentia operi in Nova Lege, ut sic illud quod defecit in signo doctrinae succederet in signo operis. Et ut abundantius esset opus in archiepiscopo quam in episcopo, in episcopo quam in sacerdote, superadditum est et indumentum indumento. Habet enim sacerdos amictum, episcopus vero dalmaticam cum tunica, archiepiscopus superaddit pallium.

1 hinc] et *add.* E. || aliqua] quedam E, alia T. 2 propria *om.* T. 3 designatur] significatur B. || gratia] esse *add.* BEPT. 4 quaeratur] queritur T. || quare] infula sive *add.* P. 5 quia] quod BEPT. 6 perfecta *om.* B. 9 in quibus *om.* P, *om.* in T. 14 sacerdoti] sacerdotibus PT. 15 quaeratur] queritur T. 16 quod appropriatur] appropriatum B, quod est E. || Test.] lege E. 16-17 resp.] respondet P. 17 quod *om.* B. || in *om.* P. || Test.] lege E. 18 in N. Lege *om.* B. 19 Lege *om.* P. || ita] et ita PT, videtur *add.* P. 21 sic] si B. 22 Et *om.* PT. || abundantius] superabundantius B. 23 in² *om.* AT. || episcopo¹] et *add.* BPT. 24 in *om.* A. || et *om.* BEPT. 25 vero *om.* PT. 25-26 cum tunica] et tunicam PT.

DISTINCTIO XXV.

1. Consequenter dicendum est de Ordine ex parte suscipientis Ordinem: qui scilicet inhabiles sint ad susceptionem minorum vel maiorum; ubi quaeritur quae sunt causae quae repellunt ab Ordine.

a. Ponuntur autem tria in genere: irregularitas quae nec est ex crimine nec ex infamia, ut in bigamo, et crimen, et infamia. Haec autem omnia ad irregularitatem in genere reducuntur. — Et est irregularitas inhabilitas ad rectam Ordinis susceptionem. Dico autem 'rectam', cum post susceptionem characteris, in quo confertur potestas, recte potest sequi administratio.

b. Est autem quaedam inhabilitas tum ex parte corporis, tum ex parte animae, tum ex parte coniuncti. — Ex parte corporis, ratione deformitatis sive defectus membri; et dicuntur ii corpore vitiati. Circa quos distinguitur: aut sponte sunt vitiati, aut casu. Si sponte, nulla causa iusta interveniente, repellitur, et promotus deicitur, ut 33 distinctione, *Maritum* [1]; et 55, *Si quis a medicis* [2]. Sed si iusta est causa, ut leprae futurae, non prohibetur, ut *Tertiis*, De corpore vitiatis, *Ex parte dilecti* [3]; nisi generet deformitatem, quoniam si generat, omni casu repellitur, ut 55 distinctione, *Lator* [4]. — Si vero casu, aut hoc est in membris magnis, et tunc repellitur si deformitatem generet, ut 55 distinctione, *Si evangelica* [5]; in parvis vero minime, etiam si sua culpa vitium incurrat, nisi deformitatem generet, ut *Primis*, De vitiatis corpore, *De presbytero* [6].

3 inhabiles] habiles PT. 6 Ponuntur... irregularitas] ponunt... irregularitatis P. || nec] non BT. 7 nec... crimen *om.* (*hom.*) E, neque *pro* nec B, *om.* ex P. 9 inhabilitas] inordinabilitas E. 15 deformitatis] deformitatum T. || sive] aut BT, vel E. || defectus] defectuum T. 17 aut] a *add.* T. || Si sponte *om.* P. || repellitur] expellitur P. 20 ut] extra *add.* P. || Tertiis] dist. *add.* T, *add. interl.* A^2. 21 quoniam] quam T. || generat] generet *et add.* deformitatem E. 24 vero *om.* B, quoque T. || minime] non B, id est non repellitur *add.* E. 25 sua] illa PT. || nisi] ubi B, ut PT. || deformitatem... ut *om.* B.

1 *Decretum* Gratiani, d. 33, c. 2 (I, 123). 2 Ib., d. 55, c. 7 (I, 216s.). 3 *Decretales*, compil. III, lib. I, tit. 13, c. 1 (p. 265); compil. Greg. IX, ib., tit. 20, c. 5 (II, 145). 4 *Decretum* Gratiani, d. 55, c. 11 (I, 217s.). 5 Ib., c. 13 (I, 218s.). 6 *Decretales*, compil. I, lib. I, tit. 12, c. 1 (p. 14); compil. Greg. IX, ib., tit. 20, c. 1 (II, 144).

Num. 1: anon. P, f. 162r-167r. Cf. *Glossa in Decretum*, ad capitula inferius passim allegata; inde enim Alexander plura deprompsit.

c. Si vero fuerit ex parte animae, aut ex parte intellectus, aut affectus. Ex parte intellectus, sicut illiterati et infideles. Ex parte affectus, ut schismatici || et publice poenitentes et infames. B 156r — Qui autem sint infames, habetur III, quaestione 5, *Constituimus* [1], ubi dicitur || quod « homicidae, malefici, fures, sacrilegi, E 286r raptores, adulteri, incesti, venefici, criminosi, periuri, iuste || A 159c repellendi sunt, quia funesta est vox eorum ». Et loquitur ibi in causa accusationis, et simile est in causa Ordinis.

d. Ex parte vero coniuncti trahitur inhabilitas tum secundum pravam dispositionem in ipso respectu alterius, tum non respectu alterius. Non respectu alterius, ut sunt energumeni, epileptici et frenetici. Respectu alterius, multipliciter. Vel quoad patrem carnalem, sicut qui nati sunt in || adulterio. Vel quoad T 171a eum qui reputatur pater spiritualis, sicut qui baptizati sunt ab haereticis extra formam Ecclesiae, vel rebaptizati ad introducendum haeresim, vel qui moram fecerint in conversatione haeretica. Vel respectu alterius personae quae fit quasi una caro, sicut sunt bigami. — Bigamus autem reputatur qui castitatem promissam violat, ut XXVII, quaestione 1, *Quotquot* [2]; et qui contraxit || cum vidua vel corrupta, ut *Secundis*, [De bigamis], P 217c *De bigamis* [3]; qui unam de facto et alteram habuit de iure diversis temporibus, ut *Tertiis*, De bigamis, *Nuper* [4]; qui duas uxores simul habuit, XXXI, quaestione 1, *Quomodo virginibus* [5]; qui diversis temporibus habuit duas, 26 distinctione, *Deinde*, *Acutius* [6]; qui scienter cognovit adulteram uxorem, 34 distinctione, *Si cuius* [7]. — Vel respectu domini, sicut accidit de servis. Circa quos distinguitur. « Servus, si sciente domino et non contradicente ordinatur, eo ipso efficitur liber », ut 54 distinctione, *Si servus* [8]. Si autem domino ignorante, sed epi-

2 aut] ex parte *add.* E. 2-3 intellectus... parte *om.* (*hom.*) P, vel *pro* et T. 3-3 (p. 438) et[1]... giezita *om.* B. 3 publice] peccantes vel *add.* T. 8 et] tum non respectu alterius ut *add.* P. || simile] consimile EPT. 9 trahitur] contrahitur P. 10-11 non... alterius[1] E, *om.* APT. 13 Vel] a A. 14 pater *om.* P. || spiritualis *om.* A. 15-16 introducendum] introducendam E. 16 fecerint] fecerunt E. 20 Secundis] iii. *codd.* 23 Quomodo *Decr.*, quoniam *codd.* 26 cuius] servus PT. 27 si *om.* P. 28 ordinatur *om.* T.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 3, q. 5, c. 9 (I, (516. [2] *Decretum* Gratiani, C. 27, q. 1, c. 24 (I, 1055). [3] *Decretales*, compil. II, lib. I, tit. 11, c. 2 (p. 158); compil. Greg. IX, ib., tit. 21, c. 3 (II, 146). [4] *Decretales*, compil. III, lib. I, tit. 14, c. 1 (p. 265); compil. Greg. IX, ib., tit. 21, c. 4 (II, 147). [5] *Decretum*, C. 31, q. 1, c. 10 (I, 1111). [6] *Decretum*, d. 26, cc. 3 et 2 (I, 95s.). [7] *Decretum*, d. 34, c. 11 (I, 128). [8] *Decretum*, d. 54, c. 20 (I, 213).

scopo sciente vel praesentatore quod sit servus, tunc efficitur liber, et episcopus vel praesentator debet dare domino suo poenam, scilicet duos servos, ut 54 distinctione, *Si servus* [1]. Sed si non habent unde solvant, solvat Ecclesia, aut domino suo restituatur, vel det vicarium pro se. Si vero nescientibus ipsis est ordinatus, si fuerit in minoribus Ordinibus, deponitur et remanet servus, ut 54 distinctione, *Ex antiquis* [2]. Si vero fuerit in sacris Ordinibus, det pro se vicarium vel pretium, vel Ecclesia pro ipso; aliter restituendus est domino. Si sacerdos est, liber est; sed aufertur ei peculium et datur domino, vel serviat ei in divinis officiis, 54 distinctione, *Frequens* [3].

e. Aut comparatur ad alterum transgrediendo illud praeceptum [4]: *Non occides;* in reliquis enim fiebat comparatio iuxta priora praecepta. Distinguitur autem circa homicidam. Licet enim crimen tollatur, ut in Baptismo, non tamen tollitur irregularitas. Unde non omnis poena peccati tollitur per Baptismum: quaedam enim sunt poenae, quae, si proprie considerentur, sunt materia ad bonum vel ad declinationem mali; et istae non tolluntur per Baptismum. Sicut accidit de eo qui contraxit cum una uxore ante Baptismum, et post Baptismum cum altera; non tollitur irregularitas bigamiae secundum Augustinum [5]. — Est autem bigamus repellendus pluribus rationibus. Una est propter defectum sacramenti, quia carnem suam divisit; alia, propter dignitatem Ordinis; tertia, propter signum incontinentiae, quia de una ad aliam transivit, ut 82 distinctione, *Proposuisti* [6]; quarta est, eo quod non habet frontem hortandi continentiam vidualem, ut 26 distinctione, *Una* [7]. — Sed de homicida distinguitur, quia aut committitur homicidium ex necessitate, aut casu, aut voluntate. Si necessitate, aut inevitabili, aut non. Si evitabili, ad superiores Ordines non potest ascendere, sed in iam coeptis potest tolerari, ut 50 distinctione, *De his clericis* [8]. Si inevitabili, sine dispensatione potest ministrare

6 ipsis] illis EPT. 7 remanet] manet E. || Ex *Decr.*, in *codd.* 9 pro ipso] det pro illo EPT, vel *add.* PT. 10 scd] vel P. 11 serviat] servatur P. 15 tamen] enim P. 17 quae *om.* PT. 25 aliam] alteram T. 26 hortandi] ad *add.* E. 29 aut[1]] a *add.* T. || inevitabili] evitabili T. 31 in *om.* P. || coeptis] susceptis PT.

1 *Decretum*, d. 54, c. 19 (I, 212s.). 2 *Decretum*, d. 54, c. 9 (I, 209). 3 Ib., d. 54, c. 10 (I, 209s.). 4 Deut. 5, 17. 5 *Decretum*, d. 26, c. 2; C. 28, q. 3, c. 2 (I, 95, 1090); August., *De bono coniugali*, c. 18, n. 21 (PL 40, 387s.). 6 *Decretum*, d. 82, c. 2 (I, 290). 7 Ib., d. 26, c. 4 (I, 97). 8 Ib., d. 50, c. 36 (I, 194).

in susceptis, sed ad superiores habendos petat dispensationem, ut *Secundis*, De homicidio, *Suggestum* [1]. Nec obstat quod dicitur in *Primis*, De homicidio, *Lator* [2], ubi dicitur quod ad superiores talis licite possit promoveri, ut videtur; sed hoc intelligendum est ex dispensatione. — Si casu commisit homicidium, aut dedit operam rei licitae, aut non. Si [rei licitae operam] dedit, non ei imputatur, sed potest ministrare || in A 159d suscepto et ad superiorem ascendere, ut *Tertiis*, De homicidio, *Ex parte* [3]. Si rei illicitae operam dedit, tunc non potest in suscepto ministrare, ut 50 distinctione, *Clerico* [4]. — Si quis vero voluntate occidit, nunquam dispensandum || est cum P 217d eo, ut eadem distinctione, cap. *Miror* [5]. — De epilepticis autem distinguitur. Aut frequenter cadunt, et tunc non debent ministrare, ut VII, quaestione 2, cap. 2 [6]. Si autem raro, sed emittunt voces confusas, nec sic debent ministrare, ut eodem capitulo. Si autem raro nec emittunt voces confusas, possunt, sed habere debent adiutores, ut VII, quaestione 1, *Illud* [7]. Promoveri autem non debent tales ex quo semel sunt passi, ut 33 distinctione, *Maritum* [8], ubi dicit Gregorius: «Maritum duarum matronarum post Baptismum clericum non ordinandum censuimus; nec illum qui semetipsum abscidens, quodlibet membrum, indignatione aliqua [vel iusto] vel iniusto timore superatus, truncaverit; nec qui usuras accepisse convincuntur, aut in scena lusisse frequenter || noscuntur; nec eum qui publica P desinit poenitentia mortalia crimina deflevit; nec illum qui in furiam aliquando versus insanivit, vel afflictione diabolica vexatur; nec qui per emptionem ad imitationem Simonis magi pecuniam obtulit; nec qui meretricem in matrimonium assumpsit». Sed, ut habetur XXXII, quaestione 1 [9], non est culpandus talis, quin possit promoveri, vel [qui] non virginem.

1 habendos *om.* P. 2 Nec] non P, sed T. 3 quod *om.* PT. 5 commisit] commiserit T. 9 rei *om.* A. 11 est *om.* A. 19 Maritum² *om.* P. 21 illum T (*Decr.*), ipsum AEP. || abscidens *Decr.*, abscindes *codd.* 23-24 aut... lusisse] ut vult se voluisse P. 24 eum] enim E. 25 furiam T (*Decr.*), furiem AE.

1 *Decretales*, compil. II, lib. V, tit. 6, c. 4 (p. 216); non ponitur in compil. Greg. IX. 2 *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 10, c. 10 (p. 130); compil. Greg. IX, ib., tit. 12, c. 9 (II, 797). 3 *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 7, c. 5 (p. 407); non ponitur in compil. Greg. IX. 4 *Decretum*, d. 50, c. 37 (I, 194). 5 Ib., c. 4 (I, 178s.). 6 *Decretum*, C. 7, q. 2, c. 2: *Nuper* (I, 589). 7 Ib., C. 7, q. 1, c. 15 (I, 573). 8 *Decretum*, d. 33, c. 2 (I, 123); ex Gennadio, *De eccl. dogmatibus*, c. 72 (PL 58, 997). 9 *Decretum*, C. 32, q. 1, c. 14: *Non est culpandus Osee* (I, 1119).

f. Aut transgreditur illud praeceptum [1]: *Non furaberis*, emens vel vendens spirituale vel ei annexum, sicut simoniacus vel giezita [2]. Definitur autem simonia « studiosa voluntas emendi vel vendendi spirituale vel ei annexum » [3]. Et dicitur simonia
E 286 v quandocumque aliquid || attenditur vel fit vel committitur, quo non gratis vel minus gratis conferatur vel exerceatur aliquod spirituale [4]; sub quo includitur spes percipiendi post. — Et notatur triplex munus: a manu, a lingua, ab obsequio. Unde Gregorius in quadam homilia [5]: «Munus a manu est pecunia; munus a lingua, favor; munus ab obsequio servitus impensa indebite. Unde Is. 33, 15: Beatus *qui proicit avaritiam ex calumnia et excutit manum suam ab omni munere*. Tribuens ergo Ordines ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus, non solum ullam pecuniam, sed nec humanam gratiam vel favorem requirit». Et Gregorius in *Registro* [6]: « Si quis iniusto cordis amore vel sordidis precibus oris, sive comitatu vel servitio manuali, sive fraudulento munusculo » vel armatis
T 171 b precibus || « episcopalem vel sacerdotalem, non lucro animarum, sed inanis gloriae avaritia fultus, dignitatem acceperit, et in vita sua non sponte reliquerit eumque mors in aspera non invenerit poenitentia, proculdubio in aeternum peribit ». — Sed de illo qui recipit sacramenta a simoniaco distinguitur. Nam si ab occulto simoniaco scienter recipit sacramenta, repellendus est, ut I, quaestione 1, *Si qui a simoniacis* [7], et *Tertiis*, De simonia, *Per tuas* [8]. Sed ab illo qui adhuc toleratur ab Ecclesia non scienter potest recipere; quia licet quilibet peccator sit quoad se suspensus, ut I, quaestione 1, *Sacerdotes* [9], non tamen quoad alios,

5 aliquid *mg.* A^2. || vel fit *om.* T. 6 quo B, quod AET. 8 a^2 *om.* B. || ab] et B. 11 Unde *corr. in* donum dicitur A^2, dicit *add.* B, dicitur *add.* ET. 12 ex calumnia] et calumniam E. || et *om.* B. 14 gratiam] gloriam AE. 15 in *om.* A. 17 sive T (*Decr.*), seu ABE. || armatis] ornatis B. 19 avaritia fultus] avaritie facultas T. 21 poenitentia *om.* T. 22 a simoniaco *om.* B. || Nam *om.* B. 24-25 ut... tuas *om.* B. 25 Sed... non] si... nec BT.. 26 peccator *om.* B. 27 ut... Sacerdotes *om.* B, *om.* Sacerdotes T.

1 Deut. 5, 19. 2 De Simone Mago, Act. 8, 9-24; de Giezi, IV Reg. 5, 20-27. 3 *Glossa in Decretum*, C. 1, q. 1 (col. 649). 4 Petrus Cantor, *Verbum abbrev.*, c. 36: « Simonia est quotiescumque ab homine fit aliquid quo non gratis vel minus gratis detur spirituale beneficium » (PL 205, 125 B). 5 *In Evang.*, hom. 4, n. 4 (PL 76, 1092 A), pluribus tamen mutatis. 6 *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 115 (I, 403); non legitur in *Registro*. 7 Ib , c. 108 (I, 400s.). 8 *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 2, c. 7 (p. 401s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 3, c. 35 (II, 763). 9 *Decretum*, C. 1, q 1, c. 90 (I, 391).

§ *f:* vide hic infra, n. 2.

ut XV, quaestione ultima [1]. Quandoque autem est suspensus quoad alios et quoad se, ut *Tertiis*, De clericis, *Perpetuo* [2]; et tunc nullatenus licet.

g. De iis autem qui sub interminatione anathematis prohibiti suscipiunt Ordines, quaeritur utrum sint excommunicati. Et dicunt q u i d a m [3]: Ubi talis excommunicatio fit || a praelato, excommunicatus est; ubi autem a canone, non, sed excommunicandus. Sed videtur quod non sit excommunicatus, ut in *Primis*, De iure patronatus, *Relatum* [4], ubi dicitur quod est excommunicandus. A 160 a

h. Quaeritur etiam de eo qui excommunicatus recipit Ordines, an possit cum eo dispensari et a quo. Et videtur quod a suo praelato: argumentum in *Primis*, De eo qui furtive accepit Ordines [5]. Et praeter hoc, videtur quod suscipiendo est excommunicatus; et cum tali potest episcopus dispensare.

i. Praeterea, si quis, dum esset in saeculo, incidit in canonem latae sententiae, si postmodum transeat in religionem, quaeritur an abbas possit eum absolvere. Et videtur quod non, ut *Primis*, De sententia excommunicationis, *Consuluit* [6]. — Sed quod possit in casu, habetur *Tertiis*, De sententia excommunicationis, *Cum illorum absolutio* [7]: « Distinguendum enim, quia tales aut sciunt se esse excommunicatos, vel non recolunt factum pro quo in canonem latae sententiae inciderunt, vel factum scientes, iuris ignari, nesciunt se teneri exinde. Primos, si fuerint saeculares, censemus eos a susceptis Ordinibus deponendos perpetuo. In reliquis vero casibus, tam archiepiscopi quam episcopi, absque speciali Sedis Apostolicae mandato, se noverint non habere

1 ut] dicit quedam decretalis *add.* B. 1-2 ut... alios *om.* (*hom.*) A, quando *pro* quandoque T. 2 ut... perpetuo *om.* B, *om.* ut T. || et[2] *om.* T. 4-4 (p. 445) De... transferantur *om.* B. 13 accepit] suscepit E, suscipit T. 14 est] sit ET. 17 in] ad T. 21 enim] est ET. || quia] quod T (*Decr.*), 22 esse *om.* T. || vel] aut E. 23 inciderunt] ceciderunt E, incidunt T. 26 quam episcopi *om.* A.

1 *Decretum*, C. 15, q. 8, c. 5: *Sciscitantibus* (I, 760). 2 Nullum capitulum ibi reperimus hoc verbo incipiens; loco *Perpetuo* legendum est fortasse *per totum*, scil. *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 12, cc. 1-3 (p. 410s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 27, cc. 5-7 (II, 828ss,). 3 Cf. *Glossa in Decretales*, lib. V, tit. 30, c. 1 (col. 1779). 4 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 33, c. 17 (p. 89s.); Compil. Greg. IX, ib., tit. 38, c. 21 (II, 616). 5 *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 25, c. 1 (p. 138); compil. Greg. IX, ib., tit. 30, c. 1 (II, 834). 6 *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 34, c. 8 (p. 145); non ponitur in compil. Greg. IX. 7 *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 21, c. 5 (p. 423); compil. Greg. IX, ib., tit. 39, c. 32 (II, 902s).

dispensandi facultatem. Si vero huiusmodi fuerint claustrales, licet a bonae memoriae Alexandro papa [1] fuerit constitutum quod 'monachi et canonici regulares, quocumque modo se in claustro percusserint, non sint ad Apostolicam Sedem mittendi, sed secundum prudentiam et discretionem abbatis [disciplinae subdantur], et si abbatis discretio non sufficit, providentia dioecesani [episcopi] est adhibenda'; et alibi [2]: 'Quod de saeculo fugientes, qui habitum religionis in monasterio susceperunt et inter cetera confitentur se tale ante ingressum commisisse delictum, per quod ipso actu sententiam excommunicationis incurrerint, sine licentia Romani Pontificis abbas eorum neque debet neque potest absolvere, quamvis praesumptionem delinquentium debita possit animadversione punire': Nos tamen, in favore religionis [et] ne habeant materiam evagandi, quod in talibus absolutionis beneficium valeant impertiri eorum abbatibus indulgemus, nisi eorum excessus adeo exstiterit difficilis, utpote si ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem est processum, aut in abbatem vel episcopum violenta manuum iniectio facta. Si vero claustralis in religiosam personam alterius claustri manus iniecerit, per abbatem proprium et eius qui passus est iniuriam absolvatur. [Quod si clericum percusserit saecularem], non nisi per Apostolicam Sedem, ut scandalum evitetur, poterit absolutionis beneficium promereri. Si vero hos ad Ordines promoveri contingat, si fuerint scienter Ordines suscepti in excommunicatione, maneant suspensi ab exsecu-
E 287r tione Ordinis. Circa reliquos vero poterit || abbas dispensare, nisi grave factum fuerit et notabile, et vehementer contra ignorantiam vel oblivionem praesumatur ».

k. De iis autem quaeritur, qui furtive suscipiunt Ordinem, an habeant Ordinis exsecutionem, et an possit cum eis dispensari. — R e s p o n d e m u s : si non fuerit a praelato suo prohibitus sub interminatione anathematis, poterit episcopus eius, « imposita ei satisfactione condigna, in promotione sua ad sa-

3 canonici *Decr.*, clerici *codd.* || regulares E, seculares AT. 4 sint] sunt T. 9 inter] in T. 10 per] et A. 10-11 incurrerint] et *add. codd.* 11 licentia] sententia T. 11-12 neque... neque] non... nec E, nec... nec T. 15 beneficium *om.* T. 19 facta] fiat *codd.* 26 vero *om.* E. || poterit] bene *add.* E. 29 Ordinem] ordines ET. 30 et *om.* T. 31-32 prohibitus] vel *add.* T. 32 poterit] potest T. 33 promotione sua] promotionem suam T.

1 *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 34, c. 3: *Monachi* (p. 145); compil. Greg. IX, ib., tit. 39. c, 2 (II, 890). 2 Cap. *Consuluit*, ut supra, p. 439, nota 6.

cerdotale officium dispensare ». Si vero fuerit prohibitus praedicto modo, si habitum susceperit regularem et in eo laudabiliter fuerit conversatus, poterit cum eo episcopus misericorditer dispensare, ut *Primis*, De eo qui furtive suscepit Ordines, *Veniens* [1].

l. Sunt quidam obligati || ratiociniis dominorum saecularium, qui, dum fuerint detenti, irregulares sunt quoad maiores Ordines. Unde Isidorus, libro *De officiis* [2]: « Quomodo valebit homo saecularis, saecularibus negotiis diu occupatus, sacerdotis magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit nec disciplinam agnovit » ? — De illis iterum dicit, qui volunt hereditarie bona spiritualia obtinere : Quidam « successores suos filios vel de sua progenie nituntur facere, ut conentur posteris suis praesulatus vel ecclesiastici beneficii relinquere dignitatem, cum nec Moyses, amicus Dei, hoc facere voluerit, sed Iesum de alia tribu elegit », ut Num. 13, 9 : fuit enim de tribu Ephraim; « ut principatus populi non sanguini esset deferendus, sed vitae meritis ». — Subiungit etiam quod crimine irretiti sint irregulares: « Quod post Baptismum aliquo mortali corruptus ad sacerdotium non promoveatur, Lex testatur, quae praecipit [sacerdotibus] ne aliquod pecus vitiatum ad aram Dei offerant, Levit. 21. Unde in Num. 19 vitula rufa non aliter offerri iubetur, nisi quae terrena opera non fecerit, iugumque delicti non traxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligata ». « Qua enim fronte officium corripiendi assumit, cui dici potest: Ante, te doce quae recta sunt », episcope. Sed hoc intelligendum in notorio, ex quo trahitur infamia. A 160b

2. Circa vero simoniam quaedam specialiter sunt inquirenda, tum ratione eius quod dicitur: 'studiosa voluntas', tum

4 furtive *om.* T. 6 Sunt] autem *add.* E. 6-7 saecularium] suorum secul. dominorum dico E. 8 Isidorus] in *add.* T. 9-10 sacerdotis *Isid.*, sacerdotum A, sacerdotii ET. 10 adimplere *om.* T. 11-12 hereditarie] hereditate T. 15 sed *om.* A. 17 sanguini... deferendus *Isid.*, sanguine... defendendus *codd.* 21 offerant] offeratur E. 22 in *om.* E. 26 intelligendum] est *add.* E. 28 vero *om.* E.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 25, c. 1 (p. 138); compil. Greg. IX, ib., tit. 30, c. 1 (II, 834). [2] Lib. II, c. 5, nn. 13-14, 16 (PL 83, 784s.).

Num. 2: anon. P, f. 167r-168r; anon. Tr, f. 191d-192b; anon. V, f. 152a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 193-210; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 27, cc. 1-3 (f. 248c-254c); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 159b-160b); Alb. Magnus, hic, aa. 2-6 (XXX, 88-95); *Summa Hales.*, II-2, nn. 820-849.

ratione eius quod dicitur: 'emendi vel vendendi', tum ratione ultimae partis [1].

a. Quaeritur autem, si simoniacus est irregularis, utrum omnis qui habet 'voluntatem studiosam emendi vel vendendi' T 171c irregularis dicatur. Quod videtur || ex definitione. — Respondemus: non propter hoc est irregularis, sicut [nec] homicida [sola] voluntate; ratione enim actus contrahitur irregularitas. Unde est voluntas studiosa 'ad actum' et 'cum actu'; ratione unius contrahitur, non ratione alterius.

b. Item, quaeritur ratione secundae partis. Nihil enim magis spirituale est quam regnum caelorum; sed illud emitur, ut Matth. 13, 45: *Simile est regnum caelorum homini negotiatori* etc. Et dicit Augustinus in homilia [2]: «Nihil vilius cum emitur, nihil carius cum habetur». Emitur autem operibus caritate informatis: paupertate regnum, vilitate gloria, fame satietas, morte vita. — Si hoc, numquid possunt similiter opera spiritualia fieri pro beneficio spirituali habendo? — Respondemus quod non competit: quia, cum fiunt pro regno, convertuntur ad finem debitum; reliquo modo distorquentur a fine. Et nota quod bona Ecclesiae aliter sunt Dei et aliter praelati. Nam Deus, ut dominus, potest facere de iis quod libuerit, ut dare vel vendere vel commutare. Praelati vero, ut dispensatores, tantum possunt facere pro voluntate Domini et ad usum eius. Qui ergo dat pro regno caelorum, emit ab illo qui potest vendere. Praeterea, non ponitur ibi impretiabile sub pretio: sicut enim impretiabilis est gloria, ita et gratia quae est meritum illius.

c. Sed potest quaeri de sententia iudicis, utrum si vendatur, simoniacus sit. — Respondemus quod non, quia exsecutio non est res spiritualis; sed peccat ex avaritia, quia constitutus est iudex ut libere faciat iustitiam pro unitate pacis servanda.

---

3 est *om.* T. 6 irregularis] irregularitas T. 7 actus *interl.* E, *om.* AT. 8 Unde] unum A. 14 habetur] possidetur T (*Greg.*). 17 beneficio] bono E. 20 et *om.* ET. 24 potest] facere vel *add.* E. 26 est[1]] sit A. 26-27 meritum] ipsius vel *add.* T. 28-29 si... sit] simoniacus sit iudex si vendat sententiam E.

---

[1] Cf. supra, n. 1, § *f* (p. 438), ubi simonia definitur: «Studiosa voluntas emendi vel vendendi spirituale vel ei annexum»; ex *Glossa in Decretum*, C. 1, q. 1 (col. 649).
[2] Immo Gregorius, *In Evang.*, hom. 5, n. 3: «Quid vilius cum emitur, quid charius cum possidetur» (PL 76, 1094 A).

d. Si vero miles vendit fundum carius ratione iuris patronatus, simoniam committit; sed transire debet cum universitate bonorum. Unde Abraham non emit sepulcrum, sed agrum in quo erat spelunca duplex, Gen. 23, 8-16; sed quantum ad Ephron fuit simonia, || quia carius vendidit. Similiter Iacob A 160 c non emit ius primogeniturae, ut in Gen. 25, 31-33, quia iure divino illud habuit; quod figurabatur cum tenuit plantam pedis fratris sui [1].

e. Si vero quaeratur de iniuste suspenso, utrum possit pecunia redimere exsecutionem sui officii: - quod videtur per hoc quod dictum est [2] de Iacob, qui emit primogenita; et praeter hoc, Ecclesia non peccat redimendo decimas - R e s p o n d e m u s: « Sententia [3] pastoris, sive iusta sive iniusta, timenda est »; et quia reconciliatio est res spiritualis, non potest redimere. Iacob autem proprie ius suum non redemit, sed quietam sui iuris possessionem.

f. Praeterea, quaeritur utrum tenetur simoniacus restituere omnes fructus perceptos in ecclesia quam simoniace acquisivit. Quod videtur, quia nunquam fuit bonae fidei possessor. — R e s p o n d e m u s: quoad Deum tenetur, et quoad Ecclesiam post notitiam simoniae. Potest tamen Ecclesia cum ipso misericorditer dispensare, cum sint bona Ecclesiae.

g. Praeterea, quaeritur utrum liceat patronis vendere patrocinium, vel iurisperitis consilium. — R e s p o n d e m u s quod non, sed laborem potest vendere. Unde Is. 1, 17: *Subvenite oppresso, iudicate pupillum, defendite viduam;* sed iustum laborem oportet pendere.

h. Quaeritur etiam de praelatis qui pecuniam accipiunt ab excommunicatis nec aliter volunt absolvere. — R e s p o n d e m u s: tribus modis potest licite accipere Ecclesia: pro maleficiorum correctione, pro ministrorum sustentatione, pro offe-

1 vero] enim T. || fundum] feodum *mg.* A[2]. 2-3 universitate] universalitate T. 6 quia] sed T. 7 divino] divine electionis ET. 7-8 plantam pedis] planta E. 9 quaeratur] queritur T. 11-12 praeter hoc] preterea E. 17 Praeterea] postea A. || tenetur] teneatur T. 21 ipso] eo E. 25 Unde *om.* E. 27 pendere] perpendere E, pretendere T. 28 ab] de E.

1 Gen. 25, 25. 2 Sub § *d.* 3 *Decretum* Gratiani, C. 11, q. 3, c. 1 (I, 642); ex Gregorio, *In Evang.*, hom. 26, n. 6 (PL 76, 1201 B).

§§ *h-k:* cf. K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de S. Cher*, in *Fr. Studies*, XIII, 1953, 138-142.

rentium devotione. Si ergo pro correctione delicti, ut timeant,
E 287 v non committitur simonia, sed nec peccatur quoad hoc. || Non convenit autem praelato illam pecuniam retinere, ne sit signum cupiditatis, sed in usus pauperum erogare.

i. Similiter quaeritur de eo qui dat terram vel aliquid pro anniversario faciendo. — Respondemus: si fiat ad provocationem devotionis clericorum, qui orent pro anima, bene fit; vel ratione depauperationis illius ecclesiae. Si vero pactum interveniat, vel ad hoc sit intentio dantis, de missa celebranda, rei sunt simoniae.

k. Circa vero ultimum membrum distinguitur quod 'spirituale' dicitur quatuor modis. Primo modo, virtus vel effectus virtutis; haec nec de facto nec de iure vendi possunt, ut I, quaestione 1, *Iudices* [1], ubi dicitur quod Spiritus Sanctus nec vendi nec emi potest; et in hoc intelliguntur dona eius gratuita. Et in Act. 8, 20: *Existimasti donum Dei pecunia possideri.* — Item, 'spirituale' dicitur sacramentum Ecclesiae; quod de iure vendi non potest, licet de facto saepe vendatur, ut I, quaestione 1, Gregorius [2]: « Qui sacros Ordines emere vel vendere praesumunt, sacerdotes esse non possunt ». — Tertio modo dicitur 'spirituale' ius percipiendi spiritualia, ut decimas. Et hoc iterum de iure vendi non potest, ut I, quaestione 3, *Si quis* [3], ubi dicitur: « Si quis, dator vel acceptor, ecclesias vel ecclesisastica beneficia sub interventu pecuniae, sive dando emerit, sive accipiendo vendiderit, a Simonis perditione non excluditur ». — Quarto modo dicitur 'spirituale' ut vasa ecclesiae, cruces, calices et huiusmodi. Et haec vendi possunt pro piis causis, ut alimonia pauperum, redemptione captivorum et reparatione ecclesiae, ut XII, quaestione 2, *Aurum habet Ecclesia* [4]. Sed nota quod vasa consecrata sub forma integra possunt vendi aliis ecclesiis, quia omnes ecclesiae sunt una ecclesia. Si autem laicis vendantur in forma sua, non in communes usus redigi possunt, ut *De consecratione*, distinctione 1, Sixtus papa [5]: « Vasa sacra non ab aliis

1 ergo] accipiat *add.* E. 8-9 interveniat] si *add.* E. 13 nec[1]] enim A. 18 saepe] semper A. 19 vel] aut E. 22 Si quis *om.* T. 25 modo *om.* T. 28 et *om.* ET.

1 *Decretum* Gratiani, C. 1, q. 1, c. 23: *Duces* (I, 367). 2 *Decretum*, ib., c. 12: *Qui sacros* (I, 361); non invenitur ap. Gregorium. 3 *Decretum*, C. 1, q. 3, c. 2 (I, 412). 4 *Decretum*, C. 12, q. 2, c. 70 (I, 710). 5 *Decretum*, de cons., d. 1, c. 41: *In sancta* (I, 1304).

quam a sacratis Dominoque dicatis hominibus contrectentur ». Et in eadem distinctione [1]: « Ligna dedicatae ecclesiae non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam » reparandam transferantur.

DISTINCTIO XXVI.

1. Agitur hic de sacramento Matrimonii. || **Cum alia sacramenta** [912, 4]. Agitur ergo sic: primo de institutione sacramenti, et qua ratione dicatur sacramentum et cuius; - secundo quid sit Matrimonium et de causa efficiente Matrimonii, nam consensus cadit in eius definitionem; et in fine illius partis de causa finali eius; - in tertia parte de bonis Matrimonii, || quae sunt fides, proles, sacramentum; et in fine illius de solutione debiti et || tempore abstinendi a coitu; - in quarta de conditionibus legitimarum personarum ad contrahendum, et per oppositum de illegitimis et de conditionibus dirimentibus contractum. B 156b A 160d T 171d

2. Primo autem quaeritur circa naturam huius sacramenti. *a.* Quaeritur ergo primo, cum hoc sacramentum sit primo institutum, quare non primo agatur in hoc tractatu de hoc sacramento. — R e s p o n d e m u s quod alia sacramenta, quantum est de se, conferunt gratiam spiritualem vel augmentum gratiae, dico autem gratiae gratum facientis, si digne suscipiantur; hoc autem sacramentum non confert gratiam gratum facientem, etiam digne suscipienti. Et propter hoc ordinatur post

2 Et in] ut T. || non *om.* A. 3 ecclesiam *om.* A. || reparandam *om.* E. 6 Agitur... Matrimonii *om.* B, sequitur de s. m. E, *trp. p.* sacramenta T. 7 sic *corr. in* hic T, hic B. || primo de] de prima T. 8 et cuius *om.* B. 9 Matrimonii] eius B. 11 eius] matrimonii B. 12 proles] et *add.* BET. || illius] ipsius T, partis *add.* B. || solutione] collatione *mg.* T. 17 autem *om.* E. 18 primo[1] *om.* E. 19 tractatu] libro B. 22 autem] gratie gratis date aut *add. mg.* T. || gratiae[2]] datum *add.* A. 23 gratum *om.* A. 24 Et *om.* B.

[1] *Decretum*, de cons., d. 1, c. 38: *Ligna* (I, 1303).

Num. 1: anon. P, f. 169v. — Num. 2: anon. P, f. 169v; anon. Tr, f. 193a; anon. V, 152c. Cf. Alb. Magnus, d. 1, a. 3 et d. 2, a. 2 (XXIX, 10s., 45ss.); Bonav., hic, dub. 1 et d. 2, a. 1, q. 1 (IV, 48ss., 670s.); K. F. Lynch, *The Theory of Alexander of Hales on the Efficacy of the Sacrament of Matrimony*, in *Fr. Studies*, XI, 1951, [69-139]; D. Van den Eynde, *Les définitions des Sacrements*, 108s.

alia sacramenta, tamquam illud quod est minoris efficaciae in disponendo ad gratiam, licet sit maius in significando. Significat enim coniunctionem Christi et Ecclesiae, vel unionem divinae naturae cum humana, quibus significatis nihil est maius in creaturis. Cum ergo sacramentum habeat in se quod sit signum et causa, plus habet ex eo quod est causa quam ex eo quod signum quod est [ultimum] sacramentum; nam, si secundum rationem signi esset, cum huius sacramenti maius sit signatum vel aequale, praeponeretur pluribus aliis sacramentis.

b. Praeterea, institutum fuit in Lege naturae; cetera vero instituta erant principaliter vel in Lege mosaica vel in Lege Evangelii. Si vero secundum nobilitatem ordinentur, ea quae sunt instituta in Lege gratiae erunt priora, quae vero in Lege timoris consequenter, quae vero in Lege naturae ultimo. — Sed is ordo non potest totaliter haberi nisi loquamur de Poenitentia secundum quod rationem sacramenti tenet ex virtute clavium quae collatae sunt Petro et successoribus eius. Tunc enim ista quinque sacramenta: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, institutionem habebunt in Lege gratiae, Ordo vero in Lege Moysi, Coniugium vero in Lege naturae.

c. Praeterea, licet quaedam primam institutionem haberent in Lege naturae vel in Lege Veteri, omnia tamen aliquo modo habuerunt institutionem in Lege Nova; sicut hoc sacramentum in eo quod Dominus dixit in Evangelio Matth. 19, 6, ubi dicitur: *Quos Deus coniunxit, homo non separet;* et praeponitur [1]: *Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.* In quo significatur « consensus legitimus viri et mulieris individuam vitae consuetudinem retinens » [2] [916, 19-21]. Et secundum hoc quod habent huiusmodi institutionem dicuntur sacramenta secundum praedictam definitionem sacramentorum Novae Legis [3].

1 alia] omnia BT. || sacramenta *om.* E. 2 in *om.* E. 4 divinae] persone (vel *interl.*) *add.* T. 7 quod[1]] est *add.* BET. 8-9 signatum] significatum T. 12 Evangelii] evangelica E. || vero] ergo BET. || nobilitatem] dignitatem E. || ordinentur] ordinantur T. 14 consequenter] consequuntur T. 15 is] hic B, iste T. 21 vero *om.* B. 23-24 naturae... Lege *om.* (*hom.*) T. 24 sicut] etiam *add.* B. || hoc] istud E. 26 Quos *codd.*, Quod *Script.* || homo n. separet] etc. E. 32 sacramentorum *om.* B.

1 Matth. 19, 5. 2 Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 11, c. 4 (PL 176, 483 A, 485 C). Cf. infra, d. 27, n. 1, § *c.* 3 In litt., d. 1, c. 4: « Sacramentum enim proprie dicitur, quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa exsistat » (p. 746). Cf. supra, d. 1, nn. 3-5.

3. *a.* Potest autem quaeri, cum sint septem sacramenta, quorum quinque erant in Veteri Lege vel illis respondentia, quare duo sunt appropriata tantum Legi gratiae, scilicet Confirmatio et Extrema Unctio. Nam Baptismus respondet circumcisioni in Veteri Lege; agnus paschalis respondet Eucharistiae; Poenitentia vero et Ordo et Coniugium in suis rationibus propriis erant: conterebantur enim et confitebantur peccata sua, ad minus confessione operis in quo satisfaciebant.

b. Praeterea, duo tantum erant instituta in paradiso, scilicet Coniugium et Poenitentia, ut habetur ultimo capitulo tractatus *De poenitentia* [888, 20-23]. Potest ergo quaeri propter quid ista duo conveniebant ibi institui, et non alia. — Non enim videtur quod competat ibi institutio sacramenti Poenitentiae, cum non esset indigentia illius sacramenti nisi subsecutum esset peccatum; et ita videtur quod adveniente morbo excogitanda esset medicina morbi. — Si vero non subsecutum esset peccatum actuale, nec originale in posteritate; et ita non requireretur Baptismus aut circumcisio ad deletionem eius. — Praeterea, non conveniret in compassibili passio, nisi praecessisset peccatum cui poena deberetur; et ita non haberet locum et sacramentum || Eucharistiae, quod fit in memoriam passionis per quam redempti sumus a peccato. — Si vero non esset illud sacramentum, vel Baptsimi, vel Poenitentiae, non requireretur Ordo || sacerdotalis, cuius potestas ordinata est ad haec sacramenta, et ita per consequens nec Ordines antecedentes qui sunt ante ipsum. — Si vero non esset peccatum, non adversaretur sensualitas rationi vel e converso, et ita non esset pugna: quare nec requireretur sacramentum Confirmationis, quod est stantis in pugna aut praeparati. Solum ergo sacramentum Coniugii, quod esset ad procreationem eorum per quos restitueretur nu-

A 161 a

E 288r

3 tantum *om.* T. 5 agnus... Eucharistiae] eucaristia resp. agno pascali B. 6 Ordo et *om.* B. 7 enim *om.* T. 8 operis] oris T. || in *om.* E. 9 Praeterea] postea A. 10-11 ut... poenitentia *mg.* (*hom.*) A. 11 ergo] autem T. 12 Non enim] nec etiam B. 14 indigentia *om.* A. 15-16 excogitanda esset] conferenda est *corr. ex* extollenda erit T, sit *pro* esset B. 16 Si vero] preterea si B. 17 nec] neque B, vel E. || in posteritate *om.* E. 17-18 requireretur] exigeretur E. 18 aut] vel BE. || Praeterea] postea A. 19 in compassibili] inpassibili BET. 20 poena *om.* B. || deberetur] debetur T. || et² *om.* BET. 23 vel¹ *om.* T. 25 qui] quoniam E. 26-27 peccatum... esset *mg.* (*hom.*) A², *om.* vel e converso B. 28 nec] neque BT. 29 Coniugii] esset necessarium *add.* B. 30 eorum] electorum B.

Num. 3: anon. P, f. 169v-170r; anon. Tr, f. 193b-c; anon. V, f. 152c. Cf. Alb. Magnus, d. 2, a. 2 (XXIX, 45-47); Bonav., d. 2, a. 1, q. 1 (IV, 48-50).

merus cadentium angelorum, inter haec omnia sacramenta esset necessarium. Quare ergo plus institutum est sacramentum Poenitentiae in paradiso quam aliud ?

c. Praeterea, cum in Lege Nova sint instituta septem, in Lege Veteri fuerunt quinque, quaeritur: aut omnia illa quinque erant in Lege naturae, aut aliqua illorum; et si quaedam et quaedam non, propter quid illa et non alia ? Fuit enim instituta circumcisio ante Legem Veterem; similiter sacramentum respondens sacramento Eucharistiae in oblatione panis et vini Melchisedech [1]; Ordo vero non fuit ante institutus. Propter quid ergo sunt instituta aliorum sacramentorum signa et non huius ?

d. Respondemus ad primum quod Confirmatio et Extrema Unctio sunt appropriata Legi gratiae, nec habent respondentia in Lege praecedenti. Nam Confirmatio significat robur gratiae, Extrema vero Unctio plenam gratiam quae habetur in receptione utriusque stolae. Quae duo sunt consecuta per redemptionem in Nova Lege. Nam viatores erant roborati per adventum Spiritus Sancti non tantum invisibiliter, sed etiam visibiliter. Praeterea, ablata fuit altera manus diaboli, scilicet impellens [2]; propter quod consequenter potuit esse pugna quin de facili succumberent pugnaturi. Et hoc totum secundum se figuratum est in Confirmatione. — Praeterea, per redemptionem facta est apertio ianuae, in qua habebatur visio Dei et plena gloria in corporis resumptione. Et propter hoc, cum hoc sit in Extrema Unctione figuratum, recte haec duo sacramenta, quorum unum est stantis in pugna ad obtinendum victoriam, alterum exeuntis a pugna ad obtinendum coronam, sunt Novae Legi appropriata. — Reliqua vero quinque erant necessaria in Veteri Lege: circumcisio ad deletionem originalis; poenitentia in remedium actualis; coniugium in remedium poenae

1-2 inter... necessarium *om.* B. 2 est] esset B, hoc *add.* T. 3 quam aliud] q. alia *et trp. p.* poenitentiae B. 5 Lege... fuerunt] veteri vero B. || aut] autem E, an T, 6 naturae] naturali E. || aut] an T. || aliqua] quedam E. || illorum] eorum BE. 7 et[1]] sic B. || Fuit] fuerunt A. 9 sacramento *om.* E. 11 signa] ante *add.* E. 13 Resp. ad primum] solutio: ad primum dicendum B. 14-15 nec... Lege *mg.* A^2. 17 duo *om.* B. 19-20 sed... visibiliter *mg.* (*hom.*) A^2, *om.* E. 20 Praeterea] et sic B. 21 quin] et non *codd.* 22 secundum se *om.* B. 23 Praeterea] postea A. 25 resumptione BE, sumptione A, susceptione T. 28 exeuntis] ad exeundum T. || obtinendum] percipiendum E. 29 erant *om.* T. 30-1 (p. 449) poenitentia... originalis *om.* (*hom.*) B. 31 remedium[2]] remissione T.

1 Gen. 14, 18. 2 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 18, n. 1 (p. 189).

originalis, quae est concupiscentia militans in membris; agnus paschalis in memoriam liberationis ab Aegypto; ordo vero propter praecedentia, et ratione officiorum quae erant in tabernaculo aut templo; in quibus significatur Ecclesia militans hic, in qua || sunt officia constituta ordinata ad sacramentum T 172a
Eucharistiae.

e. Ad id vero quod quaeritur de institutione sacramenti Poenitentiae, respondemus quod, licet non adhuc esset morbus, et dabatur tamen in signum comminatione poenae pro peccato, cum dictum est [1]: *In quacumque die* etc. Et fuit tunc sicut medicina praeservativa ne caderet in morbum, quae post facta est expulsiva morbi.

f. Si vero quaeratur propter quid hoc fuit institutum potius quam alia, respondemus: si non esset secutum peccatum nec sequerentur alia, ratione quorum sunt alia sacramenta. Et ideo data fuit medicina praeservativa huius, ex quo alii defectus sunt consecuti. Solum ergo haec duo erant instituta in paradiso: unum ad multiplicandum bonum et in signum unionis membrorum Ecclesiae triumphantis, alterum ad praeservandum a malo.

g. Ad tertium dicimus quod in Lege naturae necessaria erat circumcisio, postquam iam fuit natura corrupta, ad deletionem originalis peccati; coniugium vero ad remedium concupiscentiae, quae secuta est ex corruptione peccati; sacramentum vero panis et vini ad excitationem desiderii antiquorum Patrum respectu significati eorum; poenitentia vero ratione contritionis erat necessaria. — Sed crescente diversitate || peccatorum actualium, oportuit legem excogitari ad prohibendum. Et cum hoc, si inciderent in peccatum, oportuit institui quaedam per quae fieret satisfactio. Et ideo in Lege Veteri constitutum fuit sacramentum poenitentiae quoad specialia genera satisfactionum. Et quia non potuit propria emenda unicuique A 161b

3 praecedentia] precedentiam A. 4 aut] in *add.* B. || significatur] figuratur T. 5 hic *om.* E. || constituta] et *add.* B. || ordinata *om.* T. 7 id] illud E. || quod] secundo *add.* B. || quaeritur] obicitur E. || sacramenti *om.* B. 9 et *om.* BET. || in signum *trp.* BE. || comminatione] comminationis T. || pro peccato] peccati B. 10 die] comederis *add.* B. 13 Si v. quaeratur] et quod queritur B, s. v. queritur T. 13-14 potius BE, post A, plus T. 15 nec... sacramenta] non essent alia sacramenta ratione cuius sunt B. 16 medicina B, *om.* AET. || praeservativa *corr. in* penitentia T. || huius BT, huiusmodi AE. 21 tertium dicimus] tertiam questionem solvendum est B. 22 erat] fuit E. 24 est *om.* B. 25 vero] autem E. || excitationem] executionem B. 26 ratione *mg.* A^2. 28 legem *om.* T. 30 ideo] propter hoc E. || Lege Vet.] vet. testamento B. 32 emenda] emendatio T, idest satisfactio *add.* B.

peccato excogitari, secundum genera peccatorum et statum delinquentium constituta est ibi satisfactio. Eo vero quod crevit morbus, ut quasi multiplicaretur peccatum in infinitum, constitutum est in Nova Lege quod poenitentiae essent arbitrariae, secundum considerationem peccati quoad suas et delinquentis circumstantias, habito respectu ad signa poenitentiae. Ordo vero sacerdotalis cum hoc erat necessarius, ad quem pertinebant huiusmodi emendae per sacrificia et expiationes.

4. Consequenter quaeritur propter quid quaedam sub quibusdam rationibus generalibus remanserunt, quibusdam vero alia successerunt: ut circumcisioni Baptismus, agno paschali vel vitulae rufae Eucharistia; ordo vero et poenitentia et coniugium sub rationibus propriis aut generalibus remanserunt. — R e s p o n d e m u s quod haec duo sacramenta per se significant redemptionem per passionem Christi, in qua est virtus
B 156v omnis sacramenti. Et propter hoc || conveniebat multa signa haberi illius, quorum quaedam essent remotiora, quaedam propinquiora, ut sic clarius ostenderetur appropinquare redemptio vel iam venisse. Et propter hoc Baptismus, cum publicatum fuit sacramentum redemptionis, evacuavit omnino circumcisionis sacramentum, et Eucharistia agnum paschalem: fuerunt enim sacramenta futuri, ista vero iam praesentis. Non sic autem fuit in aliis sacramentis in quibus figurabatur praesens, ut in coniugio et poenitentia; remittebatur enim peccatum actuale in Veteri Lege quoad propriam poenam; coniugium etiam habuit proprium effectum.

5. *a.* Consequenter quaeritur de differentia materiae in sacramentis, et hoc ratione Coniugii, quod non videtur habere materiam. Et est prima quaestio, quare plura sacramenta communicant in oleo tamquam in materia, in quodam vero appropriatur aqua, in quodam species panis et vini, Coniugium vero et Poenitentia nullam videntur habere materiam sensibilem.

---

1 peccato] peccatorum B. || et] in T. 2 ibi *om.* B. || vero quod] modo quo B. 3 morbus] et quia crevit *add.* B. || quasi] non *interl.* E. || infinitum] interitum B. 6 habito... poenitentiae] et ita est ordo B. 10 generalibus *om.* T. 13 generalibus] ad minus *add.* B. 17 essent] sunt T 19 cum] iam *add.* T. 23 autem fuit *om.* T. 27 differentia AE, diversa T, *om.* B. || materiae] ma. A, materia BET. 28 habere *om.* T.

Num. 4: anon. P, f. 170r. — Num. 5: anon. P, f. 170r-171r; anon. Tr, f. 193c-d; anon. V, f. 152c-d; anon. quaestio *De materia sacramentorum* cod. Duacen. 434 II, f. 382a-383b. Cf. D. Van den Eynde, *The Theory of the Composition of the Sacraments in early Scholasticism*, in *Fr. Studies*, XII, 1952, 1-26.

b. Praeterea, sola aqua praestat materiam sacramento inter elementa; aut si aër aliquando praestat materiam in aliquo, non erit nisi in illis in quibus verba cedunt in rationem materiae.

c. Praeterea, inter liquores compositos solum oleum praestat materiam, et vinum cum transsubstantiatur; inter alia vero quae cedunt in rationem nutrimenti, solum panis cum transsubstantiatur.

d. Praeterea, in Matrimonio materia videtur esse ipsae legitimae personae. Cum enim Matrimonium sit vinculum, respectu autem vinculi ea quae vinciuntur sunt materia, videntur tunc res rationales materia huius sacramenti. Qualiter ergo convenit eis haec ratio sacramenti: « Invisibilis gratiae visibilis forma » [746, 3] ? Oportet enim visibilem formam habere aliquam similitudinem cum invisibili gratia cuius est signum.

e. Praeter haec, ita est in aliis sacramentis, quod ad esse sacramenti requiritur determinata materia ex qua fit sacramentum. Propter quid similiter non est in Poenitentia et Coniugio ? Non enim potest dici in Coniugio quod subarrhatio anuli vel benedictio vel aliquid talium pertinentium ad solemnitatem || E 288v
Coniugii sit de materia Coniugii, cum Coniugium sit consensus animorum; consensus autem res spiritualis est.

f. Respondemus quod aliter est in his duobus sacramentis et in aliis quinque. Haec enim duo instituta erant in paradiso, dum adhuc homo spirituali mente praeditus erat, nec per conversionem ad sensibilia subiectus peccato. — Praeterea, ex natura sacramenti hoc accipitur. Coniugium enim consistit in consensu expresso per verba de praesenti [917, 3-4]. Quid enim habet maiorem convenientiam cum verbo interiori quam verbum exterius, quod ab ipso generatur. Similiter in Poenitentia, passio quae fit in corpore convenientiam habet cum passione mentis || a qua generatur; et verbum affectui attestatur. A 161c
Recte ergo haec duo sacramenta, quorum signa generantur ab affectione animi, sunt universalia sacramenta Legem naturae concomitantia. Non sic autem est in aliis; sed sicut homo fuit seductus per sensibilia ab ipso separata, ita per sensibilia separata

1 Praeterea] postea A. || sacramento *om.* B. 2 aër] etiam *add.* BET. 3 rationem B, ratoine AET. 4 solum] solus T. 8 videtur] videntur B. || ipsae *om.* B. 7 enim *om.* B. 9-10 respectu] ratione B. 11 rationales] esse *add.* T. 13 aliquam] aliam AT. 16 fit] sit A. 17 Coniugio] sacramento coniugii E. 20 de *om.* E. 21 animorum] duorum T. 24 dum] cum B. || erat] esset E. 25 Praeterea] postea A. 31 verbum aff. attestatur] verum affectum testatur B. 33 universalia] ultima B. 33-34 concomitantia] conmitantia A.

reducetur. Et propter hoc omnia sacramenta instituta post lapsum hominis exteriorem habent materiam. — Praeterea, in his duobus sacramentis est homo sicut cooperans Deo; dico autem de homine qui recipit effectum sacramenti. Deus enim non iustificat hominem, nisi homo faciat quod in ipso est; similiter non fit sacramentum Matrimonii in aliquo nisi eo consentiente. Non sic autem est in aliis sacramentis, immo actiones sacramentales ad alias pertinent personas, quam ad eas quae suscipiunt sacramentum. Quod patet ex definitionibus sacramentorum. Poenitentia enim est cum commissa deflemus etc. [820, 5-6]; Matrimonium etiam est consensus animorum etc.[1] [914, 22-23]; Baptismus vero « aqua diluendis animis et corporibus sanctificata »[2], et ita de aliis. Per quod significatur quod, postquam lapsus fuit homo in peccatum, indiguit alio adiutore
T 172b ad resurgendum; sed ante lapsum potuit || stare et proficere[3], nullo alio adiutore quam Deo. Et ideo sacramenta illa, quae ante peccatum erant instituta, materiam acceperunt ex ipso qui suscipit sacramentum, per ipsius operationem. — Secus tamen est de sacramento Poenitentiae et de sacramento Coniugii. Nam sacramentum Poenitentiae quoad partes suas non habuit effectum antequam lapsus esset homo in peccatum; et propter hoc in parte dependet effectus eius a ministris Ecclesiae, prout de virtute clavium fit in parte relaxatio poenae aut commutatio. Coniugium vero est inter omnia quoad hoc spiritualius; eius enim effectus melius permansisset, si homo in statu innocentiae perstitisset.

g. Oleum autem est materia communissima sacramentalis in habentibus materiam extrinsecam. Quae in quatuor sacramentis communicatur; sed in duobus essentialiter, in duobus vero [eo] figuratur gratia ex virtute sacramenti prius collata. Verbi gratia in Confirmatione et Unctione Extrema significatur gratia quae confertur in unctione ipsa per oleum sanctificatum a

1 reducetur E, reducentur A, reduceretur BT. 10 cum... deflemus] commissa deflere B. 11 est *om.* ET. || etc. *om.* B. 12 vero *om.* B, est *add.* BET. 14 alio] aliquo BT. 17 peccatum] casum eius B. || ipso] illo B. 18 sacramentum] sacramenta T. 19 de[2] *om.* B. 23 in parte *om.* T. 25 innocentiae] penitentie B. 30 ex virtute] per virtutem B. 32 sanctificatum] signatum A.

1 Cf. hic supra, n. 2, § *c*. 2 Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 6, c. 4: « Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata » (PL 176, 443 A). Cf. supra, d. 3, n. 5, § *b*. 3 Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 24, n. 1 (p. 207).

debito ministro, in debita parte corporis, cum intentione sacramentali. In Baptismo vero et Ordine sacerdotali, inunctione significatur gratia quae confertur ex virtute Ordinis aut Baptismi, non quae tunc primo conferatur cum inungitur. — Ratio autem propter quam oleum est communior materia haec est: quia oleum inter omnes liquores ampliorem tenet similitudinem cum gratia quoad suas proprietates. In oleo enim est praedominans natura levis et transparentis et luminosi, quae inter corporales proprietates plus tenent similitudinem spiritualium proprietatum gratiae. Gratia enim illuminat ad cognoscendum, erigit affectum ad superna, disponens est ad dotem corporis qua corpus erit transparens. Praeterea, in ipsa gratia nihil est corpulentiae unde praebeatur resistentia spiritui. — Assignantur etiam tres proprietates principales olei secundum Bernardum [1]: quod lucet, quod reficit, quod lenit sedando dolorem apostematum. Quarum similes sunt in gratia: lucet enim intellectui, reficit affectum, et lenit sedando dolorem vulnerum peccatorum. Cum ergo sacramentum sit 'visibilis forma invisibilis gratiae' [746, 3], recte communior materia sacramenti est oleum.

h. Si quaeratur propter quid differenter est oleum in Confirmatione et Extrema Unctione ex una parte, et in Baptismo et Ordine ex alia, respondemus quod in Confirmatione et Unctione Extrema non duplicatur materia sacramentalis; in aliis duobus duplicatur. Baptismus enim ratione gratiae non tantum est ad delendum peccatum, sed ad vivificandum et in bonum habilitandum. Similiter in sacramento Ordinis exigitur gratia potestatis spiritualis, et hoc respectu alterius; et gratia sanctificans, ut || digne exsequatur opus illius potestatis spiritualis. Et A 161d
ideo utrobique duo sunt sacramentalia. Confirmatio vero est ad robur gratiae in Baptismo collatae, si permansit; vel ad gratiam conferendam, ut perstet in pugna contra adversarias potestates. Et propter hoc, cum unica gratia sit collata et significata, una est materia sacramentalis. In Unctione vero Extrema videtur

2 Ordine *om.* E. 4 non] ut T. 5 haec *om.* B. 8 transparentis] transparens ET. || luminosi] luminosa E, illuminosa T. || quae] hec autem T. 10 illuminat] intellectum *add.* B. || cognoscendum] cogitandum B. 11 superna] superiora B. 12 Praeterea] postea A. 13-14 etiam] autem T. 14 principales *om.* B. 14-15 Bernardum] gregorium E, beatum *praem.* B. 20 oleum *om.* B. 22 et[1]] in *add.* E. 23 sacramentalis] et *add.* B. 25 vivificandum] iustificandum A. 27-28 et[1]... spiritualis *om.* (*hom.*) B. 29 sacramentalia] sacramenta T. || vero] ergo T. || est *om.* A. 30 gratiae *om.* T. 33 vero] autem E.

1 *Sermones in Cantica*, serm. 15, n. 5 (PL 183, 846 B).

esse dubium, propter hoc quod ad duos effectus videtur se extendere. Sed intelligendum est quod unus est essentialis effectus, quem designat oleum ratione qua lenit, mitigando infirmitatem mentis, aut etiam corporis aliquando, si expedit.

i. Si vero quaeritur quare aqua tantum inter simplicia corpora materiam tenet sacramentalem, respondemus quod, cum duo sint elementa, ignis et aqua, in quibus dominantur qualitates activae, per haec duo fit purgatio: per aquam primo, consequenter per ignem. Fit autem primo per aquam, eo quod primum dominium peccati fuit per ignem concupiscentiae; et ideo conveniebat ad purgationem aqua, in qua est dominium
E 289r frigiditatis. || Ultimum autem peccatum dominans est congelatio avaritiae, eo quod *homines erunt* in fine *semetipsos amantes* [1], per quam *refrigescet caritas multorum* [2]; unde convenit ei purgatio per ignem. Quia ergo initiale peccatum fuit concupiscentiae traductae per libidinem generativae, convenit regeneratio per aquam; sicut primo, cum fuit circumcisio, fiebat ablatio pelliculae in organo generationis. Ignis autem non competit ad materiam sacramenti, licet habeat vim purgativam, propter proprietatem violentiae actionis, quae repugnat actioni sacramentali. Et sic patet quare convenientius fuit hoc elementum, scilicet aqua, ad materiam sacramenti.

k. Panis vero et vinum sunt ad conservationem nutrimentalem corporis humani, gerentia similitudinem nutrimenti spiritualis. Sicut ergo aqua fuit de primis generantibus, ita haec de ultimis conservantibus. Et propter hoc recte cedunt in materiam sacramenti nutrimentalis, sicut illa in materiam sacramenti regenerationis.

l. Si vero quaeratur propter quid verba cedunt in omnem materiam sacramentalem aliquo modo, respondemus quod verba tenent similitudinem Verbi increati, verbum autem in voce tenet similitudinem Verbi in carne. Cum ergo omnia sacramenta per Verbum in carne ad nos descenderint, recte per

---

3 quem] que A. || oleum rat. qua] r. q. o. *trp. codd.*, eius quod *pro* qua B. 4 aut] vel B. 9 primo] primum E. 10 primum] peccatum sive primum *add.* E. 14 quam] quod E. || unde] bene *add.* E. 22 scilicet... sacramenti] materia quam alia E. 29 quaeratur] queritur T. || omnem] communem B. 31 increati] mystici B. || in voce] univoce B. 32 tenet] retinet E. || ergo] illa *add.* T. 33 descenderint] descendunt T.

---

1 II Tim. 3, 2. 2 Matth. 24, 12.

verbum in voce administrantur, quoad spiritualitatem sacramenti ostendendam.

m. Si quaeratur quae est forma visibilis in Coniugio, respondemus quod expressio consensus in verbis, cum recta intentione contrahendi. Nam expressio consensus per verba significat consensum animorum, qui proprie dicitur sacramentum. Sicut enim species panis et vini non dicitur sacramentum per quod conferatur invisibilis gratia, sed corpus Christi sub specie panis et vini [1], et sic consensus animorum expressus per verba proprie dicitur sacramentum. Est ergo quiddam sacramentum tantum, scilicet consensus exterior; quiddam sacramentum et res, scilicet consensus interior; quiddam vero res tantum, scilicet coniunctio fidelis animae cum Christo, vel Ecclesiae cum capite. Sed haec multiplicatio est ex parte signi in sacramento; ex parte vero qua sacramentum est causa, alteram recipit divisionem.

6. Circa institutionem huius sacramenti quaeritur utrum fuerit institutum propter unum aut propter plura; et si propter plura, propter quae et quot; et utrum semel aut pluries; et utrum fuerit in praecepto || aut non. A 162a

a. Quod autem propter plura, patet per hoc quod dicit Augustinus, *Super Genesim* [2]: «Quod sanis fuit in officium, aegrotis est in remedium». — Sed propter quid est hoc, quod hoc sacramentum est in officium, cum alia fuerint in remedium? Vel si non omnia alia fuerunt in remedium tantum, sed aliquod in officium, sicut videtur de Ordine, propter quid quaedam sic se habent et quaedam alio modo, quaedam vero utroque modo? — Respondemus: quaedam sacramenta plus respiciunt declinationem a malo, quaedam ordinationem in || bonum, quaedam utroque modo. Baptismus enim et Poenitentia et Unctio Extrema principaliter respiciunt recessum a malo; T 172c

3 quaeratur] queritur BET. 9 et² *om.* BET. || animorum *om.* B. 15 vero] autem E. || qua] quod T. 21 autem *om.* T. 23 est¹] fuit B, *om.* E. 24 hoc *om.* A. 25 alia] que B. 27 se *om.* ET. || et *om.* E. || quaedam²] quoddam T. 31 principaliter *om.* T. || recessum] declinationem T.

[1] Cf. supra, d. 8, n. 11 (p. 142s.); D. Van den Eynde, *Les définitions*, p. 125.
[2] *De Gen. ad litt.*, IX, c. 7, n. 12 (PL 34, 397); hic in litt. (p. 912).

Num. 6: anon. P, f. 171r; anon. Tr, f. 193b-c, 194a; anon. V, f. 152d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, II, tr. 7, c. 6, q. 6 (f. 178d); IV, tr. 9, c. 1 (f. 44b-c); Alb. Magnus, hic, aa. 1, 5, 10 (XXX, 98, 103, 111); Bonav., hic, a. 1, qq. 1-3 (IV, 661-665).

Confirmatio, Eucharistia, Ordo accessum ad bonum. Coniugium vero, quoad multiplicationem filiorum Dei, vel quoad consensum animorum individuam vitae etc. [916, 20], respicit ordinem in bonum; quantum autem ad hoc, quod est in remedium libidinosae concupiscentiae, est contra malum. Illa ergo dicuntur in remedium, reliqua vero in officium, hoc autem communiter. Alio tamen modo sumendo officium, tantum Coniugium et Ordo sunt ad officium. Quorum unum exit a potestate spirituali, reliquum a potestate carnali; et hoc ordinatur ad multiplicationem membrorum in Ecclesia, illud vero ad ordinem membrorum in Ecclesia.

b. Deinde quaeritur quare toties institutum est Coniugium: solum enim duo sacramenta, scilicet Baptismus et Coniugium, plures habuerunt institutiones. — Respondemus quod, sicut Coniugium est sacramentum generationis filiorum ad cultum Dei, ita Baptismus est sacramentum regenerationis. Unde haec duo fuerunt sacramenta necessitatis: unum ante peccatum, et etiam post in aliquibus; alterum vero, vel ei respondens, post peccatum et omnibus. Quia ergo oportuit homines invitari ratione dictae necessitatis ad utrumque sacramentum, multoties, secundum diversitatem temporum in quibus res sacramenti variata est, tum ratione eorum quae sunt in sacramento, tum ratione eorum propter quae est sacramentum, multiplicata fuit institutio utriusque sacramenti. Sed differenter in Baptismo et in hoc; nam institutio Baptismi multiplicata est secundum diversas sui causas, ut supra habitum est, eodem libro, distinctione III, cap. *De institutione Baptismi* [1] [758-759]. Hoc autem [pluries] institutum est ratione diversarum utilitatum et bonorum Matrimonii. Nam primo institutum est Gen. 1, 28, quoad generationem filiorum ad cultum Dei, et hoc quoad bonum prolis; deinde Gen. 2, 24, quoad bonum fidei, cum dictum est: *Relinquet homo* etc.; deinde Gen. 9, 1, ad remedium. Et fuit etiam tunc in praecepto; et in hoc distinguitur ab eo

1 Eucharistia] recessum E. 1-3 Coniugium... animorum *om.* B, etc. *pro* animorum E. 4 autem] est T. || ad hoc *mg.* E, de hoc *mg.* A^2. 5 ergo] autem T. 6 reliqua] alia B. 6-8 hoc... officium *mg.* (*hom.*) A^2. 7 tamen *om.* B. 8 ad *om.* A. || exit] erit B, est T. 9 spirituali... potestate *om.* (*hom.*) T, aliud *pro* reliquum E. 10-11 illud... Ecclesia *mg.* (*hom.*) A^2, *om.* BE. 14 habuerunt] habent B. 15 filiorum *om.* B. 18 etiam *om.* B. || vel *om.* B. 19 et] in BET. 22-23 quae... eorum *om.* (*hom.*) A. 24-25 utriusque... institutio *mg.* (*hom.*) A^2. 26 eodem libro *om.* B. 29 Nam *om.* T. 32 est] sit E, propter hoc *add.* T. 33 etiam *om.* T.

1 Cf. supra, d. 3, n. 10.

quod fuit Gen. 1, quia tunc fuit tantum ad officium. In 2 vero Ioan., 1-10, solemnizatum fuit per praesentiam veri sponsi, quando *nuptiae factae sunt in Cana Galileae*. In Matthaei vero 19, 6, institutum fuit quoad bonum sacramenti, cum dictum est: *Quod Deus coniunxit* etc. Cum enim aliquando licitum esset in veteri populo plures habere ad prolis multiplicationem in populo Dei, dum parvus erat numero; ex tunc factum est illicitum omnino. Et sic patet propter quid pluries facta est institutio Coniugii.

c. Deinde quaeritur si fuit in praecepto et quando; et primo si in paradiso fuit in praecepto. Et si hoc, tunc videtur quod transgressi sint praeceptum, cum Coniugium esset ad procreationem filiorum. Sed de hoc supra habetur, secundo libro, distinctione XX, cap. *Cur ergo non coierunt* [399, 7]. Si vero post lapsum in peccatum fuit in praecepto, cum concubitus parentum non sit sine libidine, ut videtur dicere Augustinus, libro *De fide ad Petrum* [1], videtur tunc esse obligatio per consequens ad actum peccati. Dicit enim ibi Augustinus: || E 289v « Istam ceterorum hominum carnem per humanum certum est nasci concubitum, viro seminante, femina vero concipiente et pariente. Et quia, dum sibi vir mulierque miscentur ut filios gignant, sine libidine non est parentum concubitus, || ob hoc A 162b filiorum ex eorum carne nascentium non potest esse sine peccato conceptus; ubi peccatum in parvulos non transmittit propagatio, sed libido; nec fecunditas humanae naturae facit homines cum peccato nasci, sed foeditas libidinis, quam habent homines ex illius primi iustissima condemnatione peccati ». Quod si est, tunc videtur quod nuptiae sint damnandae, sicut dixerunt Tatiani, qui Encratitae dicti sunt [2]. — Respondemus per hoc quod infra dicitur, XXXI distinctione, cap. *Cum*

5 Quod] quos BET. || etc.] homo non separet T. 6 populo] lege E, testamento populo T. || habere] uxores *add.* T (*mg.* A[2]). || prolis] procreationem vel *add.* B. 7 parvus erat] erant pauci B. 8 pluries] factum vel *add.* E. 9 Coniugii] matrimonii E. 13 libro *om.* E. 14 cap. *om.* B. || non coierunt *om.* E. 15 in peccatum *om.* B. || praecepto] preceptum B. 16 August.] in *add.* BT. 18 ibi *om.* B. || August.] lib. de fide ad Petrum *add.* E. 20 vero *om.* E. 24 ubi] unde B. 25 fecunditas] feditas E. 27 condemnatione] damnatione T. 29 Tatiani] taceani AET, cathari B. || qui... sunt *om.* B. || Encratitae] encariste AE, euchariste T.

1 Cap. 2, n. 16 (opus Fulgentii, PL 40, 758). 2 Augustinus, *De haeresibus*, n. 25: « Tatiani a Tatiano quodam instituti, qui et Encratitae appellati sunt, nuptias damnant » (PL 42, 30). Cf. Gratianus, *Decretum*, C. 24, q. 3, c. 39, § 24 (I, 1002); Alb. Magnus, hic, a. 13, Resp. (XXX, 118).

igitur haec tria bona [939, 8], in quo dicit Augustinus[1] quod «coniugalis concubitus ratione generandi non habet culpam» [939, 14-15]. Exponenda est ergo auctoritas praedicta non de peccato, sed de poena peccati, cum dicitur: «Sine libidine non est parentum concubitus». Nomen enim 'libidinis' aliquando sonat in culpam, aliquando in poenam[2]. In culpam, secundum illam definitionem Augustini in libro *De mendacio*[3]: «Animi appetitus quo aeternis bonis temporalia quaecumque praeponuntur». In poenam autem, secundum quod libido dicitur inordinata concupiscentia secundum quam pronitas est ad peccandum. Unde Augustinus, *Super Genesim*[4]: «Infirmitas incontinentiae, quae est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam vitiorum, excipitur honestate nuptiarum». Et ita, licet aliquando fuerit Coniugium in praecepto, non obligati erant ad actum peccati, sed ad officium; quod tamen non fiebat sine poena peccati, quam et ipsi meruerunt.

7. Cum igitur Coniugium [914, 17]. Quaeritur de significatione et effectu huius sacramenti.

a. Habet enim hoc sacramentum plura significata, quorum unum est coniunctio fidelis animae cum Christo, ut habetur infra, eodem capitulo, ubi dicitur: «Copulata est sponsa sponso spiritualiter et corporaliter, id est caritate et conformitate naturae» [914, 26-27]. Illa ergo copula quae est per caritatem, est fidelis animae cum Christo. Significat etiam coniunctionem Christi et Ecclesiae, quae fit per naturae conformitatem, secundum quod ibidem dicitur [915, 1-4]. Significatur etiam unio divinitatis cum humanitate, ut *De consecratione*, distinctione 2,

1 igitur *om.* A. || bona] etc. *add.* B. 6 In culpam² *om.* A. 7 illam defin.] illud E. || in *om.* A. 12 incontinentiae] continentie T. 18 Cum ig. Coniugium *om.* T. 25 etiam] enim BT. 27 ibidem] ibi B.

1 *De bono coniugali*, c. 6, n. 6 (PL 40, 377). 2 Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 38, n. 9, §§ *c*, *h* (pp. 498, 500). 3 Cap. 7, n. 10 (PL 40, 496). 4 Verba sunt ipsius Magistri, hic, c. 2 (p. 913, lin. 1-3); ex Augustino, *De Gen. ad litt.*, IX, c. 7, n. 12: «Utriusque sexus infirmitas, propendens in ruinam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum» (PL 34, 397).

Num. 7: anon. P, f. 172r-173v; anon. Tr, f. 193d-194b; anon. V, f. 152d (sola § *e*). Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 1 (f. 44b-c) et c. 2 (f. 45a-b); Alb. Magnus, hic, a. 14 (XXX, 120-123); Bonav., hic, a. 2, qq. 1-3 (IV, 665-670). Plura ap. D. Van den Eynde et K. F. Lynch, locis cit. supra ad n. 2 (p. 445).

In Christo [1] ; et haec significatur per inseparabilitatem coniugum post carnalem commixtionem: in ipsa enim commixtione carnis significatur Christi et Ecclesiae coniunctio in naturae conformitate.

b. Cum ergo haec tria sint significata, quorum nullum est causatum virtute Coniugii, cum infidelium sit coniugium, ut infra, distinctione XXXIX, cap. *Huic autem videtur obviare* [973, 8], potest quaeri quod est illud significatum quod etiam causatum est a sacramento. Hoc enim videtur in omni sacramento, per dictam definitionem: « Quod imaginem gerit et causa exsistit » etc. [746, 14-15]. — Propter hoc dicunt aliqui [2] quod illa definitio intelligenda est de sacramentis Novae Legis, ut de Baptismo, Eucharistia, Confirmatione, Unctione Extrema; Coniugium vero fuit ante utramque Legem, et ita non oportet hanc definitionem convenire. — Alii [3] vero dicunt quod efficit gratiam quam figurat, non ratione sui, sed ratione benedictionis sacramentalis, quae fit adhibita solemnitate, et quoad hoc est sacramentum Novae Legis. — Sed videtur supradicta definitio non tantum convenire illis sacramentis quae sunt instituta in Nova Lege, cum hoc conveniat Poenitentiae ratione contritionis, quae fuit ante Novam Legem et Veterem. Praeterea, si hoc haberet tantum ratione benedictionis institutae ab Ecclesia, non esset hoc ex virtute ipsius sacramenti, sed plus faceret ibi sacramentale quam sacramentum. — Ideo videtur dicendum per hoc quod dicit Augustinus, libro *De bono coniugali* [4]: « Coniugium est signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum, qua inter se || coniuges uniri de- T 172d
bent »: quod scilicet consensus ille animorum, in fide mutuae

1 significatur *om.* T. 2 post] per B. || commixtionem] copulam E, copulam *praem. in mg.* A². || enim *om.* BET. || commixtione *om.* A. 5 sint] sunt T. 6 causatum] a *add.* T. 8 quod¹] quid B. || quod²] et A. 10 dictam defin.] differentiam diffinitionum B. 10-11 gerit... exsistit] gerat... existat B. 12 definitio *om.* B. 13 ut... Extrema *om.* B. || Confirmatione] et *add.* T. 14 ita] ideo E. 15 convenire] ei *add.* E. || vero *om.* E. 17 adhibita] habita T. 18-20 Sed... Lege *om.* (*hom.*) T. 20-21 cum... Legem *om.* (*hom.*) A. 23 ex] de B. 25 August.] in *add.* BE. 26 coniugali] coniugii T. 27-28 qua... animorum *mg.* (*hom.*) A², *om.* qua T.

1 *Decretum* Gratiani, de cons., d. 2, c. 82 (I, 1346s.). 2 Ita v. gr. Steph. Langton, *In IV Sent.*, d. 1 (ed. A. Landgraf, pp. 147, 150); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 10 (ed. Van den Eynde, p. 14). 3 Ita v. gr. Guil. de Alvernia, *Tract. de sacram. Matrimonii*, c. 9 (*Opp. omnia*, Paris. 1674, t. I, p. 525a), et canonistae communiter, ut innuit G. Le Bras in *Dict. de théol. cath.*, IX, 2210. Cf. D. Van den Eynde, *Les définitions*, 107-110. 4 Verba sunt ipsius Magistri hic in litt., c. 6 (p. 916, lin. 5-6).

continentiae et in non dissensu a generatione filiorum ad cultum Dei, praeter omnem causam inhonestam, verbi gratia cum solum spirituale movet eos, disponit ad spiritualem unionem caritatis, quam Dominus dat in consentientibus digne. — Coniugium autem infidelium non est perfectum coniugium. Quod patet: si enim unus convertatur ad fidem, reliquo manente in
A 162c infidelitate, separabile est coniugium propter fornicationem || spiritualem [1]; et ita non omnia bona Matrimonii concurrunt.

c. Cum autem sint plura significata, et hoc ratione diversorum, non videtur esse perfectum sacramentum in illo coniugio, ubi non concurrunt omnia ista significata, verbi gratia ubi non est copula carnalis: deest enim propria significatio coniunctionis Christi et Ecclesiae sive membrorum cum capite secundum naturae conformitatem, et unionis humanae naturae cum divina. — R e s p o n d e m u s quod non minus est de sacramento ratione sanctitatis, sed pauciora sunt ratione significationis. Sacramentum autem a sanctitate dicitur sacramentum. Spiritualior enim est illa coniunctio, ubi non remittitur per carnalem copulam: in commixtione enim fit homo caro [2]. — Collata est etiam quaedam sanctificatio a Domino cum interfuit nuptiis [3], et cum in Evangelio instituit sacramentum [4], ratione cuius potest in digne consentientibus et exsistentibus in caritate conferri augmentum gratiae.

d. Potest iterum quaeri: cum sint tria in Matrimonio, in quorum uno initiatur, scilicet in sponsalibus; in altero est ratum, scilicet in consequentibus; in tertio consummatum, scilicet in carnali copula, quantum autem tenet rationem sacramenti, id est 'signi sacrae rei' [745, 19], utrum aliquid significetur per tertium, et quid sit illud. — Praeterea, aliquod est matrimonium ubi non intercedunt nisi sponsalia cum carnali copula [5]; in quo videtur quod desit sanctitas sacramenti, quae

2 praeter... inhonestam] propter... honestam T. 4 dat *corr. in* dedit A², dedit T. 6 manente] remanente B. 9 Cum autem] item obicitur: cum B. 11 ista significata *om.* T. 12 carnalis] corporalis B. || enim propria] ibi B. 17 autem] enim E. 18 enim] autem B. || remittitur] requiritur B. 19 copulam] commixtionem B, coniunctionem ET. 20 Collata] communicata T. 22 in¹ *om.* B. 27 autem] enim ET. || rationem] ratione AET. 29 tertium *ita* (*pro* primum) *codd.* || Praeterea] postea A. 30 intercedunt] intendunt A. || nisi sponsalia *trp.* AT(sponsalia *mg.* A²). || cum *om.* A. 31 in quo] unde T.

[1] I Cor. 7, 12-14. [2] Augustinus, *Sermo 162*, n. 2: « Sic enim totus homo absorbetur ab ipso et in ipso corpore, ut iam... totus homo dici possit quod caro sit » (PL 38, 887). [3] Ioan. 2, 1-10. [4] Matth. 19, 5-6. [5] Cf. infra, d. 27, n. 3.

est in consensu per verba de praesenti significante copulam spiritualem Christi et Ecclesiae vel fidelis animae. — R e s p o n d e m u s: idem significatur per sponsalia et per consensum de praesenti: differentia enim tantum est secundum tempus. || Licet ergo praesens sit coniunctio spiritualis Christi et Ecclesiae, non tamen perfecta coniunctio quae erit in patria est de praesenti, sed futura. Et ita potest idem differenter significari in sponsalibus et consensu expresso per verba de praesenti. Praeterea, adhuc non dicitur esse matrimonium, sed obligatio. Unde non sequitur: 'est initiatum matrimonium, ergo matrimonium', sed obligatio est praecedens; et propter hoc non oportet habere proprium significatum matrimoniale. — Ad aliud respondemus quod, licet non exprimatur consensus per verba de praesenti ubi est tantum carnalis copula, praemissis sponsalibus, est tamen interpretatio consensus huiusmodi; nam praesentia coniunctionis carnalis traducit consensum de futuro in illum de praesenti. E 290r

e. Sed adhuc quaeritur propter quid in hoc sacramento sunt plura significata, ita quod nullum per alterum nec per idem; cum in aliis sacramentis unum sit significatum, vel plura secundum prius et posterius per idem, vel plura significata per plura sacramenta. Verbi gratia in Baptismo significatur ablutio peccati in via et perfecta ablutio a poena in patria, sicut et in circumcisione. In sacramento || etiam Altaris, cum sint plura signa, plura significata respondent eis, unita tamen; propter quod unum sacramentum dicitur. Anima enim, quae in sanguine designatur, non est sine corpore. Et ita, cum in Matrimonio sint plura significata non secundum prius et posterius, erunt plura sacramenta. — R e s p o n d e m u s: Matrimonium non trahit esse sacramenti essentialiter et semper a copula carnali, sed a consensu maritali. Unde unum dicetur sacramentum ab illo significato quod essentialiter et semper significat, maxime cum quoad hoc habeat esse spirituale quod ad vim sacramenti pertinet. Et ita in unoquoque sacramento erit una principalis gratia designata. B 157r

2 vel] et B. 4 est secundum *corr. in* ante est A^2. 7 in *om.* T. 8-9 Praeterea] postea A. 9 sed obligatio *om.* BET. 10 est *om.* B. || ergo] est *add.* T. 11 propter hoc] ideo E. 19 ita *om.* E. || nullum] tantum sit *add.* E. || per^2 *om.* B. 21 et] vel E. || vel] nam T. || per^2] vel A. 22 sacramenta] significata A. 23 et^1 *om.* T. || et^2 *om.* T. 24 sint] sunt T. || plura *om.* E. 26 in *om.* T. 29 Resp.] non *add.* A. 30 trahit] habet B. 31 maritali] in verbis *add.* B. 32 significat *om.* B.

f. Praeterea, cum Matrimonium sit signum gratiae, aut communiter, aut secundum quod gratia ad aliquid determinatur. Sed non communiter tantum, quia in hoc non distingueretur ab alio sacramento. Si vero secundum quod contrahitur, non videtur nisi ad usum caritatis. Sed caritatis sunt plures usus: potest ergo quaeri secundum quem. — Respondemus quod unus est usus caritatis quo unimur Deo, alter quo uniuntur membra capiti, tertius quo proximus proximo, sive membrum membro, prout est in corpore A 162d || mystico; quartus vero est secundum quod ordinat in finem qui est beatitudo. Et secundum hunc ultimum proprie virtus dicitur. Non sic autem significatur hic gratia caritatis, sed secundum quod uniuntur membra capiti secundum quod caput est Deus et homo.

g. Si vero quaeratur quae sit differentia gratiae caritatis hic et in sacramento altaris quoad ultimum significatum, quod est in corpore mystico, respondemus quod caritas habet motum unum secundum quod est «copula amantis et amati»[1]. In quantum ergo amatur Christus caput ratione redemptionis per passionem a membris, designatur caritas in sacramento Altaris; nec est ibi caritas in quantum huiusmodi significata, sed corpus mysticum, cuius vinculum est per hanc caritatem. Hic autem per se significatur ipse consensus caritatis, non referendo ad praedictam causam.

1 Praeterea] postea A. || gratiae *om.* B. 4 alio] illo T. 5 videtur] unus effectus *add.* B. 5-7 Sed... caritatis *om.* (*hom.*) B. 7 usus *om.* T. 8 proximus] cum *add.* T. 8-9 membrum] cum *add.* BET. 10 est[1] *om.* BT. || quod] quem T. 11 hunc ult.] ult. modum E. 14 quaeratur] queritur T. 19-20 in sacramento] per sacramentum E. 20 Altaris; nec] aliter vero T. 20-21 significata *om.* T. 21 sed *corr. in* secundum A[2], secundum T. || est *om.* AT.

1 Augustinus, *De Trinitate*, VIII, c. 10, n. 14 (PL 42, 960).

DISTINCTIO XXVII.

1. || **Post haec attendendum** [916, 11]. *a.* Consequenter quae- B 157r
ritur quid sit Matrimonium. Definitur sic [1]: «Matrimonium est coniunctio maritalis viri et mulieris inter legitimas personas individuam vitae» etc. [916, 19-21]. Alibi vero ponitur [2]: «Legitimus consensus» etc.

b. Primo quaeritur quantum ad quid hae rationes differant: an omnino idem sit dicere 'coniunctionem' et 'consensum'. — R e s p o n d e m u s quod 'coniunctio' plus accipitur secundum illud matrimonium quod consummatum est in copula carnali; 'consensus' vero plus quantum ad illud matrimonium in quo ratum est matrimonium. In utraque tamen definitione utrumque intelligitur; nam per hoc quod dicitur: 'individuam vitae' etc., intelligitur inseparabilitas, quae est per copulam carnalem.

c. Si vero quaeratur utrum haec definitio omni matrimonio conveniat - quod videtur, eo quod est definitio - et ita matrimonio ubi tantum est consensus de praesenti; et si hoc, hunc non liceret transire ad frugem melioris vitae irrequisito consensu alterius personae: quod falsum est, ut in *Primis*, De

---

2 attendendum] advertendum B (*Lomb.*). 3 Definitur] autem *add.* B. 11 matrimonium *om.* BET. 12 tamen *om.* B. 13 vitae *om.* E. 15 quaeratur] queritur T. 15-16 omni matrimonio] omnimodo *quod corr. in* causa matrimonii A^2. 16 est *om.* T. || et ita] contra: in B. 17 tantum *om.* B. || et *om.* B. 18 hunc] habet B, tunc T. || liceret] licet B. || irrequisito] non requisito E. 19-3 (p. 464) ut... monasterium *om.* B.

---

[1] Hic in litt., ex Iustiniano, *Institutiones*, I, 9: «Nuptiae autem sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio, individuam consuetudinem vitae continens» (*Corpus iuris civilis*, I, Berolini 1908, 4). [2] Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 11, c. 4: «Quidam hoc modo coniugium diffiniendum putaverunt, ut dicerent 'coniugium esse consensum masculi et feminae individualem vitae consuetudinem retinentem'. Cui diffinitioni 'legitimum' adiungere oportet... Qui ergo diffinire voluerit coniugium, dicere potest: Coniugium esse consensum legitimum... masculi et feminae ad individualem vitae consuetudinem observandam» (PL 176, 483 A, 485 C).

Num. 1: anon. P, f. 174r-v; anon. Tr, f. 194c-d; anon. V, f. 153a-b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 212-213; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 1 (f. 44b-c); Alb. Magnus, hic, aa. 2-7 (XXX, 129ss.); Bonav., hic. a. 1 et dub. 1 (IV, 675ss., 684).

conversione coniugatorum, *Verum* [1], ubi dicitur quod «post consensum legitimum de praesenti, licet alteri, altero repugnante, eligere sibi monasterium». — Respondemus: haec est definitio matrimonii rati et consummati. Per hanc differentiam: 'individuam vitae' etc., notatur fides mutuae servitutis quam uterque habet in alterius corpore, de qua I ad Cor. 7, 4: *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir;* ad quam fidem non plene obligatur ex Matrimonio nisi post carnalem copulam. Unde quod hic dicitur: 'absque consensu' etc. [916, 22-23], in
T 173a illo scilicet cap.: *Sunt igitur nuptiae* etc. [916, 18], intelligi || debet post carnalem copulam. Tunc enim neutri licet sine alterius consensu continentiam profiteri, ut *Extravagantibus I*, De conver-
E 290v sione coniugatorum, cap. 1 [2]; nec etiam orationi vacare, || ut I ad Cor. 7, 5. Intelligitur praeterea fides mutuae castitatis, ut scilicet neutri personae alteri se liceat copulare, altera in saeculo remanente et vivente; dummodo sit suspicio de incontinentia, quia si alter transiret ad religionem, remanenti in saeculo ante carnalem copulam transire licebit, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Verum* [3]. Intelligitur etiam fides mutuae exhibitionis. Ad ista duo obligatur quis statim ex Matrimonio.

d. Sed potest quaeri propter quid ex consensu ad ista obligatur, ex copula vero carnali ad tertium. — Respondemus: maior est consensus secundum genus in voto, quam consensus in Matrimonio; nam hic obligatur Deo, ibi homini. Et propter hoc, si non possunt simul stare hae duae obligationes, praeiudicat consensus voti consensui Matrimonii [4], ubi non superadditur aliquod vinculum. Et ideo ante carnalem copulam licet transire ad frugem melioris vitae, irrequisito consensu. Non sic autem est cum intervenit copula carnalis: tunc

1 Verum *lacuna* T. 2 altero] altera T. 3 est E, *om.* ABT. 5 etc.] consuetudinem E. 7 sui *om.* E. 9-10 in illo scil.] et in illo T. 12-13 continentiam... cap. 1] continere B. 14 praeterea] prima A. 15 neutri personae... altera E, neutra persona... altero ABT. 16 et vivente *om.* E. 17 remanenti] altero remanente B, manenti T. 18 carnalem] carnis B. 18-19 ut... coniugatorum *om.* B. 19 Intell. etiam *trp.* B. 20 ista] enim *add.* E. 21 Sed... quid] si potest quis B. 21-22 obligatur] obligantur T. 22 ex] et A. || vero *om.* B. 23 maior] nobilior E. 25 si] sic A. || simul] et semel *add.* T. 25-26 obligationes] scilicet *add.* E. 26 Matrimonii] matrimoniali T. 27 aliquod] aliud BT. 28 irrequisito] non requisito E.

1 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 2 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 2 (II, 579). 2 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 1 (p. 81s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 1 (II, 579). 3 Compil. I, ib., c. 2 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., c. 2 (II, 579). 4 *Glossa in Decretales*, lib. IV, t. 1, c. 15 (col. 1430).

enim superadditur vinculum, || per quod necesse est animam A 163a
inclinari in id quod carnis est, ut non tantum cogitet quae Dei sunt, sed *quomodo placeat uxori*, I ad Cor. 7, 33; divisus enim est. Et ideo, nisi deobligetur a vinculo carnali per illam personam cui obligatur, non potest transire ad complendum effectum vinculi spiritualis. Dum autem fuit consensus tantum maritalis, cum institutione Domini, dictante Lege naturae, erat obligatio ad mutuam continentiam. Haec enim obligatio spiritualis est, quae ad vinculum spirituale consequitur. Si enim unus in unam solam consentit, obligatur ad continendum ab altera. Praeterea, ex eo quod facta est mulier in *adiutorium* viri [1], ut esset quasi socia eius, tenentur ad mutuam exhibitionem ex illo vinculo; nam obligati sunt ut sint quasi duo in carne una. Non potest ergo non providere suae carni vel quasi suae. Sed ex vinculo copulae carnalis, cum sint duo in carne una, habet utraque persona potestatem super carnem alterius, confirmante constitutione Apostoli cum dicit [2]: *Mulier non habet* etc. Sed ortum habuit ab eo quod dixit Dominus [3]: *Erunt duo in carne una.* — Nota autem quod, cum ad duo obligetur ex consensu, ad tertium ex copula carnis, primum respicit animam, secundum conservationem coniuncti, ultimum accipitur ex parte corporis. Et primum consequitur per se consensum, ultimum per se copulam, medium communiter utrumque. Et recte, quia totus homo toti homini in Matrimonio obligatur. Quod autem est ex parte animae consequitur vinculum quod est ex parte animae; quod est ex parte corporis, vinculum ex parte corporis; quod ex parte coniuncti, cum coniunctum sit ex illis, consequitur utrumque illorum, sed principaliter illud quod est ex parte animae, cum illa sit pars principalior, maxime in iis quae pertinent ad motum voluntarium.

e. Deinde quaeritur cuiusmodi sit haec definitio, utrum data sit per essentiam aut per causam. Non per essentiam, ut

1 per] propter T. || animam] alteram B. 4 deobligetur] obligetur B. 6 Dum] cum B. 7 dictante] dominante T. 9 Si] licet T. 10 ad continendum] continere E. || ab] pro T. 11 Praeterea] postea A. 12 ut... tenentur] non... nisi tenerentur B. 13-15 nam... vinculo *om.* (*hom.*) T. 13 duo *om.* B. 16 super] sui per B. 18 ab] ex B. 19 Nota] notandum B. 20 carnis] carnali T. 22 consensum... se *mg.* (*hom.*) A^2. 24 est *om.* T 25 conseq. vinculum *mg.* A^2. 25-26 quod... vinculum *om.* (*hom.*) A, quod est *add.* T. 27 quod] est *add.* BT. 29 pars *om.* A. || iis] illis B.

[1] Gen. 2, 18. [2] I Cor. 7, 4. [3] Matth. 19, 5. Cf. etiam Gen. 2, 24; I Cor. 7, 10; Eph. 5, 31.

videtur: consensus enim est causa efficiens, et coniunctio carnalis causa perficiens; unum ex parte animae, alterum ex parte corporis. — Quod concedendum est.

f. Post haec quaeritur: cum coniunctio sit relatio quaedam quae est in utroque coniunctorum, aut ergo corporum, aut animorum, aut utrorumque. Sed sive sic sive sic, destructa coniunctione, non erit Matrimonium. — Sed possibile est utrumque destrui manente Matrimonio, sicut in iis in quibus intervenit odium vel separatio quantum ad cohabitationem, vel non intervenit copula carnalis. — R e s p o n d e m u s: bene teneret, si data esset definitio per essentiam. Sed quia data est per causam efficientem; efficiens autem causa quaedam est simul cum effectu, quaedam praecedens; quae vero est simul, quaedam est semper manens cum effectu, quaedam vero non. Est autem consensus expressus per verba de praesenti efficiens causa Matrimonii, simul ens cum illo vere vel interpretative, sed non semper simul manens secundum idem tempus. Sed sequitur: si est Matrimonium, ergo fuit consensus sive animorum coniunctio.

g. Si vero quaeratur de eo, quod coniunctio est quaedam relatio quae est in utroque coniunctorum, et ita, [cum] sint duae relationes, qualiter Matrimonium erit unum, — r e s p o n d e m u s: unitas Matrimonii est ab eo in quod est consensus, scilicet maritalem societatem. Sicut ergo similitudo dicitur una, licet sit in diversis, propter qualitatem unam in specie unientem; ita consensus dicitur unus sive coniunctio. Matrimonium autem dicitur unum quia fit a consensu secundum quod unius est. Nec sequitur, si duo consensus, quod duo matrimonia: non enim sic multiplicatur Matrimonium secundum subiecta, sicut consensus, sed penes illud cuius principaliter est
A 163b signum et || cuius principaliter est causa.

2. Efficiens autem causa [917, 3]; **Accipio te in virum** [917, 5-6]. Quaeritur: si vis Matrimonii consistit in his verbis: « Accipio

7 est *om.* A. 8-9 in q. intervenit] inter quos venit E. 9 separatio] segregatio B. || quantum] quo E. 14 vero *om.* E. 17 simul *om.* T. 20 quaeratur] queritur T. 23 in *om.* E. || quod] quo T. 24 scilicet] in *add.* B. || mar. societatem] maritali societate T. 25 unam *om.* T. 26 sive] sicut B. || coniunctio] dicitur una vel consensus *add.* B, una *add.* E. 27 quia] quod T. 28 unius] unus E. 29 non *om.* A. 30 subiecta] substantiam B. 30-31 est... principaliter *om.* (*hom.*) B. 33 consistit] consistat B.

Num. 2: anon. P, f. 174v; anon. Tr, f. 195a.

te in uxorem » etc., et eodem modo in ordinante aliquem, [si] dicat ordinator verba spectantia ad Ordinem, imprimitur character Ordinis, quia est operatio congrua et debita forma verborum et potestas ordinantis, et suscipitur Ordo, licet sit irregularitas ex parte ordinati: cum ergo sic sit in Ordine, critne sic || in Matrimonio, ut vis illa verborum efficiat Matrimonium, licet sit irregularitas in personis ? — R e s p o n d e m u s quod non. Et ratio huius est, quia in Matrimonio exigitur dispositio ex parte personarum ad hoc ut sit Matrimonium. Item, in definitione Matrimonii exprimitur de personis, in Ordine autem non. Cuius etiam ratio est, quia in prima institutione Matrimonii, Gen. 2, 24, expressio facta fuit de personis; in institutione Ordinis minime, cum dictum est Ioan. 20, 23: *Quorum remiseritis* etc. E 291r

3. Non est consensus iste efficax matrimonii [917, 6-7]: ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus et matrimonio, *Consuluit* [1]: nisi carnalis subsequatur commixtio; quia, si post contracta sponsalia commiscentur, verum est Matrimonium et perfectum. Unde eodem titulo, *De illis* [2]. — Sed ponatur quod animo fornicandi tantum cognoscat: numquid est ibi Matrimonium [3] ? Videtur quod non, quia non intercessit consensus realis vel vocalis. — D i c u n t quod immo, quantum ad iudicium hominum, quia vere vel interpretative. Sed numquid est Matrimonium quoad Deum ? — D i c e n d u m quod sic, quia accipienda sunt verba secundum communem illorum intellectum. Unde si verbis consensum quis expresserit, corde tamen nolit, nihilominus reputatur || Matrimonium [917, 8-11], etiam quoad Deum, ut T 173b

3 quia] quod B. 4 suscipitur] suscipiatur B. 5 sic] hoc *interl.* B. 7 personis] persona B. 11 autem] vero B. || etiam *om.* T. 13 Ordinis] et *add.* A. 14 etc.] peccata B. 20 cognoscat] eam *add.* B. 22 iudicium hominum] hom. B. 26 nihilominus] tamen *add.* B. 27 Deum] dominum B.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 3 (p. 95); non ponitur in compil. Greg. IX. [2] Compil. I, ib., c. 4 (p. 95); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 662). Expressius habetur in compil. II, ib., c. 2: *Veniens* (p. 202): compil. Greg. IX, ib., c. 15 (II, 666s.). [3] Cf. *Decretales*, compil. IV, lib. IV, tit. 1, c. 1: *Tua nos* (p. 777); compil. Greg. IX, ib., c. 26 (II, 670s.), et *Glossa* in h. l.: «In casu isto dico quod Ecclesia iudicare debet pro matrimonio, quia recurrendum est ad communem verborum intelligentiam» (col. 1439). Vide infra, d. 31, n. 13.

Num. 3: anon. P, f. 174v; anon. Tr, f. 195a. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 2, in fine (f. 45b); *Glossa in Decretales*, IV, tit. 1, cc. 15 et 26 (col. 1430, 1438s.).

Extravagantibus I, De sponsalibus et matrimonio, *Ex litteris* [1], argumentum ad hoc. Ita, cum Ecclesia ex coitu consequente interpretatur consensum animorum intervenisse, apud Deum est ita obligatus acsi consensus animorum intervenerit.

B 157v **4.** || **Quod vero inter sponsam** [919, 1]; **licet sponsae ante carnalem copulam** [919, 2]. De hoc *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Ex publico* [2], ubi quaeritur an statim post contractum Matrimonium teneatur reddere debitum vel eligere monasterium.

a. Quod videtur ex eo quod dicitur XXX, quaestione ultima, *Feminae* [3], ubi dicitur: « Eadem vitta purpureo candidoque colore permiscetur. Candor ad munditiam, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo continentia ad tempus utriusque admoneatur; et post reddendi debitum non negetur ». Ergo non potest debitum reddendi negare. — C o n t r a: supradicta decretali [4] dicitur quod ad religionem transire vel ad virum redire infra spatium duorum mensium oportet. — Quod c o n c e d e n d u m est. Unde tunc debet compelli ad alterum.

b. Sed esto quod transeat ad religionem; remanens in saeculo secundo contrahere potest, sicut eodem titulo habetur [5]. Sed qui transit, annum potest habere probationis; et si displicuerit religio, redire potest, rectius tamen vivendo, ut *Extravagantibus III*, De regularibus, cap. ultimo [6]. Sed esto quod sic rediens

2 conseq.] subsequente BT. 5 sponsae *om.* T. 8 vel] statim *add.* T. 13 posteritatem *corr. in* puritatem E. 14 utriusque] utrumque AE, ab utrisque *Decr.* 15 negetur] ius *add.* E. || debitum... negare] reddere debitum negari E. 16-17 religionem... oportet] spatium duorum mensium habet tempus etc. E. 19 alterum] unum faciendum: vel reddere debitum vel transire ad aliud votum E. 20 ad religionem] ad seculum A, *quod corr.* ET, alter ad monasterium B. 21 secundo *om.* B. || titulo] sunt B, c. T, in *praem.* A. 22 displicuerit] ei *add.* E. 23 rectius... vivendo *exp.* T. 24 sic *om.* T.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 6: « Ad communem verbi intelligentiam recurratur, et cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent in recte intelligentibus generare » (p. 95); compil. Greg. IX, ib., c. 7 (II, 663). [2] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 7 (p. 82s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 7 (II, 580s.). [3] *Decretum* Gratiani, C. 30, q. 5, c. 7 (I, 1106). [4] Cap. *Ex publico*, ut supra, nota 2. [5] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 2: *Verum* (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 2 (II, 579). [6] *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 24, c. 7: *Consulti sumus* (p. 360); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, c. 20 (II, 577).

Num. 4: anon. Tr, f. 195c-d; anon. V, f. 153c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4, q. 3 (f. 48a-b); Alb. Magnus, d. 28, a. 2 (XXX, 188s.); Bonav., d. 28, q. 1 (IV, 688s.).

velit contrahere; non contrahit cum prima, quia illa licite transiit ad secunda vota; et si hoc, tunc ruptum est Matrimonium, utroque in saeculo remanente. — Si dicatur quod remanens in saeculo debet exspectare per annum, non videtur: sit enim quod dicat se non posse, sed vult vel uti matrimonio contracto, vel novum contrahere. Praeterea, timetur de eius lapsu. Sic etiam posset defraudari per plures annos, si ille se transferret ad diversas religiones. — Ideo videtur quod talis non est recipiendus nisi cum voto continentiae; et si habet annum probationis, non licebit contrahere. Sed si illam religionem non poterit sustinere, mitiorem potest eligere, ut *Extravagantibus III*, De regularibus et transeuntibus, cap. ultimo [1]. Sed nota quod semper ante carnalem copulam licebit alteri ad meliora vota transire, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Ex publico* [2]. — Quod autem dicitur, quod post duos menses debet compelli alterum eligere, hoc dicitur quia donec ad illud tempus || compelli non debet, uno in saeculo manente, nec debitum A 163c solvere libere potest.

c. Sed ponatur quod infra illud tempus vir coniugem suam oppresserit vi: numquid post poterit illa transire ? Non videtur, quia iam sunt una caro effecti. Praeterea, non dicitur fecisse raptum; argumentum XXXVI, quaestione 1, *Lex illa* [3]; et eodem, quaestione 2, *Si quis viduam vel virginem* [4]. Ergo videtur talis usus fuisse iure suo et Matrimonium consummasse. — Dicunt q u i d a m quod non fuit caro eius divisa, si nulla fuit animae delectatio; et ita quod remaneat ei libertas modo sicut prius. — A l i i dicunt quod non potest et quod divisa est eius caro; et licet ipsa non consenserit delectando in carnali copula, consensu tamen coniugali promisit se non dissentire a carnali copula; et ita in hoc cum illo consummatum est Matrimonium.

---

4 enim] ita E, enim ita B. 6 de] ex B. 10 Sed *om.* A. || illam] ille T. || poterit] potest E. 12 transeuntibus] ad religionem *add.* T. 12 nota] notandum B. 16 alterum] alium A. 23 eodem] extra E. 25-26 si... fuit] cum... fuerit E. 26 ei] ibi BT. 28 est] sit *interl.* B. 29 copula] in *add.* ET, *add. mg.* B. 30 a carnali copula *om.* E. || cum illo] casu B, videtur E. || est *om.* E.

---

[1] *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 24, c. 7: *Consulti sumus* (p. 360); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, c. 20 (II, 577). [2] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 7 (p. 82s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 7 (II, 580s.). [3] *Decretum* Gratiani, C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1288). [4] Ib., q. 2, c. 5 (I, 1290).

5. Et eremi solitudinem sibi elegit [919, 16]. Quaeritur: cum eremita non transferat voluntatem suam in alterius potestatem, si proprium potest habere, ut XIX, quaestione 3, *Econtra* [1], numquid propter hoc deobligatur a vinculo Matrimonii? — Respondemus quod persona religiosa est; annexum est ei nomen continentiae, et ideo deobligatur.

6. Hoc autem coniugatis etc. [919, 21]; habitum **sumere** [919, 22]. Quaeritur si quis, manens in saeculo, potest mutare mores sine mutatione habitus, per quod deobligetur a vinculo Matrimonii. — Respondemus quod non potest, nisi ita senex sit, quod non habeatur de eo suspicio vel haberi possit, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Cum sis praeditus* [2].

7. Ne forte eius voluntate [920, 10]. *a*. Videtur quod sola voluntas uxoris sufficiat ut alter transire possit, licet illa non transeat. — Sed [contra], nisi sterilis sit vel vetula, debet ad idem compelli, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Cum sis praeditus* [3]. Idem tamen dicunt utrinque debere exigi. — Per hoc solvitur quod dicitur *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, cap. 1 [4], ubi dicitur quod vir quidam de E 291v || licentia uxoris suae monasterium ingressus est, et tamen ab episcopo debet revocari ad thorum, nisi ipsa ad religionem transierit.

b. Sed obicitur contra hoc quod dicitur ibi: *Cum sis praeditus* [5], et XXXII distinctione, *Seriatim* [6], ubi dicitur quod clericus de licentia uxoris suae potest promoveri ad sacros Ordines, uxor tamen eius nec illi nec alteri poterit commisceri, etiam

2 non *om.* T. 3 habere] ipse habere hoc queritur E. 3-4 Econtra] contra ET. 4 Matrimonii] matrimoniali BT. 5 Resp.] eo *add.* B. || annexum] enim *add.* E. 6 deobl.] obligatur B. 7 habitum] propositum *Lomb.* 8 quis *om.* T. 11 non *om.* A. 14-18 Ne... praeditus *om.* (*hom.*) E. 18 Idem] quidam T. || utrinque] utrosque *codd.* || debere] deberi AE. 19 solvitur] solvi potest BT. 21 est *om.* ABE. 22 nisi] et *add.* E. 25 Seriatim] statim B. 27 poterit] potest T.

1 *Decretum* Gratiani, C. 19, q. 3, dictum ad c. 8 (I, 842). 2 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 4 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 4 (II, 579s.). 3 *Decretales*, ut supra, nota 2. 4 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 1: *Praeterea* (p. 81s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 1 (II, 579). 5 *Decretales*, ut supra, nota 2. 6 *Decretum* Gratiani, d. 32, c. 14 (I, 121).

Num. 5: anon. P, f. 177r. Cf. Bonav., hic, dub. 3 (IV, 685). — Num. 6: anon. P, f. 177r; anon. Tr, f. 196a. — Num. 7: anon. P, f. 177v; anon. Tr, f. 196a; anon. V, f. 153d; *Glossa in Decretales*, III, tit. 32, c. 1 (col. 1257s.).

post mortem [eius]. Et si talis potest permanere in saeculo, multo fortius illa cuius vir transit ad religionem, quia non est tanta mali suspicio nec tanta occasio incontinentiae, quando inclusus in claustro non potest ad uxorem venire. — Respondemus: transire debet uxor utriusque, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Sane* [1]. Unde quod canon minus dicit, supplet decretalis.

8. Si iam tonsuratus est [920, 17]. *a.* Quaeritur si vir iam tonsuratus reddatur uxori, utrum teneatur in saeculo habitum gestare. — Et respondetur quod non, propter scandalum, ut XXXIII, quaestione 5, *Quod Deo* [2]. Item, nec etiam tonsuram, si non habuerit Ordinem, oportet habere; si habuerit, debet. Argumentum ad hoc, XX, quaestione 3, *Eos* [3]; et *Extravagantibus I*, De conversatione clericorum, *Si quis* [4]. — Restitutus autem debitum non potest petere; exactus, tenetur solvere, ut XXXIII, quaestione 5, *Una* [5].

b. Mortua autem uxore, non potest cum alia contrahere, nec tenetur transire, *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Quidam* [6]; et *Extravagantibus II*, eodem titulo, *Placet* [7], ubi dicitur quod non debet cogi.

c. Sed contrarium videtur, quia mulier fuit in causa; causa autem cessante, et constitutio ex causa cessare debet. — Item, *Extravagantibus I*, De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, cap. 1 [8], ubi dicitur quod, si quis habens uxorem contrahit cum alia, ignorante illa quod uxorem habeat, mortua prima, non potest ad secundam accedere nisi

---

1 eius *mg.* B, *om.* AET. 2 fortius] et *add.* B. 6 quod] cum E. 8 iam[2] *om.* B. 10 Et *om.* E. || respondetur B, R. AET. 12 non... Ordinem] hab. tonsuram B. || oportet] eum *add.* E. || habere] sed *add.* E. 13 et *om.* A. 17 cum alia *om.* B. 20 Placet *om.* T. 26 ad secundam accedere *ita codd.*, a secunda recedere *iuxta Decretalem.* || nisi] non T.

---

[1] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 6 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 6 (II, 580). [2] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 5, c. 4 (I, 1251). [3] *Decretum* Gratiani, C. 20, q. 3, c. 3 (I, 849). [4] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 1, c. 3 (p. 56); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 449). [5] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 5, c. 6 (I, 1252). [6] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 3 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 3 (II, 579). [7] Ib., compil. II, lib. III, tit. 19, c. 4 (p. 194); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 12 (II, 583). [8] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 7, c. 1 (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (II, 678).

Num. 8: anon. P, f, 178r; anon. Tr, f. 196a; anon. V, f. 153d. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 234; Bonav., hic, dub. 4 (IV, 685).

petente secunda. A simili videtur hic, quod, mortua uxore,
A 163d petitus a monasterio, tenetur ad || religionem transire. — Item, si statim eo revocato, vellet uxor mutare propositum et transire, nonne similiter teneretur ipse redire? Quod videtur; ergo eadem ratione ea mortua.

d. Quod concedunt q u i d a m, dicentes tamen illum non debere compelli ab Ecclesia; et ideo dicit decretalis [1] quod
T 173c non tenetur. — Sed hoc non videtur verum. || Si enim peccatum eius est publicum et constat Ecclesiae, et corrigi potest, compelli debet ad correctionem. — R e s p o n d e m u s: non est generaliter verum, ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus, *Requisivit* [2]; et *Extravagantibus II*, De conversione coniugatorum, *Ex parte* [3], ubi dicitur quod quidam vovit castitatem et suscepit habitum religionis, uxore nesciente. Quae cum reclamasset, ad eam est reversus; «et aliam, ea defuncta, temere sibi copulavit». Super quo scribit Papa ut eam dimittat et ad monasterium revertatur, quia, «uxore sua manente in saeculo, ad religionem non potuit proficisci; ea tamen sublata de medio, votum quod fecit sine periculo suae salutis nequaquam potuit violare».

9. Quia nisi fornicationis causa [920, 18]. *a.* Numquid, si uxor fornicata fuerit, poterit vir transire? Videtur, quia non tenetur solvere debitum; ergo uxor non habet potestatem in corpore viri; poterit ergo libere transire. Argumentum ad hoc, *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, cap. ultimo, in fine [4].

b. C o n t r a: non potest transire nisi uxor voveat continentiam ingrediens monasterium, ut *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum [5]. Sed constat quod vota debent esse

1 petente] penitente B. 2 petitus] penitus B. 5 eadem ratione] similiter E. || ea] eadem T. 6 tamen] tantum A. 10 non] sicut T. 11-12 De... Extra II *om.* (*hom.*) B, *om.* et T. 17 sua *om.* T. 19 nequaquam] nunquam B. 22 quia] quod ET. 23 ergo] cum B. 25 I] ii. B. || De conv. con. *om.* E. || cap. ultimo] sed differt B. 28-29 De conv. con. *om.* E.

1 *Quidam* vel *Placet*, supra citatae in § *b*. 2 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 12 (p. 96); compil. Greg. IX, ib., c. 17 (II, 667). 3 Ib., compil. II, lib. III, tit. 19, c. 1 (p. 193); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 9 (II, 581s.). 4 Ib., compil. III (non I), lib. III, tit. 15, c. 3: *Veniens* (p. 361s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 16 (II, 585). 5 Ib., compil. I, lib. III, tit. 28, praesertim cc. 1, 4 (p. 81s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, cc. 1, 4 (II, 579s.).

Num. 9: anon. P, f. 178r; anon. Tr, f. 196a-b. Cf. *Glossa in Decretum*, C. 27, q. 2, c. 24 (col. 2001).

spontanea, ut XXXVIII distinctione, cap. 1 [967, 10-11]; ergo compelli non debet ad continentiam; ergo, ea invita, non poterit transire, licet fuerit fornicata.

c. Praeterea obicitur ex eo quod dicitur 'quondam' in ipsa littera [920, 13]. Ex hoc enim videtur quod causa fornicationis factae si esset in claustro, repetitus, non posset eam repudiare; quia vir ipse causam dedit adulterio, ut infra, eodem cap.: *Si abstineas* etc. [921, 1-3], et qui occasionem dat, ipse videtur facere [1]. — Quod videtur concedendum.

d. Sed contrarium videtur, quia, licet vir votum fecerit, tamen [mulier] debet servare fidem continentiae, ut XXXIII, quaestione 5, *Quod Deo* [2]. — Praeterea, contra hoc videtur *Extravagantibus I*, De divortiis, *Significasti* [3], ubi praetextu novae fornicationis uxor repellitur. — Quod concedendum est.

10. Singulariter proviso constituantur loco [920, 29]. Ut XVIII, quaestione 2, Gregorius in *Registro* [4]: *In nullo*, ubi dicitur: «In nullo monachos et monachas in unum monasterium permittimus habitare, sed nec ea quae duplicia vocantur». Et eodem dicitur [5]: «Monasteria puellarum longius a monastêrio monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter hominum oblocutionem, collocentur».

11. Vir eius Lotharius [921, 7]. Cum iste Lotharius fuerit publicus adulter, ut II, quaestione 1, *Scelus* [6], nonne potuit uxor eius, eo invito, transire? — Respondemus quod fuit viro reconciliata post primum adulterium, et ita ratione reconciliationis non potuit.

4-5 dicitur... quod *mg.* (*hom.*) A². 5 Ex h. enim] autem A². || causa *corr. in* sub pretextu A², sub (cum BE) pretextu BET, ipsius *add.* E. 6 si T, non ABE. 7 adulterio *om.* A. 10 quia] quod BT. 12 Praeterea] postea A. || contra *om.* B. 13 novae *om.* T. 17 et] vel BT. 18 Et] in T. 20-21 hominum *om.* B. 21 oblocutionem] oblationem BT. 24-25 viro reconciliata] virgo irreconsiliata B. 25-26 post... potuit *mg.* A², transire *add.* E.

---

[1] *Glossa in Decretum*, d. 50, c. 50 (col. 347). [2] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 5, c. 4 (I, 1251). [3] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 4 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 4 (II, 721). [4] *Decretum* Gratiani, C. 18, q. 2, c. 22 (I, 835); haec verba non leguntur in *Registro* Gregorii, sed in *Novellis*, CXXIII, 36 (*Corpus iuris civilis*, III, Berolini 1904, 619, lin. 25-28). [5] *Decretum*, ib., c. 23 (I, 835). [6] *Decretum*, C. 2, q. 1, c. 21 (I, 449).

Num. 10-11: anon. P, f. 178v.

B 158 r **12.** || **Aliquando enim** [922, 5]; **nulli de consanguinitate** [922, 10]. Concorditer *Extravagantibus I*, De sponsalibus et matrimonio, cap. 1, ubi habetur [1] quod tantum fit hoc propter publicam honestatem.

E 292 r **13.** || **Irruentibus quibusdam causis** [922, 15]: ut frigiditate vel maleficio. Idem enim iuris est, sive desponsatio interveniat de solo facto an de iure. Et ita, si quis desponsavit consanguineam suam vel aliam, cum qua non posset contrahere et separetur ab ea, nullus de consanguinitate eam ducere potest; et
A 164 a ita monachus impedire potest consanguineos vel || frigidus natus. Argumentum ad hoc, *Extravagantibus I*, De sponsalibus, cap. 1 [2]; nam propter desponsationem quae nulla est, notatur quis infamia, ut *Extravagantibus III*, De bigamis, *Nuper* [3]. Unus tamen casus excipitur, quando infra septennium facta est desponsatio, ut *Extravagantibus I*, De sponsatione impuberum, *Accessit* [4].

14. Vocatur etiam sponsa [923, 1]; **sed sponsio de futuro** [923, 2]. Sponsalia sunt nuptiarum futurarum repromissio, ut XXX, quaestione 5, *Nostrates* [5]. Dicuntur autem sponsalia a spondendo. — Contrahuntur autem quatuor modis: alia nuda promissione; alia datis arrhis sponsalitiis; alia interveniente anuli subarrhatione; alia interveniente iuramento. — Nuda promissione, cum dicitur: Accipiam te in meam; et ista sunt vera sponsalia. Si vero per verba de praesenti, fit Matrimonium; unde non licet alteri nubere, et si nupserit et etiam cognoscat, est compellendus redire ad primam, ut *Extravagantibus III*, De sponsa duorum, cap. 1 [6]. — De subarrhatione anuli, XXVII,

1-4 Aliquando... honestatem *om.* E. 2 Concorditer] concordi. A, concordia BT. 3 propter] contra T. 6 enim] autem BT. || est *om.* B. || sive] aut B. 7 an] aut B. 9 eam *om.* B. 14 quando] scilicet *add.* E. 15 sponsatione] desponsatione *Decr.* 16 de futuro] futuri *Lomb.* 19 alia] aliquando B. 22 cum dicitur *om.* B. || et] ex B. || vera] vere BET. 24 etiam *om.* B. 25 ut *om.* E.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 1 (p. 94); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 662); dictum allegatum legitur in *Glossa* super h. l. (col. 1421). [2] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 1: *Ad audientiam* (p. 94); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 662). [3] Ib., compil. III, lib. I, tit. 14, c. 1 (p. 265s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 21, c. 4 (II, 147). [4] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 6 (p. 99); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 673s.). [5] *Decretum* Gratiani, C. 30, q. 5, c. 3 (I, 1105). [6] *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 3, c. 1: *Tuas dudum* (p. 383); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 681s.).

Num. 13: anon. P, f. 180r. — Num. 14: anon. P, f. 181r; anon. Tr, f. 196c; anon. V, f. 154a. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 163b-c); Alb. Magnus, hic, a. 15 (XXX, 156ss.); Bonav., d. 36, a. 2, q. 3 (IV, 797s.).

quaestione 2, *Si quis desponsaverit* [1], et de beata Agnete [2]: « Anulo suo subarrhavit me ». — De iuramento, *Extravagantibus I*, De sponsalibus, cap. 1: *De illis* [3]. — Contrahuntur autem sponsalia post septennium, quoniam tunc dicuntur habere discretionem tam pueri quam puellae, et tunc placent eis sponsalia, ut *Extravagantibus I*, De sponsatione impuberum, *Litteras* [4]. Si vero ante septennium contrahuntur sponsalia, nihil agere dicuntur, ut XXX, quaestione 2 [5]: « Ubi non est consensus utriusque, non est Coniugium ». Quidam tamen praeveniunt annos discretionis. Qui vero pueris dant puellas in cunabulis, nihil faciunt, nisi uterque puerorum, postquam venerit ad annos discretionis, consenserit. Nec est Coniugium, etiam si pater et mater consenserint. Si vero, cum venerint ad septennium, incipiant placere quae acta sunt a parentibus, tunc valent; ita quod, quamvis non cognoscat eam, non potest consanguineus eius habere eam in uxorem, ut *Extravagantibus II*, De sponsatione impuberum, *Duo pueri* [6].

15. Nec mulier virum [923, 5]. Quaeritur quare interdicitur mulieri nubere cum oppressa fuerit: non enim videtur peccasse. — R e s p o n d e m u s: ipsa consensit. Unde 'opprimere' large sumitur. Vel forte ideo punitur, quia postquam fuit cognita a patre, permisit se duci a filio eius [7].

16. Non liceret eis alia sortiri coniugia [923, 17-18]. Supple: nisi post mortem alterius. Et sic volunt q u i d a m [8] hic intelligi « licita coniugia non negentur » [923, 15]. — Sed con-

3 De²] dum de AE, dedit BT. || autem] etiam B. 5 eis *om.* A. 9 est] ergo T. 11 venerit] pervenit B. 13 venerint] veniunt B. 13-14 incipiant] eis *add.* E. 20 Unde *corr. in* vel B. 21 sumitur] pro violare, non pro violentiam facere *nota mg.* A². 24 hic] hoc BET. 25 negentur] negantur E.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 2, q. 6, c. 15 (I, 1066). [2] Officium S. Agnetis (21 Ian.), resp. ad lect. III. [3] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 4 (p. 95); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 662). [4] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 5 (p. 99); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 673). [5] *Decretum* Gratiani, C. 30, q. 2, c. 1 (I, 1099s.). [6] *Decretales*, compil. II, lib. IV, tit. 2, c. 1 (p. 203s.); compil. Greg. IX, ib., c. 12 (II, 677). [7] Resp. verba litterae: « Si quis sponsam filii oppresserit, et post filius eius eam duxerit, pater postea non habeat uxorem, nec mulier virum; filius, qui patris facinus ignoravit, aliam ducat » (p. 923, lin. 3-6); ex *Decreto*, C. 27, q. 2, c. 32 (I, 1072). [8] *Glossa in Decretum*, C. 27, q. 2, c. 31: « Quidam... licita vero coniugia eis non negentur », *Glossa:* « Post mortem sponsi, si erat sponsa de praesenti » (col. 2007).

Num. 15: anon. P, f. 181r; anon. Tr, f. 196b-c. — Num. 16: anon. P, f. 181v.

tra hoc est supradictum: «Decretum est ut quamvis nupta» etc.
T 173d [923, 12]. Hoc enim falsum videtur, quia si per verba de || praesenti eam desponsasset, licet postmodum a patre sponsi corrumperetur, sibi non fieret praeiudicium quin contracto matrimonio uteretur, ut *Extravagantibus III*, De eo qui cognovit consanguineam uxoris suae, cap. *Discretionem*[1]. — Contra, *Extravagantibus I*, eodem titulo, *Veniens*[2], et De divortiis, *Si quis*[3]. — Sed haec capitula correcta sunt per illud in *Extravagantibus III*. Posset tamen illud cap. *Veniens* exponi, ut quibusdam placet[4], de sponsa per verba de futuro, et sic tenet. Illud de divortiis intelligunt de separatione quantum est in viro, ut scilicet non petat, sed exactus reddat; et sic tenet.

17. [**Si quis sponsam alterius rapuerit,** 923, 20]. Sed numquid poterit eidem raptor copulari per matrimonium? Non videtur: per hoc quod dicitur XXXVI, quaestione 2, *Si quis virginem vel viduam*[5], ubi prohibetur ut nullatenus raptas vel furatas vel seductas ii qui rapiunt habeant uxores, quamvis postmodum conveniant aut eas dotaverint vel nuptialiter eas acceperint cum consensu parentum. — Contra, eadem quaestione,
A 164b cap. *Tria*[6]; et *Extravagantibus III*, || De raptoribus, *Accedens*[7]; et Deut. 22, in fine[8], ubi raptor cum rapta contrahere permittitur. — Respondemus: dicunt quidam[9] quod illud quod hic dicitur, cum suis concordantiis, intelligitur de eo qui rapuit sponsam alterius; ducta in contrarium, de eo qui rapuit solutam. Hoc autem non videtur verum, cum sponsa de futuro, postquam corrupta fuerit a raptore, possit in alium a sponso consentire sicut soluta, ita ut firmum sit matrimonium;

1 supradictum] quod supra dictum est BET. 3 eam] eandem T. 4-5 matrimonio] matrimoniali B. 7 et] idem T. 11 intelligunt] intelligitur E. || separatione] separare in B. || in *om.* A. 14 raptor] raptori E. || matrimonium] quod *add.* B. 16 ut] quod B. 17 rapiunt] rapuerunt E. 18 acceperint] susceperint BET. 23 concordantiis] circumstantiis E. 24 ducta] dicta T. 26-27 a sponso consentire] sponso consentiente T. 27 firmum] infirmum T.

1 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 9, c. 1 (p. 386); compil. Greg. IX, ib., tit. 13, c. 6 (II, 698). 2 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 13, c. 3 (p. 109); compil. Greg. IX, ib., c. 2 (II, 696s.). 3 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 6: *Si aliquis* (p. 116); non ponitur in compil. Greg. IX. 4 *Glossa* in cap. *Veniens* (col. 1500). 5 *Decretum* Gratiani, C. 36, q. 2, c. 5 (I, 1290). 6 Ib., c. 8 (I, 1291). 7 *Decretales*, compil. III, lib. V, tit. 9, c. 1 (p. 407s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 17, c. 7 (II, 810). 8 Deut. 22, 28-29. 9 *Glossa in Decretum*, C. 36, q. 2, c. 1 (col. 2462).

Num. 17: anon. P, f. 181v. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 663.

et ita, ut videtur, si postea consenserit in raptorem, verum est matrimonium. — Quod concedunt a l i i [1], dicentes hoc dictum abrogatum esse per alia capitula. A l i i dicunt quod hoc quod hic [dicitur] dictum est de rigore, aliud vero de dispensatione intelligitur.

18. || **Et sciendum est** [924, 5]; **viduae maritus** [924, 8]. B 158v *a.* Quaeritur quae ratio huius irregularitatis. — R e s p o n d e m u s: per oppositionem ad rationem sacramenti, quod est sacramentum unitatis. Sicut enim requiritur unitas ex parte sponsi, ex parte sponsae similiter, ut non cum multis contrahat.

b. Sed cum non sit ibi peccatum, qualiter est ibi poena peccati ? Irregularitas enim quaedam poena est. — R e s p o n d e m u s: poena habet duos respectus: unum ad illud pro quo punitur, alium ad eum qui punitur, habito respectu ad finem. Est enim quaedam poena promovens, quaedam damnans, quaedam satisfaciens. Irregularitas autem, cum dicat inidoneitatem respectu sacramenti unitatis ecclesiasticae, ponit poenam non pro peccato, sed pro similitudine peccati: significat enim intensionem concupiscentiae et est poena promovens. Si enim aliquis patienter ferat irregularitatem, cedit ei in augmentum boni.

DISTINCTIO XXVIII.

1. Praemissae autem sententiae [926, 1]; **et legibus dotetur** [926, 15]. *a.* Nota quod haec pertinent ad solemnitatem benedictionis nuptialis. Si puella sit, desponsetur obvelata manu; si corrupta, manu discooperta. Et primo ponet sponsus in pollicem anulum, dicens: 'In nomine Patris'; et post in indicem et dicat: 'et Filii'; et postea in medium et dicat: 'et Spiritus

1-2 et... matrimonium *om.* (*hom.*) A. 3 per] ab B. || dicunt *mg.* A^2. || quod hoc *exp.* A. 4 quod hic *om.* T. 5 intelligitur *om.* B. 7 quae] est *add. interl.* B. || huius] sit T. 8 oppositionem] oppositum BT. 9 sponsi] et *add.* ET. 16 inidoneitatem] idoneitatem AT. 18 significat] signat B. 19 enim] autem B. 22 Dist. XXVIII] hic quere distinctionem E. 26 si... manu *om.* (*hom.*) A. || ponet sponsus] pone sponso B. 28 postea] post B.

[1] *Glossa in Decretum*, C. 36, q. 2, c. 4 (col. 2464).

Num. 18: anon. P, f. 182v. — Num. 1: anon. P, f. 184r-185r; anon. V, f. 155r. De iis plura ap. E. Martène, *De antiquis Ecclesiae ritibus*, lib. I, c. 9, a. 5, ordo IV-X (Antverpiae 1763, II, 129-135).

Sancti'. Et dicat sponsus: « De isto anulo te sponso ». Deinde
E 292v dicantur || orationes ad benedicendum. Post, antequam dicatur 'Pax Domini', fiat oratio pro sponsa, et post datur osculum sponso. Post datur benedictio thalami, et deinde benedictio super eos in lecto, ubi petitur custodia angeli a malo.

b. Potest autem quaeri propter quid desponsabilis est virgo manu velata, altera vero, non virgo, discooperta. Videtur enim potius contrarium: velamen enim signum est verecundiae, ut I ad Cor. 11, 15, et Gen. 20, 16, ubi dicitur: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo; hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, et quocumque perrexeris, memento te deprehensam.* — Respondemus: secus est de velamine capitis et de velamine manus. Velamen enim capitis ad velandam verecundiam datur, et ne excitentur homines ad concupiscentiam. Velamen autem manus est in signum quod adhuc non est facta sponsio ad contrahendum ut fiat commixtio, ex qua contrahitur corruptio, quia scilicet nudis manibus fiunt pactiones.

c. Ratio secundi est, quod ideo ponitur anulus in illos tres digitos et quiescit super medium, quia, cum motus procedat a corde et expandatur principaliter super illos articulos; anulus autem significet perpetuitatem propter sui circulationem, ratione vero metalli significet incorruptionem: aurum enim est metallum incorruptibile: datur anulus ad designandum amorem consensus, in quo est inseparabilitas, utroque vivente. Vel, secundum canones [1], transfertur post ad quartum digitum. Sicut enim anulus datur episcopo in signum quod constitutus est sponsus Ecclesiae, sic et mulieri datur in signum desponsationis. Imponitur in quarto digito a pollice, eo quod « ex [2] ipso vena quaedam usque ad cor pertingat ». In signum ergo
A 164c principalis motus cordis, qui est amor et ipsa voluntas, || quiescit anulus super illum digitum. — Olim etiam apud Romanos [3] solebant anuli dari cum distinctione; nam servis ferrei,

2 dicantur] dicuntur B. 4 Post datur] et p. detur E. 6 autem *om.* E. 7 vero *om.* BE. || virgo] manu *add.* E. 7-8 enim... contrarium] debere fieri e contrario E. 9 mille] centum B. 10 in] ad E. 12 capitis... velamine *om.* (*hom.*) B. 13 velandam] velandum BT. 14 ad concup. *om.* T. 15 sponsio] sponsatio E. 15-16 contrahendum] et *add.* BE. 18 secundi... quod B, secunda... quia AET, *om.* est A. || anulus *om.* B. 20 expandatur] extendatur T. || principaliter *om.* B. || illos] digitos vel super illos *add.* E. 21 circulationem *ita* (*pro* circularitatem ?) *codd.* 25 transfertur] confertur B. 29 pertingat] contingat E. || ergo] vero B. 32 nam] non A. || servis] dabantur *add.* E.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 30, q. 5, c. 7: *Feminae*, § 3 (I, 1106). [2] *Decretum*, l. c.
[3] Isidorus, *Etymologiae*, XIX, c. 32, n. 3 (PL 82, 701s.).

libertinis argentei, liberis aurei dabantur. In quo significabatur quod, quia servi accipiunt spiritum timoris, ferreum accipiunt, quorum animus dura quadam necessitate sub iugo timoris || domatur. Libertinus autem, qui iam coepit ab huius- T 174a
modi servitute spei fiducia liberari, nec tam cogitat quid debeat metuere de suppliciis, quam quid debeat sperare de praemiis, argenteum in significatione suscepit, eo quod in eloquiis Scripturarum praemium quod sibi promittunt pia aviditate liceat considerare. Liber, cuius intentio simul et actio virtutis fulgore radiante circumfulget, anulum aureum significative suscepit. Ex quibus perpenditur propter quid anulus [aureus] datur Deo desponsatis, ut virginibus sanctimonialibus, argenteus autem homini desponsatis, in signum praeeminentiae et dignitatis.

d. Oportet etiam considerare tria verba quae ibi dicuntur, ut primum ad Patrem, secundum ad Filium, tertium ad Spiritum Sanctum referatur. Anulus enim sphaericus est; propter quod aeternitatem significat, [quae refertur] ad Patrem; in sponsatione vero promittitur perpetua coniugalis societas. — Aurum vero ad cognitionem pertinet, in quo significatur communis provisio necessariorum. In hoc etiam significatur honor communis tribuendus ad invicem; in quo ulterius significatur honor sponsi Christi et sponsae Ecclesiae. — In hoc autem quod dicitur: 'de ista dote doto te', cum dos proprie dicatur quod datur viro a sponsa, hic accipitur e contrario, quod datur sponsae a viro: in quo significantur illae dotes quae dabuntur in patria animae fideli desponsatae a Deo; et ita in hoc significatur donum quod appropriatur Spiritui Sancto. In patria vero erit aeterna comprehensio cogniti in specie et dilecti in se ipso dono. Quae tria possunt designari per hoc quod dicitur de isto anulo, de isto auro, de ista dote.

e. Et licet debeat fides esse mutui servitii in coniugibus, specialiter tamen debet esse mulier subiecta viro. Et ideo, post iam dicta, in signum huius procidit sponsa ad pedes sponsi. — Ut conferatur illis specialis gratia, si digne inierunt spon-

1 signif.] designabatur E. 2 quia *om.* T. 5 spei] sub B. || nec] neque B. || cogitat] cogitet *codd.* 7 in[1]] sub B. 9 Liber] vero *add.* BE. 10-11 suscepit] suscipit T. 12-13 ut... desponsatis *om.* (*hom.*) A. 15 etiam] autem T. 17 sphaericus] circularis B. 18 quod *et* significat *om.* B. 21 necessariorum] et *add.* T. 23 et] honor *add.* E. 24 de ista *om.* B. 25 e] a A. 28 quod appr.] appròpriatum B. || vero] enim BE. 29 aeterna *om.* A. || in specie *om.* T, in re vel in specie E. 35 specialis] spiritualis A.

salia, dicuntur orationes ad benedicendum; et est ista gratia quae petitur ad bona Matrimonii obtinenda.

f. Si quaeritur propter quid servitium fit de Trinitate in nuptiis, respondemus quod in Matrimonio requiruntur tria bona, quorum unum specialiter refertur ad Patrem, alterum ad Filium, tertium ad Spiritum Sanctum. Bonum prolis, scilicet spes prolis ad cultum Dei, ad Patrem refertur: Patri enim attribuitur generatio aeterna, sponsis vero aut coniugibus spes generationis temporalis, quae referri debet ad regenerationem,
E 293r quae regeneratio || ad generationem aeternam refertur. Fides
B 159r vero communis || officii, quae debet esse in coniugibus, attribuitur Filio; inseparabilitas, quae est bonum sacramenti, Spiritui Sancto, qui est nexus et amor communis Patris et Filii. Hac ergo ratione cantatur de Trinitate, ut quasi specialiter tota Trinitas in suis bonis sanctificet Matrimonium.

g. Oratio autem quae fit specialiter ante 'Pax Domini', fit ideo, quia in muliere tamquam perficiuntur bona Coniugii; et est ille sexus infirmior, et ideo speciali gratia indiget, quae illa oratione petitur. — Iis autem exsistentibus, oratur eis 'pax Domini', scilicet pax interior et exterior. Datur autem osculum prius sponso et post sponsae, quia *caput viri Christus est, caput autem mulieris* est *vir*, ut I ad Cor. 11, 3. Ideo mediante viro descendit osculum pacis a Christo capite, cuius vicem tenet praelatus in Ecclesia, in sponsam. — Et quia *proni sunt sensus hominis ab adolescentia in malum* [1] et semper viget in nobis concupiscentia, maxime autem in illis qui se quasi obligaverunt ad huiusmodi debitum solvendum, datur benedictio thalami et benedictio super eos in lecto, ubi petitur custodia angeli a malo,
A 164d sicut angelus || custodivit Tobiam cum uxore sua ne a daemonibus vexarentur[2]. Haec autem benedictio solet aliquando non fieri super secundo contrahentes, ut significetur quod in iis non

---

1 est *om.* B. 3 Si] sed BE. 4 quod] quia E. 7 refertur *om.* E. 10 regeneratio] generatio E. 14 ut *om.* A. || specialiter] spiritualiter A, principaliter B. 15 bonis] donis B. 16 fit specialiter] est spiritualiter A. 16-17 fit ideo] non fit B. 19 oratur] orant A, datur T. 20 pax *om.* T. || et] pax *add.* B. 22 est *om.* BE. 24 praelatus] sacerdos E. || sponsam] sponsa scilicet E. 25 hominis] hominum BE. 25-26 ab... autem *om.* B. 26 quasi *om.* B. 27 huiusmodi] factum vel ad huiusmodi *add.* E. 29 Tobiam] a malo *add.* B. 30 non *om.* T, *exp.* E. 31-1 (p. 481) non... manifestatur *om.* T.

---

1 Gen. 8, 21. 2 Tob. 6, 14-22.

servatur unitas sacramenti, et quia in iis manifestatur pronitas incontinentiae sive carnalis concupiscentiae.

2. Et a parentibus sponsetur [926, 15]. Quid si parentes iurando spoponderunt pro minoribus, et illi venientes ad aetatem dissenserint? peierantne parentes? — Respondemus: cum non iurant pro facto proprio, sed alieno, non peierant, si adhibuerint diligentiam quam possunt.

3. Non quantum ad honestatem [927, 2-3]. Non tenet illud quantum ad iudicium Ecclesiae, quae non iudicat nisi de manifestis [1].

4. Hic quaeri debet, an carnalis copulae [927, 24-25]. Non sufficit haec divisio, quia haec concurrunt in concubina, ut XXXII, quaestione 2, *Non omnis* [2].

5. Nisi Deus aliter [927, 29]. Non est dubitatio de impletione verborum, sed deliberatio fuit congruentiae, quomodo staret hoc cum proposito.

6. Id est, me non cognituram [928, 1]. Aliud est propositum, aliud est votum; primum intra, reliquum extra. Cum enim exprimitur per verba, significatur voluntas plena, quae tunc dicitur, cum coniungitur actui vel operis vel sermonis.

7. Videtur facta rea [928, 6]. I ad Tim. 5, 11: *Nubere volunt*, Glossa [3]: «Voventibus non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est».

8. Cognituram proposuerat [928, 4]. Nota quod non voverat beata Virgo cum angelus dixit ei, sed vovere disposuerat et virginitatem conservare, nisi Deus aliter disponeret vel Lex prohiberet. Et ideo licite potuit contrahere Matrimonium

---

1 servatur] significetur B, salvatur E. || iis] eis BE. 2 incontinentiae... concupiscentiae] concup. sive incontinentie E, incontinentie fuit carn. concupiscentia T. 3 si] sibi A. 4 spoponderunt] spoponderint T. 6 iurant] iurent BE. || pro facto] peccato suo B. || proprio] proposito T. 7 adhibuerint] adhibuerant B, adhibuerunt E. || possunt] potuerunt E. 11 debet] solet E. || carn. copulae] carnis copulatio A, carnalis copulatio E, car. concu. copu. T. 14 dubitatio] dubium B. 15 sed] etsi T. 17 est[2] *om.* B. 18 est *om.* BET. 23 Voventibus] volentibus ABT, nubere *add.* T. || etiam *om.* E. 24 est *om.* B. 25 Nota] notandum B. 26 angelus *om.* B. 27 conservare] servare B. 28 potuit] poterat B.

---

1 *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 5, c. 23 (col. 2144); et ipsum *Decretum*, dist. 32, c. 11; C. 11, q. 3, c. 75 (I, 120, 664). 2 *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 2, c. 12 (I, 1123). 3 Lombardi in h. l. (PL 192, 353 D).

Num. 4-8: anon. P, f. 186r.

stante illa conditione. Quantumcumque autem fuerit solemne votum, intelligitur: excepta auctoritate superioris cui in hoc tenetur, ut *Extravagantibus III*, De iureiurando, *Veniens* [1].

DISTINCTIO XXIX.

1. Oportet autem etc. [929, 4]. XXXII, quaestione 6, *Indignantur* [2], dicitur quod minor metus excusat feminam quam
T 174b virum. Metus hic || dicitur qui potest cadere in constantem virum [3]: si quis cum armis minatur alterius mortem vel mutilationem, vel corruptionem uxoris vel filiae, vel corporalem servitutem.

B 159v **2.** || **Verumtamen qui inviti et coacti** [930, 2-3]. Quare haec duo impedimenta tantum hic tangit, cum infra agat de impedimentis ? — Respondemus quod intendebat determinare hic causam efficientem Matrimonii, quae est consensus, qui omni modo debet esse voluntarius. Cum ergo voluntarium sit « cuius principium est in ipso cognoscente singularia in quibus operatio » [4], quia coactio impedit 'principium in ipso': tunc enim est in alio; et error impedit cognitionem 'singulorum', id est principalium circumstantiarum, ut error personae etc., ideo principaliter de his duobus hic tangit. Consensus enim sunt voluntarii.

---

2 intelligitur] excipitur E. || cui] nam T, hec enim est supra ipsum votum: huic enim E. 5-6 Indignantur] ubi *add.* T. 8 cum] enim B. || alterius] alicuius E. 10 servitutem] servientem A. 11 et] vel T. 12 tantum *om.* T. 13 quod] quia E. 15 qui... modo] quoniam omnino E. || Cum] est T. 16 sit *om.* AT. || singularia] singula iura A. 16-17 quibus] est *add.* BET. 18 enim *om.* A. || alio] aliquo AE, alia B. 19 principalium] principium A. 21 sunt voluntarii] super voluntarium B.

---

1 *Decretales*, compil. III, lib. II, tit. 15, c. 1 (p. 307); compil. Greg. IX, ib., tit. 24, c. 16 (II, 364s.). 2 *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 6, c. 4 (I, 1139). 3 *Decretales*, IV, tit. 1, c. 15 (II, 667). 4 Aristot., *Ethica Nicom.*, III, c. 1 (Bekker, 1111a 22-24; Didot, II, 26 12-14); *Ethica Vetus* (ed. C. Marchesi, p. xiii, lin. 10).

Num. 1-2: anon. P, f. 187r, 188r. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 5 (f. 52c); Bonav., hic, q. 1 et dub. 1 (IV, 699s., 704).

DISTINCTIO XXX.

1. Nec solum coactio [930, 18]. Quia in libero arbitrio duo sunt, ratio et voluntas, contra rationem est error, contra voluntatem coactio.

2. Error personae [930, 22]. *a*. Nota, ad hoc quod error personae dirimat matrimonium, quis sit error. Necessarium est quod aliquam notitiam habeat personae illius absentis, per visum vel per auditum vel per famam, quam credit esse istam praesentem. Unde, cum consentit in illam absentem, quam putat praesentem, non consentit in praesentem; et sic non est matrimonium, quia in persona erratur. Persona autem est hic principalis circumstantia quam debet non ignorare. — Si vero mulier non habet notitiam de persona absente, non errat in ea, sed decipitur. Ut si aliquis Anglicus, veniens ad aliquam nobilem, dicat se esse || de regio sanguine; si contrahit illa cum A 165a illo, non impeditur matrimonium. Decipitur enim in qualitate, non autem errat in persona. In penitus enim ignotum non potest esse consensus, ut [dicit] Augustinus in libro *De Trinitate* [1]: Non visos diligere possumus, non autem incognitos.

b. Nota: ingenua si contrahit cum servo scienter vel e converso, non evacuatur matrimonium; si vero ignoranter, evacuatur, si credit liberum, ut XXIX, quaestione 2, *Si quis ingenuus* [2]. — Sed adhuc distinguitur: si enim post contractum cognoscit conditionem, et consenserit verbo vel facto, tenet, ut *Extrava-*

---

8 vel per[1]] et B. 9-10 putat] credit E, esse *add.* T. 10 non... praesentem *om.* (*hom.*) A. 11 quia] quoniam T. || autem *om.* B. 14 Ut] unde T. || Anglicus] ignobilis B. 15 dicat] dicens AE. 16 impeditur] impedit B. || qualitate] quantitate A. 17 In[2] *om.* B. 18 in *om.* B. 20 Nota] quod *add.* B. || si *om.* A. 21 non] vel A. || matrimonium... evacuatur *om.* (*hom.*) A. 23 si enim *om.* T. 24 conditionem *om.* B.

---

1 Lib. VIII, cc. 4-5; lib. X, c. 1 (PL 42, 951s., 971ss.). 2 *Decretum* Gratiani, C. 29, q. 2, c. 4 (I, 1093).

Num. 1: anon. P, f. 188v. — Num. 2: anon. P, f. 188v; anon. Tr, f. 197c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 1 (f. 50c-51a); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 164c); Bonav., hic, q. 1 (IV, 707s.); maxime *Glossa in Decretum*, C. 29, qq. 1-2 (col. 2044, 2048), unde haec deprompsit Alexander.

gantibus I, De coniugio servorum, *Proposuit* [1], et *Extravagantibus III*, *Ad nostram noveris* [2]. || Et nota quod error servilis E 293v conditionis impedit contrahendum et dirimit contractum, sed non paris vel melioris conditionis; [ut si quis servilis conditionis] contrahit cum ancilla quam credit liberam, quia non habet quid ei obiciat, ut XXXII, quaestione 6, per totum [3], et *Extravagantibus I*, De divortiis, *Significasti* [4]; vel si liber contrahit cum libera quam credit ancillam.

3. Ille tamen qui cognovit [931, 21]. *a.* Contra: illud, scilicet coire cum non sua, est malum in genere, quod nullo modo potest bene fieri; et si hoc, quomodo excusatur?

b. Item, quaeritur: si est in caritate, mereturne tali actu? Quod non, videtur supra, in fine tertii [5], per Augustinum in *Enchiridion* [6]; et *83 Quaestionum* [7] dicit quod deceptio non fit in aliquo nisi in peccatore. Et ita relinquitur in peccato fuisse.

c. Respondemus non oportere deceptionem esse in isto ex proprio peccato, sed ex alterius. Et dicendum quod malum in genere dupliciter sumitur. Sicut bonum in genere, vel cum est genus boni, vel cum est debita materia in actione; similiter malum in genere dupliciter sumitur: et ratione finis, et ratione materiae [8].

4. Non est error periculosus [931, 24]. Contra: talis error est semper ad subversionem. — Respondemus: 'periculosus' dicitur dupliciter. Vel quia periculum peccati est in

1 et] ut AB. 2 noveris *Decr.*, notitiam *codd.* 3-4 sed non] si vero T. 5 contr. cum ancilla] *praem.* cum *et add.* servus E. || liberam] non dirimit *add.* E. 6 XXXII] xxx. A. || 6] ii. *codd.* 7 vel] ut B. 9 Contra] dicitur B. 10 scilicet *om.* B. || quod] quia B. 14 dicit] enim *add.* T. 17 decept. esse] exceptionem A. 18 isto] iusto B. || ex[2]] peccato *add.* T. 19 sumitur] dicitur BET. 19-21 Sicut... sumitur *om.* (*hom.*) B, dicitur *pro* sumitur ET.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 9, c. 2 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 692). 2 Ib., compil. III, lib. IV, tit. 7, c. 1 (p. 385); compil. Greg. IX, ib., tit. 9, c. 4 (II, 692s.). 3 *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 6 (I, 1139s.). 4 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 4 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 4 (II, 721). 5 In litt., III, d. 38, c. 5 (p. 724), vel in *Glossa* Alex. super h. l., nn. 12-13 (p. 501ss.). 6 Cap. 19 et 21 (PL 40, 241, 243). 7 Quaest. 53, nn. 1-2 (PL 40, 35s.). 8 Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 36, nn. 8-10; d. 40, n. 2 (pp. 357ss., 385s.); *In III Sent.*, d. 38, nn. 8, 18 (pp. 469, 506).

Num. 3: anon. P, f. 189v. — Num. 4: anon. P, f. 189v. Cf. Bonav., hic, dub. 2 (IV, 711s.).

ipsa credulitate; sic non est periculosus. Vel quia periculum potest accidere ex tali credulitate; sic est. Item, periculosus est error, si sit creatura angelica etiam de bonis, sed tamen adoretur.

5. || **Praemissis aliquid addendum** [932, 5]; **in coniugalem societatem** [932, 9]. Obligantur ad fidem mutuae castitatis, mutuae exhibitionis necessariorum, mutuae servitutis; sub quo intelligitur obligatio debiti carnalis. Unde non semper exigitur tertium membrum. B 160r

6. Consensit copulam [932, 15]: scilicet animorum. **Servare volebat** [932, 16]. *a.* Quid est quod Maria votum castitatis emisit, cum opprobrium esset in Lege non relinquere semen super terram, sicut de Rachele, Gen. 30, 23, et in 4 Ruth, 14-15. — Praeterea, videtur quod fecit contra votum suum consentiendo in matrimonium, quia *mulier non habet potestatem sui corporis* etc. [1]; et ita, si vir vellet, teneretur ei reddere debitum. Et ita, quantum in se erat, fecit contra votum vel propositum.

b. R e s p o n d e m u s quod non fuit votum, sed propositum continentiae; quod ambo post compleverunt exsistentes in coniugio. Contra hoc autem facere non est, sed supra hoc, si fiat auctoritate superioris. — Quod autem dictum est, esse opprobrium, verum est quoad illas mulieres quae vacabant generationi. Dictum est enim Deut. 7, 14: *Benedictus eris inter omnes populos; non erit apud te sterilis.* Hoc autem erat opprobrium, quia populus Dei parvus erat comparatione ceterarum gentium, et ita oportuit multiplicari. Illa ergo videbatur subiacere poenae, quae non suscitabat semen.

---

2 est[1]] periculosus *add.* B. 3 sed] si BET. 5-10 in... animorum *om.* B. 8 exigitur] exigeretur T. 11 quod] beata virgo *add.* B. 12 opprobrium] approbatum AT. || semen *om.* B. 13 terram] cum *add.* B. 14 Praeterea] postea A. || suum] illud T. 15-16 sui corporis *om.* BET. 19 Resp.] respondendum T. || Respondemus... propositum *om.* (*hom.*) B. 20 post *om.* B. 21 supra hoc si] supple nisi B. 24 7] in fine *codd.* 27 ergo] sic B. 28 poenae] penali maledictioni B. || semen] reputavit peccatum impotentie *add.* B.

---

[1] I Cor. 7, 4.

Num. 6: anon. P, f. 190v; anon. Tr, f. 197c-d; anon. V, f. 156b. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 218, 231; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 2, q. inc. (f. 44d-45a); Hugo de S. Caro, hic: « Sed qr quomodo B. Virgo votum castitatis emisit, quia in Lege dicitur... Item videtur quod B. Virgo fecit contra votum suum » etc. (Assis. 131, f. 165c); Alb. Magnus, hic, aa. 8-12 (XXX, 218ss.); Bonav., hic, q. 2 (IV, 708ss.).

T 174 c A 165 b **7.** || **Inter** [a] **quos, ut ait Augustinus** [932, 26]. Sacramentum est sacrum signum [745, 19]. || Plus habuit ergo illud sacramentum de sanctitate et minus de significatione [1].

8. Ipsum Dominum [933, 12]. Augustinus in libro *De virginitate* [2]: «Mater est Virgo spiritu, non capitis nostri quod est ipse Salvator, ex quo magis illa spiritualiter nata est, quia omnes qui in eum crediderunt, in quibus et ipsa est, recte *filii sponsi* dicuntur [3]; sed plane mater membrorum quae nos sumus, quia cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, quae illius capitis membra sunt; corpore, ipsius capitis mater. Oportebat enim caput nostrum, propter insigne miraculum, secundum carnem nasci de Virgine, quo significaret membra sua de virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura. Sola ergo Maria et spiritu et corpore mater et virgo: mater Christi et virgo Christi. Ecclesia vero in sanctis Deum possessuris, spiritu tota mater Christi et tota virgo [Christi]; corpore autem non tota, sed in quibusdam virgo Christi, et in quibusdam mater, sed non Christi».

9. Fidem [933, 12]: id est fidelitatem. — **Quia nullum divortium** [933, 13]: legitimae enim fuerunt personae.

10. Quae sit causa efficiens [933, 28]. [Efficiens] causa Matrimonii alia per se, alia per accidens. Per accidens, ut divitiarum adeptio et pulcritudo mulierum et huiusmodi. Causa vero efficiens per se, aut incipiens, aut perficiens. Incipiens:

a (1-3) **Perfectum quidem non in significatione** [932, 27]. Cum sacramentum sit signum sacrae rei, plus trahit de ratione sanctificationis quam significationis. Et ideo dicit: 'Perfectus (!) in sanctitate, non in significatione'; quoniam plura significantur ubi carnalis copula, qua coniunctio corporis mystici cum Deo et fidelis animae (B).

10 corpore] vero *add.* B. 12-13 quo... virgine *om.* (*hom.*) B, quod *pro* quo T. 14 mater[2] *om.* T. 15 et v. Christi *om.* (*hom.*) ABT. 16 et *om.* BE. || tota[2] *om.* T. 17 et *om.* BE. 19-20 Fidem... personae *om.* B. 21 efficiens[1]] nota quod *add.* B. 22 Per accidens *om.* AE. 22-23 divitiarum B, divitie AET. 23 et[1] *om.* BT. || huiusmodi] consimilia B. 24 vero... se] efficiens alia per se, alia per accidens efficiens, alia formalis, alia materialis, alia finalis. Efficiens B. 25-29 Perfectum... animae *ita loco* Inter... significatione (1-3) B.

[1] Cf. supra, d. 26, n. 2 et n. 7, § *c*. [2] Cap. 6, n. 6 (PL 40, 399). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 3, n. 23 (p. 47). [3] Matth. 9, 15.

Num. 10: cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 217; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 2 (f. 44c-d); Hugo de S. Caro, d. 26 (Assis. 131, f. 162b); Alb. Magnus, hic, a. 13 (XXX, 226s.).

consensus per verba de praesenti inexpressus, aut per verba de futuro. Perficiens: expressus consensus per verba de praesenti. Item perficiens, aut in anima aut in corpore. In anima: consensus animorum per verba de praesenti expressus. In corpore: carnalis commixtio, praecedente consensu. — Causa materialis: legitimae personae ad contrahendum. Quae autem sint illae, infra dicetur [1]. — Formalis: unio animorum ad individuam vitae consuetudinem: et haec est formalis quantum ad esse; quantum autem ad quoddam bene esse: prolis procreatio, traductio in thorum. — Finalis vero necessaria, aut in bonum, aut a malo. In bonum, ad officium: susceptio prolis ad cultum Dei. A malo: sic est remedium ad vitationem fornicationis. Finalis expediens, ut || «inimicorum reconciliatio vel pacis red- E 294r integratio» [934, 7].

11. || **Explere desiderium** [934, 10]. Quatuor de causis potest B 160v quis accedere ad uxorem. Prima est causa prolis habendae; secunda est causa reddendi debitum; tertia, causa fornicationis vitandae. Et[a] hae tres causae sunt sine peccato. Quarta, causa libidinis; et hoc veniale est si non faceret nisi uxor vellet; mortale, si omni modo vult explere hoc.

12. Et licet fine [934, 24]. **Habuit autem coniugium** [934, 28]. Si beata Virgo sine viro esset et inveniretur gravida, damnaretur tamquam adultera, quia erat de genere sacerdotali [2];

a (18-20) In his tribus modis potest fieri meritorie. Quarta causa accedit, scilicet libidinis explendae. Hoc autem non fit sine peccato, sed aliquando veniali, aliquando mortali. Veniali, ut si non faceret nisi uxor vellet, ad hoc quodam modo cogeret; mortali, si omnino [vult] explere

1 consensus] ut B. || inexpr.] expressus BE. 2 futuro] expressus *add.* B. 2-3 expressus... perficiens *om.* (*hom.*) B. 4 expressus *om.* B. 5-6 materialis] est *add.* B. 6-7 Quae... dicetur] de quibus infra B. 7-8 ad... consuetudinem *mg.* A², *om.* ad T. 10 necessaria] aut expediens, necessaria *add.* B, *quod om.* (*hom.* ?) AET. 12 est *om.* B, in *add.* BE. 13-14 redintegratio] integratio A. 15 Quatuor] nota quod *praem.* B. 16 Prima est *om.* B. || habendae] et ad cultum Dei educande *add.* (*ex Hug. de S. Caro*) B. 17 tertia] est *add.* B. 19-20 mortale... explere] mortaliter... expresse *mg.* A², mortale est si omnino vult explere E, mortaliter.., explere T. 21 autem *om.* AT. 24ss. In... adulter *ita* (*ex Hug. de S. Caro*) *loco* Et... hoc (18-20) B.

1 Dist. 34. 2 Cf. *Acta SS.* Martii III (Comm. historicus de S. Ioachimo), Antverpiae 1668, 78b.

Num. 11: anon. Tr, f. 198sa. Cf. *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 2, c. 3 (col. 2107); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 225 (p. 202, lin. 22ss.); Hugo de S. Caro, d. 26 (Assis. 131, f. 161d). — Num. 12: cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 165d), a quo pendet ipse anon. V, f. 156d.

quia filiafamilias de genere sacerdotali, deprehensa in coitu illicito, damnabatur secundum Legem sicut et adultera [1]. — Sed contra: Ioseph fuit de tribu Iuda [2]; ergo eius uxor debuit esse de eadem, ut Num. ultimo [3]. — Solutio: ex parte fuit de tribu sacerdotali; et aliter fuit in tribu Levi quam in aliis, quia filiae sacerdotum poterant iungi filiis de tribu Iuda, ut II Par. 22, 11. Et statutum fuit hoc, ne fieret commixtio hereditatum [4]; tribus autem Levi non habuit certam portionem [5].

DISTINCTIO XXXI.

1. Post haec de bonis [935, 4]; **manent inter viventes** [935, 21]: si matrimonium fuerit consummatum; possunt enim ante transire ad frugem melioris vitae [6]. Post consummatum tamen, si alter infidelium transit in fidem, altero pertinace, non tenetur ei, ut XXVIII, quaestione 2, [*Si infidelis* [7]; et *Extravagantibus III*], De divortiis, *Gaudemus* [8].

2. Quod tertium bonum coniugii [936, 13]. Quaeritur quot sunt bona et quae et qualiter, et utrum universaliter concomitentur coniugium.

---

libidinem. Ut dicit Hesychius [9], et sumit a Sixto Pythagorico [10]: « Adulter est uxoris amator ardentior ». Sumit quoad genus peccati, quasi: ita mortaliter peccat sicut adulter (B) [11].

---

1 quia... sacerdotali *om.* (*hom.*) A, *om.* de gen. sacerdotali T. 2 damnabatur] in lege *add.* E. || et *om.* T. 4 eadem] tribu *add.* E. || parte] una *add.* E. 6 Iuda *om.* T. 8 portionem *corr. in* possessionem E. 11 ante *om.* AT. 15 Gaudemus *Decr.*, gaudentes *codd.*

---

1 Levit. 21, 9: *Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro... flammis exuretur.* 2 Matth. 1, 1-16; Luc. 3, 23-33. 3 Num. 36, 6-7. 4 Num. 36, 7-8. 5 Iosue 21. 6 Cf. supra in litt., d. 27, c. 6 (p. 919), et *Glossa* in h. l., n. 4 (p. 468s.). 7 *Decretum* Gratiani, C. 28, q. 2, c. 2 (I, 1090). 8 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 14, c. 2 (p. 392); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 8 (II, 723s.). 9 «In quadam glossa super Leviticum», ait Hugo de S. Caro, l. c.; sed ibi non invenimus. Cf. potius Hieronymus, *In Ezech.* 22, 6-10 (PL 25, 173 C). 10 *Sententiolae*, n. 222 (*Maxima Bibl. vet. Patrum*, III, Lugduni 1677, 337); hic in litt., d. 31, c. 5 (p. 939). Cf. infra, d. 31, n. 14. 11 Textum arbitrarie conflatum ex *Glossa* Alex. et *Comm.* Hugonis de S. Caro hic et saepe deinceps exhibet codex B; quapropter eius utiliores tantum lectiones tunc notabuntur.

Num. 2: anon. P, f. 193v; anon. Tr, f. 198b-c. Cf. Praepositinus, *Summa*, IV (Tudert. 71, f. 136v); Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 224; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4 (f. 46c).

a. Si Matrimonium est sacramentum, aut est idem sacramentum quod bonum suum quod est sacramentum, aut aliud. Non idem, quia illud est bonum suum, et nihil est idem quod bonum suum; ergo duo sunt sacramenta. — Respondemus: sacramentum dicitur multipliciter. Aliquando enim dicitur sacramentum pro sacro signato [746, 1]; aliquando pro sacro signo [745, 19]; aliquando proprietas sive dispositio secundum quam significat. Dicitur ergo bonum Matrimonii 'sacramentum', quod est ipsa proprietas secundum quam Matrimonium dicitur sacramentum. || Haec autem est inseparabilitas coniugalis, A 165c et est signum « coniunctionis Christi et Ecclesiae » [936, 15-16]. In Matrimonio ergo est vinculum ad huiusmodi inseparabilitatem, et ideo inseparabilitas dicitur bonum Matrimonii. — Ad obiectum autem sic respondemus: quod nec est idem sacramentum nec alterum, sed hoc est ab illo sacramentum. Similis quaestio est: anima rationalis est et homo; aut eodem ergo modo dicitur 'rationale' de hoc et de illo, aut non.

b. Item quaeritur: si aliqui coniugati voveant continentiam, non est ibi bonum prolis; ergo haec tria bona non sunt in omni matrimonio. — Respondemus: in illis non est effectus, sed remansit obligatio ad illud ex quo consequitur bonum prolis, vel absoluta vel cum conditione. Et est proles in spe sive in re; unde inter personas ex quibus non potest esse proles, non esset bonum prolis.

c. Item quaeritur quare haec tria bona tantum sunt in Matrimonio. — || Respondemus: Matrimonium habet esse T 174d naturae, et esse moris, et esse relatum ad gratiam. Quoad esse naturae dicitur [1]: *Crescite et multiplicamini;* et secundum hoc est bonum prolis. Quoad esse moris, est fides; quoad esse gratuitum, bonum sacramenti. — Item, Matrimonium habuit institutionem quoad naturam quando dictum est [2]: *Crescite et multiplicamini* etc; habuit institutionem quoad gratiam quando dictum est [3]: *Hoc nunc os ex ossibus meis;* habuit institutionem

2 aut] est *add.* E. 3-4 et... suum *om.* (*hom.*) A. 4-5 Resp.] respondendum T. 5 enim *om.* E. 11 et[1] *ita* (*forte pro* ut) *codd.* || coniunctionis T (*Lomb.*), coniugationis A, communicationis E. 13 ideo] talis *add.* ET. 16 homo] est rationalis *add.* E. 17 modo *om.* A. || et] aut A. 18 continentiam] tunc *add.* E. 22 vel[1]] sed A. || absoluta] absolute E. 24 esset] est E. 25 sunt] sint ET. 31 naturam] gratiam T. 32 etc.] et tunc T, *om.* E. || quando] cum E. 33 meis] est *add.* E.

1 Gen. 1, 28. 2 Gen. 1, 28. 3 Gen. 2, 23.

quoad esse moris cum dictum est [1]: *Relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae.*

d. Item, de tertio dicimus quod 'sacramentum' se habet ad Matrimonium, quod est obligatio in consensu animorum; 'fides' ad individuam vitae consuetudinem; 'proles' ad carnalem copulam, et iis sunt effectus consequentes.

3. Et sciendum [936, 17]; **nec fornicarii** [937, 11-12]. Contra, Hieronymus, super Osee [2]: « Sicut non omnis congregatio haereticorum Christi Ecclesia dici debet, nec caput eorum Christus; sic non omne matrimonium, [quo] cum non viro suo secundum praeceptum Christi coniungitur, rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium ». — Respondemus: dicitur matrimonium inter eos ratione fidei mutuae continentiae vel ratione inseparabilitatis, licet ibi bonum non sit prolis, scilicet spes generationis ad cultum Dei. Nec est in iis matrimonium vituperandum, licet voluptas sit detestanda. Voluptas illa quae est in opere matrimoniali, contracta ex prima corruptione, accipit veniam per bonum nuptiarum, sicut dicit Augustinus, super I Cor. 7, 6: *Hoc autem dico secundum indulgentiam*, Glossa [3]: « Voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed voluptas propter nuptias accipit veniam ». Haec autem voluptas, de qua hic dicitur, est mortalis, nec excusatur per nuptias, sed minor est culpa.

B 161r **4.** || **Quodam modo est mariti meretrix** [938, 9]. *a.* Tales enim personae non sunt legitimae ad contrahendum; ergo nec ille est maritus, nec illa uxor. — Respondemus: vir dicitur 'maritus' ex eo quod mulierem talem maritali affectu cognoscit; vel mulier 'uxor' dicitur eo quod uxorio affectu virum suscepit.

b. Sed obicitur: inter steriles, de quorum sterilitate constat, etiam causa libidinis explendae est matrimonium; ergo,

6 iis] hi T. 7-8 Contra B, *om.* AET. 9 Ecclesia] et ecclesie *codd.* 10-11 cum non] et in A. 11 rite] recte T. 12-13 Resp.] respondendum T. 18 accipit] accepit T. 19 I] ad *add.* E. 20-21 Voluptas... cadit *Glossa*, nuptie non propter voluptatem cadunt *codd.* 22 dicitur] loquitur B. || est *om.* A. 23 nec] neque B. 26 illa] est *add.* T. 28 uxorio] maritali E.

[1] Gen. 2, 24. [2] Immo super Eph. 5, 22 (PL 26, 530s.); in *Decreto* Gratiani, C. 32, q. 2, c. 2 (I, 1120). [3] Lombardi in h. l. (PL 192, 1589 C); ex August., *De nuptiis et concup.*, I, c. 14, n. 16 (PL 44, 423).

Num. 3: anon. P, f. 194v. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 654. — Num. 4: anon. P, f. 194v. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 18 (XXX, 249s.).

ut videtur, procuratio sterilitatis contractum non dirimit nec contrahendum impedit. — Respondemus: hoc concedunt quidam, dicentes procurationem sterilitatis matrimonium non impedire, nisi sub tali conditione contrahatur, scilicet ut || venenum sterilitatis procurent. Cum enim conditio apposita E 294 v sit contra substantiam Matrimonii, recte nihil agitur.

c. Sed contra: isti peccaverunt in bonum Matrimonii directe; ergo, ut videtur, debent privari iure matrimonii; et ita illegitimae sunt ad contrahendum. Sicut qui cognovit uxorem filii sui, ut supra, distinctione XXVII, cap. penultimo: *Vocatur* [923, 1]; et quae iuravit moecho || quod ei nuberet post A 165 d mortem viri, et quae machinata est in mortem mariti, illegitima est, ut infra, distinctione XXXIV, cap. penultimo [957,3-7], et *Extravagantibus I,* De eo qui duxit in matrimonium etc., cap. ultimo [1]; similiter videtur de procurantibus venenum sterilitatis. — Quod concedimus. Si ergo intervenit conditio, non est matrimonium; si subsecuta est procuratio, dirimit contractum, si de communi consensu. Si vero altera persona id fecerit, altera ignorante, non potest persona procurans petere divortium, sed ignorans; nisi procurans poenituerit super maleficio et constiterit de poenitentia.

5. Aut ille adulter [938, 9]. Dictum est supra [2] quod Matrimonium est coniunctio legitima viri et mulieris. Illa ergo coniunctio aut est in altero coniunctorum, aut in neutro, aut in utroque. Si in utroque, et est correspectiva, nec ille est adulter, nec illa meretrix. Si vero in neutro, ergo neuter obligatur: quod falsum est; similiter si non in altero. Si in ambobus: aut ita quod aequaliter, et ita, si hic est maritus, et illa uxor et e converso; si non aequaliter, ergo ex consensu aequali inaequalis obligatio: quod est falsum. — Respondemus quod ali-

---

2 Resp.] respondendum T. 8 iure matrim.] matrimonio T. 10 ut] sicut E, *om.* T. || dist. ... penultimo] d. 1. c. presbyter AET, dist. 29 B. 11 iuravit] proth. *add.* T. 12 viri... mortem *mg.* (*hom.*) A^2. 12 in] post A^2. 13 infra... penultimo] 1. d. c. A, infra 22 d. c. pen. B, infra d. c. presbyter ET. 14 et *om.* A. || etc.] quam polluit per adulterium B. 15 similiter] eadem ratione B. 16-17 intervenit... est[2]] intervenerit... fuerit T. 17 procuratio] veneni *add.* T. 20 sed] persona *add.* B. || ignorans] et potest et debet *add.* B, et (sed E) hoc est verum *add.* ET. || nisi procurans] ubi pr. non E, *om.* procurans A. 23-24 coniunctio aut B, *om.* AET. 25 Si in utroque *om.* (*hom.*) A. || corresp.] coniunctio respectiva B. 27 similiter... non] simpliciter... autem T. 30 Resp.] respondendum T.

---

[1] *Decretales,* compil. I, lib. IV, tit. 7, c. 3 (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (II, 688).
[2] Dist. 27, n. 1.

quando in utroque nascitur obligatio, sed in altero matrimonialis, ut in legitima persona, et in altero non matrimonialis.

6. Item, aut fit contractus sub conditione, aut non. Si sub conditione, aut inhonesta, aut non inhonesta. [Inhonesta], ut: Contraham tecum si hominem interfeceris. Item, aut erit contra Matrimonium, aut non. Si contra Matrimonium, non tenet. Si non contra, pro non adiecta debet haberi, et tenet, ut *Extravagantibus I*, De conditionibus, *Quicumque* [1]; et XXII, quaestione 4, *Inter cetera* [2]. Si vero fuerit conditio contra naturam Matrimonii, ut si dicatur: Contraham tecum si tibi venenum sterilitatis procuraveris, hoc vitiat contractum, ut non sint sponsalia nec matrimonium, ut XXXII, quaestione 2, *Solet quaeri* [3]. — Si vero fuerit non inhonesta, ut: Contraham tecum si pater voluerit, vel
T 175a si dederis centum libras, non tenetur consummare nisi fuerit || conditio adimpleta, licet intervenerit iuramentum, ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus, *De illis* [4]; teneretur tamen, si sit inter aliquos fortius vinculum, ut carnalis copula vel consensus de praesenti: tunc enim videntur a conditione proposita recessisse, ut *Extravagantibus III*, De conditionibus appositis in matrimonio, *Per tuas* [5]. Non tamen illa pecunia promissa debet esse per modum poenae, quia libera debent esse coniugia. — Si vero pure contrahunt, sine conditione: aut ambo sunt maiores aut minores, aut unus maior et alter minor. Si ambo minores, possunt petere solutionem, si venerint ad aetatem, ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus [impuberum], *Ex litteris* [6]. Si vero intervenerit iuramentum, monendi sunt consummare, non

1-2 matrimonialis... matrimonialis] materialis... materialis *codd.* 2 in² *om.* A. 10 dicatur]. dicant A, dicat E. || tibi *om.* T. 10-11 procuraveris] procures E. 12 Solet] autem *add.* T. 13 non *om.* A. || inhonesta] honesta BE. || pater] tuus vel meus *add.* E. 14 dederis] mihi *add.* E. || libras] et *add.* A. || consummare] conservare A. 15 licet] etiam *add.* E. 16 illis] id A, illud ET. || teneretur] tenetur T. || tamen *om.* T. || Si] nisi *codd.* 20 Non tamen] vero non A 23 et] aut T, *om.* E. 26 consummare non cogendi] et non cog. conservare T.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 5, c. 1 (p. 104); compil. Greg. IX, ib. (II, 682). 2 *Decretum* Gratiani, C. 22, q. 4, c. 22 (I, 880s.). 3 Ib., C. 32, q. 2, c. 6 (I, 1121). 4 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 4 (p. 95); compil. Greg. IX, ib., tit. 5, c. 3 (II, 682s.). 5 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 4, c. 1 (p. 383s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 5, c. 6 (II, 683s.). 6 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 14 (p. 101); compil. Greg. IX, ib., c. 11 (II, 676s.).

Num. 6: *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 2, c. 6 (col. 2109); *Glossa in Decretales*, IV, tit. 5, c. 6 (col. 1470s.). Cf. Alb. Magnus, d. 27, a. 15 (XXX, 156); Bonav., d. 28, q. 3 (IV, 691s.)

cogendi, quia invitae nuptiae solent malos habere proventus. — Si vero alter maior vel uterque infra aetatem, qui prius perveniet ad aetatem, exspectare minorem tenetur; et si reclamaverint tunc ambo vel alter, « iudicio Ecclesiae possunt separari », ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus impuberum, *De illis* [1].

7. Item quaeritur de procurantibus venena, utrum omnes sint homicidae et quando non, et utrum sint legitimae personae ad contrahendum. — De prima autem, si est maleficium ut non concipiatur, peccant mortaliter, et reputantur huiusmodi infames personae, III, quaestione 5, *Constituimus* [2]. Si vero conceptus exstinguatur, aut hoc est ex casu, aut voluntate. Si ex casu, adhibita diligentia debita, || non punitur, distinctione 50, A 166a *Quantum* [3]; nisi fuerit ad cautelam, XXXIV, quaestione 2, *In lectum* [4]. Si vero voluntate, aut foetus est animatus, aut non. Si animatus, homicida est; si non animatus, est homicida quoad reatum, non quoad effectum, ut III, quaestione 5, *Constituimus* [5].

8. Qui abortum procurant [938, 13]. Estne talis ab Ordinibus repellendus ? Non, ut videtur, quia non effudit sanguinem, et ita ex homicidio non est irregularis; nec ex alia causa. — Item, Ex. 21, 20-21 : *Si quis percusserit servum, et uno die supervixerit vel duobus, non subiacebit poenae, quia pecunia illius est.* Secundum Legem igitur non iudicabatur talis irregularis; ergo fortius nec iste. — R e s p o n d e m u s : uterque irregularis est, ut III, quaestione 5, *Constituimus* [6].

9. Cum igitur haec tria bona [939, 8]. **Quando enim servata fide thori** [939, 9-10]. *a.* A u g u s t i n u s, *De bono coniu-*

1 proventus] eventus E. 2 aetatem] fuerit *add.* E. 2-3 perveniet] pervenerit E. 8 sint[1]] sunt T. || et utr. sint] et quando sunt E. 9 si E, *om.* AT. 10 peccant] peccat ET. 11 vero] ut *add.* ET. 12 aut[2]] ex *add.* T. 15 est *om.* E. 20 ex[1] *om.* A. 22 pecunia] pena A. 23 iudicabatur] iudicabitur BT. || ergo] multo *add.* B.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 9 (p. 100); compil. Greg. IX, ib., c. 7 (II, 675). [2] *Decretum* Gratiani, C. 3, q. 5, c. 9 (I, 516). [3] *Decretum* Gratiani, d. 50, c. 48 (I, 197). [4] *Decretum* Gratiani, C. 34, qq. 1-2, c. 6 (I, 1259). [5] Ib., C. 3, q. 5, c. 9 (I, 516). [6] L. c.

Num. 7: cf. Alb. Magnus, hic, a. 18 (XXX, 249s.). — Num. 8: anon. P, f. 196v. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 19 (XXX, 252s.); Bonav., hic, dub. 4 (IV, 727s.). — Num. 9-10: anon. P, f. 197v-198r; anon. Tr, f. 199b-c; anon. V, f. 158r. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 225; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4, q. 2 (f. 46d-47d); *Summa Hales.*, II-2, nn. 240, 654-655; Alb. Magnus, hic, aa. 19-20 (XXX, 252ss.); Bonav., hic, a. 2, qq. 1-3, et d. 32, dub. 5 (IV, 721ss., 743s.).

gali [1]: « Bona quaedam sunt nobis data a Deo, quae per se sunt appetenda, ut sapientia, salus et amicitia; quaedam vero propter aliud sunt necessaria, ut doctrina, cibus, coniugium. Quicumque iis quae propter aliud sunt non ad id utitur propter quod sunt instituta, peccat, alias venialiter, alias criminaliter. Qui vero iis utitur ad id propter quod, bene facit; qui vero abstinet, melius ». Ex quo accipitur quod in opere coniugali non est peccatum secundum se. — Sed contra hoc videtur Augustinus, *De fide ad Petrum* [2], in auctoritate supradicta [3], ubi dicitur: « Sine libidine nec est parentum concubitus ». Quid autem sit libido, dicitur in libro *De mendacio* [4]. — Respondemus: libido dicitur dupliciter: secundum habitum et secundum actum. Secundum habitum, est in omnibus descendentibus ab Adam per concupiscentiam seminalem; secundum actum, est in illis qui coeunt causa incontinentiae.

b. Sed adhuc quaeritur: cum quatuor de causis aliquis accedat ad uxorem, sicut supra [5], cap. *Exposito* [933, 28], utrum, si fiat coitus carnalis causa reddendi debitum vel causa vitandae fornicationis, fiat sine peccato. Hic enim tantum exprimitur
E 295 r cum « conveniunt coniuges || causa prolis » [939, 10]. — Respondemus: sicut excusabatur coniugalis concubitus, 'ut non habeat culpam, cum, servata fide thori, causa prolis conveniunt' [939, 10-11]; sic excusatur per bonum Matrimonii quod est fides; immo, etiam meritorium est, cum fit causa reddendi debitum aut vitandae fornicationis. Sed hic motivum est iustitia, illic continentia.

10. *a*. Sed videtur quod non contingat mereri illo actu: per hoc quod dicitur [in] I Petri 3, 7 [6]: « Quotiescumque uxori debitum reddo, orare non possum ». Sed oratio est « pius af-

---

2 et *om.* T (*Aug.*). 3-4 Quicumque] ergo *add.* E. 5 alias[1] *om.* AT. 8 hoc videtur *om.* E. 10 nec] non BE. 12 secundum[2] *om.* AE. 14 Adam] carnaliter *add.* E. 17 cap. Exposito] expositum est T, habitum est in illo *praem.* B. 24 immo] quod amplius est *add.* B. 27 mereri] in *add.* T. 28 per... dicitur *om.* E. || 3 *om.* E, super illum textum: Non impediantur orationes vestre, ibi dicit Ieronimus *add.* B.

---

1 Cap. 9, n. 9 (PL 40, 380). 2 Cap. 2, n. 16 (opus Fulgentii, PL 40, 758). 3 Supra, d. 26, n. 6, § *c*. 4 Cap. 7, n. 10: « Libido quoque ipsa recte definitur: Appetitus animi, quo aeternis bonis quaelibet temporalia praeponuntur » (PL 40, 496). 5 Dist. 30, n. 11. 6 Hieronymus, *Adv. Iovinianum*, I, n. 7 (PL 23, 220 A); aliter *Glossa ordin.* in h. l.: « Quicumque uxori debitum reddit, non potest vacare orationi »; ap. Lyranum (VI, 220v).

fectus mentis in Deum directus »[1]. Sed ille est semper in omni opere meritorio; ergo non est mereri in opere illo.

b. Praeterea, I ad Cor. 6, 18: *Qui autem fornicatur.* Glossa[2]: « Hic proprie servit anima corpori, ita ut nihil aliud in illo momento et experimento huius tam magni flagitii cogitare liceat homini aut intendere, quia mentem captivam subdit ipsa absorbitio libidinis ». — Item, in Glossa[3] super idem: « Sic totus homo absorbetur a carne, ut iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo dici possit caro, ut secundum hoc *duo* possint esse *in carne una*[4] ». Unde accipitur quod in opere coniugali non est meritum. — Et si dicatur quod intelligitur hoc specialiter de coitu illicito, videtur contra hoc, quod dicitur in fine auctoritatis; hoc enim: *Erunt duo* || *in* T 175b *carne una*, intelligitur de [omni] opere coniugali, non tantum de alio.

c. Praeterea, qualiter sunt hi duo actus incompossibiles, coitus coniugalis et oratio ? Si enim verum est quod dicitur I ad Thess. ultimo, 17: *Sine intermissione orate*, semper est orandum; quare semper ab opere coniugali abstinendum. — Praeterea, licet seiuncta || sint opera rationalis et vegetabilis, nihil prohi- A 166b bet converti animam ad utrumque.

d. Respondemus: illi duo actus dicuntur incompossibiles, quia unus est elevatissimus in anima, et fit sermo de oratione interiori. Accipitur enim oratio multipliciter: tum pro actu exteriori, et secundum hoc non sunt actus duo oppositi; tum pro actu bono generaliter, secundum quod dicitur in Glossa[5] super || illud: *Sine intermissione orate:* « Non desinit B 161v orare, qui non desinit bene facere »; similiter etiam pro actu

---

2 in *om.* BE. 3 6] super illum textum *add.* B. 4 illo] ipso BE (*Glossa*). 6 aut] vel T. || captivam] cum pecunia AT, cum potuit E. 9 suus] simul T. 12 intelligitur hoc] intelligatur illud T. || videtur c. hoc] videbitur contrarium B. 13 enim] scilicet E. 15 alio] oratione T. 17-18 ad Thess.] ad Cor. AET (*om.* ad E). 18 ultimo] scilicet *add.* E. 20 nihil] tamen *add.* E. 24 enim *om.* A. 25 duo *om.* BE. 26 pro] omni *add.* E. || generaliter] quia omnis bonus actus quodam modo dicitur oratio *add.* E. || secundum quod] quia E. 27 desinit] cessat E. 28 desinit... facere] cessat... agere E. || similiter etiam] tertio vero modo B. || etiam pro] in T.

---

1 Cf. *De spiritu et anima*, c. 50 (inter opp. August., PL 40, 816); Alex., *In III Sent.*, d. 17, n. 24 (p. 181). 2 Lombardi in h. l. (PL 191, 1584 A); ex August., *Sermo 162*, n. 2 (PL 38, 887). 3 Lombardi, l. c. (PL 191, 1584 B); ex August., *Sermo 162*, n. 2 (PL 38, 887). 4 Gen. 2, 24. 5 Lombardi in I Thess. 5, 17: « Iustus enim nunquam desint orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit » (PL 192, 309 A)

interiori, cum anima rapitur in Deum per contemplationem. Alter vero actus est infimus, in quo fit totus homo caro. Si enim ordinentur vires animae, erit generativa infima; contemplativa, quae est secundum intelligentiam, suprema; quarum duarum sunt actus supradicti. Et ideo determinata sunt tempora in quibus licet orare, et in quibus licet operi coniugali intendere, sicut infra, proxima distinctione, cap. *Et licet debitum* [946, 11].

e. Ad illud vero quod obicitur, si est mereri vel non, respondemus quod est mereri. Sed distinguendum, quia aut fit causa prolis procreandae ad cultum Dei in debitis circumstantiis, aut causa solvendi debitum, aut causa vitandae fornicationis in proximo; quarum una causa respicit Deum, altera se ipsum, tertia proximum. Quacumque istarum causarum fiat propter Deum, meritorium est, si fiat in caritate. Si vero causa fornicationis vitandae in se ipso, non est per se meritorium boni, sed vitatio mali. Si vero causa libidinis explendae, aut principaliter, aut secundario. Si principaliter, mortale; si secundario, veniale quoad hoc.

f. Nec obviat auctoritas Hieronymi[1]: non enim intelligitur de oratione prout communiter sumitur pro opere bono interiori vel exteriori. — Glossa vero I ad Cor. 6, 18, intelligitur de opere libidinoso, ubi totus homo absorbetur a carne. Aliter autem dicuntur esse *duo in carne una* in opere coniugali, et aliter in fornicario. In opere enim fornicario uniuntur secundum naturam, secundum appetitum, secundum commixtionem, et prolem aliquando. In opere coniugali maior est unio, quia unitas fidei et unitas sacramenti. Sed licet maior sit unitas, non tamen maior carnalitas; unde in opere libidinoso dicendus est homo totus caro, non autem in opere matrimoniali. Ibi enim carnalis appetitus omnino vincit spiritualem; hic autem in parte subditus est rationali.

---

1 interiori] scilicet *add.* E. || in] ad T. 2 actus *om.* E. 7 intendere] attendere T. || sicut *om.* E. 8 debitum] habetur hoc *add.* E. 10 fit *om.* AT. 12-13 proximo B, proximum AET. 16 meritorium] meritum B. 20 Nec... Hieronymi] illa vero auctoritas que est in I Petri non obviat B. || non] si T. 22 exteriori *om.* T. || Glossa vero] illa autem auctoritas B. 24 autem] enim E. || esse *om.* T. 25 fornicario[1]] fornicatione ET. || fornicario[2]] fornicationis E. 25-26 uniuntur] sunt unum B. 27 aliquando *om.* T. 28 unitas[1]] unio B. 30-31 matrimoniali] coniugali B. 32 in] ex E.

---

[1] Hic supra, § *a*.

11. Cum igitur haec tria bona [939, 8]. *a.* Quaeritur an haec tria bona requirantur in omni matrimonio: scilicet fides, [proles, sacramentum. 'Fides'], id est fidelitas, quae consistit in duobus: ut neuter coniugum alii carnaliter misceatur, et ut debitum reddat tempore opportuno. 'Proles' autem non quocumque modo est bonum coniugii, sed ad cultum Dei desiderata vel educata. 'Sacramentum' est inseparabilitas, qua significatur inseparabilitas coniunctionis Christi ad Ecclesiam.

b. Sed videtur quod nullum eorum possit esse in matrimonio aliquo. Verbi gratia, in illo in quo est consensus per verba de praesenti ante carnalem copulam, cum alter coniugum vovet intrare religionem. Non enim est ibi fidelitas solvendi debitum: tenetur enim ad continentiam ex voto. Praeterea, non est ibi 'sacramentum': non enim est inseparabilitas, cum oporteat separari, ita quod unus transeat ad alia vota, sed alter remanet in saeculo. Nec est ibi bonum prolis in spe vel || in re. Cum ergo hoc matrimonium careat bonis Matrimonii, aut non est Matrimonium, aut non est in bene esse Matrimonii. E 295v

c. Praeterea, videtur in eo qui vovet post initum matrimonium, quod teneatur ad opposita ante impletionem voti: nam ex matrimonio tenetur solvere debitum si petatur, per illud [I] ad Cor. 7, 4: *Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier;* tenetur etiam non solvere ex voto.

d. Praeterea, ponatur quod mulier fecerit votum et corrumpatur ab illo per violentiam: quaeratur utrum debeat manere in saeculo aut transire. Et videtur quod tenetur manere in saeculo, quia matrimonium est consummatum per carnalem copulam. Videtur autem quod non, quia non sunt una caro effecti ex communi consensu. — Similiter quaeritur de illo qui

---

1 an] utrum BT. 4 duobus] scilicet *add.* B. || misceatur] commisceatur T. 10 in² *om.* AE. 11 cum] aut B. 12 enim *om.* A. || est ibi *om.* B. 14 est²] ibi *add.* BT. 15 separari, ita *om.* B. || unus *om.* A. || alia] illa A. || sed] si AET, et B. 18 esse *om.* T. 21 solvere] reddere E. 22-23 ad... mulier] apostoli: Vir... sui etc., ad Cor. vii. B, preterea *add.* E. 23 etiam *om.* E. || ex voto] quia fecit aliud votum E, ex debito T. 25 quaeratur... manere] questio est... remanere B. 26-27 aut... saeculo *mg.* (*hom.*) A². 26 transire] ad religionem *add.* B, redire ad votum claustri E. || Et *om.* AT. || quod] in se *add.* A². || tenetur manere] teneatur remanere B. 27 quia] non *add.* B. 27-2 (p. 498) quia... saeculo *om.* (*hom.*) AE. 29 quaeritur] obicitur T.

Num. 11: anon. P, f. 197v; anon. Tr, f. 198c-d; anon. V, f. 156c-d. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4, q. 3 (f. 47d-48a); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 165d-166b); Alb. Magnus, hic, a. 5 (XXX, 234s.); Bonav., hic, a. 1, q. 3 (IV, 720s.).

voluntarie commiscetur alteri: ad quod ex voto teneatur et utrum teneatur remanere in saeculo ?

e. Respondemus ad primum quod non in omni matrimonio sunt illa tria bona. Sed bonum fidei est in aliquo, et
A 166c in aliquo non; bonum || vero 'sacramenti' universaliter; bonum item prolis non universaliter. — Et licet sit separabilitas in huiusmodi matrimonio, non tamen dum est matrimonium,
T 175c manente conditione quam oportet || subintelligi: subintelligitur enim: 'utraque persona vivente'. Qui autem intrat religionem, moritur mundo, et ita non est matrimonium. Aut si dicatur quod adhuc remanet matrimonium, quoad aliquod vinculum: tenetur enim ut nequeat de cetero alii matrimonialiter copulari.

f. Ad ultimum, illud Apostoli intelligitur de matrimonio consummato per carnalem copulam. Nec tenetur ille ad opposita, quia ex matrimonio spirituali, adveniente voto, non tenetur ad solutionem debiti: fortius enim vinculum supervenit. Si vero solverit debitum, tenetur commanere. Sed ex voto tenetur non petere; reddere vero tenetur ex vinculo matrimonii.

g. Sed dicunt aliqui[1] quod semper tenetur post initum matrimonium, ante completionem voti, ad solvendum debitum. Quod apparet falsum ex eo quod dicitur *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Ex publico*[2], ubi conceditur « spatium duorum mensium ».

12. *a.* Potest etiam quaeri: si aliquis consentiat in aliquam per verba de praesenti, habens in proposito nunquam cognoscere eam, vel non semper manere cum illa, vel ad tempus, vel habens in proposito cognoscere aliam, vel non habens

---

4 et *om.* ET. 6 item] vero B, autem T. 9 utraque *om.* T. 10 si *ita* (*pro* sic?) *codd.* 11 remanet] est E. || aliquod] aliud B, *om.* T. 12 alii] alteri B, alicui E. 14 ultimum] aliud *et add.* dicendum quod B, dicimus quod *add.* E. 15 Nec] neque B. 16 quia *om.* B. 17 ad... debiti] solvere debitum B. 18 debitum] vinculum E. 21 post initum] propter unum B, *om.* initum A. 23 Extra I] in primis B. 24 Ex publico *om.* E. 26 Potest etiam] deinde potest B, preterea solet E. 27 nunquam] non *interl.* A^2. 27-28 cognoscere] cognoscendi E. 28 illa] ea BT. || vel] sed B. 29 in prop. cognoscere] propositum cognoscendi BE.

---

1 Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4, q. 3 (f. 48a). 2 *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 7 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 7 (II, 580s.).

Num. 12: anon. Tr, f. 199a-b; anon. V, f. 157c-d. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 166b).

spem prolis, ut accidit in senibus, utrum sit ibi matrimonium. — Et videtur quod non, eo quod habetur in proposito oppositum alicui bono coniugii. Sicut ergo, ubi est dissensus a matrimoniali copula, non est matrimonium, ita videtur hic non esse matrimonium, ubi est dissensus a bonis illius.

b. Respondemus quoad primum, quod non valet matrimonium, manente huiusmodi proposito; incipit autem valere, mutato proposito. Unde quoad quid verum est matrimonium, et quoad iudicium Ecclesiae, sed non quoad bene esse matrimonii. Similiter dicendum de secundo et tertio, sicut patuit de Lia et Rachele [1] [931, 10-11]. Habuit enim propositum cognoscendi Rachelem, cum supposita fuit Lia; et adveniente consensu, incepit matrimonium valere.

c. Si vero non habetur spes prolis, nihilominus habetur matrimonium. Aliud enim vitatio prolis, aliud desperatio. Propositum enim vitandi prolem est iniquitatis et per se opponitur bono coniugii; desperatio vero est poenalitatis, nec opponitur per se bono coniugii, quia bonum coniugii intelligitur in habentibus potentiam respectu determinati temporis.

13. *a.* Praeterea, si quis non habeat propositum contrahendi, sed tantum extorquendi copulam carnalem, et dicat: 'Te desponsat Petrus', cum ipse non vocetur hoc nomine; sed fingit sic se vocari, credens non esse coniugium, et postea cognoscit eamdem: quaeritur utrum inter eos sit celebratum matrimonium. Copula enim carnalis post sponsalia interpretatur consensum de praesenti [2]. — Sed contra hoc est, quia non erat ibi substantia coniugalis contractus; nec forma contrahendi coniugii, quae est: 'De isto anulo te sponso, vel: 'Ego te accipio in uxorem'.

---

1 prolis *om.* T. || ut] sicut B. || ibi *om.* BE. 3 alicui bono] alicuius boni B. || coniugii] matrimonii E. 3-5 a... dissensus *om.* (*hom.*) B. 5 illius *om.* B. 6 quoad] ad T. || quod] casum B. 7 manente *om.* T. 8 quid verum] essentiam B. 9 et] scilicet ET. || quoad[2]] aliquod *add.* B, aliud *add.* E. 13 incepit] incipit AB, *om.* T. 14 habetur spes] habeat spem B. || habetur[2]] est B, non *praem.* E. 15 enim] est *add.* BE. 16 per se *om.* B. 17-18 desperatio... coniugii[1] *om.* (*hom.*) T, coniugali *pro* coniugii A. 17 est *om.* A. 21-22 desp. Petrus] sponsat Ioannes B. 22 fingit] finxit B. 23 cognoscit] cognovit B. 25-26 consensum] consensus T. 27 ibi] in A, *om.* T. 29 uxorem] vel accipiam *add.* B.

---

1 Gen. 29, 21-27. 2 Cf. supra, d. 27, n. 3.

Num. 13: pleraque ex *Glossa in Decretales*, IV, tit. 1, c. 26 (col. 1438s.).

b. Respondetur *Extravagantibus IV*, De sponsalibus et matrimoniis, *Tua nos duxit fraternitas* [1], quod «non debet ex illo facto coniugium iudicari, quoniam ex altera parte dolus solum affuit et defuit consensus, sine quo cetera nequeunt foedus efficere coniugale».

c. Sed c o n t r a: dolus nemini debet patrocinari [2]. Praeterea simulatio vel dolus non impedit matrimonium spirituale, ut 27 distinctione, cap. *Quod interrogasti* [3]; ergo nec carnale. — Praeterea, potius considerandum est quid fuerit factum, quam quid fuerit dictum, ut *Extravagantibus IV*, De appellationibus, *Ad audientiam* [4]. — Ratione etiam simulationis tenetur stare cum muliere si mulieri placuerit, ut *Extravagantibus III*, De eo qui duxit in matrimonium, cap. 1 [5]. — Praeterea, cum magis faciat pro consensu carnalis copula, quam verba quibus dicit se nunquam consensisse: secundum hoc enim posset matrimonium quodlibet irritari, magis interpretandum pro matrimonio quam pro opposito.

d. R e s p o n d e m u s ad primum: in hoc casu non patrocinatur ei dolus, sed nocet mulieri defectus consensus ex
A 166 d parte viri, per quem fit matrimonium vel || initiatur, ut si fuerit per verba de futuro. Nec impediretur per dolum matrimonium, si forma coniugii contrahendi inveniretur. Nec est credendum tantum verbis illius ad irritandum matrimonium; sed si fieret protestatio coram aliquibus, coram quibus protestaretur se non animo contrahendi facere, ut XXXI, quaestione 2, *Lotharius* [6]. Hoc autem modo poterit constare quod non proposuerit nec consenserit illam ducere in uxorem.

---

1 Resp. Extra IV] ad quod respendet dom. papa in quartis B. 3 quoniam] quia B. || solum] solummodo B(*Decr.*). || affuit] fuit A. 4 nequeunt] non possunt B. 6 contra] hoc est quod *add.* B. || dolus *mg.* A², *om.* B. 9 factum *om.* T. 10 Extra IV] in quartis B. 11 etiam B, autem AET. 12 ut Extra] in B. 13 matrimonium] quam prius polluit per adulterium *add.* T. 13 Praeterea] postea A. 16 quodlibet] huiusmodi *add.* B. || interpr.] ergo interpr. est E. 20 matrimonium *trp. p.* initiatur AET. 21 futuro] tunc initiatur *add.* E. || Nec] non B. 22-23 si... matrimonium *om.* (*hom.*) B. 22 inveniretur] coniugii *add.* A. 25 non *om.* A. 26 Lotharius] notarius B. || modo *om.* T. 27 proposuerit... uxorem] proposuit illam ducere E.

---

1 *Decretales*, compil. IV, lib. IV, tit. 1, c. 1 (p. 777); compil. Greg. IX, ib., c. 26 (II, 670s.). 2 *Decretales*, compil. III, lib. I, tit. 2, c. 4 (p. 229); compil. Greg. IX, ib., tit. 3, c. 15 (II, 22). Cf. etiam lib. II, tit. 14, c. 2; lib. IV, tit. 11, c. 2 (II, 292, 694). 3 *Decretum* Gratiani, d. 27, c. 6 (I, 99). 4 *Decretales*, compil. II (non IV), lib. II, tit. 19, c. 7 (p. 178); compil. Greg. IX, ib., tit. 28, c. 34 (II, 421). 5 Ib., compil. I (non III), lib. IV, tit. 7, c. 1: *Propositum est* (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (II, 687). 6 *Decretum* Gratiani, C. 31, q. 2, c. 4 (I, 1114).

BIBLIOTECA PROVINCIAL — REDEMPTORISTAS — N.º ..... SÃO PAULO

14. || **Omnis ardentior amator propriae uxoris adulter est**[1] [939, 22-23]. *a.* Contra: nonne adulterium mortale peccatum est, et ardor propriae uxoris potest esse cum excessu veniali? Quomodo ergo est verum hoc? — Respondemus: vis constituitur [in] nomine 'ardentis': tunc enim dicitur ardere ignis concupiscentiae, cum totus appetitus concupiscentia inflammatur; et tunc est mortale peccatum. E 296r

b. Sed nunquid est adulterium? — Respondemus: non proprie, sed communiter; cum scilicet contra naturam utitur propria uxore, vel cum utitur ea tamquam meretrice, ut expleat libidinem.

15. Sed malum incontinentiae [941, 4]. Videtur quod coitus incontinentiae, habito respectu ne cum aliena coeat, sit meritorius. Sicut enim aliquod iter aliquis profecturus, qui sumit aliquando superflua forte, ne ex aliqua necessitate compellatur sumere aliena, bene facit et meretur; similiter meretur quis, si, recedens ad tempus ab uxore, providet sibi cognoscendo eam, ne alienam cognoscat vel de coitu impetat. — Respondemus: non est simile; quia si sua desint, necesse est aliena sumere; sed nunquam habebit || quis necesse alienas cognoscere. Praeterea, illo respectu non meretur palmam, sed potest vitare maiorem poenam, quam habiturus erat si cum aliena coiret. T 175d

16. Et hunc non exigere, sed reddere [941, 11]. *a.* Quaeritur in quibus articulis liceat non reddere sponsis. — Respondetur per hunc versum:

Coniugibus solvenda thoro per 'scinde' notato.

3 et] sed B. || prop. uxoris] in propriam uxorem E. 4 Quomodo... hoc] non ergo omnis etc. B, quod hic dicitur *pro* hoc E. 5 vis... ardentis] facienda est vis in hoc quod dicitur ardentior B. 7 est *om.* T. 9 proprie] est adulterium neque proprie dictum est B. 12 Videtur] sed *praem.* B. 13 incontinentiae *om.* A. 14 aliq. iter *om.* B. 15 aliquando] alique B, secum *add.* E. || forte] fortasse B. || ne *om.* A. 16 aliena B, alienum AET, || meretur] potest mereri B. || similiter meretur] sic videtur a simili B, a simili meretur T. 17 quis si *trp.* AET, sicut B. || ad] aliquod *add.* B. || sibi] si A. 18 alienam] alius eam AET, alias B. || vel... impetat *om.* E, meretur *add.* B. 20 quis] aliquis BE. || alienas] alienam B. 20-21 cognoscere] unde neque mulier habebit necesse ab alieno cognosci *add.* E. 22 quam] scilicet *add.* E. || erat] esset B. 22-23 cum... coiret] alienam cognosceret E. 24-25 Quaeritur] questio est B, *om.* A. 25 liceat non *trp.* AE, debitum *add.* E. 25-26 Resp.] R. ABE, responsio est T. 26 per h. versum *om.* B.

[1] Cf. supra, p. 488, nota 10.

Num. 14: anon. P, f. 198r. Cf. *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 4, c. 5 (col. 2125); Alb. Magnus, hic, a. 20 (XXX, 253s.). — Num. 15: anon. P, f. 199r. Cf. hic supra, nn. 9-10. — Num. 16: anon. P, f. 199v.

Prima causa, manifesta suspicio et probata de incontinentia. Secunda est corruptio prolis ex coitu, vel simpliciter, ut in leprosa; vel ad tempus, ut in menstruata. Tertia, indignitas ex causa fornicationis. Quarta, necessitas ex aegritudine vel nimia exinanitione corporis ex labore vel alio modo. Quinta, membri depositio, ut in eunuchis, aut laesio ad tempus. Sexta, exemptio, ut in iudicatis ad suspendium subditis aliquorum custodiae, qui omnimodam habent eorum potestatem.

b. Potest quaeri propter quid sunt tot articuli propter quos liceat non solvere debitum. — Respondemus: causa aut est ex parte eius qui tenetur solvere, aut ex parte eius cui tenetur solvere, aut ex parte prolis, et hoc est ex parte consequentis solutionem. — Si ex parte eius qui tenetur solvere, hoc accidit quia habet impotentiam. Sed impotentia est duobus modis: aut quia non habet libertatem, sicut reclusi in custodia, et si fuerit ex peccato eorum, peccant; aut quia habent impotentiam ex defectu membri naturalis vel ex violentia morbi. — Si fuerit in eo cui tenetur solvere, aut hoc est propter hoc, quod solvitur fides thori, aut quia manifesta suspicio et probata de solutione. Si vero fuerit in prole futura, hoc est quia vehementer timetur corruptio prolis. Haec autem corruptio accidit vel ex causa perpetua, sicut in habente lepram; vel ad tempus, sicut in patiente menstrua.

17. Immoderata ergo progressio [941, 23]. Quaeritur quando dicetur illa delectatio immoderata. Videtur enim quod nunquam, vel a principio: illa enim est naturalis, ergo eius extenA 167a sio bona. Item, illa delectatio est in vi brutali, || in qua non est peccatum; ergo non est immoderata. — Respondemus: tunc dicitur immoderata, quando vis brutalis trahit rationem aut voluntatem ad appetendum illud in quo delectatur. Hoc autem potest esse sub Deo vel non. Si sub Deo, propter nup-

1 causa] est *add.* T. 2 ut] sicut B. 5 exinanitione] inanitione T. 5-6 ex... depositio *om.* B. 7 exemptio] exceptio T, est *praem.* B. 7-8 aliquorum... habent] alicuius... habet B. 9-23 Potest... menstrua *trp. infra* (*p. n. 5 d. 32* B. 9 tot *om.* AT. || articuli] et non plures *add.* B. 11-12 aut... solvere *om.* (*hom.*) A. 12 parte²] effectus *add.* B. 14 habet *om.* T. || est *om.* AT. 15 in] aliqua *add.* B. 16 si] hoc *add.* E. || peccato] culpa E. || peccant] poterant B. 19 manifesta] est *add.* B. 19-20 et probata *om.* B. 20 vero *om.* T. 24 progressio] etc. *add.* BE. 25 dicetur] excedit B. || enim *om.* E. 26 vel] sive B. 26-27 extensio] intensio B, est *add.* E. 27 vi *om.* AB. 28 Resp.] respondendum T. 30 aut] et B. 31 vel... Deo *om.* (*hom.*) B, aut *pro* vel E.

Num. 17: anon. P, f. 201r; Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 176c).

tias accipit veniam. Nec sequitur, si est naturalis, quod non cadat in culpam: est enim a natura corrupta. Cum autem dicitur 'natura corrupta', duo dicuntur: et natura, et corrupta [1]; in iis autem non movet natura tantum, sed natura et corrupta. Unde, dum manet intra fines suos naturales et non sequitur corruptionem, vel rationalis non inclinatur ad sensualitatem, non est peccatum. Sunt enim divisae aquae superiores ab inferioribus per firmamentum medium: quo remoto, fit confusio.

18. Sed forte dicet aliquis omnem carnis concupiscentiam et delectationem etc. [942, 9-10]. De hoc Remigius [2]: «Delectationum aliae sunt naturales et necessariae, ut cibi indigentiae repletivae; aliae naturales et non necessariae, ut commixtiones, quae fiunt secundum legem naturae: istae namque ad permanentiam totius generis perficiuntur; aliae neque naturales neque necessariae, ut ebrietas, adulterium». Secundum Deum ergo gradienti et viventi gradiendum est per primas et secundas cum convenienti modo, mensura et tempore et loco.

19. Et ab ingressu ecclesiae paululum temperare [942, 24-25]. Hoc non est propter peccatum, sed propter quamdam immunditiam corporalem sive carnalem contractam ex coitu. Unde propter reverentiam Sacramenti || tales ad tempus con- E 296 v
venit abstinere a communione Sacramenti, ut infra, distinctione proxima, cap. ultimo [946-947]. Unde in Lege sacerdotes vacabant operi coniugali, et tunc abstinebant a sanctuario; et altero tempore erant in ministerio, sicut habetur Luc. 1, 23, de Zacharia [3].

2 cadat] tandem B. || enim... corrupta *om.* B, *om.* a A. || autem *om.* B. 3 et[1] *om.* BT. || corrupta[2]] corruptio BET. 4 movet] manet AE. || et A, ut E, *om.* BT. 6 rationalis] rationalitas E. 10-11 et delectationem *om.* T. 11 etc. *om.* E. || De hoc *om.* B. 12 et] alie B. 13 repletivae] repletioni AE, repleri B, repletivi T. || aliae] sunt *add.* T. || et] sed B. 15-16 neque... neque] nec... nec ET. 16 ebrietas] ebriositas E. 17 gradienti et *om.* B. || est *om.* AT. 18 modo] et *add.* E. || et[2] *om.* B. 20 propter[1] *om.* AET. 21 corp. sive *om.* B. 22-23 convenit] contingit AT, oportet B. 23 a comm. sacramenti *om.* B. 26 sicut] ut B.

[1] Augustinus, *Contra epist. Fundamenti*, cc. 38 et 40 (PL 42, 204s.). [2] Nemesius, *De natura hominis*, c. 18 (PG 40, 679 A); versio Burgundionis, c. 17 (ed. C. I. Burkhardt, p. 20). Eadem ap. Damasc., *De fide orth.*, II, c. 13 (PG 94, 930s.). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 17, n. 5 (p. 175). [3] *Glossa ordin.* in h. l.: «Vicis suae tempore, pontifices templi tantum officiis mancipati, non solum a complexu uxorum, sed etiam a domorum ingressu abstinebant» (PL 114, 246 B). Cf. Alex., *In II Sent.*, d. 40, n. 10 (p. 389).

Num. 19: anon. P, f. 201r. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 655, arg. 3 et ad 3; Alb. Magnus, hic, d. 32, a. 13 (XXX, 282ss.); Bonav., d. 12, a. 2, q. 3 (IV, 297s.).

B 162 r **20.** || **Quia voluptas ipsa sine culpa** etc. [942, 27-28]. Contra: supra, distinctione eadem, cap. *Cum igitur*, ubi dicitur quod « coniugalis concubitus gratia generandi non habet culpam » [939, 14-15]. — Respondemus: quidam[1] intelligunt ad litteram omnem coitum esse cum veniali peccato, et nihilominus aliquem esse meritorium; sicut praedicatio ubi subrepit vana gloria potest esse meritoria. Alii[2] vero exponunt illud, id est « sine culpa »: id est sine foeditate vitiosa quae ex culpa primorum parentum processit, in quibus generativa, quae est potentia naturae humanae, corrupta fuit.

21. Habeant et coniuges de commixtione sua quod defleant [943, 12-13]. Ex hoc videtur quod huiusmodi coitus sit mortale peccatum. — Sed dicendum quod non, sicut supra, eadem distinctione, cap. *Sed si concubitus* [940, 6]. Si enim poena purgatoria maior est quacumque poena temporali, ut supra, distinctione XX, cap. 1 [874, 19]; pro venialibus autem peccatis punitur quis in purgatorio si decedat cum illis: planum est quod in vita praesenti debetur eis poena; et sic deflenda sunt, licet non sint mortalia. Praeterea, deflendus est status contractus a praevaricatione prima.

22. Qui post commixtionem coniugis lotus aqua fuerit [943, 13-14]. Quaeritur: cum lotio est ratione pollutionis, pollutio autem non tantum est in coitu, sed etiam nocturna, quaeritur quando pollutio nocturna crimen habet et quando non. Super
T 176 a quo versus: ||

Crimen habet noctis pollutio si iacuisti,
Ebrius aut primo meditatus turpe fuisti.
Crimen abest tua si natura superflua tollit,
Aut si debilior vacuo se ventre resolvit.

1 ipsa] illa AB. || etc. *om.* E. 5 esse *om.* B. 6 aliquem *om.* B. 8 id est[1] *om.* BET. || id est[2]] scilicet B. 9 generativa] generatio AE, virtus *praem.* T. 13 dicendum] est *add.* B. || supra] habitum est *add.* B. 14 cap. ... concubitus] incontinentie B. 16 autem *om.* AE. 17 punitur] purgatur B. 19 Praeterea *om.* A. 22 Quaeritur] questio est B. || lotio est] lotione A, lotio sit BET. 23 etiam] in *add.* T. 23-24 quaeritur... nocturna *om.* (*hom.*) B. 24 habet] habeat B. 25 quo] sunt *add.* B.

1 Inter quos Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 225 (p. 203). 2 Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 4, q. 2, ad 3 (f. 47b).

Num. 20: anon. P, f. 201v. Cf. hic supra, n. 9. Num. 21: anon. P, f. 202r. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 656, arg. 4 et ad 4. — Num. 22: anon. P, f. 202r. Cf. *Summa Hales.*, II-2, n. 258; Alb. Magnus, d. 9, a. 10 (XXIX, 233ss.); Bonav., d. 12, a. 2, q. 3 (IV, 297s.).

De hoc supra, secundo libro, distinctione XXXI, cap. *Ne autem miremur* [471, 21] [1].

DISTINCTIO XXXII.

1. Sed alter alterius potestatem habet corporis [943, 28-29].

a. Quaeritur si viro facto leproso tenetur uxor reddere debitum, si petat. Quod videtur, || quia manet matrimonium; et A 167b
ita non habet potestatem corporis sui, cum carnalis copula subsecuta fuerit matrimonium.

b. Contra: praeceptum est Levit. 13, 46, quod separetur a communione hominum. — Praeterea, propter corruptionem hoc idem videtur, [eo] quod de facili posset incurrere lepram.

c. Respondemus per hoc quod dicitur *Extravagantibus I*, De coniugio leprosorum, *Pervenit ad nos* [2], ubi dicitur: Uxores «viros et viri uxores sequantur, et eis coniugali affectione ministrent». — Sed hoc dicitur exhortando. Quare non praecipitur? Respondetur XXXIII, quaestione 5, cap. 2 [3]: Ne leprosi nimis improbi efficiantur in sui iuris repetitione, sed potius contineant. Et ideo dicitur in decretali [4]: «Si ad hoc induci non poterunt, eis arctius iniungatis, ut uterque, altero vivente, servet continentiam». — Sed numquid monet ad habitandum simul, et ita ad periculum aegritudinis eius incurrendum? Respondemus quod non, sed sufficit quod

1 De hoc] cetera B. || secundo libro B, *om.* AET. 1-2 cap. ... miremur *om.* B, c. ne ammiremur AET. 5 Quaeritur] questio est B. || reddere *om.* B. 6 Quod v., quia] et v. quod B. 7 ita] mulier *add.* BE. || sui *om.* T. 9 praec. est] precipitur in B. || quod] talis *add.* E. 11 quod] quia E. 13 Resp.] respondendum est T. || Extra I] in primis B. 15 eis] ei A. 16 Quare] unde E. 17 XXXIII] 38 B. 18 nimis] minus AE. || efficiantur] efficientur A, efficerentur BET. 19 dicitur A, subditur B, inducitur ET. || in decret. *om.* B. 21 vivente] continente T. 22 aegrit. eius] illius egr. BE.

1 In *Glossa*, II, d. 31, n. 9 (p. 301). 2 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 8, c. 1 (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (II, 690s.). 3 *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 5, c. 2: *Notificasti* (I, 1250), at verba citata sunt ex *Glossa in Decretales*, lib. IV, tit. 8, c. 1; «Sed quare non compelluntur praecise, 33, q. 1, c. 2? Respondeo: forte ideo, ne leprosi nimis improbi efficiantur in exactione sui iuris» (col. 1486). 4 Citata in nota 2.

Num. 1: anon. P, f. 202v; anon. Tr, f. 200a. Cf. *Glossa in Decretales*, IV, tit. 8, c. 1 (col. 1485s.); Hugo de S. Caro, d. 31 (Assis. 131, f. 177a-b); Bonav., hic, a. 2, q. 1 (IV, 733s.).

prope sint, ita quod suo debito leprosus per distantiam non fraudetur.

d. Ad obiectum respondemus quod, licet praecipiatur separari a communione hominum per cohabitationem, non tamen quoad debiti solutionem. Plus enim inficit aëris continua corruptio. Et licet possit esse occasio corruptionis in prole, non tamen auferendum est debitum: hoc enim ei imputatur, non tibi qui facis quod debes.

e. Quod autem sit solvendum debitum et quod possint contrahere, habetur *Extravagantibus I,* De coniugio leprosorum, *Quoniam ex multis* [1], ubi dicitur quod «generali praecepto Apostoli, quod exegerit est persolvendum, cui nullam in hoc casu invenimus exceptionem».

f. Nota autem quod aliter est de sponsalibus et matrimonio. Nam superveniens lepra solvit sponsalia, ut *Extravagantibus I,* De coniugio leprosorum, *Litteras* [2]. Eadem ratione omnis infirmitas inseparabilis; quod verum est, ut *Extravagantibus III,* De iureiurando, *Quemadmodum* [3]. Secus autem est de matrimonio, sive fuerit secuta carnalis copula sive non, ut XXXII, quaestione 5, *Horrendus* [4]; et *Extravagantibus I,* De coniugio leprosorum, *Litteras* [5].

2. *a.* Praeterea, quaeritur utrum menstruata teneatur solvere debitum tempore menstruorum, vel etiam petendum sit debitum. Quod non, videtur ex hoc quod dicitur Levit. 15, 24: *Si coierit vir cum ea tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus;* ubi dicit Augustinus [6] quod abstinendum est a coitu menstruatae propter prolis corruptionem. — Et Ezech.

1 suo *om.* B. 3 resp.] dicendum BE. 4 per] ad B. 5-6 inficit... corruptio] infectio a. c. corruptio est. B. 6 possit *om.* B. 7 tamen *om.* B. || ei B, *om.* AET. 9 debitum *om.* B. 10 Extra I] in primis B. 13 invenimus] inveniamus B. 14 autem *om.* E. 15 Extra] in B. 16 Eadem ratione] c. 5 T. 17-18 Extra III] in .iiii. B. 18 autem *om.* BE. || fuerit] sit B. 19 ut] in *add.* B. 20 Extra] in B. 23 vel *om.* A. || sit] ab ea *add.* E. 24 hoc] eo E. || dicitur] in *add.* B.

1 *Decretales,* compil. I, lib. IV, tit. 8, c. 2 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 691). 2 *Decretales,* compil. I, lib. IV, tit. 8, c. 3 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 691). 3 Ib., compil. III, lib. II, tit. 15, c. 11 (p. 310); compil. Greg. IX, ib., tit. 24, c. 25 (II, 368s.). 4 *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 5, c. 17 (I, 1137). 5 Ut supra, nota 2. 6 *Quaest. in Heptat.,* III, q. 64 (PL 34, 706); in *Glossa ordin.* in Levit. 18, 19, ap. Lyranum (I, 246r).

Num. 2: anon. Tr, f. 200a. Cf. Hugo de S. Caro, d. 31 (Assis. 131, f. 177b); *Summa Hales.,* II-2, n. 655, arg. 10 et ad 10; Bonav., hic, a. 3, q. 1 (IV, 735ss.).

18, 6-9: *Vir si iustus fuerit*, et inter cetera, si *ad mulierem menstruatam non accesserit, vita vivet;* ubi Glossa [1]: || « Praecipitur ut viri non solum in alienis, sed etiam in propriis uxoribus modum et tempora servent ». Praeterea, tunc de facili fit foetus corruptio. E 297r

b. Sed si non est exigendum debitum, numquid non est reddendum ? cum dicat Apostolus, ad Rom. 1, 32: *Non solum qui talia agunt, sed et qui consentiunt* digni sunt morte; quasi dicat: agentes et consentientes sunt in pari culpa. Et ita peccat tam vir quam mulier reddendo debitum tempore menstruorum. — Respondemus: secus est de redditione debiti; nam hoc in praecepto, ubi dicitur I ad Cor. 7, 5: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus.* Exigere autem non est in praecepto. Praeterea, solvens non dicitur proprie consentire in actum vitiosum, sed in actum in quantum est debitus.

3. *a.* Quaeritur etiam utrum coniuges teneantur statim solvere debitum post consensum per verba de praesenti. Quod videtur, quia non est determinatum tempus in obligatione; ergo statim potest petere. Quod si verum est, alter statim tenetur reddere, nisi iustam habuerit excusationem vel exceptionem. Nulla autem videtur exceptio.

b. Sed contra, *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Ex publico* [2], ubi dicitur: « Ad religionem transire vel ad virum redire infra spatium duorum mensium tenetur ». Non ergo statim tenetur reddere si petat, quia si redderet, non posset transire sine alterius || consensu; et ad quid daretur spatium duorum mensium ? A 167c

3 uxoribus *om.* A. 4 foetus *om.* A. 6 non[2] *om.* B. 7 ad Rom. 1 *om.* B. 8 sed *om.* A. || et *om.* T. 9 dicat *om.* B. || culpa] pena B. 10 debitum *om.* B. 11-12 debiti] et petitione E. 12 in praecepto *trp.* ET, est in pr. Apostoli B. 13 fraudare] ad *add.* BE. || ex consensu *om.* B. || Exigere autem] preceptum est reddere sed exigere E. 17 Quaeritur etiam] Quod sine consensu coniugis etc. Questio est B. || statim *om.* AT. 17-18 solvere] reddere BE. 18-28 Quod... mensium *om.* E. 20 Quod... est] et si petat B. 21 excusationem vel *om.* B. 23 Extra] in B. 25 tenetur] debet B. 26 statim *om.* T. 27 posset] statim ad religionem *add.* B. || alterius] illius B.

[1] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 236v); ex Hieron. in h. l. (PL 25, 173 B).
[2] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 7 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 7 (II, 780s.).

Num. 3: cf. Hugo de S. Caro, d. 31 (Assis. 131, f. 176d); Bonav., hic, a. 1 q. 2 (IV, 732s.).

c. Quod concedendum est. Si propositum habuit intrandi claustrum, datur ei tanta deliberatio; si non, tenetur statim reddere debitum si petatur, nisi fuerit aliqua excusatio conveniens, ut de loco vel de tempore vel aliis conditionibus.

4. Praeterea, quaeritur si coniugati, in quibus est subsecuta carnalis copula, possint negare debitum, uno proponente firmiter converti ad monasterium. — De quo *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, *Coniugatus*[1], ubi dicitur: «Dum utrorumque corpus unum coniugii copulatione sit factum, incongruum est partem converti et partem in saeculo manere». Nisi ergo profiteatur mulier continentiam, vel absolverit virum a voto coniugali, tenetur vir reddere debitum pro loco et tempore.

5. *a.* Praeterea quaeritur, ubi altera personarum fornicatur, utrum liceat ei non reddere debitum. Quod videtur, quia fidem thori non tenuit; ratione autem illius boni Matrimonii est haec obligatio. Cum ergo contra illud peccavit, ratione illius non potest petere, nec ista persona tenetur reddere. Praeterea, licet dimittere causa fornicationis; ergo ad tempus non
T 176b solvere, dum non fuerit causa probata. || — Contra: compelletur iudicio Ecclesiae ad solutionem, et Ecclesia non compellit ad iniustum; ergo tenetur solvere. — Respondemus: licet possit iuste petere, non tamen tenetur solvere; et sibi praeiudicaret si intendat divortium. Debet autem fornicatio constare per certissima iudicia. Aliter peccaret non solvendo, et illam provocaret ad consuetudinem peccati. Si vero velit com-

1-2 Quod... deliberatio] Resp. : si una personarum prop. habuit prius intrandi religionem, datur ei delib. duorum mensium E. 2 si non] sin autem B, habuit propositum *add.* E. 3 debitum *om.* B. || petatur] petat BE. || aliqua] alia BE, *om.* T. || excusatio] exceptio B. 4 ut] vel B. || vel[2]] de *add.* E. 5 quaeritur *om.* B. 7-8 De... dicitur *om.* E, in *pro* Extra B. 9 utrorumque *Decr.*, uterque B, utrumque AET. || factum *Decr.*, factus AE, effectus B, satis T. 10 est B, esset E, *om.* AT. || partem[1]] corporis *add.* E. || manere] remanere B. 11 absolverit] absolvit AET. absolvatur B. 11-12 virum E, *om.* ABT. 12 vir *om.* B. 14 quaeritur] questio est B. 15 ei *om.* B, alteri E. || non *om.* AT. 18 tenetur] illi *add.* BE. 19 ergo] magis licet *add.* E, 20-21 compelletur] compellatur T. 21 Ecclesia E, *om.* ABT. 22-23 Respondemus... solvere *om.* (*hom.*) BE. 23-24 praeiudicaret B, preiudicat AET. 24 fornicatio] sibi *add.* BE.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 5 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 5 (II, 580).

Num. 4: anon. P, f. 202v. Cf. supra, d. 31, n. 11, § *f.* — Num. 5: anon. P, f. 202v. Cf. Bonav., hic, a. 2, q. 2 (IV, 734s.).

pellere Ecclesia, competit ei iusta exceptio; et ita non compelletur iudicio Ecclesiae solvere debitum, probata exceptione[1].

b. Sed quid si utraque persona fornicetur ? Numquid tenetur utraque solvere debitum ? — Respondemus: tenentur, quia ante peccatum tenebantur, et ex peccato non deobligantur: sic enim reportarent commodum[2]; sed non habent iustam causam petendi.

6. Nec ad tempus ut vacet orationi, nisi ex consensu [945, 14-15]. Secundum hoc videtur quod vir non possit crucesignari nisi ex consensu uxoris, nec e converso. Qualiter ergo datur talis indulgentia[3] contra praeceptum Apostoli? — Respondendum videtur quod vir est *caput mulieris*[4], et propter hoc potest crucesignari sine uxoris consensu praecedente; quia mulier, si non vult fraudari debito, debet sequi virum suum. Ita non est e contrario; et sic non fit contra praeceptum Apostoli. Haec autem indulgentia fit ratione maioris boni, scilicet vel ratione impugnationis haereticorum, vel ratione liberationis Terrae Sanctae. Datur autem huic sexui, quia competentior est ad praeliandum.

7. || **Nam cum ad peccatum eiusdem viri** [945, 18-19]. Numquid potest deliberare vir de voto uxoris, an velit consentire vel permittere annon. Non videtur: dicitur enim Num. 30, 15: *Si audiens vir tacuerit et in alterum diem distulerit sententiam, quidquid voverat atque promiserat* uxor, *reddet.* — Respondemus: B 162v

1 Ecclesia] non *add.* B. || exceptio] contra alteram personam *add.* E. 2 iudicio Ecc. *om.* E. 3 persona] personarum E. 4 utraque E, *om.* ABT. 4-5 tenentur... tenebantur] tenetur... tenebatur T. 5-6 deobligantur] obligantur A. 6 enim] ex peccato *add.* E. || sed] dico quod *add.* E. 10 uxoris] mulieris ET. || nec] neque B. 11-12 Resp. videtur] R. videtur AT, R. BE. 12 quod v. est] est enim vir E. 13 potest crucesig. *trp. p.* consensu *et add.* sine consensu dico E || praecedente] etiam *add.* E. 14 debito] de cetero T. || suum] sicut caput suum *add.* B. 15 non est] enim non accidit E. || contrario] converso BT. || contra *om.* AT. 16 autem] enim E. || ratione] nomine A. 17 haereticorum... liberationis *om.* A, *om.* ratione BT. 18 Sanctae] de manu infidelium *add.* B. 19 praeliandum] expugnandum B, prelium E. 22 vel *om.* A. || annon] aut non T. 23 tacuerit *om.* AT, audierit B. 24 atque] vel AT. || uxor] mulier B.

1 Cf. *Glossa in Decretum*, C. 3, q. 6, c. 2 (col. 975s.). 2 Cf. *Decretales*, compil. I, lib. II, tit. 1, c. 9 (p. 31); compil. Greg. IX, ib., c. 7 (II, 241). 3 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 26, c. 5: *Ex multa* (p. 365); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 9 (II, 595). 4 I Cor. 11, 3.

Num. 6: anon. P, f. 204r; anon. Tr, f. 200d; anon. V, f. 159a. — Num. 7-8: anon. P, f. 204v; anon. V, f. 159a.

potest quidem deliberare. Unde exponendum est illud: *Si audiens* etc., id est cum deliberatione concipiens; si enim tunc tacuerit, contradicere post non poterit.

8. Ex his apparet quod vir et mulier continentiam etc. [945, 25]. Sed videtur quod hoc non sit verum: non enim ibi dicitur, in Lege [1], quod mulier possit revocare votum viri, sed e converso. — Respondemus: in mutua servitute corporis pares sunt. Non enim iudicandum ad imparia in hoc inter virum et uxorem [2]. Si ergo dicitur quod vir potest revocare votum continentiae uxoris, intelligendum est quod mulier potest similiter revocare votum continentiae viri, sicut habetur *Extravagantibus I*, De conversione coniugatorum, per totum [3].

9. Et licet debitum sit semper poscenti solvendum [946, 11]. Quaeritur utrum, si semper solvendum est, semper liceat petere. Quod non videtur, quia dicitur I ad Cor. 7, 5, vacandum coniugibus aliquando orationi. Praeterea, ex auctoritate Hieronymi [4] super illud 18 Ezech., 6: *Si ad menstruatam non accesserit.* — Sed contrarium videtur dicere «Apostolus [5]: Nec ad tempus, ut vacent orationi, licet coniuges, nisi ex consensu, carnali invicem fraudari debito». — Respondemus: A 167 d tenentur coniuges non petere in quibusdam || temporibus, ut dicit Augustinus in libro *De quaestionibus Novi et Veteris Testamenti* [6]: «Quoties Nativitatis dies» etc. [946, 17-19]. Si tamen petatur, tenetur solvi.

1 quidem] aliquid AT. 1-2 exponendum... etc.] quod dicitur: si audiens audierit intelligitur: audiens B. 5 non[1] *om.* A. || ibi *om.* T. 6 mulier] non *add.* AT. || viri] sui *add.* B. 8 ad imparia] imparia esse E, est *praem.* BE. || in hoc *om.* B. 9 inter *om.* AET. || dicitur] intelligitur B. 10-11 uxoris... continentiae *om.* (*hom.*) B, *om.* similiter A. 12 Extra... totum] per totum cap. de conv. coniug. B. 14 utrum *om.* B. || si... est] cum... sit E, utrum *add.* BE, si *add.* T. || semper[2] *om.* B. 17-18 Si... accesserit B (*Vulg.*), ad m. n. accesseris AET. 18 Apostolus] dicens *add.* E. 19 nisi *om.* A. 23 etc.] aut reliqua festa advenerint, non solum a concubinarum consortio, sed a propriis uxoribus abstinete B. 24 petatur... solvi] petant... solvere B.

[1] Num. 30, 3-16. [2] *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 1, c. 4 (I, 1116); *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 14, c. 2 (p. 392s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 8 (II, 724). [3] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28 (pp. 81-83); compil. Greg. IX, ib., tit. 32 (II, 579-587). [4] *In Ezech.*, 18, 6: «Praecipitur ergo viris, ut non solum in alienis mulieribus, sed in suis quoque... certa concubitus norint tempora» (PL 25, 173 B). Cf. supra, n. 2, § *a*. [5] I Cor. 7, 5. Verba sunt August., *De adulter. coniugiis*, I, c. 2, n. 2 (PL 40, 453); hic in litt. (p. 945), et in *Decreto*, C. 33, q. 4, c. 12: *Apostolus nec* (I, 1250). [6] Immo *Sermo 116*, n. 3: «Quotiescumque aut dies Natalis Domini, aut reliquae festivitates adveniunt... non solum ab infelici concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinete» (inter opp. August., PL 39, 1976); in *Decreto*, C. 33, q. 4, c. 2 (I, 1248).

Num. 9: anon. P, f. 205r. Cf. Bonav., hic, dub. 6 (IV, 743).

10. *a.* Sed videtur quod, si peccatum est uni petere, peccatum est alteri solvere, per illud Rom. 1, 32: *Non solum qui talia agunt* etc. Ergo, cum consentiat uxor viro vel vir uxori, peccat reddendo.

b. Praeterea, sicut non est reddendus gladius furioso in tempore furiae, quia potest timeri ne se vel alium interficiat; sic non reddendum debitum peccanti ipso actu, cum se interficiat spiritualiter.

c. Praeterea, videtur argui quod peccent per simile sumptum a sacerdotibus Veteris Testamenti, qui tempore vicis suae abstinebant ab uxoribus [1]; || hoc autem ratione sacrorum quae E 297v debebant contingere. [Ergo] pari ratione coniugati Novae Legis ratione sacrarum festivitatum et tempore sanctificationis et ieiuniorum debent abstinere a coitu carnali; et ita videtur quod peccent mortaliter petendo debitum.

d. Praeterea, magis adhaerendum scientiae quam praesumptioni. Si reddat, scit quod altera persona peccat mortaliter; si non, praesumit quod fornicabitur; ergo, licet petat, non est solvendum.

e. R e s p o n d e m u s: si omnino esset illicitum tunc coire matrimonialiter, non esset consentiendum in reddendo debitum; sed consilium est, et in aliquo tempore praeceptum, secundum quod dicit H i e r o n y m u s [2]: « Eo tempore quo

1-2 pecc. est] quod pecc. sit E. 2 solvere] reddere BE. || Rom. 1] quod dicit apostolus 1 Rom. in fine B, ad *praem.* T. 3 uxori] in peccato *add.* E. || peccat] peccant B. 6 interficiat] corporaliter *add.* B. 7 non] est *add.* ET. || ipso actu *trp. p.* se B. || cum] tunc *add.* E. 7-8 interficiat] interficeret E. 9 Praeterea... peccent] quod peccent vid. argui E, argumentum *pro* argui B. 11 uxoribus] suis *add.* E. || autem] non accidit nisi *add.* BE. 11-13 sacrorum... ratione *om.* (*hom.*) AT. 12 contingere B, tangi ab eis E. || pari B, eadem E. || N. legis B, nostri tenentur E. 13 et[2]] ut B. 14 coitu] copula B. || carnali] carnis T. 16 magis] est *add.* BE. || adhaerendum] acquiescendum T. 19 solvendum] debitum *add.* B. 20-21 illicitum... esset *mg.* (*om.* non esset) A^2. 22 et... praeceptum] aliquando non reddere, aliquando etiam preceptum est non reddere E. || aliquo] alio T. || tempore] est *add.* B. 22-23 sec. quod] sicut B.

[1] *Glossa ordin.* in Luc. I, 23: « Vicis suae tempore, pontifices templi tantum officiis mancipati, non solum a complexu uxorum, sed etiam a domorum ingressu abstinebant » (PL 114, 246 B). [2] *Sermo de esu Agni:* « Si autem panes propositionis... quanto magis panis ille, qui de caelo descendit, non potest ab his qui coniugalibus paulo ante haesere complexibus, violari atque contingi. Non quod... sed quod eo tempore quo carnes Agni manducaturi sumus, vacare a carnis operibus debeamus » (inter opp. August., PL 40, 1204); sub nomine Hieronymi in litt. (p. 947) et in *Decreto*, C. 33, q. 4, c. 1 (I, 1247).

Num. 10-11: anon. P, f. 205r; anon. Tr, f. 200c-d; anon. V, f. 158c-d. Cf. Hugo de S. Caro, d. 31 (Assis. 131, f. 176d-177b); *Summa Hales.*, II-2, n. 656; Alb. Magnus, hic, a. 9 (XXX, 277).

carnes Agni » etc. [947, 7-8]. Quod autem in aliis temporibus consilium sit, accipitur ex hoc quod dicit Augustinus[1]: « A licitis est abstinendum » etc. [946, 15-16].

f. Nec est simile de furioso, quia reddendo gladium, mittit ipsum in maius periculum; sed reddendo debitum, occurrit maiori periculo. — Item, secus est in sacerdotibus et in iis; nam in coitu contrahitur immunditia, propter quam reputabantur immundi et debebant abstinere ab ingressu templi propter sacrorum contractum. Non sic vero est de coniugatis, quorum non interest sacra tractare.

g. Ad ultimum: alia est consideratio ex parte personae quae debet solvere, et alia ex parte illius cui debet solvere. Licet enim ipsum plus trahat scientia quam praesumptio quoad conditionem illius cui tenetur solvere, tamen plus debet eum trahere scientia quoad conditionem sui peccati, scilicet quam scientia quoad conditionem alterius.

11. Aliquando non: propter processionis dies [946, 14]. Quid si praesumat quod fornicabitur ? Respondemus: tenetur tunc. — Sed numquid propter omnem praesumptionem
T 176v || oportet reddere ? Respondemus: triplex est praesumptio[2]: levis, probabilis et vehemens. Propter levem non oportet reddere: potest enim adhuc dissidere; propter alias tenetur.

12. Hoc capitulum proprie ad ministros Ecclesiae etc. [947, 9]. De hoc Hieronymus, *Contra Iovinianum*[3]: « Si laicus et

1 Agni] manducaturi *add.* B. 3 etc.] ut facilius impetrari possit quod postulatur B. 4 Nec] neque B. || quia] aliquis *add.* E. || reddendo] ei *add.* E. 5 sed *om.* B. || reddendo] alicui *add.* E. 6 Item... sacerdotibus] ad id vero quod obicitur de sacerdotibus, resp. quod est secus de illis B. 7 propter B, per AET. 9 contractum] contactum labiorum B, contactum E, tactum T. || est *om.* B. 10 tractare] tangere E. 11 ultimum] vero dicendum quod *add.* B, dicendum *add.* E. 12 illius] persone E. || solvere] solvi ET. 13 ipsum] eum B. 14-15 illius... peccati] sui peccati, non tamen plus trahit presumptio B. 14 tenetur] debet E. || tamen pl. debet] cum pl. debeat T. 15 scientia q. conditionem] conditio quoad scientiam E. || scilicet *om.* BET. 16 conditionem alt.] peccatum alt. *et add.* Peccaret enim contra iustitiam agendo si non redderet debitum E. 17-19 Aliquando... tunc *om.* B. 19 propter *om.* A. 20-21 praesumptio *om.* A. 22 dissidere E, desiderare A (*quod corr.* E), dissuadere B, deliberare T. || alias] probabilem et vehementem B. 24 etc. *om.* E. 25 De hoc *om.* B. || Si] et si B.

1 *Quaest. ex utroque mixtim*, q. 127 (PL 35, 2385); in litt. (p. 946) et in *Decreto*, C. 33, q. 4, c. 5 (I, 1248). 2 *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 1, c. 2 (col. 2096). 3 Lib. I, n. 34 (PL 23, 257 B); ex *Decreto*, d. 31, c. 7 (I, 113).

Num. 12-14: anon. P, f. 206r. Quoad n. 14: Hugo de S. Caro, d. 31 (Assis. 131, f. 177a).

quisque fidelis non potest orare nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper sunt offerenda sacrificia, semper orandum; si semper orandum, semper matrimonio carendum ».

13. Quo etiam praesentia Spiritus Sancti non datur [947, 11-12]. Videtur ex hoc quod nullus potest coire matrimonialiter ens in caritate. Praesens enim est Spiritus Sanctus enti in caritate. Respondemus: loquitur de praesentia Spiritus Sancti quoad actum doni prophetiae. — Sed propter quid tunc non datur spiritus prophetiae ? Respondemus: propter maximam distantiam actuum. Oportet enim legentem in speculo aeternitatis abstrahi a sensibus, et maxime a carne; cuius contrarium invenitur in opere coniugali.

14. Nec tamen tempore illo [947, 14]. Quaeritur propter quid tenetur potius reddere in sacro tempore quam in sacro loco. In sacro enim loco non tenetur reddere nec tenetur exigere. — Respondemus: quia maior est sanctitas loci quam temporis, et quia locus sacer publicus est, in quo posset generari scandalum. Licet vero tempus sit sacrum, non polluitur ex coitu; et potest || fieri sine scandalo, ut si fiat in loco secreto. A 168a

15. Nec solum in opere [947, 19]; **et tribus hebdomadibus ante festum B. Ioannis** [947, 21-22]. *a.* Quaeritur utrum modo teneat quod dicitur de his tribus hebdomadibus; et si tenet, quomodo intelligitur; et quae est ratio istorum temporum.

b. Praeterea quaeritur de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae. — Item quaeritur de clandestino coniugio, utrum dirimendum sit, cum sit prohibitum ab Ecclesia, ut *Extravagantibus IV*, De sponsalibus et matrimonio, *Cum inhibitio* [1].

1 quisque] quisquis alius T. 2 cui] enim AE. || semper²] est *add.* B. 3 si s. orandum] ergo B, et *praem.* T. 5 Vid. ex hoc] ex quo vid. B. || potest] possit BE. 6 ens] existens B. 6-8 enti... Sancti *om.* (*hom.*) A, existenti *pro* enti *et om.* Sancti B. 9 non *om.* AT. 10 distantiam] differentiam B. 12 invenitur] reperitur B. 15 In... loco *om.* (*hom.*) T. || non] nec E. || nec] neque B. || tenetur²] exigitur B, *om.* E. 16 quia T, *om.* ABE. || maior] aliud T. || quam] et aliud est sanctitas T. 17 quia] etiam *add.* E. || in q. posset] in q. possit BT, sive communis et posset cito ibi E. 18 vero] sic A. 21 Quaeritur] questio est B. 21-22 modo teneat] illud *praem.* B, illud *add.* T. 22 quod... hebdomadibus *om.* B. 23 intelligitur] intelligendum B, intelligatur T. || istorum] ipsorum B. 24 quaeritur] questio est B. 25 Item quaeritur] preterea qo est B. 26 cum] et AT. 26-27 Extra] in B. || Cum *om.* A.

1 *Decretales*, compil. IV, lib. IV, tit. 2: De clandestino matrimonio, c. 1 (p. 778); compil. Greg. IX, ib., tit. 3, c. 3 (II, 679s.).

Num. 15: anon. P, f. 206v; anon. V, f. 159b; quoad lin. 21-15 (p. 514): Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 177c). Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 265-267; Bonav., hic, a. 4 (IV, 739ss.).

c. Respondemus: illa observatio trium hebdomadarum non universaliter tenetur ab Ecclesia. Sed potest dici, in maxima parte, illud tempus quod est a diebus Rogationum usque ad octavam Pentecosten; quod tamen nec omnino observatur. — Sed ratio illius potest esse, quia tunc sunt dies ieiunii Apostolorum et solemnitas Pentecosten. In huiusmodi autem diebus non competit contrahi matrimonium. Oportet enim vitare opera carnis, nam ieiunium est ad carnis mortificationem. In reliquis vero temporibus est sabbatismus spiritus. Et propter hanc rationem videtur interdictum Ecclesiae fieri his temporibus.

d. Interdictum autem Ecclesiae impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum; poena tamen infligitur contrahentibus. Unde quidam canones dicunt coniunctos separandos [1], sed hoc intelligendum est, ut agant poenitentiam. Et *Extravagantibus IV*, De sponsalibus et matrimonio [2]: « Si quis huiusmodi clandestina vel interdicta coniugia inire praesumpserit in gradu inhibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta illegitima censeatur ». Et loquitur ibi de matrimonio contracto in tribus primis gradibus [3]. Praeterea ibidem [4] dicitur generalius de clandestinis et prohibitis coniugiis: « His qui taliter copulari praesumpserint, etiam in gradu concesso, condigna poenitentia imponatur ». — Et haec dirimenda sunt, ut dicitur *Extravagantibus I*, De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae [5]: « Quod contra interdictum et ordinem Ecclesiae constat esse factum, ratum non habetur, tamquam inordinatum ». Et eodem titulo De clandestinis, Ex *litteris* [6], di-

1 Resp.] ad primum quod *add.* B. 2 tenetur] observatur E. 4 nec] neque B. 5 illius *om.* B. || sunt *om.* AT. 7 contrahi] contrahere B. || enim] autem AET. 7-8 vitare opera] vacare ab operibus B. 8 nam] quia T. 10 hanc] huiusmodi E. 10-12 fieri... Ecclesiae *om.* (*hom.*) B. 10 his] istis E. 12 autem] enim T. 13 tamen] vero B. 15 est *om.* B. 16 Et *om.* E, dicitur *add.* B. || Extra] in B. 17 vel] et E. 18 inhibito *om.* A. 19 loquitur B, idem AET. 20 in tribus *ita* ABE, etiam in T. 23 poenitentia] pena T. 24 ut] et *codd.* || Extra] in B. 27 Et... dicitur] de clandestinis autem dicitur in eodem cap. Ex litteris B.

1 *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 4, c. 10 (I, 1249); hic in litt. (p. 947, lin. 23-24). 2 *Decretales*, compil. IV, lib. IV, tit. 2: De clandestino matrimonio, c. 1 (p. 778); compil. Greg. IX, ib., tit. 3, c. 3 (II, 679s.). 3 L c., et in compil. IV, lib. IV, tit. 3, c. 3 (p. 779s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 14, c. 8: *Non debet* ... « Prohibitio quoque copulae coniugalis quartum consanguinitatis et affinitatis gradum de cetero non excedat » (II, 703s.). 4 L. c. in nota 2. 5 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 17, c. 1: *Videtur nobis* (p. 111); compil. Greg. IX, ib., tit. 18, c. 3 (II, 718). 6 Ib., c. 3 (p. 112); compil. Greg. IX, ib., tit. 16, c. 2 (II, 708s.).

citur quod, si non alia causa impediat, « nisi quod defuit solemnitas in facie Ecclesiae celebranda, quae propter tempus quadragesimae || non potuit exhiberi, si contractum fuerit, non dissolvatur ». Alia tamen poena eis debet imponi, quia contra interdictum Ecclesiae fecerunt. — Sed distinguitur: quia aliquando simpliciter prohibetur, et super prohibitione nihil statuitur; et tunc dirimendum est. Si vero super prohibitione aliquid statuatur, quidquid illud fuerit, observetur. — Praeterea prohibetur aliquando matrimonium a iudice, aliquando a iure. Cum a iure, contrahi non debet; contractum, non tenet, ut XXXV, quaestione 3, *Contradicimus* [1]. Cum vero a iudice prohibetur, contrahi non debet, sed tamen contractum tenet, si aliud non impediat quam prohibitio. — Praeterea, aut prohibet Ecclesia causa adiecta, aut non adiecta. Secundo modo, debet Ecclesia approbare contractum post tale interdictum, acsi esset eius auctoritate contractum. Argumentum, XVII, quaestione 2, *Nos novimus* [2]. Si primo modo, aut illa causa habet perpetuam prohibitionem, aut non. Si non, tunc debet Ecclesia contractum sustinere, ut *Extravagantibus I*, De sponsa duorum, cap. ultimo [3]. Si habet perpetuam, debet approbare quousque constet « an stare debeat matrimonium », ut *Extravagantibus I*, De sponsalibus, *De muliere* [a 4]. E 298r

a (22) **Quadragesimali tempore convenire nullo modo arbitror** [947, 26]. Non enim convenit tali tempore matrimonium contrahere, quo praecipitur ut sponsus de cubili suo *egrediatur et sponsa de thalamo suo*, ut in Ioele [5] (+ B).

1 quod[1]] et B, *om.* T. 2 celebranda] facienda B. 3 exhiberi] effectui mancipari B(*Decr.*). 5 Sed] hic *add.* T. || quia *om.* B. 8 statuatur] statuitur BET. 10 Cum a iure *om.* (*hom.*) A, *trp. p.* contrahi B. || contractum non] nec contr. B. 12 sed tamen contr.] contr. tamen B. 14 non... modo] sine cause adiectione. Sine causa adiecta B. 15 contractum] matrimonium *add.* B. || acsi] aut si AB. 16 XVII, q. 2] xxvii. q. 1 AET, xvii. B. 17 primo modo] causa adiecta est B. || causa *om.* B. 18 non[2]] perpetua *add.* B, habet *add.* E. 19 sustinere] approbare B. || Extra] in B. 20 quousque] donec E.

1 *Decretum* Gratiani, C. 35, qq. 2-3, c. 21 (I, 1269). 2 *Decretum* Gratiani, C. 17, q. 2, c. 2 (I, 814). 3 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 4, c. 9 (p. 103); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 681). 4 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 5 (p. 95); compil. Greg. IX, ib., tit. 16, c. 3 (II, 709). 5 Ioel 2, 16.

DISTINCTIO XXXIII.

1. Quaeritur hic de antiquis patribus [948, 4]. *a.* Numquid aliquis antiquorum Patrum potuit licite habere duas uxores. Probatio: istae duae, quibusdam demonstratis, possunt mutuo consentire cum aliquo in carnalem copulam et exhibitionem mutuam et cohabitationem; ergo sunt legitimae ad contrahendum matrimonium, et sic inter ipsas et illum est matrimonium. Sed Iacob potuit consentire in Liam et Rachelem quoad haec tria: non enim redarguit ipsum Scriptura [1]; ergo inter ipsum et ipsas erat matrimonium.

b. Contra, 2 Gen., 24: *Erunt duo in carne una*, non tres.
A 168 b Praeterea, consensus in individuam || vitae consuetudinem efficit matrimonium [916, 19-21]. Sed individua vitae consuetudo exigit mutuam castitatem; mutua autem castitas non est inter tres personas; ergo nec matrimonium.

T 176 d *c.* Item, matrimonium exigit mutuam || servitutem, ad minus postquam est consummatum. Sed mutua servitus non est inter tres personas; quia si teneretur exigenti reddere debitum, si simul ambae exigerent, necesse esset illis simul reddere, nec illae possent denegare sibi petenti. In mutua autem servitute non est ad imparia iudicandum inter virum et mulierem [2].

d. Respondemus: distinguendum est, quod uno modo fuit utraque eius uxor, et alio modo non. Nam quantum ad ius naturale, quod erat indictum homini in statu innocentiae,

2 Numquid] questio est *praem.* B. 4 quibusdam] quibuscumque ET. 5 et] in *add.* BE. 7 matrimonuim *om.* BT. || et sic] si sunt legitime B. || ipsas] illas B. 8-10 Sed... matrimonium B, *om* (*hom.*) AET. 11 Contra] dicit Dominus in *add.* B. 12-13 efficit] facit B. 14 castitatem... castitas] caritatem... caritas T. 15 nec] non est B. 16 Item, matrimonium *om.* B. || mutuam *om.* A. 17 est[2]] potest esse B. 18-19 si... ambae] sic si due persone simul debitum E, tenerentur *pro* teneretur A. || exigenti... simul *om.* B. 19 reddere] quia *add. codd.* 20 sibi] illi B. 22 distinguendum] dicendum E. || est *om.* AT. 23 et *om.* E. 24 indictum] indicium AET.

[1] Gen. 29-30. [2] Cf. supra, d. 32, n. 8.

Num. 1: anon. P, f. 206v; anon. Tr, f. 201b-d; anon. V, f. 159v. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 226; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 3, q. 1 (f. 45c-d); *Summa Hales.*, III-2, nn. 365, 368s., 485; Alb. Magnus, hic, a. 7 (XXX, 298s.); Bonav., hic, a. 1, q. 3 (IV, 751ss.).

dum feliciter vixerunt primi parentes in paradiso, et quoad ius divinum simpliciter, praeter temporis necessitatem, non est nisi una unius. Quantum autem ex divina dispensatione, quae secundum temporis erat necessitatem, nihil prohibebat plures esse unius uxorio affectu coniunctas. — Nec sequitur: possunt mutuo consentire quoad tria supradicta, ergo sunt legitimae simul ad contrahendum; sed: hae personae possunt esse legitimae, et illae personae possunt esse legitimae. Deest enim unitas sacramentalis, quae non est in pluribus simul contrahentibus cum uno. — Nec sequitur, si non redarguit Scriptura Iacob, quod sit ibi plene unitas sacramenti.

e. Excusantur autem quatuor de causis antiqui Patres, sicut patet his versibus :

Excusant veteres mos, iussio, causa, figura,
Pluribus ut generent quae coniugibus sociantur.

f. Quid autem quatuor uxores Iacob figuraverint, haberi potest ex eo quod dicit Augustinus, libro *Contra Faustum* [1]. Significat enim Rachel Ecclesiam, quae est sponsa Christi, quae est ex bonis contemplativis qui diligunt Deum propter se; et Lia significat illam prout est ex bonis activis. Et duae ancillae significant Ecclesiam mercenariorum, contemplativorum et activorum, de quibus Matth. 24, 40-41 [2]: *Erunt duo in lecto* etc., *duae in mola* etc. Unde Augustinus in eodem [3]: « Duae sunt uxores Iacob liberae: ambae quidem sunt filiae remissionis peccatorum, scilicet Laban. Verumtamen una amatur, alia toleratur ». « In [4] hoc enim saeculo simul est laboriosa iustitia cum speciosa intelligentia ». Maior autem prius nubit: « Prior [5] enim est in recta hominis eruditione labor operandi quae iusta sunt, quam voluntas intelligendi quae vera sunt », iuxta illud [6]:

2-4 non... necessitatem *om.* (*hom.*) A. 3 ex div. disp.] ad divinam dispensationem B. 4 erat] fuit E. 7 simul ad *trp.* BE. 8 legitimae] illegitime T. 9 est in] convenit B. || pluribus B, *om.* AET. 10 Nec] neque B. 12 autem] enim BT. 14-15 mos... sociantur B, etc. AET. 17 eo... libro] libro Augustini B. 19 qui... se *om.* E. 19-20 et L. significat] ut L. figurat B. 20 Et *om.* B. 22 lecto] uno *add.* B. 25 scilicet] que est B, quod est *Aug.* || alia] altera T. 27 Prior] prius T.

1 Lib. XXII, cc. 52-55 (PL 42, 432-435), partim verb., partim contracte. 2 Matth. 24, 40-41: *Tunc duo erunt in agro... Duae molentes in mola;* Luc. 17, 34-35: *Erunt duo in lecto uno... Duae erunt molentes.* 3 Ib., c. 54 (PL 42, 434). 4 Ib., c. 53 (PL 42, 433s.). 5 Ib., c. 52 (PL 42, 433). 6 Eccli. 1, 33.

Concupisti sapientiam, serva mandata; et illud Psalmi [1]: *A mandatis tuis intellexi.* — Per Bala, quae inveterata interpretatur [2], intelliguntur illi qui sunt sub corporeis imaginibus cogitantes, [etiam] « cum aliquid de spirituali et incommutabili divinitatis substantia auditur ». Per Zelpham, quae interpretatur os hians [3], « illi quorum os hiat et cor non hiat in praedicationem fidei evangelicae ». Isaias [4]: *Populus hic labiis me honorat.* De hoc Augustinus in libro *De virginitate* [5].

B 163 r **2.** || **Antiquis iustis non fuit peccatum** [949, 9-10] *a.* Contra: matrimonium est de iure naturali, sicut Gen. 4, 19: *Qui accepit uxores duas,* Interlinearis [6]: « Primus Lamech contra naturam et morem adulterium committens ». Sed contra matrimonium est pluribus adhaerere, quia contra mutuam castitatem et servitutem; ergo contra ius naturale est plures habere uxores; ergo est peccatum. Nec [a] potest dici quod ex dispensatione sit factum, propter quam non imputatur peccatum, quia ius naturale non recipit dispensationem.

b. Item, [quod] non fuit hoc contra naturam, dicitur Gen. 29, 21, super illud: *Da mihi uxorem meam,* et super illud [7]: *Vespere Liam, filiam suam, introduxit,* ubi dicitur: « Alia sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra

a (15-18) Si vero diceretur quod hoc factum esset ex dispensatione, et ita, quod imputaretur peccatum si non esset dispensatio, ex dispensatione non imputatur peccatum; [contra] hoc est quod ius naturale non recipit dispensationem. — Quod autem non esset contra naturam, quod Iacob quatuor habuit uxores, patet per hoc quod dicitur in (B).

1 Concupisti B (*Aug.*), concupisce AET. 1-2 et... intellexi *om.* B (*Aug.*). 2 quae] vero quia B. 3 sunt *om.* B. || cogitantes] cogitant B. 4 cum *om.* B. 5 Zelpham] vero *add.* B. || hians] intelliguntur *add.* B. 6 non hiat] stringitur B. 7-8 Isaias... virginitate *om.* B, loquitur *add.* E. 7 honorat] cor autem eorum longe est a me *add.* T. 10-11 Gen. 4... Interlin.] habetur interlin. Gen. 4, super illud: qui... duas B. 13 est *om.* B. || quia] est *add.* E. 14 et] mutuam *add.* B. || naturale] nature E. 16 sit factum] fit tantum T. 18 dicitur] enim *add.* AE. 21 mores] morem B. 22-26 Si... in *ita loco* Nec... dicitur (15-18) B.

1 Ps. 118, 104. 2 Ib., c. 54 (PL 42, 434s.). 3 Ib., c. 55 (PL 42, 435). 4 Immo Matth. 15, 8; ex Is. 29, 13. 5 Cap. 2 (PL 40, 398). 6 In h. l., ap. Lyranum (I, 46v); *Ordin.* in h. l. (PL 113, 101 A). 7 Gen. 29, 23; *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 91r); ex August., *De bono coniugali,* c. 25, n. 33 (PL 40, 395).

Num. 2: anon. P, f. 208r; anon. Tr, f. 201a-b; anon. V, f. 159v (aliter). Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea,* IV, tr. 9, c. 3, q. 2 (f. 45d-46b); *Summa Hales.,* III-2, n. 255; Alb. Magnus, hic, aa. 2-3 (XXX, 291ss.); Bonav., hic, a. 1, q. 2 (IV, 749ss.).

praecepta; sed Iacob non fecit contra naturam, quia causa generandi illis utebatur ».

c. Praeterea, si tunc non fuit contra naturam et non fuit peccatum, eo quod « non lasciviandi causa, sed gignendi, utebatur mulieribus » [949, 10-11]: || propter quid modo est peccatum ? || cum quod semel est contra naturam, semper sit contra naturam. A 168c E 298v

Respondemus: esse contra naturam dicitur pluribus modis. Nam uno modo dicitur natura secundum statum innocentiae, in quo si homo vixisset, una esset unius, non plures unius nec una plurium. Cum autem homo cecidit per peccatum, corrupta fuit natura haec, et pauci, propter pronitatem concupiscentiae, ad cultum Dei generabantur. — Contra naturam ergo erat quod Lamech pluribus utebatur, quia vincente libidine, contra illud quod naturae remansit, nec ad cultum Dei hoc fecit. Quia vero temporibus Patriarcharum diminutus erat numerus fidelium, conveniebat pluribus uti coniugibus ad fidelium multiplicationem. Nec erat contra naturam tunc quod factum est, sed secundum superiorem naturam, quae ex parte finis accipiebatur. Sed non tantum erat ibi de natura quantum prius: quod enim una unius, hoc defuit.

e. Praeterea, contra quoddam ius naturae accipitur dispensatio, et contra quoddam non. Quoddam enim est ius naturae in quo homo tenetur Deo, et contra illud non est dispensatio; quoddam vero in quo tenetur homini, et contra illud aliquando dispensatur, aliquando non. De iure enim naturali fuit aliena non rapere, contra quam naturam est furtum et rapina; et tamen ex dispensatione divina Israelitae asportaverunt vasa Aegyptiorum [1]: non ut illorum res, sed ut res Domini qui praecipiebat. Et ita non fuit contra naturam, sed supra. Eodem modo contra naturam non fuit tunc temporis, quod

1 praecepta] preceptum T. 3 Praeterea] questio est *add.* B. || et non] nec BE. 4 gignendi] generandi T. 6 cum B, et AET. 10-11 non pl. unius *om.* BE. || nec] neque B. 14 vincente B, vivente AET. 16 vero] enim B, autem E. || diminutus] imminutus B. 19 est] fuit BET. || sed T, *om.* ABE. || secundum *om.* T. || superiorem B, superiorum AT, superior E. 22 accipitur] recipitur BE. 23 et *om.* B. || enim *om.* B. || est *om.* A. 24 in *om.* T. 25 contra] ius T. 26 dispensatur, aliquando *om.* (*hom.*) B. || aliquando non *om.* T. 27 fuit *om.* T. 29 res[1] *om.* E. 30 qui *om.* A, hoc *add.* E. || non fuit *om.* T. || supra] naturam *add.* B. 31 Eodem... temporis] sic dico quod tunc temporis non fuit contra naturam E.

[1] Ex. 12, 35-36.

unus uteretur pluribus uxoribus ut generarentur filii ad cultum Dei, ne populus periret qui Deo serviebat. In hoc tamen praeter naturam, quod unus pluribus utebatur.

T 177a *f.* Nec erat utraque uxor, proprie loquendo, || ut *Extravagantibus III* habetur, De divortiis, *Gaudemus* [1]. Periret enim tunc ratio sacramenti. Et licet tunc non esset contra naturam pluribus uti, nunc tamen est, quia nulla causa naturae remanet: neque enim quoad ius divinum, neque quoad ius humanum.

g. Sed potest quaeri propter quid dispensabatur quod duae essent unius, et non quod una duorum, cum et sic possit fieri multiplicatio fidelium. — R e s p o n d e m u s: quadruplex potest esse ratio. Propter sexus virilis dignitatem, quia *vir* est *caput mulieris*, I ad Cor. 11, 3. Propter pacificum ordinem dominandi: non enim contingit unum bene *servire duobus dominis*, ut Matth. 6, in fine [2], nec unam duobus viris. Tum quia secundum naturam unus sufficit ad plures fecundandas; unde in naturis sol proportionatur patri et terra matri in vegetabilibus [3]: sol autem unus secundum diversitatem radiorum plures partes terrae fecundat. Tum propter sacramentum: per hoc enim fuit significatum quod in omnibus gentibus ecclesiae uni viro erant subiciendae.

3. Quod autem castitas virginalis [950, 23]. Quaeritur de virginitate, quid sit, et utrum sit virtus eadem cum pudicitia aut continentia vel non. Et propter quid virginibus debeatur aureola; et utrum virgines reputandae sunt, quae per violentiam

1 uteretur] copularetur B. 2 hoc *om.* A. 4-5 ut... habetur] sicut habetur in .iii B. 7 uti] uxoribus *add.* B. || est] contra naturam *add.* E. || nulla causa] nihil cause B, *om.* causa A. 8 enim *om.* E. || quoad ius[2]] ad ius B, *om.* E. 9 disp. quod] dispensatio fuit ut B. 10 quod *om.* B. || duorum] plurium E, esset *praem.* T. || sic *om.* B. 13 Cor. 11] et *add.* E. 14 contingit] convenit *codd.* 15 ut... nec] sicut habetur in .vii. Mt.: Nemo potest duobus dominis servire; multo fortius B. || quia *om.* A. 16 unus] vir *add.* T. 17 proportionatur patri] comparatur pa. proportionaliter T. || et *om.* E. 18 autem] enim E. || secundum] per B. 19 enim *om.* A. 20 viro] Iesu Christo *add.* E. 22 Quaeritur] questio est B. 24 aut] et B. || vel] aut BT. || Et] deinde B. 25 virgines reputandae] repudiande *et om.* virgines AET.

1 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 14, c. 2 (p. 393); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 8 (II, 723s.). 2 Matth. 6, 24. 3 Aristot., *De animal. gener.*, I, c. 2 (Bekker, 716a 15-16; Didot, III, 320 45-47). Cf. Alex., *In III Sent.*, d. 23, n. 13, § *e* (p. 273).

Num. 3: anon. P, f. 209r-210r (= I-II), f. 212v-213r (= III-IV); anon. Tr, f. 201d-202c; anon. V, f. 160r. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 7, c. 6 (f. 176d-178d); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 178b-c); *Summa Hales.*, II-2, n. 627; Bonav., hic, a. 2, qq. 1-3 (IV, 753ss.).

corrumpuntur in corpore, et si eis debeatur aureola. Et si non tantum virginibus debetur aureola, sed etiam martyribus et praedicatoribus, propter quid debetur iis et non aliis. Deinde de comparatione castitatis virginalis ad castitatem vidualem, cum virginibus debeatur fructus centesimus, viduis sexagesimus, coniugatis trigesimus [1].

I. *a.* Definit autem Augustinus in libro *De virginitate* [2]: « Virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio ». Secundum hanc definitionem videtur quod virginitas secundum animam attendatur. — Sed contra, Augustinus, *Contra Iulianum* [3]: « Ut quid pudicitiam et virginitatem quasi res eiusdem generis iungis ? Pudicitia est res mentis, virginitas corporis. Denique, illa permanente, potest haec violenter auferri ». Et si hoc, non erit virginitas virtus. —
Praeterea, || secundum praedictam definitionem, in nullo esset A 168 d
virginitas. Dum enim homo est in via, *corpus quod corrumpitur aggravat animam* [4], nec potest esse 'perpetua meditatio incorruptionis'.

b. Item quaeritur, si virginitas ponit de se incorruptionem carnis, utrum eadem sit virtus cum pudicitia. Quod non videtur, eo quod de esse pudicitiae non est incorruptio carnis. — Videtur autem contrarium, quia si non esset eadem virtus, in habente pudicitiam coniugalem exsistente in caritate non esset omnis virtus, cum deesset virginitas. « Qui enim habet unam, habet omnes [5] » [711, 8]. Cum ergo iste habeat pudicitiam, habet et virginitatem, si est virtus; aut ergo non est virtus, aut est eadem cum pudicitia.

c. Praeterea, si virginitas est virtus, numquid potest desinere esse virginitas, ita quod non desinat esse virtus ?

---

1 corrumpuntur] repudiantur AET. || Et si non] si vero A. 2 debetur] debeatur ET. 4 vidualem] virginalem A, coniugalem BE. 7 Definit autem] sic def. E. 8-10 est... virginitas *om.* (*hom.*) B. 10 animam] hanc A, et carnem *add. mg.* B. 11 Aug., Contra] hoc est quod dicit Aug. ad B. 12 iungis] cum *add.* B. 13 mentis] anime B. 16 Dum] cum T. 17 nec] unde non E. 19 Item] preterea B. 21 de *om.* B. 22 autem *om.* E. 25 ergo] enim B. || habeat *om.* E. 26 si] virginitas *add.* B. 27 aut] non *add.* A. || est *om.* B. 28-29 est... virginitas *mg.* (*hom.*) A^2. 29 non *om.* B.

---

1 *Glossa ordin.* in Matth. 13, 23: *Et fructum affert... aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum:* « Triginta enim refertur ad nuptias, sexaginta ad viduas, centum... ad virginitatem »; ap. Lyranum (V, 45r). 2 Cap. 13, n. 12 (PL 40, 401).3 Lib. IV, c. 8, n. 48 (PL 44, 762). 4 Sap. 9, 15. 5 Cf. supra, d. 4, n. 25 (p. 93).

d. Praeterea, integritas carnis servata ex caritate estne virtus ? Quod videtur, quia ei promittitur fructus centesimus; quare videtur esse virtus vel opus virtutis. Sed non est opus virtutis, cum sit essentialiter in dormiente; erit igitur virtus. — Contra: nulla virtus violenter potest auferri; virginitas violenter potest auferri; ergo etc.

e. Respondemus: virginitas quandoque sumitur pro integritate carnis; quandoque pro perpetua animi pudicitia; quandoque pro utroque; quandoque pro praemio quod virginibus debetur, sive pro merito. Pro integritate carnis accipitur in auctoritate *Contra Iulianum;* pro perpetua animi pudicitia in definitione in libro *De virginitate;* pro utroque accipit Hieronymus[1]: « Quis ignorat » etc. [951, 5-10]; pro praemio vel merito, ut Rabanus[2], super Eccli. 40, 19, super illud: *Mulier immaculata computabitur,* Interlinearis[3]: « Praeeminet inter merita sanctorum virginitas ». — Per hanc distinctionem solvitur quod primo obicitur.

f. Ad secundum dicimus quod virginitas secundum illam definitionem salvatur in illis qui habent virtutem virginitatis.
E 299r 'Meditatio' autem non sumitur ibi secundum actum, || sed secundum habitum. Unde 'perpetua meditatio' dicitur, cum non interruptus est habitus meditandi secundum affectum, non quia sit continua meditatio.

g. Ad tertium respondemus quod virginitas est virtus: non prout principaliter supponit integritatem carnis, sed prout supponit propositum mentis servandi integritatem carnis. Et est eadem virtus essentialiter cum pudicitia coniugali et continentia viduali; differt autem secundum esse accidentale. Et licet

---

1 carnis] corporis B. || servata] est *add.* A. || caritate] integritate A, castitate B. || estne] est AT. 2 ei *om.* T. 3 quare... esse] ergo est B. 6 etc.] non est virtus B. 9-11 quandoque[1]... pudicitia *om.* (*hom.*) T. 10 sive pro merito *om.* B. 11 auctoritate] libro B. || pro] quod A. || perpetua] vero *add.* B. 12 in defin. *om.* B. 12-13 accipit Hieron.] sicut dicit Ier. in illa auctoritate B. 14 vel] sive B. || Rabanus] R. A, Beda B, b. E, idem T. 15 Interl. *om.* B. 16-17 distinctionem] diffinitionem A. 18 sec. dicimus] aliud d. E, sec. vero obiectum dicendum B. 20 autem] enim B. 21-23 dicitur... meditatio *om.* (*hom.*) A. 21-22 non... secundum *om.* B. 24 resp.] dicendum B. 25-26 sed... carnis *om.* (*hom.*) E. 26 mentis] sanctum B. || Et] sed E. 27 autem *om.* B.

---

1 *Adv. Iovinianum,* II, n. 4: « Quis ignorat... omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc christiani sunt ? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate » (PL 23, 288 B). 2 *In Ecclesiasticum,* IX: « Praecipuum ergo et supremum in meritis electorum virginitas habet praemium » (PL 109, 1053 B). 3 In h. l., ap. Lyranum (III, 429r).

de esse virginitatis sit integritas carnis, non tamen de esse eius quoad speciem virtutis. Nihil enim virtutis deperit, si per violentiam rupta fuerit repagula carnis. Unde dixit Lucia [1]: « Si invitam facias me violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam ». Si ergo crescit in huiusmodi virginibus patientia, crescit et virtus virginitatis, licet non maneat integritas carnis. — Dividendum tamen est de integritate carnis et corruptione. Est enim quaedam corruptio sequens corruptionem mentis, et illa proprie dicitur corruptio; et est alia corruptio violenta, quae licet quoad naturam sit corruptio, non tamen quoad esse moris.

h. Nec sequitur: si virginitas est virtus, desinente virginitate, quod desinat illa virtus; sicut accidit in illis qui sunt coniugati et generant filios ad cultum Dei in caritate. Differt tamen status annexus virtuti, ratione cuius debetur aureola virginibus, non coniugatis.

i. Nec concedendum quod integritas carnis servata ex caritate sit virtus, sed status annexus virtuti, habitus mentis reprimens motus carnis proclivos ad corruptionem.

k. Obicitur autem contra illud || quod supra dictum est [2], A 169a quod una et eadem virtus est, quae in virgine dicitur virginitas, et in coniugibus continentia coniugalis, et in viduis pudicitia vidualis. Videtur enim quod falsum, per illud Augustini super illud [I] ad Tim. 5, 12: *Primam fidem* [3]: « In coniugio, si pudicitia non servatur, damnatio non timetur ». Ergo non oportet in coniugio haberi pudicitiam, oportet || autem haberi continentiam coniugalem. Cum ergo pudicitia sit T 177b

1 sit integritas *om.* B. || tamen] est *add.* BE. 3 dixit] bona *add.* B. 4 ad coronam] corona A. 5 crescit] crescat B. 6 maneat] manet B. 7 tamen *om.* B. || et] de *add.* B. || enim *om.* T. 9-10 et... corruptio *om.* (*hom.*) B. 10 corruptio *om.* A. || quoad e. moris] recipienda est corruptio B. 13 caritate] castitate B. 16 Nec conced.] neque conced. est B. || carnis servata *om.* T. 17 virtuti] sed *add.* B, scilicet *add.* E. 19 illud] id T. || est] scilicet *add.* E. 21-22 et²... vidualis *om.* B. 22 quod] hoc BET. 22-23 illud Aug.] hoc quod dicit Aug. B, Augustinum E. 23 super illud *om.* B. || fidem] irritam *add.* B. 24 non¹ *ita codd. et Decr., om. Aug.* 25 haberi] habere B. || pudicitiam] coniugalem *add.* T. 25-26 op. autem haberi] et op. habere B. 26 continentiam] pudicitiam A.

1 *Breviarium Rom.*, Officium S. Luciae (13 dec.); in *Decreto*, C. 32, q. 5, c. 1 (I, 1132). 2 Sub § *g*, ubi rectius aptatur pudicitia coniugibus et continentia viduis. Sed totus praesentis paragraphi textus adeo corruptus est, ut vix emendari possit. 3 *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 192, 353 C); *Ordin.* in h. l. (PL 114, 630 C); ex August., *De bono viduitatis*, c. 9, n. 12: « In coniugali quippe vinculo si pudicitia conservatur, damnatio non timetur; sed in viduali et virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur » (PL 40, 437). *Decretum* Gratiani legit ut Alexander: « Si pudicitia *non* conservatur », C. 27, q. 1, c. 41 (I, 1060).

eadem cum virtute virginitatis, non erit continentia coniugalis eadem cum illa. Aliud enim est continentia quam castitas, ut ad Gal. 5, 23, super illud: *Continentia, castitas*, ubi dicitur [1]: « Continentia est quando a licitis se abstinet; castitas quando recte utitur licito ». Castitas autem illa non erit eadem cum virtute virginitatis; continentia autem poterit esse, secundum quod ibi definitur. — Respondemus: nomen 'pudicitiae' multipliciter sumitur. Dicitur enim pudicitia, quando omnis motus illicitus cohibetur vel coitus; et secundum hunc modum erit cum non virginitate et convenit matrimonio bene servato. Dicitur etiam pudicitia, cum omnis coitus tollitur, et sic intelligitur auctoritas Augustini; et secundum hunc modum planum est quod eadem est virtus virginitas et pudicitia. Secundum reliquum modum est quodam modo eadem, et quodam modo non eadem. Nam secundum esse morale aut naturale, non eadem; secundum esse gratuitum, eadem. Quod autem non eadem secundum esse morale aut naturale, patet: castitas enim illa coniugalis est circa opus generativae; virtus verò virginitatis circa continere ab opere omnino. Quia vero, cum a statu virginitatis transitus fit ad statum coniugati, non amittitur gratia cuiuscumque virtutis, dicitur eadem virtus quoad esse hoc, scilicet gratiae, in virginibus et coniugatis.

II. *a.* Postea quaeritur propter quid virginibus debeatur aureola. Hoc autem aut est ratione virtutis in anima, aut ratione incorruptionis in corpore. Si primum, cum eadem sit virtus in viduis continentibus et virginibus, eadem decima debetur eis. Si secundum, non videtur: aureola enim praemium est in anima, quae non respondet merito secundum carnem. Si ra-

2 ut *om.* A, secundum quod dicitur B. 3 illud *om.* AT. 3-4 castitas... continentia *om.* (*hom.*) B. 4 a licitis T (*Glossa*), ab illicitis ABE (*om.* ab A). || quando[2] *om.* B. 8-9 sumitur... coitus] dicitur: uno enim modo dicitur pud. cum omnis illicitus coitus prohibetur B, prohibetur *pro* cohibetur E. 9 et *om.* A. || hunc modum] hoc B. 10 cum non *trp.* A, *om.* non B. || convenit] continentia cum B. 11 Dicitur etiam] reliquo vero modo dicitur B. || coitus] illicitus *add.* B. || sic *om.* A, secundum hoc B. 13 virtus] et *add.* T. 14 est... et *om.* T. 14-15 eadem... modo *om.* (*hom.*) A, *om.* et E. 15 modo *om.* T. 16 esse] vero *add.* B. 17 aut] et B. || patet] nam *add.* B. 18 enim] autem E, *om.* AB. || illa *om.* T. || vero *om.* T. 19 virgin.] integritatis E. 20 virginitatis] virginis B. || coniugati] coniugii ET. 21 dicitur e. virtus *om.* A. 22 hoc, scil. *om.* B. || in virginibus *om.* A. 23 Postea] deinde B, preterea ET. 24 autem] enim BE. 25 primum] ratione virtutis B. 26-27 eadem... secundum] aureola debetur coniugibus et viduis sicut et virginibus; si vero ratione incorruptionis in carne B, hoc *add.* BE. 28 quae] quod E, premium autem in anima B. || carnem. Si] carnalem. Si vero dicatur quod hoc sit B. || Si] sed AE.

1 *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 192, 160 B); *Interlin.* in h. l.: « *Continentia*, quando etiam a licitis se abstinet; *castitas*, quando recte utitur licito »; ap. Lyranum (VI, 87v).

tione coniuncti, cum ipsum coniunctum sit virtus una, respondebit praemium unum. Aurea vero et aureola non sunt praemium unum. Cum ergo aurea debeatur illi virtuti, non videtur deberi aureola.

b. Praeterea quaeritur utrum parvulis conveniat aureola, qui moriuntur cum incorruptione carnis. Quod videtur, eo quod habent tam incorruptionem mentis quam carnis; cui coniuncto videbitur aureola convenire.

c. Praeterea, aureola convenit praedicatoribus, sicut I ad Thess. 2, 19, super illud: *Quae enim est spes nostra aut gaudium aut corona gloriae*, Glossa [1]: «Manifestum est quod perfectio discipulorum gaudium est et corona magistrorum. Fructus enim magistri est obedientia discipuli, cuius bona conversatio coronam dat magistro, iudice Christo».

d. De excellentia autem virginitatis et martyrii, habetur Ex. 26, 14, super illud: *Aliud rursum operimentum de pellibus ianthinis*, Glossa [2]: «Ceterae virtutum species cum iis quae in terra sunt aliquid commune habent; certamen vero martyrii et decus virginitatis, a terrenis suspensum, civibus supernis est coniunctum. Martyr enim, in tormentis positus, ipsum mundum relinquere et ad videndum mundi Conditorem desiderat pervenire. Caelibes vero, dum communem legem, qua dicitur [3]: *Crescite et multiplicamini*, intuitu maioris praemii transcendunt, altiorem ceteris fidelibus et ipso mundo sedem eligunt». — Et ad I Cor. 7, 26: *Existimo hoc bonum esse*, Glossa [4]: «Supergreditur virginitas conditionem humanae naturae, per quam homines angelis assimilantur. Maior || tamen victoria virginum quam angelorum. Angeli sine || carne vivunt; virgines in carne triumphant». Cum ergo debeatur aureola huic triplici statui, oportet aliquid commune esse in merito, ratione

A 169 b
E 299 v

2 vero] enim E. 3 aurea] aureola T. 5 Praeterea... aureola *om.* (*hom.*) B. 7 quam] incorruptionem *add.* B. || cui] cum in A, cum T. 9 Praeterea] item E. || convenit] contingit AE. || sicut] habetur *add.* B. 10 enim] vero T. 11 Glossa *om.* E. || quod *om.* A. || perfectio B (*Glossa*), profectio AET. 13 conversatio B (*Glossa*), commendatio AET. 15 habetur] in *add.* B. 16 illud] super hoc *add.* B. 17 ianthinis] iacintinis AET, ubi dicit *add.* B. 18 vero] ergo A. 19 terrenis] mundanis B. || suspensum] suspensi A. || supernis *om.* T. 20 enim] vero B. 21 Conditorem] conditionem B, *om.* T. 22 pervenire] convenire A. 23 praemii *om.* T. 24 et] in T. 25 Existimo] estimo ABT. || hoc *om.* B. || esse] ubi dicit *add.* B. 27 victoria] est *add.* E. 29 ergo] communiter *add.* B.

1 Lombardi in h. l. (PL 192, 296 B); ex Ambrosiastro in h. l. (PL 17, 446 D). 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 182v); ex Beda, *De tabernaculo*, II, c. 4 (PL 91, 436 B-C). 3 Gen. 1, 28. 4 Lombardi in h. l. (PL 191, 1596 B).

cuius commune sit praemium; per quod etiam distinguantur hi status ab aliis.

e. Augustinus in libro *De virginibus*[1]: «Sicut non est impar» etc. [950, 25]. Si ergo sic est, quod merito continentiae in Ioanne debetur ei aureola; merito continentiae [et] Abraham debetur, aut erit impar meritum.

f. Praeterea quaeritur de incorruptis carne, corruptis autem mente, utrum, si decesserint in gratia finali, debeatur eis aureola quae debetur virginibus. Quod videtur, eo quod incorruptio est ibi mentis et corporis: poenitentia enim «omnes defectus animae ad perfectum revocat»[2]. — Sed contra, dicit Augustinus[3]: «Virgines quae corruptae sunt semel, non audeant se sanctis virginibus adaequare». — Praeterea, si de virginibus quae invitae corruptae sunt in carne, dicitur quod non desponsantur anulo aureo sponso Christo, secundum illud II ad Cor. 11, 2: *Despondi vos uni viro* etc.: per hoc significatur in Ecclesia militante, quod non tribuitur eis honor specialis in Ecclesia triumphante. Sed hic est aureolae; corruptis ergo invitis non attribuitur aureola. Multo fortius [ergo] semel corruptis in mente voluntarie non debetur aureola.

g. Respondemus quod aureola debetur virginibus ratione coniuncti. Est enim aureola praemium in anima, sed in virginibus habet relationem quamdam ad incorruptionem carnis, ut cui per se debetur gloriosa incorruptio. Ergo gloria in anima de incorruptione carnis et de eiusdem plena victoria, aureola virginum nuncupatur. — Non autem respondebit aureola proprie, nisi perpetua sit incorruptio. Unde supra[4]

---

1 etiam] enim A. 3 Augst.] preterea dicit *praem.* B. || virginibus] virginitate ET. 4 etc. *om.* AET, meritum continentie in Ioanne qui nullas nuptias expertus (est) et in Abraham qui filios genuit B. || sic est quod] in B. 5 in... continentiae *om.* (*hom.*) AE, *om.* ei T. 7 quaeritur] questio est B. 8 utrum *om.* B. 9 videtur] ex *add.* B. 9-10 incorruptio... corporis] incorrupta est mente et corpore B, per penitentiam *add.* E. 11 contra] hoc est quod *add.* B. 13 Praeterea] item E. 14 invitae] mente B. || in *om.* E, et non in B. 17 eis *om.* A. 18 hic est] honor specialis est honor B. 19 attribuitur] tribuitur B, datur E. 21 Resp.] ad quod responde B. 25 carnis... eiusdem B, et eiusdem AE, eius de T. 26-27 respondebit... sit] responderet... esset B.

---

1 Immo, *De bono coniugali*, c. 21, n. 26: «Sicut non est impar meritum patientiae in Petro qui passus est et in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentiae in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham qui filios generavit» (PL 40, 391); hic in litt. (p. 950). 2 Ps.-Augustinus, *Hypognosticon*, III, c. 9, n. 17 (PL 45, 1631). Cf. supra, d. 14, n. 5. 3 Immo Leo Magnus, *Epist. 12*, n. 8 (PL 54, 653 B); in *Decreto*, C. 32, q. 5, c. 14 (I, 1136). 4 Art. I, § *a* (p. 521).

definitur virginitas: « In carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio ». Aureola enim, ratione proprietatis auri, incorruptionem designat; et ratione coronae, perpetuitatem. Aurum etiam species est omnium metallorum, sicut lux est species omnium formarum: in quo significatur puritas specialis quae est in virginibus, secundum quod dicit Hieronymus[1]: « In carne praeter carnem vivere, non est terrena vita, sed caelestis ».

h. Dicitur autem aureola diminutive respectu aureae. Licet enim in utroque praemio sit aeternitas, tamen aurea dicitur praemium quod habet anima in conversione virium suarum ad summam veritatem, aeternitatem, bonitatem; aureola vero in conversione animae ad proximum vel ad corpus proprium. Gloria enim est in anima, praeter principalem gloriam quae est in fruendo Deo, aut in fructu proximi ad vitam aeternam; aut pro fide Christi, secundum quod dicitur Ionae 1, 12: *Mittite me in mare, et cessabit mare a vobis*, Glossa[2]: « Non est vestrum mortem || arripere, sed illatam ab alio libenter excipere, T 178c ubi fidei castitas periclitatur »; aut in incorruptione propriae carnis. Pro triplici ergo incorruptione est triplex gloria: pro incorruptione fidei servata quantum in ipso est; pro incorruptione bonorum morum quantum in proximo; pro incorruptione in sibi subiecta carne, maxime cum in nobis regnet carnis concupiscentia ex prima corruptione descendens. — Praeterea, substantia spiritus rationalis tum dicitur mens, tum animus, tum anima. Una enim aureola ad animum refertur, quae est in sustinentia passionis pro fide Christi aut iustitia; una in mente, ratione bonae praedicationis per quam fit conversio fidelium; tertia in anima, quae moribus prae corruptione carnis dominatur. — Praeterea, rectus ordo hominis aut est ad superius, aut ad id

1 definitur] definiebatur BE. 3 designat] significat BE. 3-4 Aurum etiam] preterea aurum B. 5 quo] qua AT. || specialis] spiritualis AET. 6 sec. quod] sicut B. 9 aureola *om.* AET. 9-10 Licet... utroque *om.* T. 12 aeternitatem] et B. 14 est *om.* B. 17 Mittite] mitte AB. || in mare *om.* AET. 18 arripere] accipere AE. || alio] aliquo AE. 19 in *om.* ABT. 19-20 incorruptione... incorruptione[1] *om.* B. 22 quantum] est *add.* BE. || sibi *om.* T. 23 cum... regnet] autem... regnat B. 24 substantia] supra E. 25 spiritus] spiritualis T. || tum[1] *om.* A. 26 enim] vero BE. || sustinentia] iustitia AT. 29 moribus prae corruptione] motibus corruptis B, *om.* prae E. 30 Praeterea *om.* A.

1 *Epist. 9* (*ad Paulam et Eustochium*), n. 5 (opus est Pasch. Radberti, PL 30, 126 D).
2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 374v); ex Hieron. in h. l. (PL 25, 1129 A).

quod est iuxta, aut ad id quod est inferius, aut in se ipso. Quoad superius determinatur aurea quoad se ipsum; sed tamen referendo ad superius, determinatur aureola martyrum. Quoad id quod iuxta est, scilicet proximum, referendo etiam ad
A 169 c superius, determinatur aureola praelati sive || praedicatoris. Quoad id quod infra est, scilicet carnem, determinatur aureola virginis.

i. Per iam dicta patet propter quid aureola virginum non debetur parvulis mortuis in innocentia. Non enim est in iis «victoria virginum, quae maior est quam angelorum», I ad Cor. 7, 25 [1]. Vincenti enim debetur corona, secundum illud: *Nemo coronabitur nisi legitime certaverit*, II ad Tim. 2, 5.

k. De communi in merito, dicendum quod gloria de incorruptione est commune in praemio; gratia vero ad triplicem incorruptionem est commune in merito, scilicet intellectus in doctrina, affectus in passione, desiderii in carne.

l. Nec sequitur, si par fuit meritum continentiae in Ioanne
E 300 r et Abraham, quod Abrahae debeatur || aureola virginitatis. Haec enim paritas non est status et status, sed personarum; nec hoc attenditur quantum ad aureolam, sed quantum ad auream.

m. Debetur autem aureola corruptis mente aliquando, si in gratia finali decesserint: decedunt enim cum gratia incorruptionis perpetuae in carne. — De corruptis autem invitis distinguendum, quia est quaedam corruptio in carne poenalis, et est quaedam corruptio libidinis. Prima corruptio non videtur auferre aureolam, sed augere coronam, secundum quod dixit beata Lucia. — Illud vero Augustini: «Virgines quae corruptae sunt semel» etc., intelligendum est sic, quod semper debent se minores reputare ex humilitate.

1 id q. est *om.* B, *om.* est E. 3 ad] quoad T. 3-5 martyrum... aureola *om.* (*hom.*) B. 5 sive] vel B, seu E. 6 infra] iuxta E. || est *om.* A. || determinatur *om.* B, debetur T. 7 virginis] virginum BE. 8 Per... virginum] unde B. 10-11 virginum... 7] virginitatis de qua dicitur I ad Cor. 7: Maior est vict. virg. quam angelorum B, *om.* quam A. 11 enim] autem BE. || debetur] dabitur E (*mg.* A²). 12 nisi] qui *add.* ET. 13 De... dicendum] si vero queratur quid sit commune in merito sicut est commune in premio, dicendum est B. || in] enim E, etiam T. 15 scilicet] secundum A. 16 desiderii] desideranti A, desiderati E. || carne] carnem A, solutio *add.* E. 19 et status *om.* T. 20 nec] neque B. || hoc *om.* E. 22-23 Debetur... decesserint] si vero queratur de corruptis mente aliquando, utrum debeatur aureola eis sicut incorrupte, resp. quod eis debetur B. 23 enim] autem T. 25 quia] quod BT. 27 dixit] dicit AET. 28 vero] autem B. || quae] in mente *add.* B. 29 semel *om.* B. || sic *om.* B.

1 *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 1596 B).

n. Ad obiectum de eo quod fit in Ecclesia militante, dicendum est quod aliter est in Ecclesia militante et in triumphante. Quod enim fit in Ecclesia militante, fit secundum iudicium hominis, cuius est iudicare secundum id quod apparet; *Deus autem intuetur cor*[1]. Quod enim est corrupta, apparet; quod invita, nescitur. Proprie autem corruptio carnis tollit aureolam, cum ad eam animus inclinatur.

III. *a*. Quaeritur a quo habuit ortum quod dicitur de differentia aureae et aureolae, et utrum idem sit fructus quod aurea et aureola. Cum enim quaedam sit differentia praemiorum aurea || et aureola, et alia per fructum tricesimum A 170a
sexagesimum, centesimum, quaeritur secundum quid accipitur utraque differentia.

b. Ad quod dicendum quod differentia aureae et aureolae accipitur ex eo quod dicitur Ex. 25, 25, ubi dicitur: *Facies ipsi labio coronam* auream *interrasilem altam quatuor digitis, et super illam, alteram coronam aureolam*, Glossa[2]: «Corona aurea additur, cum per Evangelium iis qui mandata custodiunt vita aeterna promittitur. Huic aureola superadditur, cum dicitur[3]: *Si vis esse perfectus*» etc. Item, Interlinearis[4]: Ut per coronam auream «altitudo vitae aeternae» ostendatur; per coronam aureolam, «quod est supra communem omnium retributionem». || — Secundum primum modum accidit tam au- T 178a
reae quam aureolae esse fructum centesimum. Accidit etiam aureola aliis quam praedicatoribus et virginibus et martyribus, illis scilicet sanctis qui statum tenent perfectionis. Secundum quem modum non fit hic sermo de aurea et aureola, sed in

1 obiectum] id vero quod obicitur B. 2 est[1] *om.* E. || Ecclesia *om.* B. || in[2] *om.* ET, aliter in B. 3 enim *om.* T. || Ecclesia *om.* BE. 4 id *om.* B. 5 enim] autem E. 6 quod] sed q. B, q. autem E. || autem] vero B. || carnis *om.* T. 6-7 aureolam] habendam *add.* B. 8 *art. III et IV trp. p. n. 2 dist. 34* AET. || Quaeritur] deinde *praem.* B. || habuit] habuerit BE. 9 utrum *om.* A, videtur quod T. 10 et] vel BET. 11 aurea et aureola || auream et aureolam B. 14 Ad... differentia *om.* (*hom.*) T, resp.: differentia E, *om.* quod A. 15 eo] hoc B. || dicitur] in *add.* B. 16 coronam auream *om.* B. || altam] auream B. 17 aureolam] ubi dicit *add.* B. 19 superadditur] superponitur E (*Glossa*). || cum dicitur *om.* AT. 20 perfectus] vade et vende omnia que habes *add.* B. || Item] expressius dicit B. || Interl.] intelligas A. 21 ostendatur] ostenditur AT, intelligatur B, offr. E. 22 aureolam] auream A. 24 esse] contra A. || etiam *om.* AET. 25 et[1] *om.* E, ut B. 26 scil. sanctis] enim sanctis T, *om.* B.

1 I Reg. 16, 7. 2 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 178r); ex Beda, *De tabernaculo*, I, c. 16 (PL 91, 409 D). 3 Matth. 19, 21. 4 In h. l., ap. Lyranum (I, 178r).

Art. III-IV: cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 311-313.

quantum huic triplici statui hominum appropriatur. — Quod satis intelligitur ex secunda expositione, ubi dicitur: «super communem omnium retributionem». Communis enim retributio est in visione communi; super hanc, cum gloria specialis superadditur. Quae tum secundum personas, tum secundum status attenditur. Si secundum status, currit divisio dicta.

c. Si vero quaeritur penes quid accipitur differentia haec
B 163v duplex praemiorum, attendenda est || differentia inter fructum et coronam. Debetur autem corona legitime certanti et principatum tenenti; fructus autem recte utenti et carnem suam edomanti. Cui enim refloruit caro per gratiam continentiae, ei debetur fructus aeternae vitae. Et quia principatum tenent in legitimo certamine virgines, doctores et martyres, debetur eis duplex corona. Fructus autem debetur servantibus continentiam carnis. Qui enim se continent a fructibus carnis, scilicet delectationibus sensualibus, convenit ut fruantur delectationibus intellectualibus. Quod patet per oppositionem dictam inter opera carnis et fructus spiritus, ad Gal. 5, 19-23.

IV. *a.* Sed quaeritur utrum accidat unaquaeque differentia fructus unicuique differentiae coronae et e converso, aut determinetur aliquis fructus alicui coronae et alius alii.

b. Praeterea, propter quid dicitur centesimus, vel sexagesimus, vel trigesimus, et utrum contingat eamdem personam participare hos tres fructus simul. Potest enim una et eadem triplicem continentiam participare, vel ad minus duplicem [a].

c. Praeterea videtur quod virginibus debeatur fructus sexagesimus, quia Matth. 13, 23, de fructu centesimo, sexagesimo etc., Glossa [1]: «Sexaginta virginum, propter otium interius, quia non pugnant contra consuetudinem carnis», quemadmodum coniugati, quibus debetur trigesimus.

a (25) Potest enim esse quod eadem sit virgo, coniugata non cognita, et postea vidua; et ita videtur quod debeatur ei triplex fructus (+ B).

1-2 Quod satis] et statim A, quod secus B. 4 hanc] vero communem retributionem est B. 5 status] statum BET. 6 secundum] vero B. || status] statum T. || currit... dicta] habetur predicta conclusio B. 7 quaeritur] queratur B. 11 edomanti] domanti B. || Cui] cum BE. 13 in] cum BE. || legitimo] cum *add.* A. 15 fructibus] fluctibus B. 16 sensualibus] sensuum T. 17-18 oppositionem... Gal. 5] oppositum certamen in 5 ad Gal. inter... spiritus B. 19 Sed] adhuc *add.* B. 20 et] vel B. 21 et *om.* T. || alius] alii fructus B. 22 centesimus] fructus *add.* B. || vel *om.* ET. 23 vel *om.* ET. 25 vel *om.* B. 27-28 quia... etc.] per hoc quod dicitur in Matth. 18: Aliud fecit centum, aliud lx, aliud xxx, ubi dicit B.

[1] *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (V, 45r); ex Rabano in h. l. (PL 107, 946 B).

d. Respondemus: aliud est considerare secundum naturam personae, et aliud secundum naturam status. Nam secundum personam accidit in unoquoque statu tam aurea quam aureola; secundum rationem vero status, non. Nam status coniugatorum est status imperfectionis; fructus autem trigesimus, ut trigesimus, est fructus minimae perfectionis; aurea vero cum aureola debetur statui summae perfectionis, || et propter E 301 r
hoc centesimus attribuitur aliquando virginibus, aliquando martyribus, aliquando praedicatoribus. Fructui ergo trigesimo, ut trigesimus est, non accidit esse auream cum aureola, sed auream tantum; similiter et sexagesimo.

e. Ad secundum dicendum quod centesimus producitur ex denario in se multiplicato, scilicet multiplicante et multiplicato. || Denarius autem regis tenet imaginem. Dupliciter au- A 170 b
tem summi Regis praeferunt imaginem virgines: sanctitate mentis et incorruptione corporis; per quam duplicem incorruptionem resultat imago summi Regis in perfectione fidei et perfectione operum. Propter quod etiam eis debetur aureola cum aurea. Perfectio fidei ad mentem refertur; perfectio operum ad corpus transicitur. — Sexagesimus fructus est viduarum. Qui producitur ex denario multiplicato et senario multiplicante, vel e converso. Et viduae denarium, id est conformitatem summi Regis habebunt, propter senarium operum misericordiae, quibus intentae debent esse viduae. Commendabilem autem viduam Apostolus, I Tim. 5, 10, insignit sex proprietatibus, videlicet si sit *in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si pauperes* in hospitio *recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem* sustinentibus *subministravit* necessaria, *si* demum *omne opus bonum subsecuta est.* — Trigesimus fructus est coniugatorum. Nam tricenarius ex ternario et denario producitur, multiplicatione facta. Coniugati autem denarium aeternae felicitatis recipient pro ternario, scilicet pro triplici bono coniugii le-

1 Resp.] ad quod dicendum B. 3 personam] naturam persone T. 5 autem trig. *om.* A, vero trig. B, *om.* autem E. 6 ut trig. *om.* BET. 8 hoc] fructus *add.* BT. || centesimus] cuius A, eius B. || attribuitur] illis *add.* BE. 9 trigesimo ut *om.* B. 10 cum aureola] vel aureolam T. 11 et] in B. 12 secundum dicendum] illud vero quod queritur secundo respondendum est B, dicimus *pro* dicendum E. || centesimus] centenarius B. 15 Regis *om.* A. || praeferunt] proferunt B. 16 corporis] carnis E. 16-17 incorruptionem] ad cor. A. 18 quod] hoc B. 19 Perfectio] autem *add.* BET. 20 ad corpus] ad mentem E, *om.* A. || transicitur] transfiguratur A, transfigitur BET. 21 Qui] Ix. autem B. 22 Et] vel B. 23 propter senarium] pro denario B. 24 Commendabilem] commendat E. 25 I] ad *add.* B. 27 lavit] lavavit B. 28 sustinentibus] patientibus BE. || subministravit] subministrat AT. || si *om.* T. 32 pro[2] *om.* B.

gitime observato; quod est [enim] triplex: fides, proles, sacramentum [a].

f. Si vero quaeratur quis sit ille denarius, dicendum quod consistit in communicatione gloriae divinae et gloriae angelorum, in novem ordinibus multiplicatorum, per quos descendunt ad nos illuminationes. Huius autem denarii imago relucet in vita virginali; nam deiformem et thearchicam vitam ducunt in terris, secundum illud quod dicit Hieronymus [1]: «In carne praeter carnem vivere, non terrena vita, sed caelestis». Sic ergo recte fructus centesimus, qui est ex denario in se multiplicato, virginibus promittitur, et martyribus et praedicatoribus, ut habetur Matth. 13, 23, in Glossa [2], ubi dicitur quod martyrum est fructus centesimus; et Ex. 25, 32, super illud: *Tres calami ex uno latere*, ubi Glossa Gregorii [3]: «Per tres calamos tres gradus fidelium figurantur, qui per tres viros Ezech. 14, 20, Noe scilicet et Danielem et Iob, intelliguntur.
T 178b In Noe, qui arcam rexit in undis [4], praepositos Ecclesiae; || in Daniele, qui continenter vixit [5], continentes vel virgines; in Iob, qui coniugali vita exempla patientiae praebuit, bonorum coniugatorum vitam ostendit».

g. Est etiam aliud considerandum in his tribus numeris, tricenario, sexagenario, centenario. Cum enim communis sit denarius, differunt in numeris multiplicantibus: tricenarius enim

a (2) Et ita habetur pro quibus, si fideliter observetur, denarius aeternae felicitatis retribuitur (+ B).

1 observato] conservato B. || quod... proles] scilicet fidem, prolem et E, nuptiale enim bonum triplex impartitum est: fides, proles et B. 3 quaeratur] queritur ET. || dicendum] respondendum est B, resp. E. 4 communicatione] communione A. || div. et gloriae *om.* (*hom.*) A. 6 nos] a Deo *add.* B. || Huius autem] illius T. || imago] imaginatio AE. 7 deiformem] Dei conformem A. || thearchicam] ierarchicam B. 8 sec. illud quod] sicut E, *om.* illud T. 9 vivere... caelestis] etc. E, est *add.* T. 10 recte *om.* AE. 11 et[1]] neque solum illis, sed etiam B. 12 ut... Glossa] sicut hab. in Glo. in Mt. 13 B. 13 et] in *add.* B. 14 ubi Gl. Greg.] ut dicit Greg. in Glo. B. 15 gradus] esse *add.* B. || qui] quandoque A, quoniam T. || viros] in *add.* B, et *add.* E. 16 et[1] *om.* B. 17 In] per E. 19 bonorum *om.* B. 21 Est... aliud] etiam illud B, et etiam T. 22 enim *om.* A. 23 differunt] differt B, tamen *add.* E. || enim *om.* A, multiplicatur *add.* E.

1 *Epist. 9* (*ad Paulam et Eustochium*), n. 5 (opus est Pasch. Radberti, PL 30, 126 D). 2 *Ordin.* in h. l.: «Bona terra fert fructum centesimum martyrum propter sanctitatem vitae vel contemptum mortis»; ap. Lyranum (V, 45r); ex Rabano in h. l. (PL 107, 946 B). 3 *Ordin.* in h. l., ap. Lyranum (I, 179r); ex Gregorio, *In Ezech.*, II, hom. 4, n. 5 (PL 76, 976 B-C) et *Moral.*, I, c. 14, n. 20 (PL 75, 535 C), sed mediante Beda, *De tabernaculo*, I, c. 8 (PL 91, 415s.). 4 Gen. 7. 5 Dan. 1, 8.

per ternarium, sexagenarius per senarium, centenarius per denarium. Differunt autem hi tres numeri in sua compositione secundum ordinem: nam ternarius ex uno et duobus; senarius vero ex unitate et binario et ternario; denarius vero ex quaternario iis superaddito: per quod significatur superadditio perfectionis in statibus consequenter, quibus isti fructus promittuntur. — In prima autem compositione non est consonantia producta ex proportione numeri ad numerum. In secunda vero est consonantia producta ex proportione numeri ad numerum, scilicet sexquialtera; sed haec est imperfecta. In tertia vero est consonantia perfecta ex dupla proportione quae fit ex sexquialtera et sexquitertia [1]. Denarius ergo, qui ex illis componitur, in genere multiplicantium est perfectissimus; in quo significatur perfecta pax spiritus et carnis. Senarius vero minorem perfectionem designat: in quo concordia, licet non omnino perfecta, designatur. In ternario vero, qui componitur sine proportione numeri ad numerum, cum proportione tamen numeri ad unitatem, designatur concordia spiritus ad Deum, pugna vero spiritus ad carnem. Et propter hoc convenienter trigesimus fructus coniugatis promittitur, sexagesimus continentibus vidualiter, centesimus virginibus.

h. Item, de Ioanne Baptista dicitur [2]:

Serta ter denis || alios coronant, A 170c
[Aucta crementis, duplicata quosdam],
Trina centeno cumulata fructu
Te satis ornant.

Et ita videtur quod uni et eidem conveniat triplex aureola. Quod verum est; non tamen tres fructus. Tunc enim fructus trigesimus coniugatis debetur, cum a viris fuerint cognitae et

2 tres] x. *add.* B. || in s. comp.] a sua oppositione A. 3 nam ternarius *om.* A, *om.* nam B. 4 vero[1] *om.* E. 5 per] et A. || quod] quem E. 6 conseq.] considerandum E. || isti fructus] debentur i. fr. sive B. 7-8 consonantia... proportione] consona natura producta ex consona T, *om.* producta AE. 8-9 In... numerum *om.* (*hom.*) T. 10 sexquialtera] sexquaterna E. || sed... imperfecta B, *om.* AET. 11 perfecta] predicta B. 12 ergo] vero A. 13-14 significatur] figurabatur B. 16 componitur] proponitur AT. 17 tamen *om.* B. 19 Et *om.* T. 21 vidualiter] viduis E. 22-28 Item... est] Ad 3m dicendum est: uni et eidem persone triplex aureola conveniat, sicut dicitur de b. Iohanne: Trina centenario cumulata te satis ornant B. 23 Serta... coronant] sexta terrenis aliquos etc. A, sexta tercenis al. coronat T, etc. *pro* coronant E. 26 te satis *lacuna* A. 28 Tunc e. fructus *om.* (*hom.*) A.

[1] Cf. de iis Boethius, *Arithmetica*, I, c. 24 (PL 63, 1101s.). [2] Hymnus ad laudes in nativ. S. Ioan. Baptistae (24 iunii).

decesserint in continentia coniugali; virginibus autem fructus centesimus, vel cum permanserint in voto virginitatis, vel cum permanserint in virginitate. Aureolae enim e diverso se habent, non eamdem perfectionem secundum magis et minus communicantes. Fructus vero eamdem perfectionem determinant secundum magis et minus, secundum prius et posterius; qui fructus debetur maiori et minori.

i. Si vero quaeritur quid principaliter supponitur per fructum centesimum, utrum aureola vel aurea, respondemus quod aurea. Fructus enim a fruendo dicitur. Frui autem « est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam » [1]; hoc autem est summum bonum, respectu cuius sumitur aurea. Propter quod principa-
E 301v liter supponitur id quod est aurea, || licet sub alia ratione; nam in quantum tribuitur vincenti aeternitas gaudii, dicitur aurea; in quantum autem perfecta delectatio in summe delectabili, dicitur fructus.

k. Nota tamen quod, licet status virginalis sit perfectissimus in ordine continentium, nihil tamen prohibet minus esse perfectum respectu status martyrum aut bonorum praelatorum; et ita in eodem ordine ei fructus sexagesimus promittitur, id est fructus minoris perfectionis, ut in Glossa [2] Matth. 13, 23.

4. Omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti [951, 6]. Contra: omnes fuerunt debitores mortis, ut habetur in tertio libro, distinctione XIX, cap. 1 [634-635]; non sic christiani nunc; ergo non fuerunt «eiusdem meriti, cuius nunc christiani» [951, 6-7]. — Respondemus: est meritum quoddam per gratiam singularem datam membris, qua possunt mereri vitam

1 autem] debetur *add.* T, *add. mg.* A². 2-3 in... permanserint *om.* (*hom.*) A. 3 enim] tamen B, *om.* T. 5 vero] autem T. || determinant] determinat BT. 6 minus] et *add.* BE. 7 debetur] continentie *add.* B. || et] vel B. 9 centesimum *om.* T. || resp.] est respondendum B. 10 fruendo] frui B. 11 est *om.* T. 12 sumitur] id quod est *add.* B. 13 id *om.* B. 14 nam in] non in AE, sumitur T. 17 Nota tamen] ad ultimum vero dicendum B. 20 eodem] illo E. 20-21 fructus... fructus] fructum sexagesimum promitti, i. e. fructum B. 21-22 ut... 13 *om.* B. 24 in *om.* A. 25-27 non... quoddam *om.* B. 26 nunc¹] vere *mg.* A². || nunc²] modo E. 28 qua] per quam T.

1 Augustinus, *De doct. christ.*, I, c. 4, n. 4 (PL 34, 20); *De civit. Dei*, XI, c. 25: « Nec ignoro quod proprie fructus fruentis, usus utentis sit » (PL 41, 339). 2 *Ordin.* in h. l.: « Sexaginta virginum propter otium interius, quia non pugnant contra consuetudinem carnis»; ap. Lyranum (V, 45 r). Cf. supra, art. IV, § *c* (p. 530).

Num. 4: anon. P, f. 210r. Cf. Bonav., hic, dub. 4 (IV, 763).

aeternam; et in hac in genere conveniunt antiqui Patres cum modernis. Est aliud meritum || dimissionis poenae debitae pro originali peccato per gratiam datam capiti; et haec fuit propria in Christo. Est iterum meritum dimissionis illius poenae per gratiam influentem in membra. Quantum ad quam non fuerunt antiqui Patres ante passionem eiusdem meriti cum fidelibus qui erant post incarnationem; beneficium tamen acceperunt per passionem. B desinit

5. Ambae uxores fuere, non concubinae [951, 13-14]. Hoc idem videtur velle Innocentius, *Tertiis*, De divortiis, *Gaudemus* [1], ubi dicitur: « Nulli unquam licuit simul plures habere uxores, nisi cui fuerit ex divina revelatione concessum ». Si hoc verum est, ei licuit plures habere. — Contrarium videtur supra, hac eadem distinctione, cap. 2: *Quaeritur hic* etc. [948, 4]. — Respondemus quod, cum tria sint bona matrimonii, fides, proles, sacramentum, quoad sacramentum una sola est unius, secundum illud Cant. 6, 8: *Una est columba mea;* et ad Eph. 5, 32: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et Ecclesia.* Quoad bonum prolis, plures poterant esse uxores, scilicet uxorio affectu coniunctae, ad suscitationem prolis ad cultum Dei. Quoad bonum fidei, quodam modo sic, quodam modo non. Sic, nam in hoc servabatur fides thori, quod non cum aliis mulieribus miscebantur, et quoad mutuam solutionem debiti secundum tempora determinata. Non tamen plena fides, scilicet quod non cum alia; et hoc significatur proximo cap.: *Si quis opponat* etc. [951, 15].

6. Propter || duritiam cordis eorum etc. [951, 26]. Matth. 19, 9: *Qui dimiserit uxorem, [nisi] ob fornicationem, || et aliam duxerit, moechatur.* Ex hoc videtur quod tunc non posset aliquis T 177 d A 169 d

2 modernis] infidelibus modernis. Respondeo B. 3 fuit E, sunt A, est T. 8 passionem] hic est quoddam quod est precedentis distinctionis (*in textu*). Hec ordina ad tale signum precedens *in mg. notat* E. 10 Innoc.] Extra *add.* E. 11 dicitur] quod *add.* E. || Nulli unquam] nonnulli nunquam A. 12 concessum *om.* A. 13 est *om.* T. || Contrarium] contra AT. 15 sint *om.* A. 16 sacramentum[2]] tamen *add.* A. 18 et *om.* AT. 20 uxores] unius *add.* E. || affectu *om.* T. 21 Quoad] de quo A. || quodam modo *om.* A. 22 Sic *om.* E. 24 secundum] quoad E. 25 non *om.* A. || significatur] in *add.* T. 26 cap. *om.* A. 27 Propter] quod *praem.* E, et *praem.* T. || etc. *om.* E. 28 fornicationem] etc. *add. codd.*

[1] *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 14, c. 2 (p. 393); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 8 (II, 724).

Num. 5: anon. P, f. 210v. — Num. 6: anon. P, f. 210v.

simul plures habere sine peccato. Nec est referendum hoc ad tempus Domini vel gratiae, quia ibi praemittitur [1]: *Ab initio autem non fuit sic;* et loquitur ibi de permissione Moysi, qua permisit dimittere uxores comparatione maioris mali. — Quod concedendum est: in illis qui odio propriarum uxorum provocati eas dimiserunt, et ardore libidinis alias superduxerunt.

7. Plures habere, sed non multiplicare [952, 12]. *a. Extravagantibus*, De divortiis, *Gaudemus* [2]: «Nulli unquam» etc. « Quae mos [quandoque], interdum fas [etiam] censetur; per quam, sicut Iacob a mendacio [3], Israelitae a furto [4], Samson ab homicidio [5], [sic] et illi ab adulterio excusantur. Pluralitas tamen in utroque sexu, cum non ad imparia iudicantur, est reprobanda».

b. Sed quaeritur quare licuit plures habere, sed non multiplicare. — Respondemus: multiplicatio signum fuit incontinentiae. Sicut enim habetur III Reg. 11, 3: *Fuerunt Salomoni uxores quasi reginae septingentae et concubinae trecentae; et averterunt mulieres cor illius.* Habere autem duas permissum fuit ob necessitatem multiplicationis filiorum ad cultum Dei, tempore quo pauci in eum credebant.

8. Non potest caro ante corrumpi nisi etc. [952, 26]. Contra, de corruptis per violentiam. — Respondemus quod est corruptio culpae et corruptio poenae. Corruptione culpae «non potest caro corrumpi, nisi» etc. [6] Non quod corpus sit subiectum culpae; sed sicut corpus dicitur sanctum sanctitate animae, tamquam organum eius: unde et *templum Spiritus*
E 300v *Sancti* dicitur, I ad Cor. 6, 19, || et in Glossa [7] expresse habetur; sic dicitur culpabile sive peccato subiectum, cum anima per ipsum peccat, maxime in hoc peccato, ut eodem capitulo

1 simul *om.* E. || hoc ad *trp. codd.* 2 Domini vel *om.* E. || quia] quod AT. 3 sic] solutio A. || ibi] hic T. 6 alias] eas E. 7 Extra] ii. *add.* E. 10 a mendacio *om.* A. || Samson *Decr.*, Salomon *codd.* 11 excusantur *Decr.*, prohibentur *codd.* 15 Fuerunt *om.* E. 19 eum] Deum E. 20 Istud quod nunc dicetur preordinandum est *notat in textu* E. 20-21 Contra *om.* A. 21 Resp. *om.* T. || quod *om.* ET. 22 et c. poenae *om.* A. || Corruptione culpae *om.* T. 25 organum] ordinatum A. 26 et *om.* A. 27 sic... culpabile] sicut... culpa A. 28 ut] in *add.* ET.

1 Matth. 19, 8. 2 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 14, c. 2 (p. 393); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 8 (II, 724). Cf. supra, n. 5. 3 Gen. 27. 4 Ex. 12, 35-36. 5 Iudic. 15, 15; 16, 30-31. 6 Ambrosius, *De lapsu virginis*, c. 4, n. 11: « Non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta» (PL 16, 370 B); hic in litt. (p. 952). 7 Lombardi in h. l. (PL 191, 1585 A).

Num. 7: anon. P, f. 211r. — Num. 8-9: anon. P, f. 212r-v.

habetur [1]: *Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Corruptione autem poenae corrumpi potest nondum corrupto animo. De prima ergo fit hic sermo, scilicet de culpa.

9. Non ipsum aliquando malum erit etc. [953, 12]. Contra, Sap. 12, 11: *Semen erat maledictum ab initio.* — Respondemus: semen est dupliciter referre: vel ad propagationem, vel ad libidinem. Si ad propagationem, Dei creatura est; si ad libidinem, maledictum maledictione culpae et poenae.

DISTINCTIO XXXIV.

1. Nunc superest attendere quae personae etc. [953, 16]. Hic habetur quae personae sunt legitimae ad contrahendum et quae non, et quae conditiones dirimant. Et haec pars durat usque ad finem tractatus de matrimonio. — Sunt autem haec impedimenta matrimonii: votum, coactio, spiritualis proximitas, error vel personae vel conditionis, dispar cultus, culpa, furia, Ordo sacer, aetas minor et ligatio, consanguinitas et affinitas, publica honestas et impossibilitas coeundi vel generandi.

2. Quibusdam accedentibus causis [954, 3]. Quia si servus cum libera contrahit, ignorante libera de servitute alterius, si postea constiterit de servitute, separari potest si velit libera, ut *Extravagantibus III*, De coniugio servorum, *Licet ea* [2]; si noluerit, possit commanere, ut *Primis*, eodem titulo, *Proposuit* [3]. — De frigidis autem simpliciter dicendum quod, si frigiditas fuerit perpetua et praecedens matrimonium, simpliciter solvit ipsum,

2 nondum] non de AT, non E. 3 culpa] corruptione culpe E. 4 etc. *om.* E. 6 dupliciter] multipliciter A. 7 Si *om.* A. 8 maledictum] est *add.* E. 10 quae personae *om.* T. 11 habetur] dicitur ET. || sunt] sint T. 16 et ligatio] religio T, *om.* et E. 19 contrahit... libera *om.* (*hom.*) A. || alterius] sua E. 20 si] cum A. 22 possit] possunt E. || Primis... titulo E, I eze. iii. A, I extra. iii. T.

[1] I Cor. 6, 18. [2] *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 7, c. un.: *Ad nostram noveris* (p. 385); compil. Greg. IX, ib., tit. 9, c. 4 (II, 692); compil. I, lib. IV, tit. 9, c. 3: *Licet ad ea* (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 692). Cf. infra, n. 7, § *e*. [3] Compil. I, lib. IV, tit. 9, c. 2 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 692); at potius respicitur compil. I, lib. IV, tit. 7: *De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium*, c. 1: *Propositum* (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (II, 687). Cf. supra, d. 30, n. 2, § *b*; infra, d. 36, n. 1.

Num. 1: anon. P, f. 212v.

ut infra, eodem cap. [954s.] et in *Primis*, De impotentia coeundi, cap. 1, et *Secundis*, et *Tertiis* [1]. Si vero sequitur matrimonium, non solvit ipsum. Cum enim semel fuerit matrimonium, nulla ratione poterit solvi, nisi per transitum ad frugem melioris vitae [2].

3. De his enim qui frigiditatis causa [954, 7]. *a.* Exsequitur de iis qui habent impotentiam coeundi, et ideo non possunt contrahere. Impotentiae autem est una causa naturalis et alia accidentalis. Naturalis triplex, scilicet naturalis frigiditas, defectus aetatis, arctatio naturae. Accidentalis duplex: una per castrationem, alia per maleficia. Sed quia non omnis impotentia coeundi consensum matrimonialem excludit, videndum est quid sit impotentia coeundi, et quomodo impediat et quomodo non.

b. « Impotentia coeundi est vitium corporis vel animi vel utriusque, quo aliquis impeditur alii commisceri carnaliter » [3]. Naturalis impotentia in puero non est perpetua, sed temporalis; quae quamdiu inest ei, non est habilis ad contrahendum. Naturalis impotentia, si est ex frigiditate perpetua, impedit contrahendum et dirimit contractum. — Ad probandum autem
T 178 c utrum sit perpetua, || tempus trium annorum indulgetur; et tunc divortium est celebrandum, accepto iuramento ab utroque, septima manu, quod nunquam carnaliter [convenerunt et fideliter] operam dederunt. Et tunc persona in qua est impedimentum remanebit sine spe coniugii; et si de facto se copulaverit, separabitur, ut in *Secundis*, De frigidis et maleficiatis, *Laudabilem* [4]. — De arctatione mulierum dividendum est quod, licet

1 infra] extra *codd.* || in] extra E. 2 Secundis et Tertiis] ii. et iii. (*quod etiam cap. signare potest*) AT, ii. eodem titulo E. 4 ad frugem *om.* A, ad statum E. 6 *Num. 3 male trp. p. n. 5 codd.* || enim] autem A. 7 et ideo] etc. T. 8 contrahere] coherere E. 8-9 et... Naturalis *om.* (*hom.*) A. 12 consensum *om.* T. || excludit] excutit A. 14 coeundi *om.* AE. 14-15 vel utriusque] usque T. 17 inest ei] est in ipso E. 18 si] que E. 21 est *om.* T. 22-23 convenerunt et fideliter *suppl. ex Hug. de S. Caro.* 25 in] extra ET.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 16: *De frigidis et maleficiis et impotentia coeundi*, cc. 1-4 (p. 110s.); compil. II, ib., tit. 9: *De frigidis et maleficiatis*, cc. 1-3 (p. 208); compil. III, ib., tit. 11: *De impotentia coeundi*, c. un. (p. 388); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, cc. 1-6 (II, 704-706). 2 Cf. supra, d. 27, n. 4; infra, d. 39, n. 5, § *a.* 3 Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 240 (ex Tancredi *Summa de matrimonio*). 4 *Decretales*, compil. II, lib. IV, tit. 9, c. 3 (p. 208); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, c. 5 (II, 705s.).

Num. 3-5: anon. P, f. 213r. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, nn. 240-244; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 3 (f. 51d-52a); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 179b-d).

sit || a natura, si tamen poterit per beneficium medicinae sub- A 170 d
veniri vel per assiduum usum viri, non est perpetuum impedimentum. [Si autem ei subveniri non possit, est perpetuum impedimentum, quod impedit contrahendum et dirimit contractum, ut *Extravagantibus II*, De frigidis et maleficiatis, *Ex litteris* [1]. — Nota quod senis impotentia non est impedimentum], quia, licet sit senex, tamen beneficio caloris accidentalis potest ei subveniri. Praeterea, senectus bene cognoscitur in contrahente; unde sibi imputet si cum sene contraxit; non sic cum frigido et maleficiato.

4. Si mulier causatur dicens [954, 8-9]. De tempore proclamationis distinguitur, *Extravagantibus I*, De maleficiis et frigidis, *Accepisti* [2], ubi dicitur: « Si mulier post annum aut dimidium ad episcopum aut ad eius missum [se] proclamaverit, et dicit quod non cognovisses eam, tu autem affirmas quod uxor tua sit, credendum est tibi, eo quod *vir est caput mulieris* [3]. Quia si se proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? Si autem in ipsa novitate, aut post mensem, aut postremo post duos menses proclamaverit, si probari potest per rectum iudicium, separari potestis; et si vult mater esse », cui nubat, quaerat.

5. Vir autem qui frigidae naturae est etc. [954, 12]. Nota quod aliud est in frigido, aliud in maleficiato. Si enim aliquis est frigidus naturaliter ad unam, frigidus est ad omnes. Unde, si dicat se frigidum et separetur, et coeat postea cum alia, reducendus est ad primam, XXXIII, quaestione 1, *Requisisti* [4]. Maleficiatus ad unam, potest alias cognoscere. Unde, si separetur ab una et alias cognoscat, non cogitur redire ad primam, ut in illo cap.: *Si per sortiarias* [5]. — Item, nota quod omne maleficium a principio praesumitur temporale; sed post triennium

1 a] alia A. || poterit] potens A. 3-6 Si... impedimentum *om. codd.* (*hom.*), *suppl. ex coniectura.* 6 quia] quod A. 8 in] a T. 9 non] et AT. || cum] est E. 10 maleficiato] malefico T. 13 Si mulier *om.* T. || aut] et A. 14 aut] vel A. || et dicit] dicens T. 15 cognovisses] cognovisset AE. 19 probari] probare E. || separari potestis *Decr.*, separare potes *codd.* 20 nubat querat] vult nubat in Domino ET. 21 est *om.* T. || etc. *om.* E. 22 maleficiato] maleficio A, malefico ET. || aliquis] unus E. 23 Unde, si] si ergo E. 24 coeat... alia] post te cognoscat aliam E. 24-25 reducendus est] redu. A. 25 XXXIII] xxx *codd.* 26 potest *om.* A.

1 *Decretales*, ib., c. 1 (p. 208); compil. Greg. IX, ib., c. 3 (II, 705). 2 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 16, c. 1 (p. 110); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, c. 1 (II, 704s.). 3 I Cor. 11, 3. 4 *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 1, c. 2: *De his requisisti* (I, 1149); hic in litt. (p. 954). 5 Ib., c. 4 (I, 1150), hic in litt. (p. 955).

praesumitur perpetuum et praecessisse matrimonium, ut *Extravagantibus II*, De maleficiis, *Laudabilem* [1].

6. Et ille vir dicit quod sic fecit [955, 13]. Ei qui dicit incumbit probatio [2]; ergo vir qui dicit, assumit onus probationis; ergo non debet ei credi donec probaverit per testes. Quid ergo dicit: « In veritate viri » etc. [955, 13] ? — Respondemus: forte ideo creditur viro, quia stat pro matrimonio quod est favorabile; idem in *Primis*, De frigidis et maleficiis, cap. 1 [3]. Vel ideo creditur viro, quia quasi partem sustinet. Haec tamen vera sunt ubi taliter se incognitam dicit, quod nulla probatione assertionem suam corroborat. Aliter secus est, puta cum corporis aspectu se convincit intactam.

7. *a*. Nota quod plura sunt impedimenta matrimonii, quae notantur his versibus [4] (et accipitur 'iustitia' pro publica honestate):

> Votum, iustitia, violentia, spiritualis
> Proximitas, error dissimilisque fides,
> Aetates, facinus Ordoque, ligatio, sanguis,
> Quod sis affinis quodque coire nequis.
> Haec, si canonico vis consentire rigori,
> Te de iure vetant iura subire thori.

b. Votum simplex continentiae impedit tantum; solemne impedit et dirimit, ut *Extravagantibus I*, De voventibus, *Meminimus* vel *Consuluit* [5].

c. Coactio violenta impedit et dirimit, nisi postea consensus fuerit subsecutus, ut XXXI, quaestione 2 per totum [6]; et *Extravagantibus I*, De sponsalibus, *Cum locum* [7], ubi dicitur:

3 Ei *om.* A. 5 donec] nisi ET. 8 Primis] ul. T. 11 puta *om.* E. 14-15 et... honestate *trp. p.* spiritualis (16) *codd.* 20 canonico] si *add.* A. 22-23 tantum... impedit *om.* (*hom.*) A. 26-27 per... I *om.* E.

[1] *Decretales*, compil. II, lib. IV, tit. 9, c. 3 (p. 208); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, c. 5 (II, 705s.). [2] Cf. *Glossa in Decretum*, C. 6, q. 5, c. 1-2 (col. 1075). [3] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 16, c. 1: *Accepisti* (p. 110); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, c. 1 (II, 704s.). [4] Petri Blesensis, *Epist. 115* (PL 207, 345 B-C), non paucis tamen mutatis aliisque additis. Leguntur etiam (paulo aliter) in *Glossa in Decretum*, initio C. 27 (col. 1957). [5] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 6, cc. 6-7 (p. 105); compil. Greg. IX, ib., cc. 3-4 (II, 685). [6] *Decretum* Gratiani, C. 31, q. 2 (I, 1112-1114). [7] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 19 (p. 98); compil. Greg. IX, ib., c. 14 (II, 666).

Num. 6: anon. P, f. 214r. Cf. Bonav., hic, dub. 3 (IV, 777). — Num. 7: anon. P, f. 214r; anon. Tr, f. 203a-b.

« Cum locum non habeat consensus, ubi || metus et coactio E 302r
intercedit, necesse est ut, ubi consensus cuiusquam requiritur, coactionis vis repellatur. Matrimonium autem consensu solo contrahitur ».

d. Spiritualis proximitas, ut *Extravagantibus I*, De cognatione spirituali, *Utrum autem filii vel filiae* [1].

e. Error: vel personae, ut quando aliquis credit contrahere cum una et contrahit cum alia; hic impedit et dirimit, ut XXIX, quaestione ultima [2]. Vel conditionis, et hic similiter, ut *Extravagantibus I*, De coniugio servorum, *Proposuit* et *Licet ad ea* [3].

f. Dispar cultus, ut si iudaeus contrahit cum christiana; quod non licet, ut XXVIII, quaestione 1, *Cave* [4].

g. Culpa, ut XXXIII, quaestione 2, *Admonere* [5]; et supra, distinctione XXVII, *Vocatur* [923, 1]. Prohibentur autem contrahere matrimonium: uxoricida, ut XXXIII, quaestione 2, *Interfectores* [6], et supra, distinctione XXXI, cap. illo: *Qui venena* [937, 30]; raptor, ut XXVII, quaestione 2, *Statutum* [7]; sanctimonialium violator, XXVII, quaestione 1, *Hii qui* [8]; committentes incestum, XXXIV, quaestione 2, cap. penultimo et ultimo [9]; presbyteri interfector, ut *Extravagantibus I*, De purgatione canonica, *Qui presbyterum* [10]; dolose suscipiens filiastrum, ut XXX, quaestione 1, *De eo* [11], et distinctione XLII, cap. 1 [987-990]; cognoscens consanguineam uxoris suae, ut *Extravagantibus I*, De eo qui cognovit consanguineam uxoris suae, *Ad aures* [12]. — Omnes isti, si timeatur de incontinentia, contrahere possunt secundum quosdam. Argumentum, XXXIII, quaestione 2, *In adolescentia* [13], ubi dicitur: «In adolescentia constitutus,

3 consensu] assensu E (*Decr.*). 6 spirituali] cap. *add.* T. 7 vel... ut] persone est T. 9 et hic similiter *om.* T. 12 quod] quia T. 12-13 quaestione... XXXIII *om.* (*hom.*) T, *om.* q. 1 A. 15 matrimonium] ut *add.* E. || ut XXXIII *om.* AT. 17 raptor] etiam *add.* ET. 18-24 committentes... aures] committens incestum et sanguinem uxoris sue, ut Extra I E. 20-21 interfector... presbyterum *om.* (*hom.*) T. 22 eo] quo T. || XLII] xli. A, lxi. T. || c. 1 *om.* T.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 11, c. 1 (p. 108); compil. Greg. IX, ib. (II, 693). [2] *Decretum* Gratiani, C. 29, q. 1-2 (I, 1091-1095). [3] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 9, cc. 2-3 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 692). [4] *Decretum* Gratiani, C. 28, q. 1, c. 15 (I, 1088). [5] *Decretum*, C. 33, q. 2, c. 8 (I, 1153). [6] Ib., c. 5 (I, 1152). [7] Ib., C. 27, q. 2, c. 34 (I, 1073). [8] Ib., C. 27, q. 1, c. 30: *Si quis*, vel c. 37: *Sciendum* (I, 1057, 1059). [9] Ib., C. 34, qq. 1-2, cc. 9-10 (I, 1260). [10] *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 30: *De purgatione vulgari*, c. 2 (p. 142); compil. Greg. IX, ib., tit. 38, c. 2 (II, 884). [11] *Decretum*, C. 30, q. 1, c. 5 (I, 1097). [12] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 13, c. 2 (p. 109); non ponitur in compil. Greg. IX. [13] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 2, c. 14 (I, 1155).

si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo » uxorem interficiens, « poenitentiam gesserit, et post, timens lapsum incontinentiae iuvenilis, copulam uxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem. si praeter coniugem nullam cognovit omnino. In quo tamen regulam non constituimus, sed quid sit tolerabilius aestimamus »

h. Ordo sacer impedit et dirimit, ut XXVII, quaestione 1, *Ut lex* [1]. — Aetas minor, ut XXX, quaestione 2 [2]; de hoc et *Primis*, De sponsatione impuberum, *De illis qui infra annos aptos matrimoniis* [3]. — Ligatio: quia vir ligatus [uxori] non potest aliam ducere, ea vivente.

i. Consanguinitas et affinitas impedit et dirimit, ut *Extravagantibus* [*III*], De consanguinitate et affinitate, cap. 2 et 3 [4]. — Publica honestas impedit et dirimit, ut supra, distinctione
A 171a XXVII: || *Aliquando sponsas* [922, 5], et *Extravagantibus I*, De sponsalibus et matrimonio, *Litteras* [5].

k. Impotentia coeundi, ut *Extravagantibus I*, De impotentia coeundi, cap. 1: *Accepisti* et *Quod sedem* [6]. — Furia, ut infra, *De furiosis* [956, 3]. — Praeter haec, etiam mutilatio membri vel lepra post sponsalia, antè matrimonium, ut *Extravagantibus III*, De iureiurando, *Quemadmodum* [7]. Hoc impedit contrahendum, non dirimit contractum.

8. Ratio autem huius numeri haec potest esse, ex iis quae necessaria sunt in matrimonio sumpta. In matrimonio enim requiritur consensus liberae rationis et voluntatis. Ad libertatem

1 si urgente *Decr.*, surgente *codd.* || metu mortis] motu carnis T. || captivitatis *Decr.*, capitis *codd.* 2-3 incontinentiae] continentie AE. 4 rem *om.* T. || vid. fecisse *Decr.*, meretur *codd.* 4-5 coniugem] uxorem E. 5 omnino] animo AE. 8-10 ut²... matrimoniis *om.* E. 10-11 quia... vivente] impedit E. 13 De... et 3 *om.* E. 14-16 ut... Litteras *om.* E. 15 sponsas] proximitas T. 17 Impotentia] impossibilitas E. 17-18 ut... coeundi *om.* (*hom.*) T, extra I E. 18 et *om.* T. || Quod sedem *om.* E. 19 De furiosis] c. furiosi E. 19 etiam *om.* T. 20 vel] ut AE. || ut *om.* E. 21 De iureiurando *om.* E. 22 contractum *om.* A. 23 numeri] matrimonii AT. 24 necessaria... sumpta] sumpta sunt in matr. AE, *om.* sumpta T.

1 Ib., C. 27, q. 1, c. 40 (I, 1059). 2 Ib., C. 30, q. 2 (I, 1099s.). 3 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 9 (p. 100); compil. Greg. IX, ib., c. 7 (II, 675). 4 Ib., compil. III, lib. IV, tit. 10, cc. 2-3 (p. 387); compil. Greg. IX, ib., tit. 14, c. 5; tit. 13, c. 10 (II, 702s., 700). 5 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 2: *De desponsatione impuberum*, c. 5 (p. 99); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 673). 6 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 16, cc. 1 et 3 (p. 110s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 15, cc. 1 et 2 (II, 704s.). 7 Ib., compil. III, lib. II, tit. 15, c. 11 (p. 310); compil. Greg. IX, ib., tit. 24, c. 25 (II, 369).

Num. 8: anon. P, f. 214r-v. Cf. Alb. Magnus, hic , a. 1, ad ult. (XXX, 329); Bonav., hic, a. 1, q. 2 (IV, 769).

autem rationis exigitur quod non sit ratio ligata, sicut in furioso; quod non sit error vel personae vel conditionis: et hoc refertur ad motum rationis; quod sit aetas determinata ad usum rationis: contra quod est minor aetas. — Contra vero libertatem voluntatis est, et hoc multipliciter: quia aut est interius impellens, quod inducit metum qui potest cadere in constantem virum [1], scilicet coactio violenta; || aut se subiecit voluntas, et T 178 d hoc multipliciter: quia aut subiecta voluntas ligatur ad oppositum matrimonii simpliciter, aut cum determinata persona. Si simpliciter, vel ex voto continentiae, vel ex Ordine sacro cui annexa est continentia. Si respectu determinatae personae, tunc causa est ligatio. — Praeterea, in matrimonio requiruntur haec bona: fides, proles, sacramentum. Contra unitatem fidei est dispar cultus et culpa; nam in fide duo dicuntur: unitas fidei et communis fidelitas. Contra primum, dispar cultus; contra secundum, culpa. Contra prolem sunt haec duo: impotentia coeundi et mutilatio membri, vel lepra. Nam mutilatio membri organum tollit generationis; impotentia coeundi principium; lepra vero est pronitas ad corruptionem in generato. Contra sacramentum est contrahere cum pluribus; iuxta quod potest etiam ligatio accipi. — Praeterea, in matrimonio requiritur quod sint legitimae personae; secundum quod accipiuntur ista: consanguinitas, affinitas, proximitas, publica honestas. Nam aut est coniunctio spiritualis aut carnalis. Si spiritualis, amplior est coniunctio et nobilior quam illa quae est matrimonii. Si carnalis, aut naturalis, aut moralis. Si naturalis, consanguinitas; si moralis, aut mediante consanguinitate, aut matrimonio. Si primum, tunc publica honestas; si secundum, affinitas. Cum ergo coniunctio matrimonialis sit vinculum diversi generis ab aliis, magis vel minus, non convenit, secundum legem divinam et humanam, ut personae ligatae aliis vinculis, vinculo ligentur matrimoniali. Unde et hae personae proprie dicuntur illegitimae, licet communi nomine [et] aliae illegitimae dicantur.

1 autem] vero E. || sicut] est *add.* E. 3 aetas] et hec *add.* T. 4 contra quod] que A. 5 et h. multipliciter *trp. p.* aetas (4) *codd.* 5 est[2] *om.* T. 6 impellens] impetiens T. 7 subiecit] subicit AT. 10 simpliciter] hoc est *add.* ET. 12 haec *om.* E. 14-15 et... cultus *om.* (*hom.*) E. 16 impotentia] impossibilitas ET. 17 vel] ut A. 18 impotentia] impossibiiitas ET. 21 Praeterea] postea A. 22 ista *om.* T. 23-24 proximitas... coniunctio *om.* A. 25 illa q. est *om.* T. 27-28 primum] primo modo E. 32-33 illegitimae] legitime AT.

1 Cf. supra, d. 29, n. 1.

9. Qui non potuerint, separari valebunt [955, 24-25]. Videtur contra *Primas*, De maleficiis, *Litteras* [1], ubi dicitur quod « elapso quinquennio fuit quaedam copulata cuidam qui videbatur ma-
E 302 v leficio impeditus ne posset cognoscere [eam]. || Super quo » praecipit quod « pro memoratis occasionibus non dimittat quin compellat simul cohabitare, cum de Romanae Ecclesiae consuetudine non sit talium matrimonium separandum ». — R e s p o n d e m u s: intelligitur ubi non constat perpetuum esse impedimentum. Impedimentum autem maleficii non praesumitur esse perpetuum, sicut q u i d a m dicunt, dicentes non tenere canonem XXXIII, quaestione 1, *Si per sortiarias* [2]. Sed videtur dicendum quod tunc dicitur perpetuum, quando per humanum consilium non potest subveniri. Divinum autem est, quando per vim secretam verborum vel herbarum curatur; quoniam non noverunt homines nisi ex revelatione divina.

A 171 b **10. Furiosi quoque** [956, 3]; **sed si contractum || fuerit** etc. [956, 6]. *a.* Videtur contra *Tertias*, De sponsalibus et matrimonio, *Dilectus* [3], ubi dicitur quod « praefatas personas cures ab invicem separare ». Et loquitur ibi de quadam quae cum furioso contraxit. — R e s p o n d e m u s: loquitur ibi de furioso continuo laborante, quem ipsa ignoravit esse furiosum. Ratione ignorantiae, et quia « legitimus non potuit esse consensus », in quo consistit vis matrimonii, dicit eos esse separandos.

b. Item, non est aequum quod dicit: « Non separentur » [956, 6-7]; cum furiosus non possit consentire, et matrimonium

2 contra] contrarium E. 4 ne] nec A, non T. || posset] posse AT. 4-5 praecipit] precepit A. 6 Romanae *om.* T. 8-9 impedimentum *om.* AT. 12 quod *om.* A. 14 vim... herbarum] verba vel herbas E. || curatur] quis *add.* ET. || quoniam] quod ET. 16 etc. *om.* E. 17 contra] contrarium E. 20 Resp.] et A. 20-21 continuo] continue E. 23 eos] ipsos E. 24 est] videtur E.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 16, c. 4 (p. 111); non ponitur in compil. Greg. IX. [2] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 1, c. 4 (I, 1150); *Glossa* in h. l.: « Dixit Cardi[nalis] quod iste finis [scil. canonis] non tenet, quia, ut dixit, nullum maleficium est perpetuum » (col. 2168). Respicitur Cardinalis Gratianus († c. 1198), de quo F. von Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts*, I, Stuttgart 1875, 145ss. Cf. etiam Guil. Altissiodorensis, l. c. (f. 52a). [3] *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 1, c. 4 (p. 382); compil. Greg. IX, ib., c. 24 (II, 670).

Num. 9: anon. P, f. 214v. Cf. Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 242; Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 3 (f. 52a), qui et ipse asserit nullum maleficium esse perpetuum. — Num 10: anon. P, f. 215r. Cf. Alb. Magnus, hic, a. 11 (XXX, 339); Bonav., hic, a. 3, q. 1 (V, 774).

non potest esse sine consensu. — R e s p o n d e m u s: de illis intelligendum est qui dilucidis gaudebant intervallis, et in illis contraxerunt; et ideo non possunt separari.

c. Sed obicitur de eo quod dicitur in prima parte capituli [1]: aut enim intelligitur de tempore furiae, aut de intervallis dilucidis. Si ultimo modo, non videtur verum; si primo modo, non videtur verum quod sequitur: « Si contractum fuerit » etc. Si de diversis temporibus, prima pars et ultima non videntur consonare. — R e s p o n d e m u s: videtur intelligi per hoc, quod huiusmodi impedimentum in genere impedit contrahendum, sed non dirimit contractum. Ratio autem est haec: quod in furia impeditur ratio ad consentiendum; sed quia consensus est in mutuam societatem, cum maxime societate indigeat in aegritudine, non est faciendum divortium inter eos.

11. De his qui cum duabus etc. [956, 15]; **qui dormierit cum duabus sororibus** [956, 17]. Item *Extravagantibus I*, De eo qui cognovit consanguineam uxoris suae [2]. — Sed plane videtur c o n t r a, *Extravagantibus III*, De [eo qui cognovit] consanguineam uxoris suae, *Discretionem* [3]; et *Primis*, De divortiis, cap. ultimo [4]. — Propter hoc dicunt a l i q u i [5] quod illud quod hic dicitur [956, 17-19] et illa capitula de *Primis* corriguntur per id quod ibi dicitur, quia ibi facit mentionem de illis, dicens [6]: « Licet praedecessores nostri distinxerint inter gradum et gradum, manifestum et occultum» etc. — A l i i, volentes totum sustinere, intelligunt hoc quod hic dicitur et *Primis* de sponsa per verba de futuro, quae aliquando nomine uxoris

7 non] nec E. 8 ultima] secunda T. 11 non] nec E. 12 quod] quia E. 14 divortium *om.* AE. 17 uxoris] coniugis E. 17-19 Sed... suae *mg.* (*om.* videtur) A^2, *om.* (*hom.*) T. 18 III] I *codd.* 19 et] in *add.* E. 20 ultimo] iii. et T. || illud] erit *add.* E. 23 distinxerint] distinxerunt AE. 25 intelligunt] per *add. codd.* || hoc] id E. || hic... Primis] dicitur ita T. 26 per verba] mea *add.* E, *om.* per AE.

[1] Hic in litt., c. 4 : « Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed si contractum fuerit, non separentur » (p. 956); ex *Decreto* Gratiani, C. 32, q. 7, c. 26 (I, 1147). [2] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 13, cc. 1-5 (p. 108s.); compil. Greg. IX, ib., cc. 1-2 (II, 696s.). [3] Ib., compil. III, lib. IV, tit. 9, c. 1 (p. 386); compil. Greg. IX, ib., tit. 13, c. 6 (II, 698). [4] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 6: *Si aliquis* (p. 116); non ponitur in compil. Greg. IX. [5] Cf. *Glossa in Decretum*, C. 27, q. 2, c. 30 et C 32, q. 7, c. 21 (col. 2005s., 2157). [6] Scil. in cap. *Discretionem* parum supra (nota 3) citato.

Num. 11-12: anon. P, f. 215v-216r. Cf. Alb. Magnus, hic, aa. 12-13 (XXX, 340s.); Bonav., hic, a. 3, q. 2 (IV, 775s.).

appellatur [923, 1]. Sponsalia enim solvit affinitas superveniens, ut *Primis*, De eo qui cognovit consanguineam uxoris suae, *Veniens* [1].

12. Adultera vero nunquam [957, 6]. Hoc non videtur verum, ut *Primis*, De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium [2]; et infra, distinctione proxima, cap. penultimo et ultimo [961-962]. — Respondemus: hoc intelligendum est sicut Magister supra exposuit, in fine ultimi capituli: «Hic de illo adulterio» etc. [957, 8-9].

13. Sive morbis etc. [957, 17]. Secus est in sponsa et uxore; nam uxorem non licet dimittere ratione gravis aegritudinis, ut hic dicitur in auctoritate Augustini [3] [957 15-19]; sponT 179a sam vero licet, ut *Extravagantibus III*, De || iureiurando, *Quemadmodum* [4]. Et loquitur ibi de mutilatione membri, ubi dicitur: Profecto «si fieret mulier non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculum vel nasum amitteret, aut quidquam turpius ei eveniret, numquid teneretur eam vir in uxorem ducere? Profecto ductam non posset dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur, quamvis interdum contractum non dirimit, quod impedit contrahendum»?

DISTINCTIO XXXV.

1. Hoc etiam notandum [957, 23]; **excepta causa fornicationis** [957, 26]. *a.* Quaeritur utrum altera personarum posset dimittere sine iudicio Ecclesiae. Quod non videtur, per simile

1 solvit] tollit E. 4 non *om.* A. 5 Primis] in personis E. || quam] prius *add.* E. 6 infra] supra *codd.* 12 dicitur] habetur E. || August.] hic *add.* E. 13 vero] non *add.* A. 16 vel[1]] aut E. || vel[2]] aut ET. 17 numquid *Decr.*, nunquam *codd.* || in uxorem *om.* A. 19 teneretur *Decr.*, non tenetur AE, tenetur T. 22 Hoc] et *codd.* || notandum] est *add.* E. 23 posset] possit *et add.* alteram E. 24 simile] consimile E.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 13, c. 3 (p. 109); compil. Greg. IX, ib., c. 2 (II, 696s.). [2] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 7, cc. 1-3 (p. 106); compil. Greg. IX, ib., cc. 1-3 (II, 687s.). [3] *De sermone Domini in monte*, I, c. 18, n. 54 (PL 34, 1257). [4] *Decretales*, compil. III, lib. II, tit. 15, c. 11 (p. 310); compil. Greg. IX, ib., tit. 24, c. 25 (II, 369).

Num. 13: anon. P, f. 216v. — Num. 1: anon. P, f. 216v. Cf. Bonav., hic, q. 3 (IV, 783s.).

de consanguinitate, *Primis*, De divortiis, *Porro* [1], ubi dicitur: « Si etiam parentela esset publica et notoria, absque iudicio Ecclesiae non potuit separari ».

b. Contra, infra, eodem titulo, *Significasti* [2], ubi loquitur de milite qui sine iudicio Ecclesiae dimisit uxorem propter suspicionem fornicationis; quae post adulterata est, sed dicit « virum adulterandi occasionem sibi dedisse ». Et dicit quod « praefatus vir ad eamdem recipiendam non debet compelli, nisi constet ipsum cum alia adulterium commisisse ».

c. || Respondemus: dissimile est in crimine de contractu cum consanguinitate et affinitate, et adulterio; et aliud est si post dimissionem commisit adulterium, quam si ante. Nam quae post commisit, non habet rationem petendi, immo suspicionem facto probavit. In causa vero consanguinitatis oportet iudicio Ecclesiae fieri separationem, quia per legem Ecclesiae sunt illegitimae personae ad contrahendum. In causa vero adulterii sunt illegitimae || ex ipsa natura matrimonii. E 303 r A 171 c

2. Non facile quisquam ex suspicionibus [958, 13]. Nota quod est suspicio temeraria, modica, violenta [3]. Temeraria, cum ex odio; modica, cum ex nutibus oculorum vel gestibus; violenta, cum solus invenitur cum sola, nudus cum nuda.

3. Si vero quaeritur an adulter [958, 18]; **nisi ipse expers fornicationis exsistat** [958, 20]. *a.* Nota quod nomine 'fornicationis' non solum carnalis, sed spiritualis fornicatio intelligitur, ut dicit Augustinus, XXVIII, quaestione 1, *Idolatria* [4]. Pro quolibet enim mortali peccato ad quod velit alter coniugum alterum pertrahere, dimittere potest innocens reum, ut XXVIII, quaestione 1, *Idolatria* [5]; et infra, distinctione XXXIX, cap. *Si autem quaeris* [975, 18].

2 Si etiam] et si T. 3 potuit] poterit E. 5 uxorem] suam *add.* E. 7 sibi *om.* AT. 8 praefatus *om.* T. 9 adulterium *om.* T. 10 dissimile] difficile A. 11 et affinitate *om.* E. || adulterio] adulterium A, adulterii E. 12 dimiss. commisit] commissionem dimisit A 17 adulterii] fornicationis E. 19 suspicio] suspicatio T. 21 cum sola *om.* A. 22 adulter] etc. *add.* T. 23 Nota quod E, quod A, et T. 28-29 Si autem] nam A.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 3 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 3, (II, 721). [2] Compil. I, ib., c. 4 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., c. 4, (II, 721). [3] Cf. *Glossa in Decretum*, C. 32, q. 1, c. 2 (col. 2096). [4] *Decretum* Gratiani, C. 28, q. 1, c. 5 (I, 1080s.); ex August., *De serm. Domini in monte*, I, c. 16, nn. 45-46 (PL 34, 1252s.). [5] L. c.

Num. 2: anon. P, f. 217r. Cf. Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 180c). — Num. 3: anon. P, f. 217v. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 6, q. 2 (f. 50b-c).

b. Contra: *Primis*, De divortiis, *De illa* [1], ubi dicitur quod uxor quae virum suum labentem in haeresim reliquit, ut taedio confectus rediret ad fidem, compelli debet recipere redeuntem. Sed idolatria spiritualis fornicatio est, ut dictum est; ergo potest excipere contra eum crimen fornicationis. — Solutio: loquitur decretalis in tali casu: «si sine iudicio Ecclesiae» recesserit. Sequitur enim: «Si iudicio Ecclesiae sine spe redintegrandi matrimonium recesserit, ad recipiendum eum non debet mulier compelli».

c. Obicitur tamen per illud quod dicitur XXVIII, quaestione 1, *Non solum* [2], ubi dicitur: «Non solum moechia est eius qui carnem coinquinat; sed etiam qui simulacrum facit, moechatur. Quod si in factis eius perseverat nec agit poenitentiam, recedendum est ab illo». Ergo, a contrario sensu, si agit poenitentiam, non est recedendum. Et infra, distinctione eadem, cap. *Sed haec omnia* [960, 18]. — Quod concedendum est, nisi fuerit frequens in recidivo. Nec redeunti potest obicere crimen fornicationis, cum dicat Dominus, Ezech. 18, 22: Si redierit ab iniustitia sua, *non recordabor omnium iniquitatum eius.* Si autem frequens fuerit, potest obici; et propter hoc dicit Gregorius [3]: «Debet recipere peccatricem quae poenitentiam egit, sed non saepe».

4. Si quis autem fornicationis [959, 7]; **non potest vir vel mulier transire in aliam copulam** [960, 2]. Contra, in *Secundis*, De contrahentibus post votum, *Ex litterarum* [4], ubi dicitur quod «illos debes ab invicem separare, et eidem viro de adulterio poenitentiam iniungere; qui, peracta poenitentia, libere poterit aliam ducere». — Respondemus: loquitur in casu quo mortua fuerit uxor quae fornicaria fuit. Et quia aliam duxit

3 confectus] affectus E. 6 sine] sub A. 17 Nec] non A. 19 redierit] redierint *codd.* 23 vel] aut E. 24 in[1]] ad T. || in[2]] Extra T. 26 debes] debet E. 27 poterit *Decr.*, potest *codd.* 29 fuerit] fuit T. || quia] qui *codd.* || duxit] duxerit E.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 5 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 6 (II, 722). [2] *Decretum* Gratiani, C. 28, q. 1, c. 6 (I, 1081). [3] Immo Hermas, *Pastor*, II, mandato 4, c. 1 (PG 2, 919s.); sub nomine Gregorii hic in litt. (p. 961); adscript. concilio Aurelianensi ap. *Decretales*, compil. I, lib. V, tit. 13, c. 3: *Si vis* (p. 131); compil. Greg. IX, ib., tit. 16, c. 3 (II, 806). [4] *Decretales*, compil. II, lib. IV, tit. 5: *De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium*, c. 1 (p. 205); compil. Greg. IX, ib., tit. 7, c. 4 (II, 688).

Num. 4-5: anon. P, f. 218v-219r.

ipsa vivente, iniungenda erat ei poenitentia; ipsa vero mortua, poterit contrahere cum alia quam non polluit per adulterium.

5. Dicit tamen Ioannes [960, 5]; **quae Veteris Testamenti auctoritate confirmatur** [960, 15-16]. Quia in Veteri Testamento morte damnabatur adultera, ut Deut. 22, 22, et Ier. 3, 1; et hoc melius ad propositum: *Si dimiserit homo uxorem suam, et recedens ab eo, alterum virum duxerit: numquid revertetur ad eum ultra ?* Quasi dicat: non. — **Priori, non potest** [960, 17]: quantum in ipsa est, sive iudicio Ecclesiae sive non fuerit separata, quia manifestum est eius crimen, ut *Primis*, De divortiis, *Significasti* [1].

6. Sed haec omnia etc. [960, 18]. **Debet recipere peccatricem** etc. [961, 5]. *a.* Numquid || tenetur eam recipere? Non videtur, T 179 b quia aut iudicio Ecclesiae fuerunt separati, aut non. Si iudicio Ecclesiae, non tenetur eam recipere, ut *Primis*, De divortiis, *De illa* [2]. Si non fuerint separati iudicio Ecclesiae, aut manifestum fuit crimen, aut occultum. Si manifestum, non tenetur eam recipere, ut *Primis*, De divortiis, *Significasti* [3]. Si fuerit occultum, compelletur ab Ecclesia eam recipere etiam si non poenituerit, cum non constet Ecclesiae de crimine. Argumentum eodem titulo, capitulo eodem [4]. — R e s p o n d e m u s: si poenituerit et praesumatur quod velit cum viro caste vivere, et timeatur de lapsu incontinentiae iuvenilis [5], nisi eam reciperet, vir peccaret || mortaliter, ut videtur. Et sic patet quod debet eam recipere. A 171 d

b. Sed ponatur quod vir vellet in perpetuum continenter vivere: numquid posset? [Quidam dicunt quod posset]. A l i i dicunt aliter: si suspendatur ab exactione et redditione debiti usque ad tempus, finito tempore, incipiet cum effectu obligari; et in tali casu dicit canon [6]: « Cum poenitentiam egerit, debet eam recipere ». Argumentum *Primis*, De divortiis, *De illa* [7],

4 Quia] que A. 6 homo] vir E (*Vulg.*). 8 non[1]] si AT, non si E. || non[2] *om.* T. 9 non *om.* AT. 10 quia] quod A. 10-11 Significasti] que penitentiam esse (!), sed non sepe, quia si sepe... vias tuas (*ut infra, p. 550 lin. 5-9*) *add.* T. 12 Sed... etc.[1] *om.* T. || etc.[2] *om.* E. 18 ut... Significasti *om.* E. 27 si *ita* (*forte pro* sic) *codd.* 29 et] ut A.

[1] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 4 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19, c. 4 (II, 721). [2] Ib., c. 5 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., c. 6 (II, 722). [3] L. c. in nota 1. [4] Scilicet *Significasti*. [5] Cf. supra, p. 542, lin. 3. [6] *Decretum* Gratiani, C. 34, qq. 1-2, c. 7 (I, 1260); ex *Pastore* Hermae, II, mandato 4, c. 1 (PG 2, 920), [7] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 20, c. 5 (p. 116); compil. Greg. IX, ib., tit. 19. c. 6 (II, 722).

ubi dicitur quod « si mulier, viro suo labente in haeresim, ipsius consortium declinaverit, ut lapsus in haeresim, taedio pariter et confusione affectus, ab errore suo converteretur, ei coniux cum reversus fuerit reddenda est ».

7. Sed non saepe [961, 7]. Quia si saepe poenitentiam egerit, non erit recipienda; quia praesumptio faceret contra eam, quod recepta non contineret; et peccata saepius commissa gravius puniuntur. Unde Ier. 2, 36: *Quoniam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.*

8. Solet quaeri etc. [961, 15]. **Tale coniugium prohibemus** [961, 22-23]. Contra, in *Primis*, De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium [1], ubi dicitur quod quidam, vivente uxore sua, contraxit cum alia; mortua tamen prima, non permittitur recedere a secunda. — Sed hoc intelligendum est
E 303 v quando ignoravit || eum prius contraxisse cum altera. Si autem scienter et prudenter contraxisset cum coniugato, eo libero, non posset aliquo modo commanere, ut in *Secundis*, eodem titulo, *Cum haberet* [2]: « Plus enim processum est [hic], quam si fides tantum praestita fuerit adulterae quod, defuncta legitima, eam duceret in uxorem ». Item, si « in diebus suis processerint ambo, et diu in publico adulterio et periurio ex certa scientia perdurantes, Ecclesiam gravi scandalo perturbaverint », perpetuo debent continere, ut in eodem capitulo.

9. Nihil in morte viri machinati sunt [962, 7]. Sed ponatur quod aliquis ex iusta causa interfecerit maritum, uxoris scilicet quam prius polluit per adulterium, puta [quia] patriam infestavit vel aliquid aliud dignum morte egit: numquid post mortem eius poterit cum ea contrahere? — Quibusdam [3] pla-

1-8 ubi... puniuntur] sed sicut dictum est, non sepe E. 1 si mulier] similiter *et add.* quod A. 3 affectus *om.* A. || converteretur] revertetur T. 6 contra eam *om.* A. 10 coniugium] connubium *Lomb.* || prohibemus] et anathematizamus *add.* T. 13 contraxit] contrahit E. 15 quando] mulier *add.* E. 16 cum] et T. 18 est *om.* AE. || si *om.* T. 19 tantum *om.* A. || legitima] uxore E, *om.* A. 20 suis *om.* A. 25 scilicet] sue ET. 26 polluit] polluerat E. 27 aliquid *om.* A.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 7, c. 1 (p. 106); compil. Greg IX, ib. (II, 687). 2 Ib., compil. II, lib. IV, tit. 5, c. 2 (p. 205); compil. Greg. IX, ib., tit. 7, c. 5 (II, 689). 3 *Glossa in Decretales*, IV, tit. 7, c. 3: « Quidam dicunt quod sufficit conatus sine effectu, et sufficit quod ita scriptum est... Quod non est verum, infra, eod. c. ultimo » (col. 1480). Invenitur autem 'scriptum' in *Decreto*, C. 31, q. 1, c. 5 : « Si quis vivente marito... nisi forte idem aut mulier virum qui mortuus fuerat occidisse notentur » (I, 1109).

Num. 7-8: anon. P, f. 220r-v. — Num. 9: anon. P, f. 221r.

cet quod non. Sufficit enim ita esse scriptum: Sive adulter sive adultera virum occidisse notetur, quacumque causa. Et ita in tali casu prohibitio matrimonii locum habet. — Contrarium tamen videtur, quia praemiandus est; non ergo puniendus. — Respondemus: in hoc puniendus est, quod illam polluit et quod eum occidit; in hoc autem quod punivit malefactorem, iuste egit.

DISTINCTIO XXXVI.

1. Nunc de conditione videamus etc. [962, 15]; **si voluerit, aliam accipiat** etc. [962, 21-22]. *a.* Contra: aut verum est matrimonium inter eos, aut non. Si non, tunc uterque libere, pro voluntate sua, potest ab alio recedere et cum alio contrahere. Sed hoc falsum, ut infra, eadem distinctione [962-963]; et argumentum in *Tertiis*, De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, cap. 2 [1], ubi dicitur quod non potest recedere a secunda ignorante, mortua prima, si velit cum eo commanere. A simili, volente libera commanere, non potest servus recedere nec e converso. Si est verum matrimonium, qualiter, comperta servitute, poterit liber cum alia, vel libera cum alio contrahere, cum nihil possit matrimonium ratum et consummatum dissolvere? — Respondemus: potest utraque persona ab altera recedere, quia una, quoad conditionem, est legitima respectu alterius et non e converso; et hoc est propter favorem libertatis. Ex una ergo parte est ratum; ex altera non. Nec est simile in praedicto casu, quia in utraque parte est matrimonium ratum.

b. Sed quid dicendum, si liber contrahit cum ancilla quae post a domino manumittitur? Numquid poterit recedere ab

2 occidisse] occidisset T, videtur *add.* A. 4 quia] quod T. || est *om.* T. 4-5 puniendus] unde premium meretur *add.* E. 5 Respondemus... puniendus *om.* (*hom.*) A. 12 alio'] isto E. 13 eadem dist.] de cond. T. 21-22 utraque] utralibet A. 23 est legitima *om.* T. 24 altera] vero *add.* T.

[1] *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 6, c. 2: *Veniens* (p. 385); compil. Greg. IX, ib., tit. 7, c. 7 (II, 690); sed respicitur potius compil. I, lib. IV, tit. 7, c. 1: *Propositum est* (p. 106); compil. Greg. IX, ib. (687).

Num. 1-3: anon. P, f. 221r, 222r. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 2 (f. 51a-d).

ea ? — Respondemus quod potest, quia illa non fuit in contractu primo persona legitima ad contrahendum cum eo. Aliter autem videtur si dominus sciret matrimonium et non
A 172a contradixisset: tunc enim videretur || sibi praeiudicare.

2. Quaeritur etiam si servus unius etc. [963, 13]; **praeter voluntatem dominorum inter servum et ancillam [non posse] contrahi** [963, 23-24]. Contra hoc, *Primis*, De coniugio servorum, *Dignum est* [1], ubi dicitur: « In Christo *nec servus est neque liber*, ad Gal. 3, 28, qui a sacramentis Ecclesiae sit removendus.
T 179c Itaque nec inter servos debet || matrimonium aliquo modo prohiberi. Etsi dominis contradicentibus et invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc ecclesiastico iudicio dissolvenda ». — Respondemus: facienda est vis in hoc quod dicitur 'ecclesiastico iudicio'. Est enim quoddam iudicium ecclesiasticum quod sequitur simpliciter ius divinum, et aliud quod fit in favorem dominorum pro necessitate temporis. Non sic autem loquitur illa decretalis.

3. Illud etiam notandum etc. [964, 3]; **nec uxorem dimittere** etc. [964, 5]. Quaestio est si illa potest eum dimittere. Quod videtur: si enim servilis esset conditionis, posset eum dimittere. Cum ergo statum servitutis assumpserit, videtur similis esse conditionis, ut ex dolo non reportet commodum, sed poenam. — Respondemus: quia legitimae erant personae in contractu, ex utraque parte fuit verum matrimonium et ratum. Quod autem semel est matrimonium, ex se non est dissolubile [2]; et propter hoc non potest ipsum dimittere.

4. Hoc etiam sciendum etc. [964, 17]; **separari possunt** [964, 24-25]: ut in *Primis*, De sponsatione impuberum, cap. *A nobis* et cap. *Si puella* [3]. — Nota tamen quod aliqui ante praedictos annos puberes fiunt, et matrimonium possunt contrahere verum,

2 primo *om.* AE. || persona *om.* T. 3 autem] vero E. 4 contradixisset] contraxisset T. || videretur] videtur E. 5 unius *Lomb.*, illius *codd.* 7 hoc, Primis] h. in I E, *om.* A. 8 nec] neque E. 10 Itaque] ita quod T, ita quoque *Decr.* || aliquo modo] aut quomodo A, *om.* T, ullatenus *Decr.* 11 Etsi] sed A. || et invitis *om.* A. 12 nulla ratione] nullo modo E. || ecclesiastico] ecclesie E. 14 dicitur] dicit E. || ecclesiastico *om.* E. 18 notandum] est *add.* AT. 20 enim] non A. 21 statum] fiant A, formam E. || similis] semel A. 22 conditionis T, conditio. AE. 23 quia] quod AT. 25 autem *om.* T. 27 Hoc] et hoc T. 28 ut *om.* E. 30 verum *om.* T.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 9, c. 1 (p. 107); compil. Greg. IX, ib. (II, 691s.). 2 Cf. infra, d. 39, n. 5, § *a*. 3 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 2, cc. 10-11 (p. 100s.); compil. Greg. IX, ib., c. 8 (II, 675s.); cap. *Si puella* non ponitur.

Num. 4-5: anon. P, f. 223r.

ut in *Primis*, eodem titulo, *Puberes* [1], ubi dicitur: « Certum est enim eum esse puberem, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, ut generare possit. Puerperae autem sunt, quae annis pariunt puerilibus ».

5. Sponsalia ante septennium [964, 29]: ut in *Primis*, De sponsatione impuberum, *Accessit* [2]. — Contrarium tamen videtur, *Primis*, De sponsalibus et matrimonio, *Iuvenis* [3], ubi dicitur: « Iuvenis qui puellam nondum septennem || duxit, quamvis aetas E 304r repugnavit, ex humana fragilitate forsitan tentavit quod complere non potuit. Quod ergo certius aestimamus, tenere debemus: quod ipsa ipsius coniux esse creditur ». Sed si ab initio nulla essent sponsalia, nullum matrimonium, coitus sequens nec sponsam faceret nec uxorem. — Respondemus: septennio fuit proxima et prudentia supplevit aetatem, ut in *Tertiis*, eodem titulo, *Tuae nobis* [4]. Dicendum est ergo quod, quando infra septennium fit talis contractus, neuter contrahentium prohibetur foedus contrahere coniugale cum consanguineis alterius, ut in *Primis*, De sponsatione impuberum, *Litteras* et *Accessit* [5]. Infra enim tale tempus nec sponsalia contrahi possunt, ut in *Tertiis*, De sponsatione, cap. ultimo [6].

DISTINCTIO XXXVII.

1. Sunt quidam Ordines etc. [965, 6]. Nota, sicut habetur in his capitulis, quod Ordo sacer impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Super quo quaestio est, cum Ordo ponatur unum de impedimentis, utrum Ordo de se, aut ratione voti annexi, impediat matrimonium.

2 enim *om.* T. 3 ut] quod E. 8 Iuvenis] ille *add.* T. 9-10 quod complere] et compellere A. 11 creditur] dicitur E. 13-14 septennio] septenni T. 14 supplevit] complevit E. || in *om.* A. 16-17 prohibetur] contra *add.* AE. 18 litteras] ex litteris AT, c. *praem.* E. 20 in] extra T. 25 ponatur] ponitur T. 26 impediat] impedit T.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 2, c. 7 (p. 100); compil. Greg. IX, ib., c. 3 (II, 673). 2 Ib., c. 6 (p. 99s.); compil. Greg. IX, c. 5 (II, 673s.). 3 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 1, c. 18 (p. 98); compil. Greg. IX, ib., c. 3 (II, 661). 4 Ib., compil. III, lib. IV, tit. 2, c. 2 (p. 382s.); compil. Greg. IX, ib., c. 14 (II, 678s.). 5 Ib., compil. I, lib. IV, tit. 2, cc. 5-6 (p. 99); compil. Greg. IX, ib., cc. 4-5 (II, 673s.). 6 Cap. *Tuae nobis*, ut supra, nota 4.

Num. 1: anon. P, f. 223v; anon. V, f. 162c. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 9, c. 7, q. 4 (f. 52b-c).

a. Quod non de essentia Ordinis, patet: semper enim fuisset tunc impedimentum et ubique. Non autem semper fuit impedimentum nec est ubique; ergo non est de essentia Ordinis.

b. Si vero est de voto annexo, tunc non sunt duo impedimenta votum et Ordo. — Praeterea, si est ibi votum, non videtur esse nisi simplex: non enim ore exprimit se vovere continentiam. Sed votum simplex, licet impedit contrahendum, non dirimit contractum, ut infra, proxima distinctione, cap. 1 [967, 24-28]. Ergo non propter hoc esset divortium celebrandum inter tales personas.

c. Si vero dicatur quod hoc sit ex prohibitione episcopi, non videtur. Si enim interdiceret Ecclesia alicui ne contraheret cum aliqua, nihilominus si essent legitimae personae et con-
A 172b traherent ad invicem, de facto contractum || esset, ut habetur in *Secundis*, De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae, *Cum sis praeditus* [1], ubi dicitur: « Si contrahentium voluntas propria suffragaverit et legitima vota succurrerint, licet ab initio tale matrimonium non tenuerit, ex post facto tamen, subsequente utriusque voto legitimo, roboratur; et taliter contrahentes sunt tolerandi, nisi matrimonium fuerit accusatum ». Ex quo videtur quod prohibitio non dirimit matrimonium contractum in casu praedicto.

d. Si vero dicatur quod hoc sit ex compromissione quam facit cum ei dicitur ab episcopo [2]: « Si prius tardi ad ecclesiam, nunc assidui; si somnolenti, amodo vigiles; si ebriosi, amodo sobrii; si incesti, amodo casti »; sed hoc non videtur obligare ad votum. Votum enim non fit nisi per expressionem propriam, sicut potest haberi ex definitione voti: « Votum est promissio spontanea » etc. [967, 10-11].

e. Respondemus quod Ordo impedit ex institutione Ecclesiae. Habuit autem hoc Ecclesia auctoritate Domini dicentis: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*, Is. 52, 11. Subdia-

1 patet] etc. AE. 2 tunc *om.* AE. || et] ut AE, *om.* T. || ubique] ubicumque A. 2-3 impedimentum] et ubique *add.* E. 5 et *om.* A. || Praeterea *om.* T. 6 vid. esse nisi] est ibi A. || enim *om.* A. 7 licet] non A. || impedit] impediat E. 8 non] tamen *add.* E. 16 praeditus] prepeditus E. 17 suffragaverit] suffragatur T. || succurrerint] successerint AT. 18 post facto] perfecto T. 20 accusatum] contractum E. 21 prohibitio E, coi. A, ordo T. 23 comprom.] promissione ET. 25 amodo²] amplius E. 27 enim] vero E. 28 Votum] enim *add.* E. 32 Domini *om.* A.

1 *Decretales*, compil. II, lib. IV, tit. 10, c. 1 (p. 208); non ponitur in compil. Greg. IX.
2 *Pontificale Rom.*, admonitio ad ordinandos ad subdiaconatum.

coni autem est ministrare altari, deferendo calicem et patenam ad altare. Et ita aliud impedimentum est Ordo, aliud votum. Institutio autem ista Ecclesiae non semper fuit, a tempore quo institutus fuit Ordo in Veteri Testamento in figura. Sed hoc elegit sibi Ecclesia occidentalis, ut manentes coniugati non possint promoveri ad sacros Ordines; orientalis autem non. Commune autem || est orientali et occidentali, ut in sacris ordinibus ordinati contrahere non possunt deinde, ut patet ex sexta Synodo, quae in Oriente fuit celebrata, ut habetur 31 distinctione et 33, ubi dicitur: *Nicena Synodus* et *Aliter se habet Orientalium traditio* [1] etc. A tempore autem Siricii [2] non licuit occidentalibus ad subdiaconatum vel supra promoveri, nisi promissa continentia, ut 82 distinctione, *Proposuisti* [3]. Et ita Ordo sacer a tempore Apostolorum impedit et dirimit matrimonium post contractum. Sed aliquando subdiaconatus non fuit Ordo sacer, et tunc obligabat sicut et nunc. T 179 d

f. Est autem promissio continentiae cum verbo, tum facto. Verbo, ut quando vovet; facto, ut in susceptione Ordinis. Eo enim quod se obligat ad tractandum vasa ad ministerium consecrationis, ipso facto obligat se ad continentiam || acsi vovisset. E 304 v

g. Nec est simile de prohibitione Ecclesiae et institutione. Ex institutione enim possunt esse illegitimae personae ad contrahendum et in contractu; ex prohibitione vero ad contrahendum, sicut habetur libro quarto *Primarum*, De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae, cap. 1 et 2 [4].

3 quo] ergo AT. 4 fuit Ordo] est ordo fuit E. || Test.] lege E. 5 ut] et A. 6 non] elegit hoc *add.* E. 8 ordinati] nati A. || deinde] deinceps ET. 10 dicitur] dicit T. || et] iterum *add.* E. 11 etc. *om.* E. || Siricii *Decr.*, cilicii AE, concilii T. 11-12 occid.] orientalibus T. 13 dist. *om.* A. 16 obligabat] se *add.* T. 18 Verbo *om.* AT. 22 personae *om.* AE. 24 lib. quarto Primarum] li. iii. i. A, in iiii. E, in iii. ita T. 25 contracto *om.* E.

[1] *Decretum* Gratiani, d. 31, cc. 12 et 14 (I, 114s.). [2] S. Siricius papa (384-398). [3] *Decretum* Gratiani, d. 82, c. 2 (I, 290s.). [4] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 17, cc. 1-2: *Videtur nobis*, et *Litterae quas* (p. 111s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 16, c. 1 et tit. 18, c. 3 (II, 708, 718).

DISTINCTIO XXXVIII.

1. Nunc de voto etc. [967, 10]. Primo quaeritur quid sit votum; secundo, de differentiis voti; tertio, ad quid votum obliget et qualiter; quarto, utrum recipiat dispensationem; quinto, de voto Iephte.

2. *a.* Definitur autem votum[1]: «Testificatio quaedam» etc. [967, 10-11]; et[2]: «Conceptio melioris boni, animi deliberatione firmata, de his quae pertinent ad religionem».

b. Contra hanc definitionem obicitur. Non enim convenit omni voto. Est enim votum in Baptismo, abrenuntiare diabolo et pompis eius [967, 16-17]; sed hoc non est 'conceptio melioris boni': dicuntur enim 'meliora bona' quae ad consilia pertinent; haec autem sunt in praecepto.

c. Praeterea, si esset votum in Baptismo, quilibet post Baptismum peccans mortaliter, dupliciter peccaret: nam proprio genere peccati, et in eo quod votum transgrederetur.

d. Praeterea, renuntiare diabolo et pompis eius est de necessariis ad salutem, vovere autem pure est in voluntate; voluntas autem non est subiecta necessitati. Unde dicitur super illud Psalmi[3]: [*Vovete et reddite*]: «Non praecipit ut voveamus, sed ut vota reddamus. Vovere enim voluntatis est, sed post voti promissionem necessario redditio exigitur».

e. Respondemus quod votum dicitur tum communiter, tum proprie. Communiter, secundum quod est 'promissio spontanea'; proprie, quoad reliquam definitionem, ut per

---

7 et] vel E. || boni *om.* T. 8 de... religionem *om.* E. 10 Baptismo] et *add.* E. 13 autem] non *add. interl.* E. 14 quilibet *om.* E. 15 nam] peccaret *add.* E. 16 votum *om.* E. || transgrederetur] transgreditur T. 17 Praeterea] postea A. 19 est subiecta] subiacet T, *om.* est A. 20 praecipit] precepit A. 21 reddamus] textus: Vovete et reddite *add.* E. || enim] autem AT. 21-22 voti promissionem] votum E. 22 redditio exig] exig. redd. voti E. 23-24 tum... tum] communiter et E. 24-45 Communiter... proprie *om.* (*hom.*) AE.

---

1 Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, II, p. 12, c. 3: «Votum enim est testificatio quaedam promissionis spontaneae, quae ad solum Deum et ad ea quae Dei sunt magis proprie refertur» (PL 176, 521 B). 2 Ita Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 28, c. 1, q. 1 (f. 252c). 3 Glossa Lombardi in Ps. 75, 12 (PL 191, 709 A).

Num. 1-9: anon. Tr, f. 204b-205d; anon. V, f. 163r. Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 28, c. 1-3 (f. 252c-255b); Hugo de S. Caro, hic (Assis. 131, f. 181c-183d).

'melius bonum' intelligantur ea quae consiliorum || sunt. — A 172c
Sed fit dupliciter promissio: per se vel per alterum. Cum fit per alterum, ut cum patrini spondent pro parvulo, tenentur ad adhibendam diligentiam ut impleat quod promissum est, ut supra habetur, VI distinctione, cap. *Porro* [783, 20-26]. Si, superveniens ad aetatem, transgressus fuerit, amplius peccat, tum ratione dimissi, tum ratione commissi; non tamen duobus peccat peccatis. Si vero illi qui spondent non adhibuerunt diligentiam, diversa erunt peccata, sed in diversis personis. Si vero adultus baptizatus fuerit, amplius tenetur ratione propriae promissionis, non tamen peccat duobus peccatis. Sed quia firmum propositum habet circa illud, aggravatur peccatum, et peccatur dupliciter: quia contra praeceptum Domini et contra votum Baptismi. — Est autem votum proprie dictum, cuius transgressio proprium facit peccatum, ut votum virginitatis, aut votum intrandi claustrum. De huiusmodi non est praeceptum vovere, sed post votum reddere. Unde in Eccl. 5, 3: *Quodcumque voveris, redde.*

f. Sed adhuc quaeritur si iuramentum est votum. Quod videtur, per definitionem iam dictam. — Quod concedunt q u i d a m [1]; sed videtur accidere iuramento. Proprie enim votum fit Deo, sed iuramentum proximo, cum invocatione Dei testis. Et licet sit obligatus Deo tamquam testi, non tamen intentio principalis iuramenti est ad hoc, sed ut fiat fides non credenti.

3. Deinde quaeritur de differentiis voti, quae sunt: aliud simplex, aliud solemne [967, 20]. « Solemne autem est, sicut dicitur [2], quod fit cum susceptione habitus vel Ordinis », vel quod fit « in conspectu Ecclesiae » [967, 21]. Sed melius distinguitur sic [3]: Est solemne sacri Ordinis susceptione, ut 28 di-

2 Sed *om.* A. || dupliciter] duplex ET. || per[2] *om.* A. || Cum fit *om.* E. 3 spondent] respondent A. 5 Si] quod E, *om.* AT. 6 aetatem] supergressus vel *add.* E. 7 commissi] omissi E. 8 peccatis *om.* AE. || qui sp. non *om.* AE. 10-11 promissionis] voluntatis T. 12 aggravatur] aggravat AT. 12-15 et peccatur... peccatum] et peccant (et peccatum est E)... peccatum AE, *om.* (*hom.*) T. 14 Baptismi] baptismale E. 15 proprium] proprie A. || ut] et A. 16 votum *om.* AT. || huiusmodi] autem *add.* T. 17 Unde] dicitur *add.* ET. 25 de differentiis *om.* AE. 26 sicut] ut hic T. 28 quod] quia A. 29 Est *om.* E. || solemne] in *add.* T.

1 Cf. Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 28, c. 1, q. 1: « Concedimus quod aliquod iuramentum est votum » (f. 252d). 2 Ita Guido de Orchellis, *Tract. de sacramentis*, n. 228; Guil. Altissiodorensis, l. c., c. 2, prol. (f. 253c). 3 Ex *Glossa in Decretum*, C. 27, q. 1: « Votum continentiae solemnizatur tribus modis tantum: sacri ordinis susceptione, 28 dist. Diaconi. Secundo, dum accipit vestem sacram a quocumque: dum tamen post susceptionem incipiat cohabitare cum aliis monachis et monialibus in ecclesia,

stinctione, *Diaconi* [1]; acceptione sacrae vestis de manu episcopi vel de manu abbatis vel [abbatissae], dummodo incipiat cum aliis cantare in choro, ut XXVII, quaestione 1, *Vidua* [2]; vel dummodo incipiat cohabitare cum monachis aut monialibus, et professa fuerit, ut ibidem [3]; tertio, ut si coram episcopo vel abbate vel abbatissa, vel [coram] duobus vel tribus testibus dicat: Ego devoveo me religioni. — Circa vero susceptionem habitus distinguendum est. Est enim triplex habitus: professionis, qui votum habet annexum et dirimit matrimonium; [conversionis, qui similiter votum habet annexum; et si quidem solemne, dirimit; sin autem non dirimit matrimonium], ut in *Primis*, De conversione coniugatorum, *Uxoratus* [4], ubi innuitur hoc per hoc quod dicitur: « Publice et in conspectu Ecclesiae continentiam professa »; et in *Primis*, De voventibus, *Consuluit* [5], ubi dicitur a contrario sensu; [probationis, qui nec impedit nec dirimit matrimonium, ut in *Primis*, De renuntiatione, *Ex transmissa* [6]; De regularibus, a contrario sensu], *Ad nostram noveris audientiam* [7] et XVII, quaestione 2, *Cosaldus* [8].

4. *a.* Quaeritur autem propter quid votum simplex continen-
T 180a tiae impedit, sed || non dirimit matrimonium; votum autem solemne impedit et dirimit. — Sed videtur quod aeque obli-
E 305r get quoad Deum simplex, || id est privatum, sicut solemne. Sicut enim solemnitas non est de substantia matrimonii, ita nec de substantia voti. Ergo, sicut matrimonium simplex et solemne aeque obligat quoad Deum, ita votum simplex et solemne.

1 Diaconi] in *add.* T. 4 aut] vel ET. 5 et] vel T. || ut[1] *om.* T. || tertio] hoc modo T. 6 testibus *om.* AT. 13 hoc[1] *om.* T. || per hoc *om.* A. 14 professa] fuerit *add.* AT. 19 autem *om.* E. || simplex] simpliciter contrahere E. 20 dirimit] contractum *add.* E. 21-22 obliget] obligat E. 25 aeque... solemne *om.* (*hom.*) AE.

infra, eadem, Vidua. Tertio, cum ita dicit coram episcopo vel abbate vel abbatissa, vel coram tribus vel duobus testibus: ego devoveo me huic religioni... Vel distingue quod triplex est habitus, scilicet professionis, qui votum habet annexum et dirimit matrimonium: de quo hic loquitur. Conversionis, qui similiter votum habet annexum, sed non dirimit matrimonium, de quo loquitur Extra, Qui cle. vel vo., Consuluit; Extra, de regu., Super eo. Habitus probationis, qui nec impedit nec dirimit matrimonium, de quo loquitur Extra, de renun., Ex transmissa; De regu., Statuimus » (col. 1958s.). [1] *Decretum* Gratiani, d. 28, c. 8 (I, 102s.). [2] Ib., C. 27, q. 1, c. 34 (I, 1058). [3] L. c. [4] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 8 (p. 83); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 8 (II, 581). [5] Ib., compil. I, lib. IV, tit. 6, c. 7 (p. 105); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 685). [6] Ib., compil. I, lib. I, tit. 5, c. 4 (p. 9); compil. Greg. IX, ib., tit. 9, c. 3 (II, 105). [7] Ib., compil. I, lib. III, tit. 27, c. 8 (p. 81); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, c. 8 (II, 571). [8] *Decretum* Gratiani, C. 17, q. 2, c. 1 (I, 813s.).

Ergo, sicut unum dirimit matrimonium contractum quoad Deum, sic et aliud; et si unum non, nec aliud.

b. Contra hoc autem est quod dicit Augustinus, 27 distinctione, *Quidam* [1], ubi dicitur: «Ego dico vobis quod graviter peccant qui tales dividunt».

c. Nota: votum simplex et solemne non aeque obligant quoad Deum, quia veniendo contra solemne, plures scandalizat. Solemnitas enim voti est differentia qua se amplius obligat: assumuntur enim testes suae obligationis ad Deum. Solemnitas autem in matrimonio non est de substantia matrimonii in quantum est sacramentum, sed assumuntur testes obligationis erga hominem, ne altera personarum possit infitiari matrimonium.

d. Quod autem votum solemne dirimit, sicut habetur in canonibus, est ex institutione Ecclesiae. Potest enim Ecclesia facere de aliquibus personis, quae sunt quantum in se est legitimae ad contrahendum, quod sint illegitimae vel e converso. Causae autem institutionis sunt publica honestas: inhonestum enim esset relinquere claustrum; || et translatio suae voluntatis A 172 d in alterius potestatem et corporis. Quae [translatio] non est in simplici voto. Unde, cum [in voto solemni] transferatur dominium corporis quoad continentiam in Deum et abbatem, dirimit contractum.

5. *a.* Postea quaeritur utrum vovens continentiam, postea contrahendo matrimonium peccet mortaliter. — Quod videtur, per hoc quod dicitur I Tim. 5, 12, super illud: *Cum luxuriatae fuerint in Christo, volunt nubere*, Glossa [2]: «Post votum continentiae, non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est». Ergo qui vovit continentiam, peccat mortaliter contrahendo matrimonium.

b. Contra: matrimonium non est oppositum simplici voto continentiae; potest enim stare cum voto ipso. Quod

2 et[1] *om.* E. 3 Aug.] apostolus T. 4 27 dist., Quidam] et q. d. quidam A, 1 Q. v. T, *om.* E. || ubi dicitur *om.* E. 8 est] eius *add.* T. 9 assumuntur] assistit E, *om.* A. 10 autem] enim E. || in matrimonio] matrimonii E, *om.* in A. 11 sed *om.* A. || assumuntur] adscisciuntur E. 14 canonibus] hoc *add.* E. 19 Quae] quod E. 21 et abbatem *Altiss.*, et habitus AT, et habilem (vel hominem *mg.*) E. 23 Postea] post E, preterea T. 24 peccet mortaliter *om.* A, *om.* mortaliter E. || Quod] et T. 27 etiam *om.* E. 29 matrimonium *om.* AE. 31 continentiae... voto *mg.* (*hom.*) A[2], *om.* voto ET.

[1] *Decretum* Gretiani, d. 27, c. 2 (I, 98); sententia est Augustini, non ipsa verba, *De bono viduitatis*, c. 10, n. 13 (PL 40, 438). [2] Lombardi in h. l. (PL 192, 353 D); ex August., *De bono viduitatis*, c. 9, n. 12 (PL 40, 437); hic in litt., c. 2 (p. 968).

probatur per matrimonium Mariae et Ioseph, Chrysanti et Dariae, ut Is. 62, 5: *Habitabit iuvenis cum virgine* [1].

c. [R e s p o n d e m u s] quoniam secundum se non repugnat simplici voto. Potest enim aliquis, contracto matrimonio, transire ad religionem ante carnalem copulam, et non peccare contrahendo. Et ita matrimonium spirituale non repugnat. Sed si factum est votum de continentia, et postea velit contrahere, sive causa libidinis, sive causa generationis filiorum, non tantum ratione coniugalis societatis et spiritualis vinculi, veniret contra votum et peccaret mortaliter.

a. Quod autem facientes votum privatum continentiae contrahere non possint, videtur, per hoc quod dicit M a g i s t e r, ubi dicit quod « contrahendo mortaliter peccant » [967, 25]. Ex quo videtur quod dominus Papa non egit recte dando licentiam cuidam, quae votum fecerat simplex, quod contraheret, ut in *Primis*, De voventibus, *Veniens* [2]. — N o t a: si fiat consensus in carnalem copulam post simplex votum continentiae, patet quod 'peccant mortaliter contrahendo'. Nec in hoc dispensavit dominus Papa; sed comparativa fuit concessio, ut ibidem dicitur: « Tutius est ut praefata mulier, post privatum votum et fidem, oblatum matrimonium contrahat, quam reatum fornicationis incurrat. Poeniteat ergo de voto violato et fide mentita », et licentiam habeat contrahendi.

6. Deinde quaeritur si omne votum obliget ad illud quod est in voto; et si aliquis vovens indeterminate, teneatur statim implere; et si fuerit votum de intrando claustrum determinatum, utrum teneatur ad illud.

a. Circa primam quaestionem obicitur per hoc quod dicitur Eccl. 5, 3-4: *Quodcumque voveris, redde. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non implere.* Ex quo videtur quod teneatur vovens ad illud implendum. — Sed c o n-

1 Ioseph] et per matrimonium *add.* T. 2 62] super illud *add.* E. || iuvenis *om.* T. 5 ante carn. copulam] ante carnis corruptionem E, *om.* ante carnalem T. 8 sive[1] *om.* T. 11 facientes] faciens ET. 12 possint] potest AET. 13 peccant] peccat T. 14 dando *om.* A. 14-15 licentiam... simplex] cuidam que votum fecerat licentiam, simplex dico votum E. 16 Veniens] perveniens E. 17 post simplex] simplex potius A, simpliciter potius E. 21 oblatum matr. *Decr.*, et matr. A, matrimonii E, mentitam T. 24 illud] aliud T. 25 indeterminate] determinate E. 29 est *om.* AT. 31 illud *om.* T.

1 *Glossa interlin.* in h. l: « Caste et sancte, sicut Maria cum Ioseph, Chrysantus et Daria »; ap. Lyranum (IV, 100v). 2 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 6, c. 8 (p. 105s.); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 686).

tra, Levit. 27, 15: *Si ille qui voverit, redimere voluerit, dabit quintam partem aestimationis supra, et habebit domum;* in *Tertiis*, De voto et voti redemptione, *Magnae devotionis* [1].

b. Quod autem vovens teneatur statim implere, habetur in Deut. 23, 21: *Cum voveris Domino, ne moreris reddere;* et idem in Eccl. 5, 3 [2]. — Quod etiam potest ostendi per simile: cum enim Dominus vocavit discipulos, ut habetur Matth. 4, 22, dicitur: *Illi statim, relictis retibus et patre, secuti sunt eum.*

c. || Huius etiam causa quaeritur utrum pro minori bono E 305 v
liceat differre impletionem voti. Quod non videtur, per hoc quod dixit Dominus cuidam, Matth. 8, 22: *Sequere me, et dimitte mortuos* etc. || Et Matth. 9, 9, habetur quod vocavit Mat- A 173 a
thaeum de telonio, *et surgens secutus est eum.* Ex quibus colligitur quod non est pro minori bono dimittenda impletio voti.

d. Sed contra hoc est, quod [aliquis] non potest esse discipulus Domini, nisi renuntiaverit saeculo [3]; non potest renuntiare saeculo, nisi deobligetur ab iis in quibus tenetur illi. Ergo oportet non statim ingredi claustrum, licet voverit de intrando. — Praeterea, secundum hoc, post matrimonium consummatum per carnalem copulam liceret transire ad vota claustri sine consensu coniugis.

e. Deinde quaeritur, si fuerit votum de intrando claustrum in loco determinato, utrum teneatur ibidem implere votum. Quod videtur, eo quod dicitur in Deut. 23, 23: *Quod semel est egressum de labiis* || *tuis, servabis; et facies sicut promisisti.* Et ita T 180 b
circumstantiae subsunt voto. — Sed contra hoc est quod dicitur in *Tertiis*, De regularibus et transeuntibus ad religionem, cap. *Licet quibusdam* et *Consulti sumus* [4], ubi dicitur quod, « ut regulariter vivat, debet ad laxiorem saltem regulam pertransire ».

---

1 Levit.] Ieronimus A, ier. ET. 2 supra *om.* AT. || domum] donum T. 5 in *om.* T. || ne moreris] non tardabis *Vulg.* 7 enim *om.* A. 8 Illi] illis *codd.* 11 Dominus *om.* T. 12 mortuos] sepelire mortuos suos, cum ipse diceret: dimitte me *add.* E. 16 non] nec T. 18 non *om.* T. || licet] si T. || intrando] vel licet voverit intrare *add.* E. 24 eo A, per hoc ET. 25 de] a A. || ita] videtur quod *add.* T. 26 subsunt] solemniter A, subsint T. 28 et *om.* AT. 29 quod *om.* ET. || ut *om.* A, aut T. || saltem *om.* AT. || regulam] ordinem A.

---

1 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 26, c. 3 (p. 362ss.); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 7 (II, 591ss.). 2 *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere.* 3 Luc. 14, 27. 4 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 24, cc. 4 et 7 (p. 359s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, cc. 18 et 20 (II, 575, 577).

f. Respondemus ad primum quod auctoritas in Eccl. 5, 3, intelligenda est sic: *Quodcumque voveris, redde* in ipso vel in suo aequipollente, secundum dispensationem Ecclesiae, sicut patet in *Tertiis*, De voto et voti redemptione, *Magnae devotionis* [1]; et in Levit. ultimo, 9: *Animal, quod immolari potest Domino, si quis voverit, sanctum erit* etc.; et iterum [2]: *Homo qui votum fecerit et spoponderit animam suam Deo, sub aestimatione* reddat *pretium*. Dispensatio autem pertinet ad praelatum Ecclesiae; sed de voto crucis, ad summum Pontificem, eo quod in digna eius impletione fit remissio omnium peccatorum. Ei autem collata est plenitudo potestatis in Ecclesia militante.

g. Ad alterum respondemus quod tenetur vovens ad impletionem voti statim cum sibi et Ecclesiae magis expedierit. Unde, si voverit de intrando claustrum, quod si timeat lapsum carnis, statim expedit intrare claustrum. Nec est dimittendum propter ratiocinia vel similia quibus obligatur mundo: haec enim per alium possunt expediri. Si vero constans fuerit in proposito nec timens recidivum, convenit prius absolvi ab obligatione mundana, ut sic possit libere ad frugem melioris vitae convolare, et sic, ea *quae sunt retro* obliviscendo, *ad priora* manum extendere [3].

h. Ad tertium dicendum est per illud quod dicitur in Levit. ultimo, 8: *Si pauper fuerit et aestimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote, et quantum ille aestimaverit et viderit eum posse reddere, tantum dabit.* Per quod intelligitur [quod], si non fuerit potens arctiorem religionem intrare vel quod magis arduum est implere, vel si idoneitas loci [non] se obtulerit secundum posse suum, ad aliam tenebitur religionem, vel ad aliud implendum loco voti, prout Ecclesia viderit expedire. Et hoc figuratum est in Gen 19, 14-22, per Lot, qui non potuit

---

1 auctoritas in] illud T. 2 intell. est] intelligitur T. 2-4 redde... Tertiis *om.* T. 5 in *om.* T. 6 si quis vov.] si quid vov. *et trp. p.* erit *codd.* || iterum] ibidem T. 8 reddat] dabit *Vulg.* 9 crucis] pertinet *add.* E. 10 in digna] indigentia A, indulgentie T. || eius *om.* A. || impletione] impletio T. || rem. omnium] omnis remissio A. 12 resp.] dico E. 13 statim] non statim sed T. 14 claustrum] claustro T. || quod *om.* ET. 15 claustrum *om.* T. 16 ratiocinia] ratio A. || vel] nec AE. || similia] consimilia T. 17 alium] alia A. 18 nec] neque E. 20 priora] posteriora E. 22 dicendum] solvendum E. || in *om.* ET. 26 arctiorem] altiorem A. || intrare] subire T. 27 implere] adimplere ET. 29 voti] et *add.* T.

---

1 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 26, c. 3 (p. 362ss.); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 7 (II, 591ss.). 2 Levit. 27, 2. 3 Philip. 3, 13.

salvari in monte et convertit se ad parvulam civitatem Segor [1]. Et hoc idem habetur in *Tertiis*, De voto et voti redemptione, *Quod super his* [2], ubi dicitur: « Si quis hoc modo voventium inutilis est ad pugnandum, quamvis habilis ad eundum, melius est redimere votum quam expensas consumere. Quod [et] de poenitentibus || qui non possunt, propter debilitatem, iter A 173 b iniunctae peregrinationis implere, sane valet intelligi ».

7. *a.* Deinde quaeritur utrum omne votum recipiat dispensationem. — Propter quod dividendum est: quod aliud est votum de continentia, aliud de abstinentia, aliud de peregrinatione et consimilibus. Votum ergo de continentia, sicut dicitur, non recipit dispensationem; votum vero de abstinentia et peregrinatione recipit.

b. Sed videtur quod nullum recipit dispensationem: votum enim est de iure divino, sicut habetur Eccl. 5, 3 [3]. — || Praeterea, E 306 r voto Deo obligamur; ergo non est licitum Ecclesiae commutare. — Sed c o n t r a hoc est quod Dominus dicit per Moysen in Levit. ultimo [4], ubi concedit permutationes et redemptiones votorum fieri.

c. Sed adhuc est quaestio: si sit commutatio, propter quid dicitur in Lege [5] quod, qui voverit et *voluerit redimere agrum, addat quintam partem aestimatae pecuniae* ? Ex hoc enim accipitur quod non fit commutatio voti nisi in melius; et propter hoc dicitur quod votum continentiae non recipit commutationem, quia non est melius, ut habetur in Eccli. 26, 20: *Omnis ponderatio non est digna animae continentis.* — Sed videtur c o n t r a r i u m, per hoc quod dicitur in *Tertiis*, De voto et voti redemptione, cap. ultimo [6], ubi dicitur: Si qui vestrum voverint Sanctorum

1 se *om.* E. || ad] in T. 4 habilis *Decr.*, utilis *codd.* 7 iniunctae] penitentie vel *add.* E. || valet] videtur E. 9 quod] quia E. 11-13 et... peregrinatione *om.* (*hom.*) A, quod scilicet E. 14 recipit] recipiat E. 15 Eccl. 5] sicut patet ibidem *add.* E. 16 voto... obligamur] votum... obligat T. 21 et *om.* A. 22 addat] reddat A, reddet T. 23 fit] sit E. 25 in *om.* T. 26 continentis] continenti AT. 27 dicitur in Tertiis] in .iii. deuter. A.

1 Ex *Decretalibus*, compil. II, lib. III, tit. 21, c. 1 (p. 196); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 3 (II, 590). 2 Ib., compil. III, lib. III, tit. 24, c. 4 (p. 364); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 8 (II, 594). 3 *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere.* 4 Levit. 27, per totum. 5 Levit. 27, 19. 6 Non invenimus in *Decretalibus* nisi acquivalenter, in compil. III, lib. III, tit. 26, c. 3: *Magnae devotionis:* « Concedimus votum peregrinationis taliter commutare, ut omnes expensas quas fueras in eundo, morando et redeundo facturus, alicui religioso committas in necessarios usus terrae illius... sine diminutione qualibet transferendas... laborem autem laboribus recompenses » etc. (p. 364); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 7 (II, 593).

limina visitare, a voti exsecutione se taliter noverint absolutos, ut expensas quas facturi essent in via, pro reaedificatione murorum et stipendiis militum, sine qualibet diminutione largiantur; et pro labore itineris aliquid dignum Deo persolvant». Et ita videtur maius bonum minori bono redimi posse. Et idem habetur, eodem titulo, *Quod super his* [1].

d. Praeterea, videtur quod votum continentiae recipiat dispensationem. Sicut enim votum peregrinationis commutatur non semper in melius secundum genus, sed in melius secundum congruentiam temporis et personae; sic votum continentiae videtur posse commutari in melius secundum congruentiam temporis et personae. Sicut si aliquis nobilis voverit continentiam, et non est aliquis de progenie regis qui succedat ipsi mortuo nisi ipse; et nisi contrahat, periclitabitur regnum. — Praeterea, coniugium Abrahae praeferebatur caelibatui Ioannis [2]; et ita potest maius bonum vel aequale bono continentiae secundum temporis occasionem praeferri. — Praeterea, dicit beatus Bernardus, *Ad Eugenium* [3]: Quod propter caritatem institutum est, contra caritatem non debet sustineri. Sed contra caritatem videtur, si propter bonum privatum dimittatur bonum publicum.

e. Respondemus ad primum quod quae de iure sunt divino, quaedam pertinent ad consilia, quaedam ad praecepta. Vovere autem est de iis quae pertinent ad consilia; sed votum reddere pertinet ad praeceptum. Quae ergo sunt de iure divino et pertinent ad praeceptum, non recipiunt dispensationem. Sed reddere hoc, ut est hoc, non est huiusmodi. Quod ergo non reddatur, non potest esse dispensatio; sed quod non hoc.

f. Ad alterum respondemus quod propter hoc fit commutatio in melius ipsius voti, ut pro eo quod non plene peregit

---

2 essent] erant T. 3 murorum] nuntiorum AE. 4 dignum... persolvant] condignum... compensent T. 6 Quod *om.* A. 7-8 recipiat disp.] possit recipere commutationem T. 10-12 sic... personae *om.* (*hom.*) T. 12 Sicut] sic A. || si *om.* T. 13 regis] eius T. || ipsi] ipso E. 17 praeferri E, *om.* AT. 17-19 dicit... contra[1]] ad Eugenium (*deinde lacuna, et in mg.:* alia littera beatus Bernardus) T, *om.* beatus E. 18 institutum] constitutum E. 21 Resp.] responsio est E. 22-23 quaedam[2]... consilia *om.* (*hom.*) T. 24-25 Quae... praeceptum *om.* (*hom.*) T. 27 quod n. hoc] hic quod non AE. 28 alterum] aliud T. || resp.] dicendum T.

---

[1] *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 26, c. 4 (p. 364); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 8 (II, 593s.). [2] Augustinus, *De bono coniugali*, c. 21, n. 26 (PL 40, 391); in litt., d. 33, c. 2 (p. 950). [3] Immo *De praecepto et disp.*, c. 2, n. 5: «Iniquum procul dubio foret, si statuta pro sola caritate, contra caritatem tenerentur» (PL 182, 864 A).

illud quod vovit, satisfaciat. Et ita aliquid est pro impletione voti, aliquid pro || satisfactione. Et ideo duo dicuntur in Lege, T 180c cum dicit *reddet* illud, et insuper *quintam partem* [1]. Fit autem commutatio in melius non semper in genere, sed secundum convenientiam temporis et personae; et hoc modo fiunt redemptiones, ut habetur in *Tertiis*, De voto et voti redemptione, per totum [2].

g. Si vero quaeratur de voto continentiae, utrum recipiat commutationem, dicendum est quod non, secundum genus rei. Et sic intelligitur cum communiter dicitur. Secundum necessitatem tamen multiplicationis fidelium in aliquo tempore posset fieri dispensatio. — Non autem fit commutatio cuiuscumque in quodcumque melius, sicut patet in *Secundis*, De voto et voti redemptione, cap. *Perpendimus* [3], ubi dicitur quod « redemptio illa de constructione altaris non sufficiebat voto ieiunii in singulis sextis feriis in pane et aqua ». Oportet enim, si poenale || fuerit A 173c votum, commutari in poenale: aliter non esset satisfactorium. — Praeterea, illud in quod fit commutatio, debet habere aliquam convenientiam cum illo quod commutatur, sicut patet in praecedenti capitulo [4], ubi dicitur: « Ad eundum in terram Hierosolymitanam in propria persona, si fieri potest,

1 illud] ideo T. || vovit] vocavit A. || satisfaciat *corr. in* satisfiat E. 2 duo *om.* T. 3 et *om.* AE. 5 fiunt] fuerunt AE. 6 habetur *om.* T. 8-9 Si... non] et de voto... resp. quod non recipit commutationem T. 8 recipiat] dispensationem vel *add.* E. 9 est *om.* E. 10 Secundum] multiplicationem vel secundum *add.* E. 11 tamen *om.* E. || multipl.] multitudinis T. 11-12 posset] potest T. 17 esset] erit T. 18 quod] quo E. 19-20 quod... capitulo] in quo mutatur, sicut ibidem primis T. 20 dicitur] quod *add.* T. 21 persona *om.* A.

1 Cf. hic supra, § *c*. 2 *Decretales*, compil. III, lib. III, tit. 26 (pp. 362-365); compil. Greg. IX, ib., tit. 34 (II, 589-596). 3 Ib., compil. II, lib. III, tit. 21, c. 4 (p. 196); non ponitur in compil. Greg. IX. 4 Cap. *Perpendimus*, ut supra, nota 3.

§ *g:* citatur ab Henrico Merseburgensi, *Summa iuris:* « Respondeo cum magistro Alexandro, omnibus opinionibus omissis, quod papa in omnibus dispensare potest... preterquam in articulis fidei... Dicendum ergo quod, quando dicitur: votum continentie non recipit dispensationem, intelligitur quoad genus rei, quia nihil potest continentie equiparari. Ex causa tamen ardua et valde necessaria bene recipit dispensationem, scil. propter necessitatem multiplicationis fidelium in aliquo tempore, aut etiam pro vitanda magna strage animarum posset papa dispensare » (cod. Clm 22278, f. 91r). — Hugo de S. Caro ait: « Unde pro magna guerra sopienda, aut pro cultu Dei ampliando, si essent pauci fideles ut tempore Abrahe fuit, aut pro vitanda strage animarum, posset papa dispensare ut contraheret etiam clericus et monialis. Et ita concedit magister noster; et magister Ioan. Theutonicus dicit idem, etiam quod iam vidit dispensari » (Assis. 131, f. 182a).

exhorteris; vel in voti supplementum competentia subsidia euntibus subministret».

h. Sed qualiter fit commutatio voti peregrinationis in votum religionis, cum non sit convenientia secundum genus? — Respondemus: licet non conveniant in genus proximum, conveniunt in genus remotum. Utrumque enim pertinet ad carnis macerationem. In hoc autem temporalis, in hoc perpetua carnis mortificatio; et propter hoc quod 'perpetua', fit commutatio non perpetuarum in ipsam, sicut habetur in *Secundis*, De voto, cap. *Scripturae sacrae* [1].

i. Sed adhuc quaeritur, si aliquis voverit peregrinationem aliquam, et postea transfert se ad votum religionis, utrum absolvatur a primo. Quod videtur, ex praecedenti capitulo [2]. — Sed contra hoc est, quod unum est compossibile alteri; regula autem datur in talibus quod utrumque est peragendum [3]. Non enim per secundum absolvitur a primo in talibus, ut si primo voverit visitare limina Apostolorum, et deinde voverit adire Terram Sanctam. — Respondemus: in talibus distinguendum est. Aut enim cum secundo vovit, intendit recompensationem primi voti, aut non. Si intendit, et facta fuit dispensatio commutationis per praelatum Ecclesiae, per secundum absolvitur a primo. Si vero non fiat intentio de commutando, si immineat periculum de non adimplendo voto secundo, sicut in praedicto casu, per secundum absolvitur a primo. Aliquando etiam ex dispensatione generali Ecclesiae, propter publicam Ecclesiae necessitatem, per secundum absolvitur a primo.

k. Sed adhuc quaeritur, si quis voverit speciale ieiunium
E 306 v et post intret claustrum, utrum teneatur || adimplere votum, aut per hoc absolvatur a voto. Si enim adimplet, generabit

1 exhorteris] horteris E. || supplementum] suppletionem T. 6 enim] autem E. 7 macerationem] carnis mortificatio *add.* T. || autem] est *add.* E. || hoc[2]] alio E. 7-8 perpetua... quod] et quia T. 9 sicut habetur] ut T. 13 cap.] scripture etc. *add.* T. 16-18 ut... talibus *om.* (*hom.*) A. 17 limina] sanctorum *add.* T. 18 adire] ire T. || Sanctam] ierosolimitanam T. 19 intendit] intendebat T. 21 Ecclesiae] tunc *add.* E. 22 vero *om.* T. || non *om.* AE. || fiat... commutando *om.* T. 23 si immineat] sed imminet E, et *pro* si T. 27 Sed adhuc] item T. || quis] aliquis E. || voverit] vovit T. 28 intret] intrat T. 28-29 utrum... voto] si tenetur ad illud implendum an absolvitur ab eo T. 29 Si enim] quia si E, *om.* enim A.

1 *Decretales*, compil. II, lib. III, tit. 21, c. 2: «Nec rei voti fracti habeantur aliquatenus, qui temporale obsequium in perpetuam noscuntur religionis observantiam commutare» (p. 196); compil. Greg. IX, ib., tit. 34, c. 4 (II, 590). 2 Cap. *Scripturae*, ut supra, nota 1. 3 Ita Guil. Altissiodorensis, *Summa aurea*, III, tr. 28, c. 1, q. 2 (f. 253a).

scandalum; si non, videtur teneri de fractione voti. — Respondemus: cum intravit claustrum, supposuit voluntatem suam voluntati praelati illius claustri; unde secundum eius dispositionem et regulam quam professus est tenetur agere de voto et de aliis quae ad salutem pertinent.

8. *a.* Deinde quaeritur de voto Iephte, de quo habetur in Iudic. 11, 30, ubi dicitur: *Votum vovit Domino* Iephte, *dicens: Si tradideris filios Ammon* etc.; et subiungitur [1]: *Occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis;* et post [2]: *Fecit ei sicut voverat.* Utrum fuit illud votum licitum, et si meruit illud adimplendo.

b. Quod autem votum fuerit licitum, habetur per hoc, quod cuius arbor bona est, fructusque bonus [3]. — Item, dicit Hieronymus [4] super illud Ier. 7, 31: *Ut incenderent filios suos et filias,* quod « animus placuit offerentis, cum Iephte obtulit filiam virginem ». Sed si animus placuit offerentis, cum animus fuit implendi votum, fuit impletio voti licita.

c. Praeterea, dicitur ibidem in textu [5]: *Factus est spiritus Domini super Iephte;* et sequitur postea: *Votum vovit Domino dicens.* Et dicit Glossa [6] quae sic incipit: *Quia ergo:* « Unum est quod inter tales Iephte memoratur, ut eum culpare vereamur, cum dicitur [7]: *Deficit tempus narrandi de Gedeon, Barac, Samson* et *Iephte;* et alterum, quod Scriptura praemisit: *Factus est spiritus Domini super Iephte,* ut omnia quae post facta sunt, tamquam opera Spiritus Sancti qui super eum factus est intelligenda videantur ».

d. Praeterea, alia Glossa Augustini [8] quae sic incipit: *Quemlibet cogitaverit* etc., ubi dicitur: « Ex utroque prophetia appellata est: quod scilicet vovens cogitavit, et quod

3 secundum] hoc *add.* A. 4 et] secundum *add.* E. || agere] agit A. 6 Deinde] item T. || de q. habetur *om.* T. 7 ubi dicitur *om.* T. 9 et *om.* A. 9 sua *om.* AT. || voverat] queritur *add.* T. 11 votum *om.* T. 12 est *om.* T. || fructusque bonus] fructus quoque bonus est E, fructus bonus T. 14 filias] dicit *add.* E. 16 fuit[1]] esset ET. 18 et *om.* A. 19 dicens] etc. T. 22 et[1] *om.* T. 26 Praeterea] in *add.* E. 27 etc. *om.* E. 27-28 prophetia] prophetica A. 28 appellata *codd.*, adaptata *Glossa*, coaptata *Aug.* || scilicet] cogitavit et quod *add.* T.

[1] Iudic. 11, 34. [2] Iudic. 11, 39. [3] Matth. 7, 17-18; 12, 33. [4] *Glossa ordin.* in h. l., ap. Lyranum (IV, 123r); ex Hieron. in h. l. (PL 24, 735 B). [5] Iudic. 11, 29. [6] *Ordin.* in Iudic. 11, 30: « Possemus, inquam, hoc dicere, nisi duo Scripturarum testimonia nos retardarent... Unum est... Alterum... videantur » (PL 113, 530 B); ap. Lyranum (II, 47a, in fine); ex August., *Quaest. in Heptat.*, VII, q. 49 (PL 34, 813). [7] Hebr. 11, 32. [8] *Ordin.* in Iudic. 11, 30 (PL 113, 530 A-B); ex August., l. c. (PL 34, 820).

voventi contigit». Et ita videtur quod factum Iephte fuit sacramentale, et ita in hoc Deo non displicuit.

e. Contra hoc obicitur per definitionem voti [1], quoad illam partem: 'animi deliberatione firmata'; et quoad hoc quod dicitur: 'conceptio boni'. Non enim immolatio filiae, cum esset homicidium, fuit bona. Praeterea, non fuit firmata deliberatione. Non enim huiusmodi generalia vota, quibus potest
A 173 d subesse || occasio periculi in particulari, facienda sunt; et si fiant, non omni modo adimplenda. Sicut nec iuramentum Herodis, in Matth. 14, 7, ubi *cum iuramento pollicitus est dare ei quodcumque postulasset ab eo.*

f. Praeterea, sicut habetur in Glossa Augustini [2], quae sic incipit: *De filia Iephte*, displicuit factum Iephte: «Cum enim omnia primogenita sua esse voluerit Dominus et praeceperit, redimi tamen a se voluit primogenita hominum [3], ne immolandos Deo primogenitos suos crederent». Praeterea [4]:
T 180 d «Distat || factum Iephte a facto Abrahae, quod iste iussus obtulit filium, ipse fecit quod Lege vetabatur et nullo speciali imperio iubebatur». Et iterum, in alia Glossa [5]: «Si hoc etc. Non his verbis pecus aliquod vovit, quod secundum Legem posset offerri; neque consuetudinis fuit etc., ne non solum illicitum, sed etiam contemptibile et secundum Legem immundum vovisse videretur». Restat ergo quod «contra Dei praeceptum ultro sacrificium vovit humanum».

g. Praeterea, dicit Hieronymus, in quadam epistola *Ad Iulianum* [6], quod «Iephte obtulit filiam suam Domino, et propter hoc ponit eum Apostolus in catalogo sanctorum», ad Hebr. 11, 32. — Contra, dicit Glossa [7] ibidem, super eumdem textum: *Samson, Iephte, David, Samuel:* «Non lauda-

1 voventi *codd.*, nolenti *Gl. et Aug.* || factum] votum E. 2 Deo] domino T. 3 Contra] sed *praem.* E. || hoc obicitur] habetur T. 4 animi] cum AE, cum animi T. 4-5 hoc q. dicitur] illud T. 7 potest *om.* E. 8 subesse] esse A. 9 non] in A. || omni modo] omnino E. 10 in *om.* ET. || ei *om.* AE. 10-11 quodcumque] quidquid filia E. 13 De *om.* AE. 14 omnia... esse] animam primogenite sue non A. 15 voluit *om.* T. || ne] nec AT. 16 Deo... crederent] suos traderent T. || Praeterea] et iterum T. 17 quod iste] quia Abraham T. 18 filium] filios scilicet T. || ipse] ille T. 18-19 vetabatur... iubebatur *Aug.*, vetatur... iubetur *codd.* 19 alia *om.* T. 21 etc.] redeuntibus de victoria pecudes occurrere, canis autem solet occurrere T. 22 et *om.* AE. 27 Apost.] dominus T. || catalogo] decalogo A. 28-29 dicit... textum] glossa super ia. et Hebr. T.

1 De qua supra, n. 2, § *a*, (p. 556). 2 *Ordin.* in Iudic. 11, 30; ap. Lyranum (II, 47a); ex August., l. c. (PL 34, 810). 3 Ex. 12, 2; 12, 12-13. 4 *Glossa* citata; ex August., ib. (PL 34, 811). 5 L. c.; ex August., ib. (812). 6 *Epist. 118*, n. 5 (PL 22, 964). 7 Lombardi in Hebr. 11, 32 (PL 192, 497 D).

tur Iephte quia filiam occidit, sed quia per fidem, Deo iuvante, hostes superavit».

h. Respondemus: in facto Iephte diversa sunt consideranda: votum scilicet et impletio voti. In voto autem consideranda est devotio voventis et discretio vovendi, cum re quae subest voto. In facto autem consideratur ipsa substantia facti et significatum per ipsum. Si ergo habeatur respectus ad devotionem in voto, ratione cuius dicitur animus offerentis placere, laudandus fuit Iephte. Si vero ad deliberationem de vovendo, error fuit in vovente. Si vero ad substantiam voti, fuit aliquo modo licitum, aliquo modo illicitum. Illicitum, si praeter omnem conditionem et exceptionem intelligatur; licitum, si supposuisset voluntatem suam voluntati divinae, et de iis intellexisset quae licitum esset immolare, quo modo debuit votum intelligi. — Si vero quaeratur de immolatione, qua implevit votum, respondemus quod illicita fuit in se, quantum ad hoc quod fuit homicidium; sed quoad hoc, quod fuit figura quod virgo casta, id est Ecclesia, fiet holocaustum in resurrectione, *cum* Filius *tradiderit regnum Deo et Patri*, ut habetur I ad Cor. 15, 24, licita potuit esse.

9. *a.* Deinde quaeritur, ratione voti Iephte, quae conditiones teneant in emissione voti et quae non. Et ad hoc notandum est quod conditio apposita aut est honesta, aut inhonesta. Si est honesta, non tenetur adimplere votum nisi praeexsistente illa conditione; et praeexsistente conditione, tenetur, ut in *Primis*, De conditionibus appositis, *Cum sit proprium* [1], ubi dicitur quod « quidam manumisit duo mancipia sub hac conditione, ut monachi fieri deberent et in ipso monasterio ubi ipse fuerat remanere; adiciens quod, si quis contra faceret, iterum servituti subderetur ». Super quo praecepit Papa « ut nec cui-

1 quia1] eo quod T. || quia p. fidem *om.* AE. 3 diversa] duo T. 4-5 votum... consideranda *om.* (*hom.*) T. 6 autem] vero E. 7 significatum] significatio *codd.* 9 deliberationem de] deliberandum in T. 10 vovente] voluntate A. || vero] autem T. 12 omnem *om.* T. || intelligatur] votum intelligantur T. 12-13 licitum] autem *add.* T. 15 quaeratur] queritur T. 16 illicita... se] licita... se A, licitum fuit in re, non T. 17 quod2 *om.* A. 18 casta... Ecclesia *om.* T. 19-20 ut... Cor.] Rom. T. 21 Deinde *om.* T. 22 Et *om.* ET. 22-23 notandum est] nota T. 24 est *om.* T. || honesta] inhonesta A. || nisi] ex *add.* A. 25 et... conditione *om.* (*hom.*) A, *om.* conditione T. 27-28 sub h. conditione *om.* T. 28 monachi f. deberent] monacharentur T. 29 fuerat remanere] fuit permanerent T. || quod *om.* AE. || iterum *om.* AE.

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 5, c. 2 (p. 104); compil. Greg. IX, ib. (II, 682).

dam illorum deserendi monasterium sit facultas et manumittentis voluntas conservata nihilominus praeteriri non valeat».

b. Si vero aliquis sub aliqua conditione devovit aliquam rem alicui ecclesiae, numquid poterit eam aliqua conditione revocare? Non videtur, per illud quod dicitur in Levit. ultimo, 28: *Omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, redimi non poterit.* Sed res quae devovetur Domino est || res sanctificata. Cum ergo redimi non possit, ad priorem dominum multo fortius sine redemptione redire. — Sed c o n t r a hoc videtur, per hoc quod dicitur in *Primis*, De conditionibus, *Verum*[1], ubi dicitur: «Non potest a donatore donum revocari, nisi forte tali conditione sit collatum, quod, ea cessante, debeat revocari possessio». — R e s p o n d e m u s: quod dicitur in Levitico est intelligendum de consecratis Domino: quae enim sunt consecrata, non debent iterum in usus publicos poni. Quod autem dicitur in decretali intelligitur de praedio vel aliqua summa pecuniae.

A 174a

c. Si vero fuerit conditio inhonesta, aut est contra naturam || voti illius, aut non. Si contra naturam voti illius, est abicienda, et tenetur adimplere. Argumentum in *Primis*, De conditionibus appositis in desponsatione, *Quicumque*[2]. Si vero non fuerit contra naturam illius voti, licet videatur, tenet conditio apposita, ut in *Tertiis*, De voventibus ante matrimonium, cap. 1[3], ubi dicitur quod quaedam «emisit votum castitatis, eo adiecto tenore, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Votum autem illud emisit in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini, et post in eodem religionis habitu per biennium permansit». [Post haec vero, privata domo et omnibus quae habebat, matrimonium contraxit. Et praecepit Papa

E 307r

2 non *Decr., om. codd.* 3 devovit] devoverit E, devoveat T. 5 quod d. in *om.* T. 7 devovetur] vovetur AE. 8 res] iam T. 8-9 ad pr. dominum] a priori domino T. 9 fortius] nec ad ipsum *add.* T. || sine] nec A. 10 per... dicitur *om.* T. 12 forte] fortasse T. 13 debeat] debet A. 16 poni E, consecrari A, mancipari T. 17 vel] aut T. 19 contra... illius] contra... ipsius E, sic T. 21 desponsatione] dispensatione A. 21-22 vero... voti] non T. 23 in *om.* T. 24 eo] quod *add.* A. 25 ut] quod ET. 26 autem *om.* T. || manibus] manu E. || de fratribus T (*Decr.*), fratris AE. 27 sancti] beati T. || post... religionis] in T. 28-4 (p. 571) Post... permansit *om.* (*hom.* ?) *codd.*

1 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 5, c. 3 (p. 104); compil. Greg. IX, ib., c. 4 (II, 683). 2 *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 5, c. 1 (p. 104); compil. Greg. IX, ib. (II, 682). 3 *Decretales*, compil. III, lib. IV, tit. 5, c. 1: *Insinuante* (p. 384); compil. Greg. IX, ib., tit. 6, c. 7 (II, 686).

« praefatam mulierem ad male dimissum religionis habitum resumendum et servandum quod vovit monere et inducere et coercere ». Idem de vidua quae in habitu religionis assumpto non permansit], ut XXVII, quaestione 1, *De viduis* [1].

d. Si vero fuerit votum sine conditione, aut est licitum, aut illicitum. Si illicitum, simpliciter rescindendum est et poenitentia est agenda super emissione voti illiciti. Si vero fuerit licitum, tenetur ad illud. Si quodam modo licitum, quodam modo non, eo modo quo est licitum, tenetur ad illud. Quia vero indiscrete vovit, poenitere debet; quo modo fuit votum Iephte.

10. Deinde quaeritur utrum simulatio voti de intrando claustrum obliget. — Et ad hoc notandum quod quaedam simulatio fit ex inhonesta causa, quaedam ex honesta. Si ex honesta causa, ut XXII, quaestione 2, *Utilem* [2], scilicet ob suam et aliorum salutem, vel propter timorem « qui potest cadere in constantem virum » [3], talis simulatio non nocet; dummodo protestatio praecedat, ut *Primis*, De iis quae vi metusve causa fiunt, *Perlatum* [4]. — Simulatio vero ex inhonesta causa semper obligat, nec admittitur probatio in contrarium, ut *Primis*, De regularibus et transeuntibus ad religionem, *Vidua* [5]; et XXVII, quaestione 1, *Viduae* [6]. || Est autem fictio intentionis, et est fictio T 181.a operis. De fictione operis est sicut dictum est. De fictione intentionis, verum est: si quis ficte fit monachus, ut possit fieri abbas, nihilominus est monachus; sicut aliquis ficte accedens

4 ut] et T. 5 vero *om.* T. 6 Si illicitum *om.* (*hom.*) A. || rescind. est] discindendum E. || et] inde *add.* T. 7 illiciti] liciti A. || vero fuerit *om.* T. 8 licitum] sic T. 8-9 quodam modo *om.* A. 9 non] illicitum E. || est *om.* E. 10 vero indiscr.] non discrete T. || quo modo] quale E. 12 Deinde *om.* T. 13 claustrum] claustro T. || Et *om.* T. || hoc] intelligendum *add.* E. || notandum] nota T. 14-15 quaedam... causa *om.* (*hom.*) A. 14 Si] fiat *add.* T. 15 causa *om.* E. || suam] sui T. 19 fiunt T (*Decr.*), gesta sunt AE. || Perlatum] relata T. 20 admittitur] admitteretur E, amittetur T. || ut] in *add.* E. 21 et... religionem *om.* T, *om.* ad relig. E. 22-23 intentionis... fictione[2] *om.* (*hom.*) A. 23 est sicut *om.* E. 25 est monachus *om.* AE. || aliquis *om.* T.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 27, q. 1, c. 7 (I, 1050). [2] *Decretum* Gratiani, C. 22, q. 2, c. 21 (I, 873). [3] Ex *Decretalibus*, IV, tit. 1, c. 15: *Veniens ad nos* (II, 667). Cf. supra, pp. 482, 543. [4] *Decretales*, compil. I, lib. I, tit. 30, c. 1 (p. 26s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 40, c. 1 (II, 218s.). [5] Ib., compil. I, lib. III, tit. 27, c. 6 (p. 80); compil. Greg. IX, ib., tit. 31, c. 4 (II, 569s.). [6] *Decretum* Gratiani, C. 27, q. 1, c. 16 (I, 1053).

Num. 10: anon. P, f. 226r. Cf. Bonav., hic, dub. 5 (IV, 826).

ad Baptismum, verum recipit Baptismum, ut I, quaestione 1, *Sicut ficti* [1].

11. *a.* Deinde quaeritur utrum, sicut votum solemne religionis dirimit matrimonium, ut *Primis*, De voto ante matrimonium, *Meminimus* [2], sic votum continentiae publicum dirimit. Quod videtur, quia maius est votum continentiae quam vinculum matrimonii. — Respondemus per illud quod dicitur in *Primis*, De voto ante matrimonium, *Perveniens* [3], ubi dicitur quod in manibus cuiusdam eremitae quaedam mulier, eo quod timebat severitatem cuiusdam viri cui desponsabatur, « simpliciter votum continentiae emisit, non tamen locum aut vestem mutavit aut professionem fecit». Super quo mandat dominus Papa ut « mulieri de fide mentita et voto violato congrua satisfactio indicatur, et ei cui voluerit nubat in Domino ».

b. Sed ponatur quod utraque persona voverit continentiam: numquid tenet inter eos matrimonium ? Videtur quod non, cum neutra persona possit exigere debitum. — Contra: sanctior est copula mentium quam corporum. Sed hic salvatur tota ratio matrimonii spiritualis, nec votum continentiae dirimit contractum; restat ergo quod manet inter eos sacramen-
A 174b tum Matrimonii. — Respondemus || quod bene tenet, quia utraque posset reddere si alius exigeret. Penes vero redditionem consistit principaliter vinculum.

c. Sed quid si quis vovit quod nunquam redderet debitum, si contingeret ipsum ducere uxorem ? Si ducit, numquid tenetur voto ? — Respondemus: non tenetur votum tale servare si altera persona exigat, post carnalem copulam; secus vero est si ante, ut *Primis*, De conversione coniugatorum, *Ex publico* [4]. *Mulier* enim *sui corporis non habet potestatem, sed vir;*

1 verum] bene T. 2 ficti] ficte AT. 3-20 (p. 573) Deinde... etc. *mg.* T. 3 sicut] sit A, *om.* T. 5 Meminimus *om.* AT. || sic] sicut *codd.* 5-6 publicum... continentiae *mg.* (*hom.*) A[2]. 6 maius] magis A[2]. 12 fecit *om.* AE. || mandât *om.* T. 13 congrua *om.* T. 15 voverit contin.] emiserit votum continentie E. 16 matrimonium] et *add.* T. 18 hic *om.* AT. 19 matrim. spiritualis *trp.* T. 22 quia] quod A. || utraque] persona *add.* T. 25 numquid] nunquam A. 28 coniugatorum] qui *add.* T.

[1] *Decretum* Gratiani, C. 1, q. 1, c. 35 (I, 372). [2] *Decretales*, compil. I, lib. IV, tit. 6, c. 6 (p. 105); compil. Greg. IX, ib., c. 3 (II, 685). [3] Ib., c. 8 (p. 105s.); compil. Greg. IX, ib., c. 5 (II, 686). [4] *Decretales*, compil. I, lib. III, tit. 28, c. 7 (p. 82s.); compil. Greg. IX, ib., tit. 32, c. 7 (II, 580s.).

Num. 11: anon. P, f. 226r (sola § *c*). Cf. Bonav., hic, dub. 1 (IV, 824s.).

similiter et vir non habet etc., I ad Cor. 7, 4. Fortius autem est vinculum matrimonii, ratione sacramenti, quam vinculum voti; et propter hoc, ubi simul teneri non possunt, cedit vinculum continentiae vinculo matrimonii.

12. Deinde quaeritur utrum persona quae vovit continentiam exigere possit debitum matrimonii. — Respondemus quod non, ut *Primis*, De conversione coniugatorum, *Quidam* [1], ubi dicitur: « Promisit se non exigere debitum, quod in potestate eius erat; et ideo tenuit votum. Non reddere vero non erat in eius potestate, sed in potestate mulieris ».

13. Deinde quaeritur utrum iuramentum impediat matrimonium, ut si [quis] iuravit quod nunquam cognosceret aliquam mulierem. Videtur, per simile de voto. — Respondemus: propter aliud est iuramentum, propter aliud votum. Nam iuramentum est ut fides fiat proximo qui non credit; votum autem fit causa religionis Deo. Quia ergo iuramentum non est praestandum nisi subsit necessitas, ut XXII, quaestione 1 [2]; ita, qui tale iuramentum facit, temerarie iurat, et poenitere debet super temerario iuramento.

14. Cum vir et mulier etc. [970, 11]; **adulterio est gravius** etc. [970, 14]. Contra, de homicidio, XXXIII, quaestione 2, *Si quod* [3], ubi dicitur: « Si facturus est quod non licet, faciat adulterium, et non faciat homicidium ». Et incestus est gravior, ut XXXII, quaestione 7, *Adulterii* [4]. Et sacrilegium, ut XVII, quaestione 4, *Omnes* [5]. Et fractio voti, ut XXVII, quaestione 1, *Nuptiarum* [6]; Augustinus, *De bono viduitatis* [7]: « Si ad offensionem Christi pertinet, cum mulier non servat fidem marito; quanto gravius offenditur, cum illi ipsi non servatur fides in eo quod exigit oblatum, quod non exegerat offerendum ». Et generaliter, ubi gravior poena imponitur,

1 et *om.* T. || habet] potestatem *add.* E. 9 eius] sua E. || vero *om.* AE. 10 sed in potestate *om.* (*hom.*) A. *om.* in pot. T. 12 ut *om.* AT. 13 per *om.* AT. 15 est] fit T. 21 etc. *om.* E. 22 Si[2]] quod A. 23 non *om.* T. || incestus] etiam *add.* T. 24 Adulterii] ubi dicitur ab August. quod hic dicitur in littera *add.* T. 25 XVII... Omnes] 1. q. lxxx. un. omnis T. 26 Nuptiarum] ubi loquitur *add.* T. 28 offenditur *om.* AE. || ipsi *om.* AE. 29-30 exegerat offerendum *Decr.*, exigeret ostendit (offendit E) *codd.* 30 Et *om.* T.

[1] Ib., c. 3 (p. 82); compil. Greg. IX, ib., c. 3 (II, 579). [2] *Decretum* Gratiani, C. 22, q. 1, per totum (I, 861ss.). [3] *Decretum* Gratiani, C. 33, q. 2, c. 9 (I, 1154). [4] Ib., C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143); hic in litt. (p. 970). [5] Ib., C. 17, q. 4, c. 5 (I, 816). [6] Ib., C. 27, q. 1, c. 41 (I, 1061). [7] Cap. 11, n. 14 (PL 40, 439).

Num. 14: Cf. Alb. Magnus, hic, a. 21 (XXX, 423s.); Bonav., hic, dub. 7 (IV, 826).

gravius iudicatur secundum canones, ut XXIV, quaestione 1, *Non afferamus* [1]. — Respondemus: differenter dicitur unum gravius alio. Vel ratione damni: sic homicidium. Vel ratione poenae quae infligitur: sic sacrilegium. Vel quia non magis delinquitur: sic fractio voti. Vel quia contra maius vinculum: ita incestus. Adulterius vero dicitur gravius ratione pronitatis quae ex libidine est, et ratione transgressionis praecepti quo obligabatur homo in paradiso; ratione etiam gravissimae poenae quae inflicta fuit in Lege, ut habetur in Deut. 22, 22: *Si dormierit vir cum uxore alterius* etc.

15. Secundum namque in poenis tenet locum [970, 14-15]. *a.* Contra hoc obicitur: secundum ordinem praeceptorum est ordo transgressionum, et consequenter poenarum. Sed in prima tabula sunt tria praecepta quae ad Deum pertinent; in secunda septem quae ad proximum, quorum tertium locum tenet praeceptum de non moechando. Si ergo intelligitur quod 'secundum locum' obtineat inter omnia praecepta, patet esse falsum. Similiter si dicatur 'secundum' tenere inter praecepta secundae tabulae. Si vero dicatur 'secundum' tenere inter prohibitiva secundae tabulae, quod quidem verum est, contrarium hic dicitur, quoniam « illi primum habent, qui aberrant a Deo » [970, 15]. — Si vero non ordinentur poenae secundum ordinem praeceptorum, potest quaeri penes quid ordinentur, et propter quid praeordinatur poena adulterii poenae transgressionis primi vel secundi praecepti in secunda tabula, cum maius sit peccatum homicidium quam adulterium. — Praeterea, cum inaequalia sint peccata homicidii et adulterii, propter quid eadem poena inflicta fuit in Lege ? Uterque enim morte debebat puniri. De homicida habetur Ex. 21, 12-14; de adultero habetur Deut. 22, 22-24.

---

2 Resp. *om.* T. 3 alio] altero E. || sic] ut ET. 4-7 poenae... ratione *om.* (*hom.*) AE. 8 obligabatur] obligatur AE. || etiam] autem A. 9 habetur in *om.* T. 17 obtineat] teneat T. 18 tenere] obtinere E. 19 vero *om.* AE. || tenere] obtinere E. 21 hic dicitur] est quod hic subiungitur T. 22 ordinentur p. secundum *om.* (*hom.*) A. 24 praeordinatur] ordinatur A. 26 homicidium... adulterium] homicidii... adulterii ET. 29 de adult. habetur] item de adulterio T.

---

[1] *Decretum* Gratiani, C. 24, q. 1, c. 21: « Quis iam dubitaverit hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius vindicatum ? » (I, 974).

Num. 15: anon. P, f. 228v. Cf. Bonav., hic, dub. 8 (IV, 826s.).

b. Quidam vero exponunt illud: «Adulterium» etc. [970, 14-15] hoc modo: ut primum locum || habeat blasphe- A 174 c
mia: in hoc enim proprie offendit anima Deum; adulterium vero secundum locum, quia ex parte corporis fit illa offensio; tertium vero locum homidicium, quia fit offensio ratione coniuncti. Sed haec ratio non competit, quia eadem poena inflicta est pro his diversis generibus. Omnes enim capite plectebantur, ut habetur de blasphemia et [homicidio] Levit. 24, 16-17, ubi dicitur: *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur; Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur.*

c. || Si vero hae dictiones 'primum' et 'secundum' non re- E 307 v
ferantur ad idem, tunc videtur verum quod hic dicitur: ut 'primum' dicatur respectu omnium, 'secundum' vero dicatur inter poenas pro transgressionibus praeceptorum negativorum. Sed, secundum hoc, non esset competens coactio: non enim sese tunc respiciunt 'primum' et 'secundum', et ita unum non erit alterius ratio.

d. Respondemus: poena mortis multiplicata est in Lege. Alii enim lapidabantur; alii talione puniebantur, sicut habetur Ex. 21, 23-24: *Si mors fuerit subsecuta, reddat animam pro anima, oculum pro oculo.* Poena vero lapidationis primo infligebatur blasphemis, ut habetur in Levit. 24, 16: *Qui blasphemaverit nomen Domini, lapidibus opprimet eum omnis multitudo* populi, *sive peregrinus sit, sive civis;* secundo, propter pronitatem peccati per quod dissolvebatur communis omnium societas, inflicta est haec poena adulteris, ut 22 Deut., 24: *Educes utrumque ad portas civitatis et lapidibus obruentur: puella, quia non clamavit, cum esset in civitate; vir, quia humiliavit uxorem proximi sui.* Quia ergo secundum locum tenuit in Lege in poena lapidationis, dicitur hic quod 'adulterium secundum obtinet locum'.

e. Sed videtur, secundum hoc, quod non habeat nunc locum quod hic dicitur: non enim secundum locum obtinet in poenis, nec secundum ius civile, nec secundum canones. — Praeterea,

---

1 Adulterium] secundum locum tenet in penis *add.* T. 2 ut] quod T. 4 locum *om.* E. 5 vero *om.* E. 7 his *om.* T. || generibus] peccatorum *add.* T. 8 blasphemia] blasfemo E. || et *om.* ET. 9 morte *om.* A. 9-10 Qui... moriatur *om.* (*hom.*) AE. 11 hae] ille T. 14 transgressionibus] transgressione T. 15 coactio A, ratio E, vel coactio ratio T. 17 erit] dicitur T. 18 multiplicata] multimoda T. 19 enim] autem A, *om.* T. 21 primo *om.* A. 21-22 infligebatur] pro *add.* E. 22 habetur in *om.* T, *om.* in E. 23 opprimet] obruet ET. 24 sive[2] *om.* A. 25 omnium] hominum T. 26 Deut.] ubi dicitur *add.* T. || Educes] et duces AE, quia duces T. 28 cum] dum AE. 32 dicitur: non *om.* A, *om.* dicitur E. 33 secundum[2] *om.* A. || canones] canonicum E, ius canonicum T.

videtur maior esse poena eius qui inhonorat patrem et matrem et contemnit patris et matris imperium, quam adulteri, ut habetur in Deut. 21, 18-21, ubi dicitur: *Si genuerit homo filium contumacem et protervum, lapidibus obruet eum populus civitatis et morietur, ut auferatis malum de medio vestri.* Et ita non obtinet secundum locum adulterium in poena lapidationis. — Ad quod r e s p o n d e m u s quod non infligebatur haec poena contemptoribus parentum ratione ipsius contemptus, sicut potest haberi Ex. 21, 15-17, ubi poena mortis infligitur ei *qui maT 181 b ledixerit patri* || *aut matri*, aut *qui percusserit:* quod plus est quam contemptus; sed propter hoc infligebatur, quia vacabat luxuriae et aliis peccatis quae sunt in dissipatione reipublicae. — Aliter enim fuit in Lege Veteri et in Nova. Lex enim Vetus data fuit in timorem, et propter hoc puniebatur pro peccatis gravi poena temporali, ut sic universus populus pertimesceret, ut habetur Deut. 21, versus finem [1]. Lex vero Nova est lex spiritus, et propter hoc indicuntur poenae spirituales graviores, minores vero corporales. — Lex vero civilis huius temporis medium modum obtinet, ut non tantum habeat rigoris quantum Vetus, nec tantum misericordiae quantum Lex spiritus.

f. Si vero quaeratur propter quid gravior poena secundum modum inflicta fuit adulteris quam homicidis in Lege, cum maius sit peccatum homicidium, dicendum quod non est inflicta poena tantum ratione generis peccati, sed etiam ratione pronitatis, et quia per illud amicitia publica plus dissolvebatur.

16. Sed horum omnium pessimum est quod contra naturam [970, 21-22]. *a.* A u g u s t i n u s, *De adulterinis coniugiis* [2]: « Violatur in flagitiis quae sunt contra naturam ipsa societas quae cum Deo nobis debet esse, cum eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis perversitate polluitur ».

b. Potest autem quaeri utrum propter illud crimen possit dimitti vir vel uxor. Quod sic, videtur per hoc quod dicit

---

2 adulteri] adulterii T. 3 in *om.* ET. 5 auferatis] auferatur A. || vestri *om.* A. || ita] ideo T. 9 haberi] in *add.* T. 13 enim] autem T. || in[2] *om.* ET. 14 pro peccatis *om.* E. 15 pertimesceret] pertimescat T. 16 vero] enim E. 17 indicuntur] inducuntur AT. 18 vero *om.* A. 19 modum] locum E. 20 spiritus] vel gratie *add.* T. 21 vero *om.* E. || quaeratur] queritur T. 23 homicidium] homicidii ET. 25 dissolvebatur] discernebatur A. 26 quod *om.* A, est *add.* ET. 30 est *om.* T. 31 autem] hic E.

---

[1] Deut. 21, 21: *et universus Israel audiens pertimescat.* [2] Immo *Confessiones*, III, c. 8, n. 15 (PL 32, 689); in *Decreto*, C. 32, q. 7, c. 13 (I, 1143).

Hieronymus, *Ad Amandum presbyterum* [1]: « Quamdiu || vivit vir, licet adulter, licet sodomita, licet omnibus flagitiis coopertus, et ab uxore propter haec scelera derelictus; tamen maritus reputandus est, cui alterum virum non licet accipere ». A 174 d

c. Praeterea, maius est crimen hoc in illo genere quam adulterium. Cum ergo propter adulterium possit dimitti, et propter hoc vitium poterit. — Contrarium videtur, quia non est caro sua divisa quemadmodum in adulterio.

d. Praeterea, si propriam uxorem polluerit non in proprio vasculo: supra enim dicitur talis adulter [939, 23]; vel si polluerit iuxta vas naturale, utrum propter hoc dimittendus sit vir ab uxore ?

e. Respondemus ad primum quod potest dimitti vir propter criminis enormitatem, quia scilicet naturae iniuriatur; et quia aufert bonum Matrimonii quod est proles, et bonum fidei quoad mutuam servitutem, et bonum sacramenti. Propter aliam rationem dimittendus est vir propter adulterium: nam cum adhaerere debeat vir uxori et esse duo debeant in carne una [2], vir dividit carnem suam in adulterio.

f. Ad alterum respondendum est similiter, quod potest obici illud crimen, quod est detestabile, eo quod destruit materiam virtutis generativae quantum in ipso est. Materia enim illa exigit locum determinatum, ut ex ipsa producatur foetus. Quod autem sit illud crimen detestabile, patet in Gen. 39, 9, ubi dicitur de Onan: *Introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terra*, ne *liberi fratri suo nascerentur*.

g. Ad tertium dicimus per hoc quod dicitur XXXV, quaestione 2, *Extraordinaria* [3], ubi dicitur quod non impeditur matrimonium per extraordinariam pollutionem, dummodo praestiterit sacramentum quod invitus egerit. Praesumitur autem quod invitus, eo quod iuxta vas naturae; frequentia tamen posset cedere in crimen.

---

2 sodomita, licet *om.* T. 4 accipere] recipere E. 5 est *om.* A. 6 Cum... adulterium *om.* (*hom.*) T. || et] fortius E. 7 vitium *om.* E. || poterit] dimitti *add.* E. || Contrarium] contra T || quia] quod A. 9 non] tamen *add.* T. 12 sit] est ET. 14 criminis] huius *add.* T. || iniuriatur] iniuriantur A. 16 quoad] quod est E. 16-17 Propter] autem *add.* T. 21 materiam] virtutem generativam vel naturam E. 25 Onan] qui *add.* T. 27 per] propter A. 29 per] propter ET. || extraordinariam] iurisdictionem *add.* A. 31 quod iuxta] secundum A. || naturae] naturale T.

[1] *Epist.* 55, n. 3 (PL 22, 563). [2] Gen. 2, 24. [3] *Decretum* Gratiani, C. 35, qq. 2-3, c. 11 (I, 1266).

17. Hoc exsecrabiliter fit in meretrice [970, 23]. In originali praecedit [1]: « Usus autem naturae, si ultra modum prolabitur, in uxore veniale est, et in meretrice damnabile. Sed illud quod contra naturam exsecrabiliter » etc.

a. Super quo quaeritur qualiter dicitur veniale peccatum, cum supra habeatur contrarium, XXXII distinctione, cap. *Cum igitur haec tria bona* [939, 8]. — Praeterea, propter quid e contrario est in usu contra naturam et in usu naturae in meretrice et uxore ?

b. Respondemus: dicitur veniale peccatum pluribus modis, ut supra habitum est [2], versus finem secundi libri, distinctione XLII, cap. *Reatus autem* etc. [529, 24]. Accipitur autem hic veniale ex causa, eo quod habet causam veniae Christi sibi adiunctam. Bona etiam coniugii adiuncta malum libidinis diminuunt vel excusant.

c. Ad alterum respondemus per illud quod sequitur in auctoritate [3]: « Tantum valet ordinatio Creatoris et creaturae ordo, ut in rebus ad utendum concessis, cum modus exceditur, longe sit tolerabilius quam in eis quae non sunt concessa, vel minor vel rarus excessus ». Excessus ergo iuxta ea quae licita sunt, per bonum licitorum temperatur; in illicitis vero augetur, eo quod bona auferuntur. « Cum enim utitur membro mulieris non ad hoc concesso », bonum tollitur Matrimonii.

18. Sed exsecrabilius fit in uxore [970, 23-24]. Contrarium videtur, nam in meretrice dupliciter peccatur: in eo quod accedit ad eam, et in eo quod sic accedit; in uxore altero modo tantum. — Respondemus: dicitur maius peccatum quoad hoc, quod taliter cum tali, cum qua obligatur ad bona Matrimonii. Licet vero privetur bonum prolis in fornicaria cum sic utitur ea, non
E 308 r
A 175 a
tamen alia bona privantur, || ad quae ex matrimonio || tenebatur.

2 autem] quidem E. 3 et *om.* T. || illud] id T. 4 naturam] fit *add.* T. 7 bona] omnis ardentior etc. *add.* T. || Praeterea] prima *mg.* A[2]. || propter quid] preter *mg.* A[2], quare E. 10 Resp. *om.* T. 13 hic *om.* A. || Christi *om.* E. 16 illud] id E. 16-17 auctoritate] muliere *corr. ex* adultere A[2]. 19 non *om.* T. 20 rarus] rarius A. 21 licitorum] licitum E. || eo] per hoc E. 26 et *om.* A. || accedit *om.* A. 29 vero] non AT, tamen E. 30 alia b. privantur] agit contra sacramentum nec contra fidem T.

[1] Scil. in *Decreto*, C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143); ex August., *De bono coniugali*, c. 11 n. 12 (PL 40, 382). [2] Alex., *In II Sent.*, d. 42, n. 3, § *b* (p. 402). [3] *Decretum* Gratiani, C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143); ex August., *De bono coniugali*, c. 11, n. 12 (PL 40, 382).

Num. 18: cf. Bonav., hic, dub. 9 (IV, 827).

19. Hic quaeritur etc.; **interemptos** [970, 27-28]. *a.* Nulla est dubitatio de secunda quaestione, quin personae adulterentur et quin matrimonium redintegrari debeat, viris reversis, si viri voluerint. Si vero noluerint, sub pretextu fornicationis repellere poterunt, et [illae] separari debent a secundis viris.

b. Sed ponatur quod sint interempti et credant uxores eos vivere: numquid sunt adulterae ? Sunt utique. — Si vero vivant, et credant eos interemptos probabili ratione, non peccant si nubant post tempus determinatum, ut XXXIV, quaestione 2, *Si virgo*[1], ubi dicitur: «Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam erit ex hoc adultera».

c. Sed quando dicetur credere probabiliter ? Respondemus: quando iuramento duorum testium mors eius probatur, ut Deut. 17, 6.

20. Procurandumque est etc. [971, 5-6]. *a.* Quaestio est utrum uxor restituenda sit viro suscitato. Quod videtur, per simile: quia sacramentum Ordinis vel Baptismi, quod semel est admissum, nunquam amittitur; pari ratione videtur in aliis sacramentis, et maxime in hoc, cuius bonum est inseparabilitas. Si ergo hoc bonum est in anima, non tolletur per mortem, cum || anima non moriatur. — Contra, ad Rom. 7, 2: *Si mortuus* T 181 c *est vir*, soluta est uxor *a lege viri*.

b. Videtur etiam quod restituenda sit, per hoc quod dicitur ad Hebr. 11, 35: *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*.

